

Theo: Turquet: De Mayerne, Eques Auratus, Patriâ Gallus, Religione Reformatus, Dignitate Baro: Professione Alter Hippocrates, ac trium Regnũ (exemplo rarissimo) Archiater, Eruditione Incomparabilis, Experientia nulli Secundus: et quod ex his omnibus resultat fama late vagante Perillustris. Anno ætat: 82

K. Mayerne-Turquet (T. de) Baron ~~8 D~~

THEO. TURQUET MAYERNII

Equitis Aurati Baronis Auboniæ

MEDICI & PHILOSOPHI

Suo ævo Celeberrimi

Jb. 371. *

OPERA MEDICA,

In quibus Continentur

CONSILIA, EPISTOLÆ,

OBSERVATIONES,

PHARMACOPEIA,

Variæque

MEDICAMENTORUM FORMULÆ.

Quæ in Uſum Sereniſſimarum *ANNÆ* & *H. MARIÆ*

Angliæ quondam Reginarum præſcripta fuere.

UNA CUM

EPISTOLA PREFATORIA

In qua Vita & Opera Authoris Breviter ENARRUNTUR &

PERSTRINGUNTUR.

Curâ & Studio

JOSEPHI BROWNE,

L. L. & M. D.

LONDINI,

Impenſis *D. Browne* & *Rich. Smith*, extra Temple-Bar, & *P. Varenn*,

in loco Vulgò dicto the Strand. MDCCIII.

BRITISH MUSEUM

13

MVSEVM
BRITAN
NICVM

INVICTISSIMO MONARCHÆ

GULIELMO TERTIO,

Magnæ Britanniæ, Franciæ & *Hiberniæ* Regi,

FIDEI DEFENSORI.

NEC novum, nec indecorum quid feci, Regum Maxime, qui *Mayernium* in Orbem denuò prodeuntem, Patrocinio tuo commendare auſus ſum. Regiis ſiquidem Hoſpitibus ſemper aſſuetus, Ataviſque tuis Auguſtiſſimis apprimè notus non alium dignatur Patronum accipere niſi Principem, nec aliâ utetur Clientelâ, niſi quam Faſces & Regalis Purpura præſtabunt. Melioris notæ Medici Regibus ſemper familiares & chari extiterunt. Sic *Cteſiam Artaxerxi* in deliciis fuiſſe conſtat, ſic *Philippus Alexandri Magni* amicitiâ fretus eſt, ſic *Antonium* ab *Auguſto* omnibus Benevolentiæ teſtimoniis cumulatum legimus. Denique ne reliquos recenſeam, ſic *Mayernius* noſter *Jacobo* & *Carolo* ejus nominis primis, familiaris ſemper & charus habiturus eſt. Iſtum ſane honoris apicem *Mayernius*, lucem poſtliminia viſens habiturus eſt, quodam in terris ageret neutiquam gaviſus eſt: Mortuus nempe in Majoris Principis Clientelam ſe tradit, quam viventi uſquam conſpicere, & coram intueri obtigit. Tu nempe, quem nunc *Mæcenatem* ambit, longe ſuperas tres illos Principes, quorum dum viveret munificentiâ auctus eſt; cum omnes illas regias Virtutes, quibus tres illi Monarchæ conſpiciendos ſe Orbi exhibuerunt, in temet uno complectaris, cum Fortitudinem *Henrici quinti*, Prudentiam *Jacobi primi*, Pietatem *Caroli Atavi* poſſideas.

Quinetiam alio nomine Medicina te Patronum poſtulat, qui plura ſolus effeciſti, quàm præſtantiſſima Medicorum Cohors. *Britanniam* nempe periculoſiſſimo Veterno laborantem & Animo jam pene agentem, priſtinæ Sanitati fæliciter reſtituiſti, nec minora *Belgiæ* Beneficia contuliſti, cum inteſtinis divulſa Diſcordiis *Gallica* lue tantum non tota inficeretur. Quid quod omnis *Europa* ſanatorem ſuum te non ſemel agnovit, cui tu avitas leges, & pene conclamatam libertatem, hoc eſt, vitam reddidiſti. Quid aliud enim eſt vita niſi Onus *Ætnâ* gravius, ſi Libertatis ſaluberrimo Condimento careat? Quot & quanta beneficia Orbi *Europæo* contuleris, præſens novit ætas, & poſteri gratiſſimâ Mente recolent: At quædam adhuc reſtant, quibus tu ſolus remedium afferre potes. Medicina ſiquidem ipſa ſuppliciter ad Genua tua concidit, ut eam velis fædiſſimis illis, quibus laborat Morbis, benignè liberare. Nobiliſſima Facultas, quam prioribus ſæculis eruditi tantum & integritate præſtantes Viri ambire auſi ſunt, nunc in eas Manus decidit, quæ nihil niſi turpe lucrum reſpiciunt, nec ullo commendantur Titulo niſi Ignorantiâ. Agyrtæ triobolares, & circumforanei neſcio qui Nebulones Venena ſua mediis in Vicis vendunt: Fruſtra Principum Auguſtiſſime, *Britanniam* tuam pace cumulaſti, fruſtra Bellorum cædes & lanienas avertiſti, ſi viliſſimi Medicaſtri majores quam ipſe *Mavors*, Strages impunè edunt, ſi Subditi tui quos externa Bella incolumes demiſerunt, quos nec Enſis *Gallicus*, nec alterius Clymatis mala peremerunt, domi à turpiſſimis homicidis quotidie jugulentur.

His itaque malis indies in pejus graſſantibus obviam ut eas, Artemque Medicam, quæ nulli dignitate cedit, priſtino ſplendori ut reſtituas, ſupplices oramus; nec te pœniteat invictiſſime *Cæſar*, qui *Theſeum* & *Herculem* multis Paraſangis anteiviſti, qui celeberrimos de tot hoſtibus Triumphos egiſti, turpiſſimæ hæc feritatis & ignorantiæ Monſtra peſſumdare, & cum vitam Subditis dederis, ſalutem ipſis quoad in te eſt, ſartam tectam conſervare. *Henricus Octavus* qui nulli Majorum tuorum bellicâ virtute cedit, Collegium noſtrum multis Privilegiis cumulare dignatus eſt, quæ ſanctiſſimo Legum præſidio munivit: At hæc multis abhinc Annis irriſa, ſpreta, violata ſunt, nec ulla nobis ſpes eſt reſtituendæ Medicinæ niſi in uno *Cæſare*: Quod ut efficere velis, & cum poſſis te velle nullus dubito, humillime precatur,

Sacroſanctæ veſtræ Majeſtatis

Devotiſſimus Cliens,

Joſephus Browne.

[illegible]

jam pene agonem, [illegible]

[illegible] Beneficia [illegible]

Gallica hac [illegible] jam tota inficeretur. Quid quod omnis Eu-
ropæ [illegible] agnovit; cui in avitas leges,
& pene concidentem libertatem, lex est vitam reddidit. Quid
aliud enim est vita nisi Onus [illegible] gravius, à Libertatis [illegible]
[illegible] Conditorque [illegible] Quot & quanta beneficia Orbi Euro-
pæ contulerit, [illegible] & posteris gratissima Memo-
[illegible]

[illegible]

[illegible] qui
cele-

PRÆFATIO.

SCIO non deſuturos, qui primo hic in limine quærent, quo conſilio fretus Autoris noſtri Opera jam demùm publicâ luce donaverim, poſtquam plures, ijque non infimæ Claſſis Viri, provinciam hanc olim refugerunt: Præcipuè cum Mayernius *oblivioni quodammodo traditus videatur, & nullâ jam, aut ſaltem modicâ apud eruditas fama gaudeat. Liceat itaque mihi profiteri, me ideo Inſigniſſimi Scriptoris opera Typis mandâſſe, ut exiſtimationi ejus, quæ iniquas manus experta eſt, quoad poſſem, ſubvenirem, tum ut digniſſimæ noſtræ facultati, quod in me eſt, conſulterem. Quicquid hactenus ſub* Mayernii *Nomine Orbem inviſit tam crebris fœdatur interpolationibus, utpote quod partim ex ſuis, partim ex aliorum Chartis in Bibliothecâ ſuâ repertis imperite conſuitur, ut nemo hariolari poſſit, quid Author ſibi velit, ejuſque ſe Opum aſſequi valeat, cum Caſus à Remediis peſſimo Conſilio ubique abſcindantur. Quod equidem non leve Clariſſimo* Mayernio *detrimentum, nec farraginis iſtius dedecus apud æquos Judices comparavit. Quiſquis ſanè poſthuma cujuſpiam Authores Opera publici juris facere præ ſe fert, eadèmque in compendium redigit, prinſquam integrum opus, unde iſtiuſmodi Epitome conficitur, lucem viderit, non ſolum Defuncti Manibus turpiter illudit, verùm & Lectori ſuo fucum facit, eoque nomine doli mali non immerito poſtulatur. Nemo proinde mirabitur me his fultum rationibus, perpetuis inſuper doctorum quorundam hortationibus ductum, qui quotidie extimulabant, ne pretioſum hunc quem nactus eram Theſaurum quicquid aliis contrà obgannirent, literato Orbi diutiùs inviderem,* Mayernii *Opera integra in lucem emiſiſſe, præcipuè cum, ut ſuprà Obſervatum eſt, nihil hactenus ſub ejus nomine comparuit, quod ipſius reverâ eſſe dici poſſit. Ad Epitomen Operum ejus quod attinet, aliis, quibus urberius otium ſuppetit, iſtiuſmodi provinciam tractandam relinquo.*

De Mayernio *igitur, quem venditare non eſt neceſſe, haud ſolliciti, pergamus ad operæ noſtræ rationem æquis exiſtimatoribus reddendam. Sciat itaque Lector Benevolus nos Authoris noſtri Tractatus Typis excudendos dediſſe, quales, ut credere par eſt, prælo deſtinati ſunt ab eo vivente, aut Clariſſimo* Boneto, *cui primum Voluminis hujus librum* Mayernius

Genevam *miſit, eo fine ut illic Typis mandaretur. Verùm cum caſu neſcio quo Negotium illud minus procederet,* Bonetus *Librum Authori remiſet, eo quo nunc conſpicitur ordine diſpoſitum, lociſque aliquot emendatum, & plures ſubjungit rationes quare totus iſte Liber & non Partes quædam ſelectæ divulgarentur. Huic* Boneti *Judicio aſſenſi ſunt non pauci Collegij noſtri Socij, eo tempore cum magna pars ſequentis Voluminis penes* Praxeos Mayernianæ *Editorem eſſet.*

Editorem ſuprà memoratum quod ſpectat, fateor illum magnificè pro ſuo More de Authore noſtro loqui, verùm conſultius, meo Judicio feciſſet, ſi eandem quam Erga Authorem Venerationem profitetur, erga Opera ejus teſtatus fuiſſet. Quippe cum Doctiſſimis Collegij noſtri Cenſoribus, pro meo in eos obſequio, Manuſcripti Codicis Copiam ultro obtulerim, eo Conſilio ut Schedas omnes perlegerent, & ſi ità videretur immutarent, priuſquam prælo ſubjicerentur, placuit iis Domino Charltono, *ut in hiſce rebus verſatiſſimo, hoc Negotii deferre. Verùm ille ferociùs aliquanto quam ſenem, quam virum eruditum, denique quam nobiliſſimæ artis Profeſſorem decuit, huic propoſito ſeſe oppoſuit, ſubinde inclamitans* Mayernii *opera ad incudem denuo revocari, in novum ordinem redigi, quicquid denique aut prolixum nimis, aut à moderna praxeos ratione abhorreret; reſecari debere. Ut Ingenuè fatear, ſemper mihi diſplicuit tale Conſilium; itaque cum alii alia ſuaderent, nec ullus eſſet altercandi finis, integrum Authorem exhibere decrevi, ſatius exiſtimans paucis quibuſdam diſplicere, quod cordatiores, ut ſpero, vitio mihi non vertent, quam inſigniſſimum Scriptorem, & Medicorum ſui temporis facilè* Principem, *mutilum & magnâ ſui parte truncatum orbi obtrudere.*

Mayernii *itaque integra Opera, Benigne Lector, eo ordine ac tempore quo conſcripta ſunt, tibi exhibeo. Non me latet innumera Sphalmata, partim Typothecarum inſcitiâ & incuriâ, partim Editoris abſentiâ, ubique fere irrepſiſſe: cui infælicitati mature ſuccurri potuit, ſi previdiſſem Typographos noſtros in edendis Latinis Libris tam fæde & turpiter Erraturos. Verùm Sphalmata hæc Candidus Lector condonabit eo facilius, uti ſpero, ſi ſecum reputaverit ejuſmodi Mendas in Operibus Medicis frequentiùs conſpici, propter minus uſitatos, quibus utuntur, Characteres, & ubique interſperſas Abbreviationes. Nec dubito quin male feriati quidam* Ariſtarchi, *qui quicquid ipſis minùs arriſerit damnare ſolent, hæc Operarum errata mihi imputabunt, & Editionem hanc, quantum in ipſis eſt, eo nomine elevare ſatagent. Verum quid tam iniqui Judices de me ſenſerint, non laboro. Si conatus meos qualeſcunque Bono uni aut altero placuiſſe, & Literariæ Reip. uſibus utcunque in ſerviiſſe ſciam impenſis meis & Labori abunde ſatisfactum arbitrabor.*

PRÆFATIO.

Alij fortaſſe vitio mihi vertent, quod Indicem in colce Operis hujus non ſubjunxerim, verum minime neceſſarium duxi: Eo ſiquidem Ordine, tam facili tam idoneo cuncta diſponuntur. Ut Index nullius plane, aut ſaltem parvi uſus futurus fuit. Interea loci monendus eſt Lector me, cum ad Editionem hanc accurandam primo me accinxerim, in animo habuiſſe Chirurgica Mayernii *Opera publici juris facere: Verum cum ſubſcriptionum numerus expectationi meæ non reſponderet, nec tractatus iſti citra quamplurimas æneas tabulas imprimi poſſent quæ majores, impenſas poſcerent, quam meæ facultates ferrent, Opus illud tanquam humeris meis minus aptum declinavi. Præterea cum bona pars iſtius Libri penes alios eſſet, conſultius duxi Tractatus illos ſeorſim imprimendos relinquere, quam mutilos & imperfectos in lucem emittere.*

Quod ſupereſt, credo hoc unicum a me jam exigi, ut pauca de notalibus & vitâ Authoris noſtri adjiciam, qui trium potentiſſimorum Regum Amicitiâ, trium in ſuper florentiſſimarum Academiarum purpurâ, totius denique literati orbis plauſu & laudibus cumulatus eſt. Infiniti eſſet operis argumentum hoc eâ quâ oportet dignitate proſequi, verùm ut Lectoris deſiderio aliqua in parte ſatisfaciam brevi quaſi in tabellâ ejus Hiſtoriam complectar.

Theodorus Turquetus *filius ex* Frederici Iſabellâ *Uxore, natus eſt circa Annum Domini* 1572 Mayerniæ, *quæ villa eſt non ignobilis in Agro* Genevenſi, *unde nomen accepit. Prima eruditionis Academicæ rudimenta hauſit* Monſpelii, *celeberrimâ tunc temporis Academiâ, ubi* An. 1596. *Bacchalaureatus in Medicinâ gradum ſuſcepit, & inſequenti Anno, viciſſimo die* Februarii, *Doctoris Titulo inſignitus eſt. Inde* Pariſios *ſe contulit, & Chimicæ Praxeos, quæ innovationis nomine tunc male audiit, ſtrenuum defenſorem ſe præſtitit. Mirum eſt quantum invidiæ ea res ipſi conciliârit: Academici ſiquidem* Pariſienſes, *qui a* Galeni *partibus æquo pertinaciùs ſtabant, inaudito prorſus animorum impetu, & eruditis Viris indigniſſimo,* Turquetum *noſtrum, ejuſque æqualem Clariſſimo* Quercetanum, *tanquam juratos Medicinæ hoſtes, nullis non contumeliis obruere ſatagebant. Unus ex horum numero Librum conſcripſit A. D.* 1603. *adverſus duos hoſce Heterodoxos Profeſſores, cui titulus,* Apologia pro Medicinâ Hippocratis & Galeni contra Mayernium & Quercetanum. Mayernius *ne exiſtimationi ſuæ deeſſe videretur, cauſam ſuam Libro edito ſtrenue defendet, cui* Academici *Reſponſum ſubinde ſubjunxerunt. Verùm res hic loci non ſubſtitit, ſed ulterius progreſſa eſt.* Galeniſtæ *ſiquidem ut innovationem hanc, ejuſque fautores in ſemente conficerent, quatuor abhinc Menſibus, ipſi &* Quercetano *in perpetuum rei Scandalum Academia interdixerunt, ut videre eſt ex Cenſuris ipſis, quas* M. Needhamus *noſtras in Libro cui Titulus* Medela Medicinæ *verbatim publicavit. Verum brutum hoc fulmen* Mayernii *fortunæ parum*

rum obſuit, qui poſtea Aulam accerſitus eſt, regnante tunc temporis Henrico *Quarto, cui Medicus ordinarius ſuffectus eſt. Illud ſanè ad fælicitatis ſuæ cumulum* Mayernio *contigit, quod* Pariſience *Collegium cujus Profeſſores ipſi nuper infenſiſſimos expertus eſt, ſtultitiæ ſuæ pœnitere comperit, eoſdemque medicos ſummis in Cælum laudibus tum libros tum remedia* Chymiſtarum *effirre, quæ tantâ temeritate non ita pridem Orco damnaverant.* Henrico *quarto e. vivis Sublato, relictâ* Galliâ, Angliam *ſe contulit, ubi magnas & celebres amicitias coluit, & propter ſingularem eruditionem in diliciis habitus eſt* Jacobo *primo, Regnum ſui temporis longe eruditiſſimo, qui ipſum Archiatri Regis Dignitate, multis inſuper honoribus benigne cumulavit. In utriuſque Academiæ,* Oxonienſis *ſcilicet &* Cantabrigienſi *conſortium unanimi Academiorum conſenſu aſcitus eſt. Summâ apud omnes literatos exiſtimatione, dum* Jacobus *Primus viverit floruiſſe conſtat: verùm ultimum gloriæ apicem attigiſſe, & ſeipſum quaſi ſuperâſſe videtur, rerum potiente* Carolo *Primo: nempe eum* Henrietta Maria, Henrici *quarti* Galliarum *nuperi Regis, & Domini ſui colendiſſimi filia,* Anglicano *ſolio admoveretur. Jure merito hoc addiderim, neminem ex* Hippocratis *familiâ, ſive antiquos, ſive recentiores Spectemus, uberiorem praxim jactare potuiſſe: Quod non ſolum ex infinito literarum commercio domi foreſque habito conſtat, verum ex opibus, quas magnificas, imo regias reliquit. Obiit Octogeſimo ſecundo Ætatis Anno, Gloriæ divitiarum & Annorum ſatur. Duos ſuſcepit filios, unicamque filiam, quæ honoratiſſimo Marchioni de* Ruvigny *poſtea nupſit. Atque hæc de Authoris noſtri vitâ, deque Editionis hujus in ſcituto dixiſſe inpræſentiarum ſufficiat.*

Reverendo in Chriſto Patri

JOHANNI, NORVICENSIUM

Antiſtiti Digniſſimo.

Ampliſſime Præſul,

SCIO non deſuturos, qui rem indignam & indecoram maximè feciſſe me dicant, qui *Mayernii* Opera Medica tibi, Eccleſiaſticis rebus penitùs occupato, obtrudere non erubuerim. Verùm pro inſitâ tibi Humanitate ignoſces mihi, uti ſpero, ut qui nihil à te alienum putes, quod ad promovendos rei literariæ fines, & Salutem conſervandam pertineat. Quanquam (quoniam de Medicis hic agitur) non puduit D. *Paulum* honorifico Elogio dilectum ſuum *Lucam*, qui Medici non minùs quàm Evangeliſtæ Officio functus eſt, cohoneſtare. Neque is eſt *Mayernius* cujus te pudeat, aut cujus Aſpectum refugias; principibus ſiquidem Viris, dum in terris ageret, carus, & in Aulis Regum verſari ſolitus totum Celebritate Nominis ſui Orbem implevit, ſanandæ inſuper Medicinæ (ſiquidem ita loqui fas ſit) auxiliatrices Manus admovit. Spretis autem Principum Palatiis id unum nunc ambit, aut Aſpectu tuo coram frui liceat, & in celeberrimâ Bibliothecâ tuâ, quam omnimodâ & undique conquiſitâ ſupellectile inſtructiſſimam nactus es, Locum inveniat. Eximia enimverò tua tum divinarum tum humanarum Rerum Scientia, nec minor Hominum quàm Librorum cognitio maxima mihi incitamenta fuerunt, ut *Mayernium*, de re Medicâ optimè meritum, Patrocinio tuo commendarem. Quid quod tu etiam *Hippocrati* litâſti, & intimos Artis Medicæ receſſus apprimè nôſti? Quid quod *Mayernium* faventi Oratione ſæpius efferre, ejuſque Praxin ſummis Laudibus proſequi ſoleas? Quidni ergo tibi conſecretur Liber, à quo, non minùs quam ab Auctore, alteram quaſi Vitam ducit. Imo qui tuus eſt, quia tuo Suffragio, tuis potiſſimùm Præconiis fultus Lucem, quam fæliciter ante vidit, ſecuriùs denuò

nuò aſpicit. Nimirum de Sæculorum omnium Judicio ſecurus eſt, qui probatus eſt tuo. Spero itaque te, Optime Antiſtes, ſolito Candore, quo totum *Britannicum* Orbem tibi jampridem devinxiſti, Hoſpitii jura *Mayernio* conceſſurum. Ego, ſicut æquum eſt Deum Opt. Max. te Eccleſiæ ſuæ quam diutiſſimè & fæliciſſimè præeſſe ut velit, Voti mei jamdudum factus compos, ſed & voti reus ſemper futurus, quotidianis Precibus ſollicitare non deſinam

Reverendæ Paternitatis tuæ

Humiliter Devotiſſimus

Joſ. Browne.

JOHANNI RATCLIFF

ET

GULIELMO GIBBONS,

Medicinæ D. D.

Viri Celeberrimi,

CUM perpauci reperiantur qui de Medicis aut ipſorum Remediis rectè dijudicare valeant, minimè mirandum eſt ſi aut iniquos Laudatores, aut malevolos Cenſores plerumque agant, quod ab Hippocrate *præſtantiſſimæ noſtræ Artis Fundatore olim obſervatum. Ad vos itaque confugio Medicorum noſtri Temporis facilè Principes, ut Cl.* Mayernius, Britanniam *noſtram denuò viſurus, veſtro Patrocinio fretus in Publicum prodeat. Iniquum ſanè duxi* Mayernium *noſtratem (quidni enim eo Nomine Autorem meum compellare abnuam, cum in utriuſque Academiæ gremium aſcitus, potiſſimam Vitæ ſuæ partem apud nos duxerit?) in anguſtis Muſæi Parietibus concluſum diutiùs cum Blattis & Tineis rixari; præſertim cum mecum reputarem quod & debitus defuncti Manibus Honos, & viventium Incolumitas clarâ, ut ità dicam, Voce id poſcerent, ut Scripta ejus Auro contra non cara univerſum literatum Orbem inviſerent & illuſtrarent.*

Quod autem vos, Viri Præſtantiſſimi, Mayernii τῦ πάνυ *Patronos, quos & optimos Judices habiturus eſt, eligere conſentaneum crediderim, duæ potiſſimùm rationes impellebant. Primùm quod in frequentiſſimâ hâc totius Orbis Civitate, ubi* Mayernius *per tot Annos Medicinæ fœliciter inſudavit, primarium inter iſtius Artis Profeſſores locum æquiſſimo Jure obtinetis. Deinde quod Eruditionis Veſtræ Fama toti* Europæ *jumdudum innotuit: Æquum itaque fuit* Mayernium, *cui Editor tenuitatis ſuæ conſcius Patrocinium præſtare non potuit, ſub veſtris nunc primum Auſpiciis prodire, ut ſic Eruditorum plauſus captare, malevorumque Sugillationes tutiuſque evitare poſſit.*

Verùm in publica commoda peccare me intelligo, ſi diutius vos, qui tot & tanta Negotia ſuſtinetis, interpellare pergam, nec non Eximiæ, quâ uterque præſtatis, Verecundiæ injuriam inferre, ſi veſtras laudes quantumvis meritiſſimas celebrare fruſtrà moliar. Manum itaque de Tabulâ, cui pingendæ non ſum, amovere feſtino. Quod unum ſupereſt, etiam atque etiam vos rogo ut Moleſtiam hanc æqui bonique conſulatis, & Amicitiâ veſtrâ Editorem dignari non recuſetis. Ita vovet & precatur

Favoris veſtri Studioſiſſimus

Joſephus Browne.

CONSI-

CONSILIA EPISTOLÆ ET OBSERVATIONES.

LIB. PRIMUS.

Madamoiſelle du *BIGNOUX*, 25 Aprilis, 1605.

Fluor Albus.

ANnorum, 32.

Temperamento melancholico, habitu ſatis pleno, olim Hemicraniæ obnoxia;

Fluor albus ab anno cœpit cum magnis ardoribus, & puncturis, ac tumore orificii, quantitate ſatis magna.

Colore luteo & ſubviridi inficitur linteum, Conſiſtentiâ ſpiſſâ.

Continuò fluit hoc excrementum inæqualiter, ſine obſervatione tempeſtatum.

Nulla adeſt laſſitudo.

Nullus lumborum dolor, ſaltem memoratione dignus.

Fotu remittebat dolor, ambulatione verò & fomenti ceſſatione, ardor, pruritus, tumor ſemper in pterygomate ſiniſtro.

Si iraſcatur excandeſcit malum.

Nunquam antea paſſa fluorem album.

A ſeptem annis demum cœpere fluere menſtrua, idque exhibitis, per multos annos Validiſſimis καταμένοις.

Sine certo periodo.

Nunc parum fluunt, ex quo minerales Nivernenſes aquas adiit; quibus epotis habuit meliuſculé.

A nativitate pallida, quem calorem cum à Virgineo ictero ortum interdiu ſuſpicarentur, exhibuerunt medicamenta calidiora, à quibus color rubeus conciliatur genis, ad cujus moderationem, & ſanguinis ſupra modum attenuati & ferventis revulſionem, imperata phlebotomia crebra brachii & pedis, cui ſucceſſit ſitis ingens, tumor tibiarum & pedum.

Sanguis floridus, non ſeroſus.

Nullos paſſa eſt acutiores morbos.

Hemicrania quam vocat, & quæ olim infeſtabat ægram, erat dolor totum caput occupans cum καρδιαλγία durans per horas *xxiv*.; ſæpiſſimè repetens, quem citatus naturaliter vomitus, ſomnuſque percurabant.

Ceſſavit potis ante biennium aquis Nivernenſibus, per octo menſes integros dolor, & habuit optimè; nunc recurrit, ſed rariùs, & cum minori vehementiâ.

Horâ unâ ante dolorem, vapor & rubor faciei.

Nulla uteri ſuffocatio.

Calor à Xyphoeide ad guttur interius halitus tunc fœtet, lingua flaveſcit, ſicceſcit, quaſi febricitaret, durat per octiduum, imò conſuetum eſt hoc ſymptoma præcipuè circa menſes ſicut alia omnia.

Tranquillus ſomnus per *vii.* horas vulgò, nec facit laborem.

Sæpe ſopita eſt.

Expergeſit cum œdemate oculorum & calore interno.

In ſomnia nonnunquam laborioſa. Omnia ſenſuum organa probè diſpoſita.

Spirat difficulter in exercitiis.

Nulla tuſſis, nulla in pectus fluxio.

Palpitatio cordis ſemel aut bis in menſe per horam dimidiam.

Pulſus compoſitus, Febri non eſt obnoxia.

Ἀποσιτία ob calorem, oris amarorem continuum quaſi Aloen deglutiviſſet. Labia ſicca finduntur, & Epidermis excidit.

Sitis continua, parùm tamen bibit.

Non vomit, niſi difficulter.

Alvus ſemper adſtricta.

Excrementa ſubnigra.

Hœmorrhoides aliquando tument cum levi dolore, ſemel ab iis graviter ægrotavit.

Nulli ructus acidi, nulli rugitus, nulla ventris inflatio.

Bene coquit, cibos enchymos ſumit, delectatur faucibus. Acetaria & piperata vitat.

Hypocondrium utrumque ſatis molle Meſenterium tumet, durum eſt circa latus ſiniſtrum.

Viæ urinariæ ſatis liberæ. Aliquando urinæ fluxus ſine largo potu.

Nunquam utero geſſit.

Difficillimè ſudat habitus.

In lecto ſudant volæ, plantæ, axillæ, nec fœtet ſudor.

Nullus calor in volis.

Ante quinque menſes tanta inflammatio nympharum & pterygomatum ut ad mandragoram ſolanum fuerit deveniendum.

Ante *xv.* dies ab exercitio pedeſtri ob attritum, labiorum pudendi Inflammatio, Phlegmone ſuppuratio cum febre & ſummis cruciatibus. Perſeverat fluor albus.

Reſtat durities in pterygomate ſiniſtro, poſt ſuppurationem.

Uſa eſt injectionibus refrigerantibus & detergentibus cum ſucceſſu.

Immiſſum Bug. roſ. Ceratum Gal, diapalm. diſſolut. cum ol. Roſ.

Remedia Antiqua.

Purgationes plurimæ validæ cum ℥ ß. vin. benedict. quippe difficillimè purgatur, vel ratione Obſtructionum, vel ob aſſuetudinem. ℥ ii. Senæ nihil aut parùm nuper purgaverunt.

Pilul. de Caſtor. & trochiſ. de Myrrha ad ciendos Menſes.

Ante *vi.* menſes D. Martinus tractavit morbum inſtar Gonorrheæ, cùm tum maritus, ſe nunquam quidquam venerei paſſum aſſeveret.

Purgata fuit. Apozem. laxat. in tres doſes emulſion. Clyſter. crebr. fotus part. affect. deterg. Pilul. ex Aloes ſem. heder. &c.

Caſſ. cum Rheo.

Litus lumborum. Phlebotom.

brachii & pedis, quam fert facillimè.

Balneum à quo benè habuit.

Decoctum ſudorificum præſcriptum, non fert calorem, nec ſudat.

A *iv.* menſibus ceſſavit hæc remediorum ſeries.

Nulla habet remedia uſualia.

Menſe Auguſti ultimo ſumpſit hic aquas Spadenſes quæ primò eduxerunt pituitam per Urinas, deinde claræ fluxerunt.

Sumpſit tabellas ex limaturâ chalybis, ſaccharo, Cynam. ab obſtetrice reginæ irrito effectu.

Theoria.

In hoc ſubjecto, potiſſimùm laborant naturalia, & quidquid vitii cæteris partibus communicatur, ſuam inde trahit originem. Naturali conformatione, anguſtiora ſunt vaſa interiora, tota vid. venæ portæ diſtributio, unde fit ut quidquid viſcidi & impuri à ventriculo, & inteſtinis per venas meſaraicas, ſugitur ab hepate, facilè hæreat in ductibus, & faciat obſtructiones. Oneratur pariter hepar congeſtione ſuperflui, & lien, atque in utroque viſcere, proprium abundat excrementum, in hepate bilis, in liene ſuccus ater, contra naturam. Quoniam verò prima congeſtio fit in meſenterio idcirco vivaces & ſpongioſæ ejus glandulæ turgent craſſiori tartaro, & factus in eo tumor cum duritie circa umbilicum; ubi quærendum videtur centrum Mali: Hinc fit ut tenuior portio tantum permeat ad viſcera ſuperiora, lienem & hepar, à quibus ut ſuccus regurgitat mox in ventriculum unde oris amaror, dejecta appetentia, mox in partes infimas, uterum vide, unde fluor albus qui melancholicis & mulieribus iis quæ negotiorum concepta Imaginatione firmiori, ſubinde ſeipſas torquent, atque animo ringuntur, eſt familiaris. Huc accedit quod naturaliter intemperatus eſt uterus, frigidior & humidior, qui nec proprium alimentum fideliter coquit, nec à reliquo corpore ſanguinem ſtatis intervallis excernendum potenter trahit, nec per anguſtiſſimos cotyledonas, quod eò à naturâ fuit amandatum tranſmittit expellitve. Atque ea eſt cauſa excreti iſtius albi, accepta ferenda, partim ipſi utero, partim (ſed præcipuè) impuritati viſcerum naturalium, quæ ſeſe exonerant in ſentinam univerſalem corporis muliebris. Cujus excreti qualitas acris debetur putredini & quantitati ſalis ſeu tartari in humido latentis per internum calorem attracti & à reliquis ſubſtantiis ſeparati, vel ut manifeſtiùs dicam Pituitoſa in viis hærent, tumorem faciunt & indurantur, quod tenuius eſt bilioſus videlicet vel melancholicus Ichor, naturaliter acutus acris facilè fluit, & quaſi tranſcolatur per fœculentos humores, ſtillatque in uterum, per oſcula ramorum venæ hypogaſtricæ, ibi vel à calore præternaturali, vel à vi coagulante ſalis ſpiſſeſcit, ac lentè labitur per collum uteri, quem acrimonia pungit, vellicat, & in parte exquiſiti ſenſus attracto per dolorem ſanguine, parit inflammationem. Interim verò ſpiritus & naturalis calor ſui officii immemores, ſegnes torpent in viis, fiuntque infrigidationes obſtationem. Ita inæquales ſucci plurimi, adæquandi veniunt medelam daturo. Pituitoſa frigida augent calidorum aculeum, eaque ſurſum & ad circumferentiam propellunt, aucto tamen per contrarietatem in imis viſceribus igne quam manifeſto percipit ægra, & à cujus calore ſiccante fæcum durities, & alvi tarditas.

Neque ſperandum eam poſſe utero concipere niſi prius tollantur omnes intemperies & conſulatur hepati lieni, meſenterio priuſquam uterus curandus ſuſcipiatur.

Praxis.

Corpus univerſaliter purgato.

Craſſa attenuato, dura emollito diſſipato, obſtructa reſerato, præparata cum tempore, ſenſim educito.

Quæ præparatione non indigent, tenuiora vid. ſine morâ ejicito.

Spiritibus ita liberum commeatum procurato, & ſanguini, quem in ſuo fonte corrigito.

Lienis fæces moveto, ejuſque parenchyma ventilatio, per arterias dum puros ſuſcitabit ſpiritus Intemperiem calidam emendato, Saltem ne augeto, quod non fiet per frigida, ſed per ea quæ cauſam caloris educent.

Utero conſulito, diverſione humoris affluentis per ſudores, urinas, ſedes ipſum roborato, ſiccato, aſtringito mollitie quippe & laxitate laborat.

Humorem affluentem in ipſis viſceribus, & in excipiente parte dulcorato, ejuſque acrimoniam retundito, detergito.

Viſcera omnia roborato, ut vel non generent ſeparentur tantum ſuperflui, vel, ſi congeſſerint, expellant ad idonea emunctoria, & vias convenientes.

Victum imperato mixtum ex refrigerante & humectante manè ob univerſalem affectionem, & utramque bilem in viſceribus æſtuantem. Siccantem veſperi ob ſymptoma. Vitet acria, ſalſa, piperata, acida, flatulenta, viſcida, piſces, lacticinia, ſaccharata. Utatur enchymis. Juſcula manè inſtar Apozem. ex rad. aperient. chyn Eryng. Petroſel. Fœnicul. Aſparagi ſummit. Rubiæ tinctor radic. capparib cicerib. rub. lupul. charephyll. pimpinell. agrim. Borrag. bugloſſ. cum ſpiritu vitrioli & Cremore Tartari.

Chriſtall. mineral. temperabit ardores internos, reſiſtet inflammationi, & potenter aperiet.

Bibat decoctum chin. ℥ i. & rad. filac. foem. ℥ ii. cum cortice pom. redol. arom. Cynam. & Santal. citr. In eoque diluat vinum rubrum paucum, nam non confert ut ſit abſtemia.

℞ fol. ſen. ʒ vi. Agarici ʒ ii. Tartari vini albi ʒ iii. caryoph. ℈ ii. Infund. in æquis partib. vin. albi, & aq. Meliſſ. man. poſt aliquot ebull. factâ expreſs. & colat. red. ad doſin diſſolve Syrup. Ros. pall. comp. cum ſen. & Agar. ℥ i. M. *ſs.* potio quam ſumpſit heſterno die 28 Aprilis ter tantum purgata fuit, idque parum, educta tantum bilis rufa cum viſcidiſſima pituita vitreâ, noctu ſemel aut bis fluxit alvus.

Mittatur ſanguis de Baſilica dextra ad ℥ vii. ut fiat via medicamentis quod ad phlebotomiam reſervetur ad neceſſitatem, ejus quippe reiteratio noxia, quæ viſcera calore nativo ſpoliat, & petennem fovet humoris excrementii generationem: Maximè verò abſtineat à ſectione venarum inferiorum, nam vanus erit labor ſuſceptus in provocatione Menſium, qui per totam vitam parci erunt; adde quod major fiet ad partem affectam attractio.

℞. Radicum eryngii graminis oxali id. oxylap. fœniculi in aceto alb. macerat. an. ℥ i. Rad. Tarax. chicorii. cort. med. fraxin. an. ℥ i *ß*. Rad. filic. foem. ℥ ii. polypod. quercin. liquirit. ras. an. ʒ vi. fol. chamædr. fumar. meliſs. Agrimon. pimpinell. Borrag. bugloſſ. trif. acet. an. M. i. Epithym. Ceterach. ſalv. vit. an. Miſ. florſ. geniſt. & Tamaris. an. p. ii. ſem. melon. rec. mundat. ℥ i. ſem. Alteell. ℥ *ß*. paſcul. purg. ʒ vi. poma redol. minutim inciſ. cum corticib. N°. iii. fiat decoctio in colatur. Infund. & decoq. fol. ſen. mund. ℥ ii *ß*. Agar. Albiſs. ʒ vi. medull. ſemin. carthami ℥ ii. Tartari albi ʒ x. irror. hæc omnia vino albo odoro ante infuſionem *xxiv*. horas quam ſequatur ebullitio, & colatura quæ levi coctura reducatur ad ℥ xv. diſſolu. Syrup. Roſ. pall. comp. cum ſena ℥ ii. ſyr. de pomis ſolutivi ℥ i. Ms. *ß*. Apozem. pro tribus doſibus matutinis.

Interpoſito uno die reiteretur præſcripta potio, cui add. diaphœnici ʒ ii.

Peractâ purgatione univerſali Inſiſtendum in uſu alterantium.

Per *xv*. dies ſumat mane Juſcula dicta hora *vii*. matut. octava. Ad nonam uſque ſi. fotus umbilico & tumenti meſenterio.

℞. Rad. Alth. ℥ iv. Malvæ totius violar. an. M. iii. Rad. filicis fœm. Eryng. Tarax. an. ℥ iii. Rad. Aſari Ireos florent. Gentian. cort. med. fraxin. & heder. mural. an. ℥ ii. fol. Eupator. Avicen. chamadr. chamæp. Agrimon. Abſynthii Meliſs. Nep. Artemis. an. M. iii. florſ. Ebuli Sambuci geniſtæ an. p. iii. Centaur. min. p. ii. *ß*. ſemin. lini ℥ ii. ſem. Anis fœniculi an. ℥ i. ſpicnard. calam. arom. ſpodii an. ʒ vi. fiat decoctio in duab. part. aq. fabr. & unâ vini alb. add. ℔ *ß*. Aceti ſcyllit. pro fotu partis dictæ, uſurpando mane & veſperi longè à partib. tepidé.

Nec mirum ægrè videatur ſi ſumpto Apozemate, & uſurpatis fotibus magis fluant & moneantur albi Flores, quippe liquati humores promptiores ad fluxum redduntur.

Quod ſi incaleſcant viſcera longo uſu prædicti fotus & excretum ſit, acrius temperetur, ſumpto hordeato aperiente & refrigerante.

℞ Rad. Gramin. Acetos. lactuc. tenerioris an. ℥ i. rad. chin. ʒ iii. hordei munati p. ii. includantur radices nodulo & cum hordeo coquantur ad putrilaginem, fiat cremoris expreſſio per linteum rarum, cui add. emulſ. ʒ iii. Amygdal. dulc. rec. mund. & ℥ *ß*. ſem. melon. rec. mund. cum ſem. lactuc. rec. & papav. alb. an. ʒ i. *ß*. hord. quod dulcoretur pauco ſaccharo exhib. hora ſomni.

Ordo. vii. juſcul. octava. Fotus. decima prandium tertia fotus, ſexta cœna undecima hordeatum, & ſic deinceps.

℞. Ol. Amygdal. dulc. rec. extr. chamæmel. & lil. an. ℥ i. ol. de Kaſp. ℥ ii. ſucc. Ebuli cichor. Abſynth. an. ℥ i. vini alb. generoſ. ℥ iii. Acet. alb. ʒ x. coq. ad ſucc. conſump. fiat colatura pro litu uſurpando poſt fotum dictum.

℞. Gummi Ammoniaci in ſuccis prædictis & tantillo aceti diſſolut. ℥ iv. Gummi Elemi ℥ i. diachylonis Ireat. ℥ iii. ol. de Capparibus q.s. fiat Emplaſtrum extend. in aluta ſynapiz. pulver. flor. chamæmel. & applic. vel poſt litum vel ejus loco. & diu geſtetur.

Poſtea fiat balneum univerſale cum refrigerantib. ſalice, Nymph. violar. malv Althea lactuc. Inſideat. ſacculo ex mentha Artemis. Agn. cap. florib. Salv. Nymph. Inſperg. Raſæ utatur per *vi.* dies, ingrediatur bis in die, longè à paſtib. citra Sudorem. moretur in eo per horas duas quavis vice. *iv.* vel *vi.* dies.

Licet excitentur flores albi balneo nihil nocebit.

His peractis tunc locus erit ſpecificis, prodeſſet verò in primis dicta ſudorifica, ſi ſudorem poſſet ægra ferre multorum dierum, cujus vicem tenebit Laconicum in dolio duplici cum herbis matricalibus & cephalicis octavo quoque die, vel in menſa uſurpatum. Vitatis tum cœli æſtuantis ardoribus.

Ante ingreſſum Laconici hauriat decoctum ex chinâ, & zarza.

Parentur loco dictæ decoctiones vulnerariæ & ſiccantes manè ſumendæ ℞. Rad. chin. ℥ ii. ℥ i ß. fol. Veronic. maris Alchymill., Buglæ, prunell, piloſel. millefol. Agrimo. an. M. i. Ros. rub. p. ii. ſantal. citrin. ʒ ii. lign. Rhod. ℥ ß. decoctio in S. q. aq. font. chalybeata, Colatur. clarif. levi coctura reduc. ad ℥ xxiv. pro *iv.* doſib. matut. dulcor. pauco Saccharo. contin. per xx. vel xxx. dies.

Iiſdem diebus conveniet tinctura roſarum cum ſpir. vitrioli.

Durante hac remediorum ſerie ſæpius ſubducatur alvus clyſtere.

℞. Fol. viol. malv. parietur an. M. i. fol. Abſynth. Agrimon. veronic. Sanicul. bugl. an. M. i. ß. chamæmel. p. ii. roſar. rub. p. i. ß. hord. Integ. p. i. fiat decoctio in ſero lactis In colat. s. q. coq. fol. ſen. ℥ ß. ſem. aniſ. ʒ iii. reduc. ad ℔ i. in quâ diſſolv. cathol. ℥ i. mell. Ros. colat. ſacch. alb. an. ℥ ii. vitell. ovor. N°. ii. M. ß. clyſter. ſine oleis quæ & relaxant, & utero noxia ſunt.

Tertio quoque die ſumat pilulas ſequentes horis duabus ante prandium ſuper ſorbendo aliquot cochlearia juſculi.

℞. Gumm. Ammoniaci & Bdellii in aceto ſcyll. diſſolut. an. ℥ ß. Aloes crud. ℥ i. pulver. tartar. & ſen. an. ʒ iii. Myrrhæ ℥ ß. croci. ʒ ii. ſalis abſynth. & Corallor. an. ʒ is. Ms. cum ſyrupo conſerv. citr. fiat Maſſa de qua cape ʒ ß. trochiſc. Alhandal gr. v. form. pil. N°. iii. cap. horâ dictâ.

℞. Infuſ. ʒ v. fol. ſen. factam in aqua veronicæ maris cum aliquot cæryoph. diſſolu. in juſcul. cui addit. fuere ʒ i. Cremor. tartari cum gr. xii. ſcammon præpar. capiat decimo quoque die, vel octavo.

Semel aut bis in menſe purgetur ſyrupo magiſtrali.

℞. Folliculor. ſen. & folior. an. ℥ iii. Agarici ℥ ii. ß. Rhabarb. ℥ ii. Mechoacan. Turbith. hermod. an. ℥ is. Seminis Ebuli ℥ i. Caryoph. ʒ iii. Macis, Cynam.

an. ʒ ii. Zinzib. ʒ i. Infund. ſecundum artem noſtram. In s. q. aq. veronicæ Nymph. chicorii deinde f. poſt aliquot Ebull. expreſs. & Colat. quæ in alembico Evapor. ad conſiſtentiam adde pro ℔ ß. iſtius mixturæ Mann. calabr. Syrup. ros. pall. ſol. & de florib. perſic. an. ℥ iv. ß. Syr. perfect. coct. doſis ℥ ii. è ptyſana.

Quod ſi non ſuccedat ſufficiens purgatio addantur ʒ ii. Infus. diacryd. fact. in 🜄 ut noſti ex Zaſpat.

Iſtæ ſunto uſuales vacuationes quibus & totum corpus vacuetur univerſaliter & materia derivetur à parte affectâ præcipue *utero videlicet*.

Cui interim erit conſulendum injectione ter ſingulis diebus uſurpata per ſyphonem ita tamen ut ſi ſit ex decocto herbarum non ſinatur in collo uteri ultra horam, ſi ex dilatis poſſit diutius aſſervari Injectiones ſint.

℞. Fol. herb. robert hyperic. Millefol. an. M. i. Alchymill. M. iii. plantaginis utriuſque burs. veronic. maris paſtors. an. M. is. Ros. rub. p. ii. hord. integ. p. i. F. decoctio in aq. chalybeata colatura & clarific. cui add. acet. ℔ i. Mell. ros. colat. ℥ iii. utatur ſæpiſſimè ita ut ℔ i. abſumatur biduo vel triduo ad ſummum, ne corrumpatur addat parum vini albi & poſt naturalia ubi locus erit adſtringentibus validioribus Alumen melius erit medicamentum.

Ad refrigerium ſi ardores ſint moleſti.

℞ Phlegmatis Aluminis & vitrioli Aq. ſtillat ſpermat. ranarum & perſicar. maculat. an. ℥ iv. Olei Saturni vel ⊖ ejuſd. ℥ ß. mellis ros. col. ℥ ii. Ms. utat. In ſummis doloribus qui tamen non recurrent, ſi diligenter præſcripta adminiſtrentur conveniet hyoſcyanum, & opium in injection. diſſolut.

Aſtringens ſummum ultimò uſurpandum.

℞ Aq. flor. Myrrhi Aq. Alchymil. Aq. è ſucco prunell. virud. an. ℥ vi. pulver. Alchymill. ℥ ii. nuc. cupreſs. Acaciæ an. ʒ vi. Alum. ℥ ß. ſtent ſimul in digeſtione per dies aliquot deinde fiat colatura utenda ut dictum eſt.

Sed videndum ut tempore idoneo Aſtringentia adhibeantur, metus enim eſſet ne à refluxu materiæ in viſcera, gravius incommodum ſuboriretur.

Quioniam verò circa columellam prope anum videtur foramen exiguum quod poſt ultimorum dierum abſceſſum apparuit, reſtatque in latere ſeu pterygomate ſiniſtro durities, non vana eſt ſuſpicio emiſſarii quod per eam viam natura in poſterum moliatur, ſive fiſtulæ quæ ſi certò adeſſe deprehendatur, neque prædictis ceſſerit remediis, nobis erit ejus aggredienda curatio, vel ligatura, vel ſyringotomo, ut fiſtularum ani immiſſo per inferius foramen tenui ſpecillo, quo ſuperioris ſitus inveniatur, adeſt autem ni fallor orificium ſuperius per quod nuper ruptus abſceſſus pus fudit copioſum.

Interim verò ad ulcus percurandum & duritiem citra calorem reſolvendum, ac dulcorandum ſalem humorum acrem.

℞ ⊖ Saturni ℥ ſſ. Aq. ros. ℥ ii. ms. inting. linam. carp. & indatur orificio pudendi ☿ etiam dulcis, cum pomata mixtus ulcuſculo impoſitus proderit quàm plurimùm.

Par-

Particularia ad fluorem album erunt.

Inſeſſus ex hiſtericis paucis adſtringentibus & vulnerariis plurimis addit lactuc. Nymph. Salice Agno caſt. *&c.*

Suffitus ſequens per inſtrumentum noſtrum ad uterum.

℞ Maſtich. Sandarach. an. ℥ ii. ſtyrac. calam. benjoin. an. ℥ ii. lign. Rhod. ſantal. citr. an. ʒ iii. ladani puriſs. ℥ carbon. ſalic. ℥ v. Ms. & cum mucag. gum. tragac. Extract. in △ Anglic. f. Aniculæ cypriæ inſtar digiti craſſæ & oblong. incendenda ſecundum artem.

Suffitus humidus ex odoratis in ſella perforata exceptus etiam proderit ut ex decocto lign. Rhod. raſur. Junip. ſtyrac. benjoin. In vino albo addit. caryophyll. nuc. moſch. *&c.* tum præcipue cum poſt prædicta uterum vel ad conceptionem, vel ad ſui apertionem ſollicitare erit animus *Emplaſtrum* aſplic. lumbis & Oſſi ſacro.

℞ Ladani puriſs. ℥ ii. rad. biſtort. ℥ i. Gummi Arabic. lapid. hæmat. battit. ferri in aceto præpar. an. ℥ ſſ. ſanguin. dracon. maſtich. ſandarac. an. ʒ vi. myrtyll. roſ. rub. an. ʒ iii. olei glandium. Ceræ an. q. s. vi ſſ. Empl. applic. & contineatur idoneis funiculis.

Liniantur Lumbi ante applicationem Emplaſtri ſequenti litu.

℞ Succi plantagin. ſolani & tener. ſol. popul. depur. an. ℥ ii. unguenti roſ. meſue. ℥ vi. coq. ad ſuc. conſum. Semper agitando deinde fiat colatura. Abluatur multùm aq. Ros. & nimph. deinde effuſa aqua adde pulveris Alabaſtri ſubtiliſſimi ℥ i. camphor. ʒ ii. Ms. ad uſum.

In juſculis detur tinctura corallorum & ⊖ perlarum.

Vel corall. diſſolu. aut calcin. cum Spum. vitrioli & perl. etiam admiſc. juſculis Syrupus ex corall. ℞. Tincturæ roſarum extract. cum aq. ras. veron. plantag. ſucc. depurat. berber. an. ℔ ſſ. Sacchari albiſs. ℔ i. coq. ad conſiſtentiam. add. Tincturæ, vel ſalis corall. & perl. an. ℥ ſſ. in fictili vitreato non in alio vaſe, ſi in bellona cenſi quod ad ignem duret vel vaſe Cereviſiæ, aut vitreo fiat, melius erit; ſumat è cochleari manè & veſperi.

Tabellæ, ℞ Croci mart. optim. ℥ ſſ. coral. rub. præparat. marg. præpar. vel potius ſalis eorund. an. ʒ ii. lapid. hamati præparati ʒ is. vol. arm. ter. ſigill. an. ʒ i. ſacchari albiſſimi duplum pondus omnium Ms. & cum muccag. gumm. tragac. extract. In aqua ros. ſſ. Tabell. ponder. ʒ ii. Capiat unam mane & veſperi.

Pillulæ, ℞ Pulp. ſemin. melon. rec. mund. & contus. ℥ i. pulver. liquiri recent. ℥ ſſ. cremoris tartari ʒ iii. rad. petroſelin. Interioris oſs. ſepiæ. an. ʒ ii. mandibularum lucii ʒ i. Croci martis artif. præparati lapid. hæm. præparat. an ℥ ii. ſſ. Corall. rub. præparati margar. præparat. an. ℈ iv. ſperm. Ceti ℥ i. dividatur. materia in duas partes, quarum altera excipiatur Therebentina veneta in aq. Ros. ad albed. lot. Altera verò muccag. Semin. Cydon. extr. in aq. plantagin. ſumat. cum Thereb. manè cum muccag. veſp. ad ʒ i. quavis vice per multos dies.

Videndum ne uſu aſtringentium, ſegnior alvus reſtitet, propterea ſubinde veniet ſubducenda clyſtere præſcripto.

Tanta eſt vis ⊕ in hoc ſubjecto, ut ſi non hoc anno ſaltem ſequenti ſint profuturæ ▽ hoc ſale prægnantes à quarum uſu jam ſemel optimè habuit reſpectu univerſalis affectus. ℞ Aq. extinct. calc. vin. ℥ iii. Aq. plantag. & Roſ. an ℥ ii. Aegyp. ℥ ß. Ms. colluatur ulcuſcula & appon. filam. capt. imbut.

℞ Aloes elect. ʒ iii. virid. ær. ʒ i. Auripigm. ʒ ſſ. Alum. rup. ʒ i ſſ. ſacch. cand. ʒ ii. Mell. roſ. col. ℥ ſſ. vini alb. generoſ. ℔ ſſ. Aq. roſ. & plant. an ℥ iv. Aq. extinct. calc ℥ iii. Ms. bulliant ſimul aliquot ebull. deinde fiat colatur. ad colluend. defectu præcedent. liquoris.

Hæc præſcripta *xv*. Maii à Fontainebell. cum circa partem ſiniſtram tumidam orta eſſent multa in pudendo ulcuſcula, quæ majoris ulceris parietem exteriorem fiſtulæ exeſuri internuntia videbantur.

xiii. Maii. Duo de manglat. coch. min. ℈ i. pulveris noſtri, gr. xiii.

Ille antea bolo ex diaphœnic. & hier. pic. an. ʒ ii. undecies purgatus fuit.

ʒ ii. ſen. decocto ſudorifico admixtæ ter quaternè ſubduxerunt alvum.

Pilulis ſexies fuit purgatus, & educta copia viſcidi & viridis muci, blandè.

Madame de *Beumarchais*,
23 Nov. 1605.

Melancholia hypochondriaca.

Melancholica. Conqueritur perpetuò de dolore hypochondrii ſiniſtri, & ſæpiſſimè de calore in abdomine.

Flatus multi diſtendentes, Colon opplent & dolorem faciunt.

Peſſimè dormit ac ſæpè noctes tranſigit inſomnes, cum payore, & phantaſmatis. Mox flet, mox in profuſum erumpit cachinnum. Stomachus ſubinde debilitatur ab aciditate inſenſiſſimâ membranis, quam eructat lien, & dejicit lienterica, crudos & ſemimanſos cibos.

Nulla durities in hypochondriis, tument quidem ſed à flatu.

Si purgetur dejicit primò craſſa cohærentia, mox liquida, viſcida, nigra, fuſca & levatur; imò ſi non dormiat, purgata iterum dormit. Vaporis nempe ſicci cerebrum vellicantis & ſpiritus conturbantis, ita deturbatur minera.

Antea purgabat Sena & Rheo, ſed citra inſignem profectum, optimè habet ab hoc medicamento à me præſcripto.

℞ Sen. ℥ ß. Agar. ʒ ii. caryoph. ℈ i. Infunde bull. cola, exprim. diſſolu. Syrup. Roſ. pall. ſol. ſyr. de pom. ſol. & de cichor. comp. cum Rheo. an. ʒ v. Ms. Fiat potio.

Ab aquis ſpadenſibus malè habuit ſemper, licet eas optimè reddat per urinas.

Circa æquinoctia à quadriennio ſemper recurrit & ingraveſcit malum, pejus tamen habuit quam nunc.

Præſcripſi Apozema purgans. Fotus toti abdomini ſpleniticos, aperientes, emollientes, laxantes. Pilulas cum gummis, Emplaſtrum lieni, litum fotum pro ſtomacho, pulverem digeſt. cortices cynam. medicamen. cathartic. præcedens Clyſteres, frontalia ex betonicâ.

Maſtich. gran. & piper. manè deglutit, & multa alia pro re natâ.

Suaſi ut circa medium menſem ſumat potionem catharticam, interim verò ſingulis ſeptimanis bis deglutiat pilulas ante cibum; quod ſi ſymptomata gravius urgeant, ad ſequentia deveniendum puto.

℞ Chalyb. limat. puriſs. aceto deſtillat. ſæpius loti ad nigredinis ſeparationem & ſiccat. ℔ i. Rad. Rub. tinct. coct. med. fraxin. rad. Aſari rad. chelid. maj. an ℥ i. filic. fæm. ℥ i ſs. fol. ſicc. chamædr. ceterach. Meliſs. an. M. i. fol. rut. & menth. an. M. ſs. Semin. Alth. ʒ x. ſem. Apii & petroſel. an. ℥ ſs. Baccar. Juniperi ʒ v. vini albi generoſiſſimi ℔ xvi. In vaſe vitreo optimè clauſo fiat Infus. per dies *xl.* ſupra furn. piſtoris, vel ad ſimilem caloris gradum ſingulis diebus agitando, mox fiat colatura de quâ cap. ℥ iii. dilut. aq. ſtillat. card. bened. & meliſs. an. ℥ i. decumbat poſt aſſumptionem per horam in latus ſiniſtr. mox ſurgat & ambulet ad ſudorem levem uſque, mutet induſium ac detergeatur ſedulo, & *iv.* poſt hor. *i.* ab aſſumptione prandeat. contin. per *xv.* dies.

Vel ſi vinum reſpuat utatur pulvere noſtro ex chalyb. cum ♂ præparato, cornu cerv. raſ. ſacch. Cynam. Corall. margar. ſpodio. ſed Corall. & margar. admiſ. orund. dentur & fiant tabellæ, cum gumm. tragac. diſſol. In aq. Cynam ſi gutta una ol. Cynam. vel aniſ. addatur, melius faciet medicamentum ad ſtomachum, & vapores frangendos, ac diſſipandos.

Aut alternis diebus ſum. tabell. & vinum continuando per menſem integrum.

Præparetur Syrupus de pom. ex ſucco pomorum redolentium, in quo macerat. fuer. Cortic. exter. citr. ſicc. lign. rhod. ſantal. citr. raſur. lign. Juniper. addit. tertia parte aq. Roſ. mox cum. ſ. q. Sacchari albiſſ. id eſt, æquis part. fiat Syrup. cui add. Theiclei q. ſ. ad gratam aciditatem, Sum. cochlearia duo in ingreſſu lecti.

Urgente impenſiùs vapore melancholico poterit admiſceri ℈ i. Conſ. Alkerm.

Vaporem diſcutiet, & ſimul ſomnum blandè conciliabit, ac malignitati reſiſtet bolus ex ℈ ii. Theriacæ recentis & ℈ i. conſ. Alkerm.

Ad importunas vigilias ſumat Laudani noſtri gr. vi. iv. n. aliquando exhibita furente humore nihil profuerunt.

Paretur Extractum Ellebori.

℞. Fibras Ellebori nigri veri ℥ viii. ſi autem fibrarum cortices tantùm ſeligantur melius erit folior. ſen. mundat. & follicul. an. ℥ iv. ſemin. aniſi & dauci an. ʒ iii.

caryophill. Macis an. ℥ ß. radices Ellebori irrorentur & humectentur modicè aceto ſtillatitio, mox affundatur optimus ſpiritus vini & ex arte fiat extractum coagul. ad mellaginem, vel ad conſiſt pilul. ſi velis. ℞. pilul. aggreg. ℈ ii. vel coch. min. ʒ ß. hujus extr. gr. x. xii. xvi. fiant pilul. quæ exhib. ſingulis menſibus ſemel, diebus *iv*. à purgation. menſtrua. ea vid. ratione quod per menſes ſatis commode nunc fluentes vacuatur tantum pars ſanguinis tenuior, fæculenta verò & atrabilaria tunc commota fervet & in centro ſuo nempe liene varia excitat ſymptomata. Tunc igitur cum eſt in motu multò facilius poterit deturbari.

Etſi autem ipſa facilis ſatis ſit ad purgationem non eſt metuenda hæc Doſis, quippe neceſſe eſt ut Elleborus parùm admodum in corpore reſtitet, quocirca perpetuò validis jungendus.

Nec obſtat quod ſubinde conqueritur de ſtomachi perturbatione, & dejectionibus quaſi lientericis, quippe hæc omnia fiunt ab acore quem eructat lien in ventriculum. Tam infeſtus eſt membranoſis partibus hic ichor ut facultates omnes dejiciat, ac pervertat. Paulò poſt ſubſiſtunt hæc omnia, vel evacuato humore per liquidas dejectiones quæ ſubſequi ſolent, vel ejuſdem acrimonia retuſa per apulſum dulcis pituitæ aut medicamenta temperantia.

At verò præſtantior eſt vacuatio.

Huic extracto inter parandum addantur ʒ ii. extracti Scammon. per ▽ præparati per ſe poterit exhiberi ad ℈ i. vel gr. xxv. Explorenda tamen erit in hoc ſubjecto Doſis.

Vel ℞ Extract. Elebor. Extr. Scamm. an. part. æq. exhib. à gr. xvi. ad xxiv. Hic tamen ſufficient grana xvi.

Si admiſceantur conſuetis Apozematis ex Sen. & Agar. grana iv. vi. viii. hujus extract. Elleb. optima ſuccedet operatio.

℞ Fibr. Ellebr. nigr. primò ℈ ii. deinde ʒ i. ℈ iv. ʒ i. ß. augendo vel minuendo pro operatione & viribus, transfigatur pomum, ſinatur ſub die per noctem, deinde coquatur adjectis granis ii. iii. iv. vi. Scammon. puriſſimi inditis foramini, inter coquendum eximantur radices, & comedatur pomi medulla. Sit autem pomum odoratum ut curtipendulum vel ſimile.

Eodem modo poterit præparari in pomo cydonio. Elleb. ʒ i. cum gr. ii. Scammonii. Ita præparat. minus & levius purgare aſſerit Manardus quàm juſtam pilularum Doſin, quas aggregativas vocant.

℞ Radic. elleb. ℈ ii. vel ʒ i. fol. ſen. mundat. ℥ ß. vel ʒ iii. Infund. in Hydromelite acidulo cum pauco aceto albo. Si pro viro in Hydromelite malvaticato. Fiat colatura, cui adde Scammon. depur. gr. x. Detur manè.

℞ Folia Elebori nigri veri, coquantur in pane hordeaceo, id eſt, indantur pani adhuc calenti ex furno exempto, atque ibi ſinantur donec panis refrixerit. Condiantur ſi velis cum Saccharo inſtar. Tragematis. Memento operationis quam in Emanuele Græco fecit hoc medicamentum, & notâ me [illegible] ſedaſſe in inſtanti ferè exhibitâ tictur â corallorum.

Exploranda Doſis in hoc ſubjecto à ʒ i. ad ℥ ß. Emanuel comedit ultra duas uncias.

Vel. ℞ Pulver. fol. Elleb. ita præpar. ℥ i. Aloes crud. ℥ ii. Ms. cum extracto liquid. ſen. Fiat maſſ. Capiat ℈ i. ſingul. matut. ſuper hauſt. cochl. aliq. juſculi. Si nimis turbet, detur demum *iii.* vel *iv.* die. Sed plurimis citra perturbationem quotidie exhibui.

Vel ℞ Extract. ſen. ℈ i. Extr. Elleb. Simpl. gr. viii. Extr. Scammon. cum Sp. vin. gr. x. Ms. Fiat juſta Doſis. Si diutius hæreat in corpor. add. extr. colocynth gr. iii. corrig. ol. anis.

Extractum Ellebori ſimplicius.

℞ Fibrarum Ellebori nigri ℔ ß. præparentur humectatione aceti Roſacei ſimplicis, vel aceti fortiſſimi diſtillati. Mox ponantur in matratio addendo baccarum Juniperi recent. contuſ. ℥ i. folior. ſicc. Cortic. citr. ext. ſicc. meliſſ. ℥ i ß. Macis Caryophyll. an. ʒ vi. Fiat Extractio per ſpiritum vini & Coagulatio, cui add. Salis gemm. ℥ iii. ʒ ii. Olei aniſ. ʒ i. ol. cynam. ℥ ß. uſus ſit non per ſe, ſed miſcendo cum validioribus ut dictum eſt ad gr. vii. & x.

Ut magis cephalicum reddatur hoc remedium, extracto poterit addi Agarici & raſur. cran. human. recent. ad ℥ ii. ſingul. ſed tunc erit duplicanda Doſis.

Notentur pilulæ Halii ad affectus melancholicos deſcriptæ cap. de Elleb. xxx. lib. ii. de meſue ℞ Hier. pic. ʒ xii. Ellebor. nigr. polypod. an. ʒ v. Epithym. Stœchad. an. ʒ vii. Agar. lapid. Cyan. Salis Indi. Colocyntid. an. ʒ iii. Dantur tutò à ʒ i. ad aureos duos.

Lapis Cyaneus ſive Lazuli præſtantiſſimus eſt, ejuſque nec uſti nec loti poterit exhiberi quantitas gr. v. vii. ix. cum Confect. de Hiacyntho, vel Theriacâ veteri.

Ad emendandam noxam ab Elleboro illatam utriuſque Ellebori virtutem ex corpore deturbat mulſa, decoctum uvarum paſſarum, aut hordei, aut gallorum, aut gallinarum cum oleo nucum, vel amyg. dulcium vel ſimili. Memento tincturæ corallor. Emanuelis & Aquæ frigidæ D. du Many.

Capiti conſulendum frontalibus Suffumigiis, applicatione columborum, panis calentis cum cerebro porci, betonica applicita, & ad ſomnum conciliandum ac reprimendos vapores Laudano. Syrupo Nenuphar & Diacod. ad part. æqual. quæ noctu. circa horam ſomni uſurp.

Phlebotomia mox brachii, mox pedis, præſertim ſiniſtri proderit, præſertim cùm conqueratur ſemper de Calore in ventre & dolore hypochondrii ſiniſtri.

Balneo turbatur & ab eo habet pejus.

Lac caput afficit. Cogita de ſero lactis caprilli clarificato ut Venetiis ſolent, cum Syrupo pomorum redolentium ad xv. matutin. Exhibendo quod remedium probatur utpote, aperiens per Urinas purgans, ventrem laxans, refrigerans.

NB. Cùm movetur melancholicus humor, præſertim circa noctem, maxima prodit tenuium

&

& crudarum urinarum Copia à Liene in quo ſerum illud Τὸ ὕδωρ quo nomine compellam cerſam bilis atræ ſpeciem Hippocrates, generatur.

Mad. la Preſidente *Ripaule*. 15 Dec. 1605.

Hyſterica Paſſio.

A Pluribus annis continuò vexatur hyſtericis Symptomatis, aliiſque plurimis rigoribus circa Dorſum, & Lumbos.

Doloribus vagis, circa omnia membra, præcipuè verò circa Caput.

Dentium ſtridore inter dormiendum.

Vaporibus putridis & fœtentibus, qui Nares & Cerebrum ſubinde occupant.

Palpitatione doloroſa circa Tempora.

Vertigine levi.

Flatibus plurimis appetentibus per ſuperiora Exitum.

Raucedine quaſi momentaneâ.

Catarrho ſalſo, qui poſt vaporum aſcenſum ſtatis tempeſtatibus in Laryngem, & Fauces labitur, tuſſim excitat, & febrem, atque ex Spuitione judicatur.

Lingua per integrum annum fuit mox flava, mox viridis, mox nigra, ſine depravatione Appetitûs.

Dolorem patitur continuum circa regionem Lienis & Renis ſiniſtri.

Irrita fuerunt hactenus omnia remedia cujus tandem illa generis fuerint.

Laborat Lien, Meſenterium, at inprimis Uterus. Fomes mali conſiſtit in maligna quadam aurâ ab inferioribus delatâ ad ſuperiora, quæ atterenda, frangenda, corrigenda Specificis, nihilominus excrementa quibus hoc corpus ſcatet, ſubinde ſunt everrenda.

℞ Limaturæ chalybis ſubtiliſſimæ ℥ vi. mundetur à ſordibus, & diligenter abluatur vino albo, deinde infund. per triduum in Aceto albo acerrimo, vaſe fictili bellonacenſi, ad cineres calidos ſæpe agitando ſpatulâ ligneâ, donec limatura Acetum imbiberi. Supernatet autem Acetum uno digito, Siccatæ Scobi & in Porphyrite comminutæ adde radic. Alth. ℥ *ß*. Radic. Aſari & Chelidon. major. an. ʒ iii. Rad. rubiæ major. Pentaphyll. rad. vincetoxic. cortic. med. fraxin. rad. fragar. an. ʒ iii *ß*. Rad. ſilic. fœmin. cichor. Tarax. an. ℥ i. folior. ceterach. Meliſſ. Artemiſ. Siccor. an. M. *ß*. Summit. Rutæ. vel Seminis ejuſdem ʒ ii *ß*. fol. Menthæ ſiccor. p. ii. fol. chamædr. M. i. cortic. citr. Exterioris ſicc. ʒ iii. Ponantur omnia in vaſe vitreo amplo, ſuperaffuſis ℔ vi. Vini albi generoſiſſimi ut vaſconici, obturetur vas optimè ſubere & calce viva cum album Ov. collocetur ſupra clyban. calid. per *xv*. dies quotidie bis, vel ter agitando & conturbando vinum cum magmate. Tandem fiat colatura per chartam bibulam vel filtrum. Sumat ſingulis matutinis ℥ iii. dilut. aq. ſequent. decumbat in ſiniſtrum latus: Mox ſurgat & ad leviuſculum ſudorem deambulet, differatur autem prandium per *iv*. horas ab aſſumptione Vini.

Huic Vino ſi inter parandum adderetur radic. valerian. ſylveſtr.

Tormentill. ſemini card. bened. Bacc. junip. recent. lignum Rhod. ſantal. citr. ipſaque raſura interior. Guajac. vel cortex ejuſdem, aut Zarza. magis eſſet Diaphoreticum iſtud remedium.

Pulvis Diaphoreticus cum pilulis ruffi quotidie ſumptus, exſpirationes malignas frangit apprimè, ſed potentiùs, ſi addantur flores camphoræ, quæ in diſſipando nihil habet ſecundum, ſunt autem flores depurata camphora cum Aquâ vitæ.

Spiritus vitrioli in juſculis cum cryſtallo minerali refrigerabit, at nihilò ſecius aperiet, malignitatem emendabit, & per urinas ſerum, cui ferè ſemper inhæret virulentiæ characteriſmus, ſaltem tenuia & facilè ſublimabilia ducet.

Id videre eſt in malignis febribus, in quibus alteratum, ac turbidum ſanguinis ſerum poſt phlebotomiam apparet. Adde quod Peſtis luis venereæ, aliorumque maligniorum morborum emunctorium commodiſſimum eſt cutis, per cujus ductus cæcos poroſve diſſlatur cum ſudore in halitum qualitas venenata.

Aqua ad diluendum Vinum, fiat ex Cichorio, Intybo, ſolano hortenſi, Acetoſis tribus, Trifolio acetoſo, Portulacâ, borraggine, bugloſſo, fumaria, Epithymo chamædr. ceterac. additis floribus Nymph. plurimis, floribus ſalicis ſuo tempore collectis, ſummitatibus Rutæ & Menthæ nonnullis (ad ſeminis corrupti malignitatem) adjiciantur & ſemina Agni caſti, melonum, cucurbitæ, vel ex iſtis omnibus mixtis extrahatur ſuccus, qui cum ſucco cucurbitæ & pomorum redolentium diſtill. in B. M. & rectif. in arenâ in uſum dictum. Tantillum Aceti albi additum ad conſervationem, & penetrationem non nocebit.

Sapa Cydoniorum ad ℥ i *ſs.* vel ℥ ii. ſumpta manè cum aquâ cardui benedicti ulmar. ſcabioſæ aſtrictione vaporem reprimet, acidula qualitate reſiſtet putredini, & tenui ſpiritu acido multo diaphoretico per habitum plurima digeret, licet ægra difficilè ſudet, experiendum tamen, quamvis enim ſudor non profluat, juvabitur nihilominus.

Clyſter bis in ſeptimana injiciatur, cum hyſtericis, additâ ſenâ, catholic. hierâ, diaphœnic. melle mercuriali Saccharo rubro, Vino albo.

Sumat in poſterum bis etiam ſingulis hebdomadis ʒ *ſs.* pilul. ſtomach. cum Gummis.

Purgetur autem ſingulis menſibus ſemel aut bis ſequenti Electuario.

℞ Folior. ut decet in umbrâ ſiccatorum chamædr. ceterach. fumariæ, Meliſſ. an. M. i *ſs.* fol. artemis. Mercurialis maris an. M. ii. fol. Menthæ. ſummit. Rutæ. an. M. *ſs.* flor. Nymph. & ſalicis, an. p. iii. flor. lupuli p. ii *ſs.* ſemin. card. bened. ℥ i. ſemin. portulac. acetoſ. an. ℥ *ſs.* ſem. agni caſti ʒ vi. Sicca omnia infundantur in æquis partibus ſucc. depurat. pom. redolent. bugloſſ. & vin. alb. vel ſi malis in aquis ſcabioſ. card. bened. Artemiſ. & vin. alb. Infuſio verò fiat in B. M. vel cineribus, ſeorſim verò digerantur & infund. per biduum in iiſdem liquoribus fol. ſen. mundat. ℥ iv. Agaric. Albiſſ. ℥ iii. Myrobal. Emblic. & Ind.

an. ℥ ß. ſemin. Aniſi ℥ i. Cynamomi Nuc. moſch. an. ʒ ii. Tartari vini albi ℥ i ß. factis digeſtionibus, fiat omnium colatura & expreſſio fortis, quæ in alembico ad lentum calorem exhalet poſt mixtionem, ad conſiſtentiam Julepi. Tunc adde medull. caſſ. recent. extract. ℥ iv. pulv. ſen. ℥ ii. mann. calabrin. Sacchari candi, an. ℥ vi. pulv. caryophill. ʒ ii. lento calore reducantur omnia in electuarium inſtar opiatæ, addendo ſub finem & optime permiſcendo Diaphœnici ℥ iii. ʒ ii. Doſis ℥ i. invol. nebul. cum Syrup. viol. in novilunio & plenilunio, cum cuſtodiâ horis tribus ante juſculum.

Si lubet paretur primò abſque diaphœnico, quod poterit adjici ſingulis doſibus juxta neceſſitatem, in eadem quantitate, nempe ʒ i. Vel etiam in majore ut ad ℥ i ß. vel ʒ ii.

Ita etiam purgabitur aliquando, cum præſertim, auctis ſymptomatis & flatibus, ſuſpicio erit pituitam vitream multam ventriculo & Inteſtinis adhæreſcere, cujus qualitas frigida concentrati humores, vaporeſve calidi, viribus & potentiâ magis ſublimabiles & activiores in ſubjecti perniciem reddantur.

℞ Electuarii præſcripti ʒ vi. hier. picr. ʒ ii. vel iii. fiat bolus.

Vel ℞ Electuarii ℥ ß. diaphœn. hier. pic. an. ʒ i ß. Ms. fiat bolus, utendus potiſſimum circa catarrhi à capite in fauces devoluti finem, cùm ad pedes incipit delabi fluxio.

Peſſis etiam eſſet expurgandus uterus, & prolectandus foras humor, qui licet paucus, in ſuis tamen qualitatibus potens multùm nocet.

Inde verò licet conjicere profuturam hanc evacuationem, quòd aliàs erumpente tenui Ichore, vel flatu per vulvam, levamen ægra ſenſerit. Fiat autem ex Mercuriali contuſâ & hierâ.

Balneum ipſi in primis neceſſarium ad demulcendos efferos humores, & cutis ſubinde à ſicca fuligine exareſcentis meatus reſerandos. NB. Præcedenti anno optime habuit à balneo.

Potus aquarum Pugnenſium ex ipſo fonte, vel etiam Spadenſium.

Mr. *Arnault* Lintendant.

28 Jan. 1606.

Melancholia.

MElancholico temperamento, & ex accidenti ob ſtudia, negotia, vitam ſedentariam.

Ann. ætatis agit circiter *xl.*

A longo tempore obnoxius fluxui hæmorrhoidali, ſingulis menſibus.

Annus nunc eſt ex quo ſingulis diebus fluxit ſanguis.

Ab octiduo ſubſtitit, poſt phlebotomiam.

Colicus dolor à flatibus ei perfamiliaris.

Cerebro eſt frigidiſſimo, & humidiſſimo, ita ut & calvus ſit, & cogatur ferre exemptilem comam.

Conqueritur de dolore occupante primò regionem ventriculi, qui mox extenditur ad ſternon, & falſas coſtas, per interiora. Item de inflatione & tenſione ventris ; dolor verò vagus eſt, obrepitque incertâ periodo, Jejuno ut plurimum Ventriculo peracta concoctione ; manè aliquando : Sed gravior à tertiâ pomeridianâ ad ſextam.

Sedatur aſſumpto cibo.

Nulli, vel pauci flatus per os erumpunt, à quibus levamen.

Hypochondrii ſiniſtri attractatio dolorifica, ſed præſertim meſenterii ſiniſtri, In quo durities hinc inde.

Hepar, nec tenſum, nec durum.

Commodè fluit alvus quotidiè.

Non ſitit, non febricitat.

Vinum dilutiſſimum bibit,cum aquæ ſextuplo, difficilis ad purgationes.

Lacte aſinino nunc utitur.

Nullum à catharſi, phlebotomiâ, lacte, aliiſque remediis levamen. Calidis & calore appoſitorum levamen.

Theoria.

Melancholicum eſſe hunc hominem ſatis indicat hæmorrhoidalium venarum internarum à ſplenico ramo ortarum conſueta, & quotidiana exoneratio, ex quâ conjicere licet Lienem in generatione, ſine ſuſceptione continuâ ſanguinis atri eſſe fœcundiſſimum, cujus natura cùm à Ventriculo & Inteſtinis per Meſenterium feratur ad Hepar, & per idem glandulis refertiſſimum ab Hepate in Lienem remeet, nihil mirum ſi pars iſta in affectuum à variis cauſis ortarum trahatur conſortium, Affectum faciunt & inflationem, dolorem, ſpirandi difficultatem, creat humoris melancholici fermentatio ejuſdemque (per inædiam acutiori reddito calore) rarefactio.

An etiam impermixti acidi, ipſius per ſe tunc exiſtentis actio ? quæ ceſſat ſi aſſumpto cibo temperetur. Hinc etiam flatus in quos rarefactus viſcidior ſuccus convertitur. Scatent autem viſcido primæ viæ. Calor nativus prohibitus tranſpiratione & libero commeatu accuetur, & vertitur in igneum. Sic fit contrariarum qualitatum concertatio.Licet autem flatus iſti videantur generari poſſe à languido calore viſcerum, præſertim Hepatis debilitati ob continuum fluxum ſanguinis, ea tamen mihi non probatur ſententia, quia perpetua eſſet generatio non periodica, Continua actionum naturalium læſio, & jam æger incidiſſet in Hydropem. Adde quod non tantus fuit fluxus, licet quotidianus, & ſuperfluus tantum perfluxit ſanguis, qui naturæ oneri potius fuiſſet quàm commodo.

Fermentatio itaque conſideretur, ab humore per obſtructiones viarum retento, & hærente circa Lienem, Ventriculum, cava Hepatis, Meſenterium, unde incipit dolor, qui per conſenſum & connexionem partium, præſertim Diaphragmatis, ex propriis & communibus à Peritoneo & Pleura membranis præter cætera conſtantis (protenditur ad ſuperiores partes) Diſpnoea autem fit à vapore & flatu comprimente Diaphragma, ejuſque motum liberum impediente.

Praxis.

Hepar ne negligatur, ſed ejus non eſt habenda præcipua ratio.

Humor melancholicus incidatur, præparetur, ejus malignitas alteratur. Vacuetur blandè, & per intervalla in ſubjecto debili & delicato.

Flatus ſumptis & admotis diſcutiantur, Dolor demulceatur qui ſub mammis & in ſterno.

Ventriculus roboretur. In ipſo Liene noxarum præcipua cauſa emendetur.

Hæc ſint Remedia.

Victus ratio humectatus, refrigerans mediocriter, qualis melancholicorum.

Bibat Vinum non adeò dilutum ut cum quintuplo, deinde quadruplo, tamen triplo aquæ. Diluatur decocto chinæ ex ℥ ſs. ad ℔ vi. aqu. vel cum aq. ciſtern. quæ ſupra batturam ferri in porphyrite lævigat. Sæpius fuerit trajecta per Manicam Hippocraris.

Manè utatur, Elixis; veſperi aſſis ἐυχύμοις ἐυπέπτοις. Abſtineat à ſalſis, pipperatis, acidis, piſcibus, leguminibus.

Comedat panem aniſatum pom. curtipendul. pyra cocta cum aniſo condito, *&c.*

Juſcula medicata nunc fiant ex pullo farto capparib. Uvis chorinthiacis rad. chin. & petroſelini aut graminis. Addit Endiv. Borrag. Bugloſſ. Chærephyll. pimpinella paſſul. damaſcen. Sumat manè horis *iv.* ante prandium, Tertio quoque die aut quarto addatur Infuſio in frigido facta ex ʒ ii. fol. ſen. ad. ℈ ſs. caryoph. Pridiè purgantis juſculi injiciatur Clyſter ex decoct. capitis vervecini, cui Incox. ℥ ſs. fol. ſen. cum ʒ iii. Sem. aniſ. præter. emollientia & carminantia diſſolve cathol. dupl. ℥ i. mell. Sambucini, vel Ebulini, aut roſat. ℥ i ſs. Butyr. rec. ℥ ii. vini albi ℥ iii. Ms. Fiat Clyſter.

Antè aſſumptionem Juſculi alterantis manè fiat fotus humidus toti Abdomini ex rad. Alth. Ebuli Polypod. Enulæ Gentianæ Ariſtoloch. fol. calament. Origan. Menthæ, meliſſ. Rutæ Abſynth. chamædr. ceterach. florib. Chamæmeli centaur. min. ſem. aniſ. fœnic. Aneth. Cortic. aurant. citri. Guajaco Bacc. Juniperi coct. In aq. chalybeat. & Vino albo cum aceto ſcyllitico.

Mox litus ex ol. Rutæ, de capparibus, *Ammoniaco diſtill.* Nuc. moſch. coct. cum ſucc. Menthæ abſynth. rad. Ebuli, & Vino albo generoſiſſimo. Sit autem longus litus circa Lienem, & totam regionem Meſenterii dolentem.

Si Juſculis alterantibus adderetur Spirit. vitriol. & cremor. ♀ multò eſſent meliora.

Purgetur bis in menſe ſyrupo magiſtrali.

℞ Fol. ſen. ℥ iv. Agar. rec. trochiſc. ℥ iii. Rhab. Elect. ℥ ii. Myrobal. Ind. & chebul. an. ℥ ſs. caryoph. Cynam. Macis an. ʒ ii. Infund. in æqu. partib. aqu. fumar. & Vini albi. Fiat poſt levem Ebullitionem Expreſſio, & colatura cui adde medull. Caſſ. recent. extract. ℥ vi. quæ diſſoluta nimirum fuerit in præſcriptis liquoribus, clarific. & filtrata, Adde Mannæ Calabrinæ ſacchar. candi an. ℥ vii. Lentiſſimo calore coagul.

omnia in Syrupum perfect. coct. de quo cap. ℥ i *ß.* vel ℥ ii. è ptyſana, vel juſculo cum cuſtodiâ.

Ad robur ſtomachi & flatus diſcutiendos. ℞ Lamin. panis candidiſſ. in vino malvatico Infuſarum ſæpius & ſiccatarum ℥ iii. ſem. anis & fœnicul. an. ℥ *ß.* Cortic. citr. ſicc. Sacchar. condit. ℥ i. corall. rub. præparati marg. ſpodii an. ʒ i. Cynam. Interior. ʒ ii. ſantal. citrin. ℈ iv. Ambr. gris. ʒ *ß.* Sacchari quadruplum pondus, omnium fiat pulvis ut Alkool, utatur horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus.

In Paroxyſmo utatur Corticibus iſtis.

℞ Semin. aniſ. fœnicul. an. ℥ i. Sem. Coriandri Cynamomi interior. ʒ vi. cortic. exterioris citri ſicci ℥ *ß.* Sacchari Albiſſimi ℥ viii. Excipiatur pulvis ſubtiliſſimus muccagine gummi tragac. extracta in aq. Cynam. Fiat corticis inſtar, Cynamomi ad uſum.

Mane grana Juniperi per noctem in malvatico Infuſa proderunt, ſi integra deglutiantur.

Balſamum peruvianum ex Vino, vel Aquâ Cynamomi.

Aqua Theriacalis ex Aq. ſtillat. Scabioſ. Card. bened. Ulmar. an. ℥ iv. Vini albi generoſ. ℔ i. Cynam Inter. ℥ ii. Theriac. & Mithridat. an. ℥ i. bacc. Junip. contuſ. ʒ vi. fiat diſtillatio in B. M. Indantur limbo alembici ℈ ii. Croci orientalis cum ℈ i. Moſchi. Sumat è Cochleari in paroxyſmo. Poterit dulcorari additâ quartâ parte Sacchari candi.

At verò ad diſcutiendos flatus domandumque humorem melancholicum circa Noctem, in ingreſſu lecti, vel etiam manè ante hauſtum Juſculi prodeſſent mirabiliter ſequentes Pilulæ alternis diebus ſumendæ.

℞ Aloës roſat. ℥ *ß.* Gummi Guajacini ʒ vi. Extract. Baccarum Juniperi ʒ ii. Balſam. peruvian. ʒ i. Diaphoretici noſtri ʒ iii. Olei aniſ. & cynam. an. ʒ *ß.* Ms. Fiat maſſa capiat ℈ i. per octiduum quotidiè manè, continuando juxta operationis utilitatem.

Hepati conſulendum, idque roborandum ob fluxum nimium ſequenti ſyrupo.

℞ Tinctur. Roſarum ℥ iv. Julep. roſacei ℥ vi. Eſſent. Perlar. & Corallor. an. ʒ i *ß.* Utatur è cochleari ſemel aut bis in die longe à paſtibus.

DolorSterni demulceatur continuâ geſtatione. Sacculi interbaſti ex pulvere violaceo monſpel.cui add.cortic. citr. & aurant. ſicc. pars quarta, & octava florum ſpicæ, applicetur. calid.

Phlebotomia mihi videtur hic noxia, eſtque reſervanda ad revulſionem, quoties fluxus Hæmorrhoidalis fuerit copioſior.

Lac aſininum in præſentiâ mihi videtur inutile, imò noxium, cum hæreat in via obſtructione anguſtatis, & facile putreat. Optimè purgato corpore, & reſeratis meatibus erit convenientiſſimum, ſed cum Saccharo aniſato ad ℔ i. Sacchari ℈ i. ol. Aniſi.

Madame La ducheſſe la *Trimouille.* Mart. 1606.

Melancholia hypochondriaca.

Habitu molli, & delicato.

Temperam. calid. ſubinde ſanguin.

Peccat in humido, unde nervoſum genus laxum ac debile.

Menſ. Octobr. 1604. Poſt Aquarum Pugenſium uſum bene habebat, & Encauſſenſium.

A Mariti morbo metus ſubitaneas, & mœror.

Leipothymia, Suffocatio Menſium quæ matutinis horis eruperant momentanea ſuppreſſio.

Uterus primo conſiderandus.

Uteri ſtrangulatus cui ab aliquot annis obnoxia.

Typus Suffocationis in ea eſt cum difficultate ſpirandi, loquelæ imperimento, Cerebri ſtupefactione, & ſenſuum omnium anxietate ſummâ & inquieta.

Dantur hyſterica, redeunt Menſes, nihilominus recurrit morbus, & admiſcetur aliquid melancholici.

Hujus morbi antea ſenſerat inſultus.

Tenſio in Hypochondr. præſertim ſiniſtro cum ſublatione & dolore Lienis.

Melancholicus affectus ſuccedit Hyſterico.

Compreſſio ſtomachi. Suſpiria, Planctus, Lachrymæ involuntariæ, Ructus, Singultus. In Summâ *Melancholia Hypochondriaca.*

Subſultus, ſeu Convulſiones particulares crebræ Colli, Spinæ retrorſum verſus, quibus totum corpus concutitur, aliquando movetur Brachium, præcipuè dextrum, magis verò Tibia dextra, quod jampridem totum iſtud Latus ſit debilius.

Ob malignitatem vaporis.

Ceſſante convulſione, tanta remanet in partibus debilitas, & tremor, ut nec manum ori ad movere, nec incedere poſſit.

NB. Iſta Symptomata ſæpe recurrebant abſque Hyſterico affectu.

Notatu dignum, Dominam conflictatam iiſdem Symptomatibus, quibus torquebatur Maritus, exceptâ convulſione univerſali; Imaginatione forti tunc faciente caſum.

Invaluerunt omnia renuntiata Mariti morte ita ut pene ſuccubuerit.

Data cardiaca, Purgata fuit.

Quia tunc Imperium tenebat Melancholia.

Redierunt circa medium Novembris Menſtrua copioſa ſine levamine, imò exaſperatum malum per octiduum, tumque parùm proderant Hyſterica.

Tunc præparatus & temperatus humor melancholicus, à quo rugitus Ventris, Ructus, & Singultus.

Quia vapor Melancholicus frigidus & terrenam redolens originem.

Aliquando noctu, vel interdiu vapor elatus in Cerebrum, pondus faciebat ſummum, cum ſopore inexpugnabili unius horæ plus vel minus, qui antequàm ceſſaret ſuccedebat torſio, & jectigatio ingens corporis triſtitia & mœror, quem non poterat explicare. Expergefactâ ægrâ intolerandus capitis dolor, ſuccedentibus brachii & tibiæ dextræ convulſionibus, quas ſubſequebatur earum partium dolor, tumor, & debilitas ingens.

Vapore ſe diffundente Innervos eoſque retrahente cum humore tenui in quem vapor coagulatur à frigore cerebri.

Interdiu deambulat cum adminiculis.

Noctu nihil, aut parùm dormit, idque cum perturbatione.

Dantur remedia, ſed ſæpe vincit Morbus.

Redeunt Menſes circa medium Septemb. ſatis copioſ. cum adjumento.

Redeunt mala eadem, Uteri commotio, dolor Capitis, mox in fronte, mox à lateribus, mox in vertice.

StillatSanguis èNaribus durantibus Menſtruis cum Capitis levamine.

A tenſione dolent, à dolore debilitantur.

Lumbi dolent ſummoperè aliquando, mox laxi & debiles fiunt.

Ab humoris ſeroſi acrimonia.

Ardores per totum corpus cum Inquiete ſummâ.

Vaporoſa eſt natura, attamen frigida eſt, vel ſaltem fugato calore frigus inducit.

Horrores aliquando circa Scapulas cum in propinquo eſt ſopor, poſt quem frigus glaciale Coxæ dextræ, quod Convulſio conſequitur.

Symptomatica.

Febris aliquando per aliquot horas, præcipuè noctu, alias huic ſubjecto non eſt familiaris.

Commoto & non ſatis expurgato utero.

Poſt Menſes graviſſima accidentia augentur per *vi.* vel *vii.* Dies.

In cathedrâ defertur in aërem liberiorem.

Sublimatio ab Hypochondriis.

Rheumatiſmus ingens poſt ſummum Lumborum dolorem, Capite confertim oppleto, Narium obſtructio, odoratus & guſtus abolitio, Dolor faucium, tuſſis, ardor totius corporis, ſudor ſummus.

Scatet ſero melancholico.

Redeunt Menſes pauci, & fluunt tantum per biduum, Triſtitiæ, Suſpiria, lachrymæ, convulſiones quæ aliquot diebus intermiſerant.

Tunditur Saphena ſiniſtra ad ℥ ix. Sanguis retorridus ſine ſero. Idque 21 Januarii, 1605.

Levamen ab hac Phlebotomia notandum percepit in omnibus Symptomatibus.

Ob revulſionem & vaporum uteri per conſequentiam depletionem.

Cœpit melius ambulare, licet cum adminiculis. Melius habuit poſtea & uſa eſt Julep humectantibus & refrigerantibus cum Spiritu Vitrioli.

Senſit adhuc quædam Symptomata, & de novo dolorem in Hypochondrio ſiniſtro ſub ultima Coſta, ſed cum à flatibus.

An à flatu tantum an à vapore acri aut ſero melancholico pauco.

26 Januarii. Noctu lumborum dolor ſummus, paulò poſt ſopor, convulſiones, & poſt duas horas intolerandus dolor Stomachi, ut ad deſperationem adigeretur, unde ructus multi & ſingultus.

Melius inceſſit, aliquando ſine adminiculo.

NB. *Lumborum dolorem an ab utero an à refluxu vaporum per cœliacam lumbis affixam.*

Nihilominus aliquando ſopor, debilitas, convulſio, dolor lumborum ingens.

Martio, Menſtrua pauciora pallida, Flatus, Tenſio, & dolor Ventris. Quæ omnia Clyſtere carminante injecto evanuerunt.

Aprili, Purgatio larga. Phlebotomia ſiniſtri Brachii ad ℥ viii. Lac Aſinæ.

Lutetiam venit. Mala antiqua aliquando invaſerunt.

Conſulit D. Riverium. Cujus conſilio pergit ſecundâ vice ad Aquas Pugnenſes poſt præparationem corporis.

Bibit per *xxii.* dies ad fontem, & per triduum in viâ.

Optimè reddidit aquas, tùm per Urinas, tum per Uterum.

Summum in omnibus Levamen. Firmo pede dextro ambulat, octavo potus die manum dextram ori liberè admovet. Nihilominus leviuſcula mali præteriti Symptomata.

Domum

Melancholiæ recurſus.

Domum reverſa, novus de morte Mariti obverſante mœror, oppreſſio, capitis pondus, ſapor, tremor potiùs quàm convulſio Brachii, & Tibiæ dextræ, Stupor & Imbecillitas earundem partium.

Purgata bis, vel ter.

Ardores per totum corpus, Sudor die, & nocte.

Phlebotom. Brachii. ſiniſtri ob dextri imbecillitatem ad ℥ vii. Sanguis ſeroſus magis quàm antea.

Lac aſinæ à quo melius habuit.

Pictavium venit initio Octobris, levio malorum Inſultus, flatus, Purgatio blanda.

Balneum aq. tepid. per triduum manè, à quo habuit optimè, per totum menſem ſequentem.

A novo mœrore reviveſcunt mala.

Flatus aliquando tam ſævo impetu vellicant & diſtendunt Stomachum, ut ejulet mirabiliter.

Sopores, Subſultus, dolores Capitis, Lienis, Lumborum, Summi Stomachi ingentes, quaſi divelleretur & laceraretur Stomachus.

Concentrato calore eoque commovente humorum maſſam et exhalationes faciente.

17 Decembris poſt magnum frigus cui ſe expoſuerat matutinis horis tenſio & oppreſſio in utroque Hypochondrio. A prandio ſubitaneus calor ingens, quærit frigus ad feneſtras. Anxietas, ſtringuntur Dentes, ſtrident, Guttur comprimitur, ſtrangulatio. Facies mutatur, convelluntur oculi, ſpuma per os, cum ronchis, Tremor ingens totius corporis.

Epilepſia hyſterica.

Duravit hic Paroxyſmus per horam, Tibiæ flaccidæ, agitabatur & circumtrahebatur à domeſticis.

Motus convulſivi Brachii, & Tibiæ ut antea, atque ita ceſſavit acceſſio, quæ fuit duarum horarum. Lecto impoſita ejecit flatus multos.

Nihil profuerunt Hiſterica aut Melancholica.

Ergo utero conſule, & provideto ut depleatur.

Id accidit quarto die poſt Menſtrua quæ in minori quantitate quàm ſolebant, & pravi coloris fluxerunt, quibus perfluentibus recurrebat tremor ſenſim.

A pathematis animi commovetur humor, fermentatur, Inflatus reſolvitur, diſtendit ſtomachum.

6 Januarii, 1606. Cum ſola eſſet & mœſtis cogitationibus incumberet, lancinans dolor Stomachi tantus, ut enito clamore ſummo procubuerit in terram mutato vultu, atque inde abortâ tantâ irâ ut obvia quæque diſjicere vellet, contra naturalem animi & morum comitatem.

Circa menſtruæ purgationis tempus.

Illicò ceſſavit dolor, ſumptâ pomi buccellâ, & erumpentibus flatibus multis per os octavo poſt die. Epilepſia illa hyſtericâ quæ *xvii.* Decembris advenerat, recurrit, ſed minus violenter.

Malè habet tempeſtate cœli frigidâ, hyeme, & tùm Alvum habet adſtrictiſſimam.

Circa medium Januarii fluunt Menſes, ſed pauci, & pallidiores quàm antea.

Metuit pallidos colores. Exercet corpus; A Motu palpitatio cordis, anhelitus creber, & difficilis.

Frigus huic corpori inimicum.

Fluxiones ab eo tempore crebræ, In oculos, in dentes, in fauces, acres, cum Rheumate momentaneo.

Intra octo dies tres tremores.

D. Milo ultimum vidit 27 Januarii 1606.

Poſt rejectionem Clyſteris ex ℥ ii. mel. viol. & ℥ i. catholic. poſt tertiam ſedem.

Oc-

Melancholica Symptomata.

Valdè excrementoſum corpus.

Occupavit frigus totius corporis rigor ſummus, ut in acceſſione febrili, cum ſtridore Dentium, Cardialgia, Nauſea ſine effectu. Habuit adhuc *iv*. ſedes, fluxerunt præter Excrementa craſſa Phlegmata, & Cruditates multæ, duravit tremor per horam, ſumpſit Juſculum, leviter cænavit. Vel à Vino ſumpto, vel ab aqua ſtillatitia, vel à linteis calidis (vel potius à cauſâ interna) Calor magnus, Pulſûs Commotio, Solutio per madorem, habuit melius.

Purgationes ſatis validas fert.

Julep præparans poſtridiè, Purgatio perendiè ex ℈ ii *ß*. extracti conf. Hamech. Pilul. Aurear. coch. ſine quibus & Aggregat.

Fudit plurima Excrementa viſcida & ſeroſa. Eo die calor magnus, Pulſûs frequentior, dolor in Syncipite, Ardor & dolor Gutturis, ſine ſiti tamen.

Veſperi deſidendi cupiditas in qua nihil niſi flatus perruperunt cum levamine multo.

Noctu ſatis benè dormivit, poſtridiè optimè habuit.

Admiſit tamen Clyſterem ex ℥ i. Elect. lenit. à quo educta viſcidi muci copia.

Polychreſtum in hoc ſubjecto remedium.

Circa veſperam *Phlebotomia* ped. ſiniſtri ad ℥ vi. Sang. ſupra floridus, at ſubſedit Serum multum viride, optimè tulit hoc remedium ſupplens vicem menſtruorum.

Ab eo tempore.

Vide quam proſit mittere Sanguinem.

A Phlebotomia menſtrua tempore ſtato fluxerunt boni coloris, idque per *x*. vel *xi*. Dies & ſatis benè habuit uſque ad 1 Martii aut circiter.

In Rhedâ ſedentem occupavit vertigo calor cum inquiete magna ſubſiſtente per horæ quadrantem coacta fuit.

An ſeſe exoneravit lien per uterum ante tempus. Quod erat paratum effluxit.

Senſit dolorem in Liene & circa Veſperam, fluxit Sanguis per Uterum per tres aut *iv*. horas tantum, idque quod Notandum octavo die ante certum terminum.

Commota natura.

Præcedentibus noctibus Inquies, & Cerebri ſtupor, qui ceſſavit aſſumpto cibo.

Ventris adſtrictio.

Huic conſule.

Cave ab acceſſione cui conveniet cita Phlebotomia.

3 Martii cùm ſurgeret, dolor Capitis ingens, Oppreſſio, quod malum relicto Capite devolutum in Tibias, cum frigore & debilitate.

Horâ unâ poſt Prandium Sopor ingens & Subſultus.

Craſſior & frigidior pars tum agit in calorem.

Notandum malum ſi ſine dolore invadat multò debiliorem eſſe ægram.

Tenuior & acrior hic ſuos exercet motus.

Si verò cum dolore Stomachi, vel alterius partis, eam mutari, magis pati inquietem, & agi quaſi in furias, cùm tamen aliàs ſit adeo ſtupida & pigra ut nec loqui, nec ſe loco movere dignetur.

Perpetuo mœſta, & mœrens Languet. Milo.

Affectus hic eſt Melanchol. hypochondriaca potiſſimum Sedem habens in Liene, & Meſenterio, ſine tumore tamen.

Huic malo junguntur hyſterica Symptomata & Rheumatiſmus.

Stomachus ſatis bonus, citò coquit.

Quod verò aliquando dolet aliunde fit.

Hepar percalidum, Sanguis tenuis & multus.

Cerebrum humidiſſimum, ad externas Injurias ſuſcipiendas minis obnoxium.

Uterus citiſſimè odoratis commovetur.

Theoria Turqueti.

Magna eſt complicatio Affectuum in hoc ſubjecto. Præceſſit Hyſterica paſſio familiaris; ſucceſſit Melancholia Hypochondriaca ab externo objecto, morte videlicet Mariti. Ita patiuntur hic Lien & Uterus primariò, cætera omnia per δευτερωπαθεῖαν ut Hepar, Meſenterium obſtructum, Cerebrum, & totum nervoſum genus.

Nunc verò ſeorſim agit atra bilis, nunc Uterus, utraque cauſa malorum vaporoſa eſt, & agnoſcitur duplex, altera frigida ſtupefaciens, ſoporem concilians, debilitatem creans in Membris, malignitate tamen forſan, & repletione feriens nervos, & convellens totum nervoſum genus.

Altera acrior & tenuior dolorem faciens, quem exacuit flatus diſtendens potiſſimum Membrana Stomachi.

Notandum autem minus gravia eſſe Hypochondriaca Symptomata quoties ſola ſunt, at quando permiſcentur Hiſtericis tunc ingentes excitant in corpore perturbationes; rarò autem in corpore muliebri, iſtoque præſertim commovetur Lien abſque Utero.

Curatio.

Melancholiam præpara & ſæpius purga, aliquando & ſæpiſſimè blandis, nonnunquam validioribus, imò admixto Ellebori extracto.

Lienem laxum ac debilem robora, & inuſtam ipſi malignitas atrabilariæ labem, atque in eâ generanda potentiam habitualem emenda. In ipſo appropriatis corrige attæ bilis virulentiam. Frange Exhalationes quas per Arterias traſmittit inſtar venenatæ Auræ ad Cor, & Cerebrum, Flatus diſcute quos amandat in Stomachum diſtendens ejus membrana.

Vias meſenterii & pancreatis, ſcilicet venam totam portam per quam ductus eſt à Ventriculo in Hepar, ab Hepate in Lienem, reſera & obſtructionibus libera.

Cruda quæ ſunt in primis viis ſæpe ducito, & fluiditatem Alvi procurato. Hepar refrigera alterantibus, & crebra Sanguinis miſſione per Brachium.

Uterum deple, revelle ad inferiora Phlebotom. Pedis, vel Poplitis, frictionibus cucurbitulis malignos ejus fumos attere, corrobora.

Cerebrum robora, & totum genus nervoſum.

Univerſale ad omnia dato ſæpe, ut quotannis remedium Aq. videlicet.

Victum impera refrigerantem, humectantem.

Remedia.

Purgatio univerſalis bis in anno, Maio, & Septembr. Potio Apozem. Lax. fotus, Phlebotom.

Sequatur balneum. aq. dulcis utraque tempeſtate reiterandum in Æſtu Caniculæ. Per multos dies manè tantum, Poſtea Vinum chalybeatum Vere, quia Radices tunc ſunt potentiores.

Autumno verò Tabellæ chalybeatæ.

Denique Lac Aſininum.

Si à Balneo vel aperiantur Hæmorrhoides, vel tundatur Saphæna, optimè fiet.

Uſualia ſint Clyſter. cum Electuario quodam leniente, ex profeſſo parato, cum Hyſtericis, bis in ſeptimana.

Syrupus magiſtralis cum Cephalicis & Hyſtericis bis in Menſe.

Pilulæ ex gummis, bis in Septimana.

Juſculis laxet Alvum vel prunis laxantibus cum Sena quotidie ſumptis niſi per ſe fluat. Pilul. extract. In hiſtoriâ domini Milonis citatæ bonæ, at meliores ſi addantur Extracti Ellebori nigri gr. iv. cum guttis duabus Olei Cynam. pro Doſi.

Ventriculi flatus diſcute, pulvere digeſtius Carminante hora una poſt paſtum Sumendo.

Cordi conſule Epithemate, vel Sacculo cardiaco geſtato, Conſervâ cardiacâ.

Aquâ appropriatâ, non calefaciente, Tabellis cum Confect. Alkerm.

Cerebro per Pulveres cephalicos Capiti inſperſos, frictiones cum Spongiis, nervos robora applicatione Sacculorum calefactorum nuchæ, Panis ſcutell. ann. Cephalicis, & Aqua Vitæ.

Litus totius ſpinæ nervulis.

Olei ſuccini.

In Paroxyſmo.

Soporis, Stuporis, Frigoris, Suffocationis, Revello illicò Clyſtere, cucurbit. Phlebotomia pedis, Friction. Ligaturis.

Inde Utero peſſum ex mercuriali cum Camphorâ & Moſcho, vel Zibetto.

Fove Hypogaſtrium Hyſtericis.

Applica magnam Cucurbitam Umbilico.

Da Aquam Antilyſtericam, Antipilepticam cum Theriacâ, Camphorâ, Valerianâ, Nepitâ, Caſtoreo, Aſſâ fœtidâ, *&c.* Da Oleum ſuccini.

Ad ejus præcautionem memento florum Camphoræ.

℞ Extracti parati ex Theriaca ʒ iii. Myrrhæ ʒ i *ß*. Fœcul. Bryon. ſpecific. pro matric. Extract. ficorum Equi in aq. Cynam. parat. an. ʒ ii. Croci ℈ iv. Florum Camphor. ʒ i. Ms. Fiat maſſ. Pilul. add. ſalis artemiſ. & Nepit. an ℈ ii. Capiat ℈ i. tribus Diebus ante & poſt Menſtrua, poterunt addi gr. viii. Diaphoretici mineralis.

Adveniente convulſione, diſſipetur vapor frigidus Nervos opplens frictionibus ſacculorum repletorum herb. nervalibus, & litu totius Spinæ cum Oleo Nervali dicto.

Finitâ acceſſione vel purgetur ſi ſuſpecta ſit Cacochymia, vel mittatur Sanguis de Saphænâ, ſi parcius fluxerint Menſes, nec fuerit miſſus in Paroxyſmo, quia tunc vulgò ingruere ſolet Paroxyſmus.

In dolore Stomachi. Diſcutiantur illico flatus, ſi ſit in lecto fotu ſicco Sacculorum, ſi veſtes habeat, ſumptâ conſervâ ex Saccharo, Cortic. citr. exter. flavo, & Oleo Aniſi.

Vel cum Aquâ claretâ Cynamomi.

Per aliquot annos ne omittat uſum aquarum Spadenſium potiſſimùm, vel ſaltem Pugnenſium.

Cauteria Tibiis inuſta.

Epilepſia. April. 23. 1606.

Vertiginem.

EPilepſiæ internuntiam in hoc ſubjecto facit Melancholicus vapor. Subinde ab Hypochondriis (Liene præſertim) elatus in Cerebrum, jam pridem debilius redditum, continuo fumorum appulſu, eorumque in aqueum ichorem condenſatione, & quæ plurimum ictuum ac vulnerum circa Caput inflictorum commotione. Huic malo ut comodè fiat medicina toti eſſe debemus in pravi ac ferocis ſucci præparatione & per certa crebraque intervalla expurgatione, quibus addenda nobilioribus partibus ad ignobiliores potens & multiplex revulſio, cum vaporis tum ſucci, tandemque omnium & ſingularum partium affectarum corroboratio. Victus rationem Singillatim & per capita perſequi ſupervacaneum puto, cui jam toties abunde factum ſatis voce, & ſcripto, Idque obiter ſibi dictum fiat æger: Humectatione & refrigeratione hic opus eſſe, ſibique abſtinendum à vaporoſis omnibus Sanguinem & Humores exaſſantibus, cæteriſque quibus cauſas internas antecedentes & conjunctas affectuum augeri poſſe vel ipſa ratio indicat. Vivat Aëre libero, putridis & craſſis Exhalationibus minimè inquinato. In Somno & Vigilia, ut in Exercitiis ſit moderatus. Venerem nimiam fugiat, quâ nihil Cerebro noxium magis. Jucundis cogitationibus paſcat Animum, procul ab irâ & mœrore. Ac inprimis exoneratinem omnium Excrementorum liberam procuret, à quorum retentione non parum accedere detrimenti cum toti Corpori, tum Capiti præſertim in excelſo locato, à ſubjectis attrahenti, & ratione ſitus ad fuligines Superiora Elementari motu appetentes recipiendas obnoxio. His obſervationibus accedat debita & non intermittenda Pharmaceuticorum remediorum adminiſtratio, quæ ſequentibus cancellis concludere conſilio viſum eſt.

Bis in anno purgetur univerſaliter, Vere ſcilicet & Autumno, ita ut præmiſſo pridie circa Veſperam Clyſtere, ſequenti Aurora exhibeatur talis potio.

℞ Fol. ſen. mundat. ℥ ß. agar. recent. trochis. ʒ ii. Charyophyll. ℈ i. Infund. per noct. in S. q. æqu. partibus Aq. meliſſ. & Vini albi. Manè poſt levem ſen. Ebulit. fiat expreſſ. & Colat. reduct. ad Doſin. Diſſolve Confect. Hamech. ʒ ii. Syrup. de pomis ſolitiv. ℥ i. Ms. fiat Potio, danda Manè horis tribus ante Juſcula.

Sequenti die aperiatur Baſilica, vel mediana, verno quidem tempore dextra, Autumno verò ſiniſtra, & mittatur Sanguis ℥ ix.

℞ Rad. Eryngii Taraxaci cortic. med. fraxin. cortic. rad. Cappar. & Tamariſc. an ℥ i. Radic. filic. fœmin. ℥ ii. Polypod. quern.

rad. pœon. maris & Ireos florent. an. ʒ vi. Fol. meliſſ. Beton. Chamædr. Chamæpith. fumar. ceterach. an. Ms. flor. anthos ſtœchad. utriuſque calend. Tiliæ Summitat. hyſſop. an. p. i. Sem. card. Benedict. ℥ ß. Baccar. junip. recent. contuſ. Sem. pæon. maris, an. ʒ iii. Ligni Rhodii. ʒ ii ß. cortic. citr. Sacchar. condit. ℥ i. fiat omnium decoctio. In Cola. infunde & decoq. fol. ſen. mundat. Vino alb. ardor. nutrit. ℥ i ß. agar. recentiſq. ʒ vi. Turbith. Hermodactan. ʒ iii. Caryophyll. ʒ i ß. Macis Cinamom. an. ʒ ß. facta expreſſ. & Cola reduct. ad ℥ xv. diſſolv. Oxymel. Simpl. ℥ ii. Oxymelitis major. Juliani ℥ i. Ms. Fiat Apozema pro iii. Doſibus matutinis conſequentibus, vel alternis ſecundum Operationem & Vires. Tandem interpoſito uno vel altero die exhibeantur ſequentes Pilulæ poſt primum Somnum levi Cœna præcedenti, cum debitâ cuſtodiâ.

℞ Maſſæ Pilularum cephalicarum minorum Galeni ℈ ii. Extracti Ellebori nigri ex radicum fibris parati gr. vi. Olei Cinamomi & Aniſi an. guttas ii. Ms. formentur Pilulæ. N°. iv. deaurat. Capiat Horis *iv*. ante Juſculum carnium ſatis pingue.

His factis inſtituatur per aliquot dies Balneum aquæ dulcis bis in die longe à paſtibus, quod uſurpetur tepidum, citra ſudorem, & à Balneo provocentur, ut artis eſt, Hæmorrhoides; vel ſi appareant aperiantur affixis hirudinibus & extrahatur ſanguis, quo poterit quantitas, ut ad ℥ v. vel vii.

Deinde ad tollendas potentes Obſtructiones Viſcerum & atterendam ſucci Melancholici ferocientis qualitatem alternis Diebus per *xx*. aut *xxx*. exhibeatur manè, Horis *v*. ante Prandium ſerum lactis depuratum cum Oxymelite ad ℔ i. cum Saccharo roſato, & Vinum medicatum ſequens.

Poſt omnia (niſi ultimis hiſce remediis ſatis ſollicitetur Alvus,) purgetur iterum Pilulis præſcriptis, atque hanc remediorum ſeriem initio Veris uſurpet duobuſve Annis conſequentibus:

Nihilo ſecius uſualia habeat Medicamenta, ut Syrupum magiſtralem, quo ſemel aut bis in Menſe Humorum Saburra eluatur.

℞ Fol. ſen. mundat. ℥ iv. Agaric. rect. Trochiſcat. ʒ iii. Turbit. hermodact. an. ℥ i ß. Fibrar. Hellebori nigri ſelectiſſimi ℥ i. Caryophyll. ʒ ii. Macis, Cinamomi an. ʒ i ß. Zinzib. ʒ i. Infund. in æq. partib. & ſ. q. Hydromel. malvatici, Vini albi generoſ. Aq. Pœon. & Meliſſ. vaſe vitreo prolue clauſo in B. M. per quatriduum, deinde aucto Balnei calore levis Ebullitio, expreſſ. & cola, cui adde Syrupi flor. perſici Syrupi ros. Pil. Solutiv. an. ℥ iv. Mannæ calabrin. ſacchar. cand. an. ℥ vi. In Alembico ad calorem Balnei fiat Syrupus magiſtralis lentè coagulanda. Doſis ab ℥ i ß. ℥ ii. in decocto cephalico debitâ cuſtodiâ.

Huic addatur ad Ventriculi robur Digeſtionem promoturus Pulvis, horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus è Cochleari ſumendus.

Electuarii ſequentis quantitatem inſtar avellanæ majoris, deglutiat ſingulis matutinis, ſuper hauſto Vini albi diluti momento.

℞ Conſerv. flor. anthoſ. & beton. an. ℥ i. conſerv. flor. bugloſſ. & roſ. moſcatelin. an. ʒ x. cortic. citr. Sacchar. condit. Myrobal. emblic. condit. an. ʒ vi. Confect. Alkermes & Hyacintho. an. ℥ *ß*. Theriac. veter. & probat. Mithridat. an. ʒ ii. Raſur. cranii human. non ſepult. Succini albi, viſci, querquin. an. ʒ i *ß*. Ms. & cum Syrupo conſervorum Citri, & de Pomis redolentibus fiat Opiata aſſervanda in vaſe vitreo opprimè clauſo. Enematum à capite revellentium & primam regionem ſtrenuè evenientium, creber incidat uſus. Sicuti frictionum & lotionum Tibiarum ac Pedum quibus accedat ad deplendum Cerebrum Errhina & Apophlegmatiſmi, ad roborandum ſuffitus, Sacculi quibus diu pexum caput fricetur, cucuſtæ Cephalicis farctæ. Iſta autem omnia in rem præſentem à Medicis ordinariis, juxta artis præcepta præſcribantur.

Ne verò deſit Paroxyſmo remedium, quo vertigo arceatur, vel lapſus jam excitetur Æger, paretur ſequens liquor, diligenter aſſervandus in Ampullâ optimè obturatâ.

℞ Cinamomi interioris ℥ iii. Macis Caryophyll. an. ℥ i *ß*. cortic. Citri exterioris flavi, & Aurantiorum ſiccor. an. ʒ x. Fol. ſicc. Rutæ, Menthæ, Meliſſ. an. Ms. flor. Anthoſ. & Lavendul. an. p. ii. Baccar. Juniperi recent. ℥ ii. Semi. Pœon. maris ℥ i. Theriac. veter. & probat. ℥ ii *ß*. Vini albi generoſiſſimi ℔ iv. Aq. flor. liliæ & ceraſorum nigrorum an. ℔ i. Pone in Alembico vitreo, fiat digeſtio per biduum in M. deinde diſtillatio quæ ſervetur uſui. Capiat è Cochleari urgenti acceſſione.

Hæc ſunt quæ conſilio placuit proponere ad ſanitatem honeſtiſſimi Viri recuperandam, quorum certum eventum fore ſperandum eſt, ſi diligenti eorum obſervationi Æger indefeſſâ operâ incubuerit. Deliberatum Lutetiæ Pariſiorum, Viceſſimo tertio die Aprilis, 1606.

Monſieur de P*arrabelle*:

12 Julii. 1606.

Plethora.

OBeſus admodum, & Plethoricus.

Hepatis præcalidi ampli, Cerebri magni & humidi flatus, & rugitus in Hypochondriis, qui per ſuperiora eructantur.

Obnoxius fluxioni in Spinam, In Articulos, Genuum, & Pedum.

Manus habet tremulas, nervoſumque genus debile.

Semel laboravit Nephritide.

Vir magni laboris.

Sæpius fuit vulneratus, & magnam fudit Sanguinis copiam.

Corpus liberum ſervandum, & ſæpius deplenda Plethora, cum univerſaliter tum particulariter.

Aperienda cutis ſpiricula, ut perpetua fiat difflatio, alias Vapores ſi retenti fuerint, ii in aquam denſati recident in membra, atque ita perpetua aderit cauſa & conjuncta & antecedens dolorum.

Temperanda Viſcera, roborandus Stomachus, Flatus diſcutiendi.

Bis in Anno purgetur univerſaliter ſequenti methodo.

Injiciatur ante omnia Clyſter. ex decoct. Comm. cum ℥ ß. Fol, ſen. diaphœn. ʒ vi. Hier. picr. ℥ ß. Mell. Mercurial. Sacchar. rub. an. ℥ i ß. Ol. Chamæm. ℥ ii. Ms.

Deinde ſequenti Aurorâ purgetur hoc extracto, quo in poſterum utetur, ſingulis, vel alternis Menſibus ſemel cum cuſtodiâ, exceptis Diebus calidioribus, ſaltem novies in anno purgetur.

℞ Fol. & follicul. ſen. mund. an. ℥ iv. Agaric. Albiſſ. ℥ vi.
Rhabarb. elect. ℥ iii.
Turbith Hermodactyl. Colocynth. mund. an. ℥ v.
Caryophyll. Macis Cynam. an. ℥ ß. Zinziberis ʒ ii.

Omnia debito modo præparata macerentur in æqu. partib. aq. ſtillat. Betonic. chamæpyt. & optimi ſpiritus Vini, idque in B. M. per quatriduum, deinde fiat colatura, & expreſſio, mox per chartam bibulam filtratio, coagulanda ad conſiſtentiam mellagineam. De hac ſubſtantiâ cape ℥ iii. cui add. Aloes in ſucc. depurat. gratiolæ, ſtolonum, ebuli, & florum perſic. liquat. & coagulat. ℥ i. extracti Scammonii. per aquam ſtillatitiam, ſeri lactis (vel cichorii præparati) ℥ ii. Salis Abſynthii & Cardui benedict. an. ʒ iii. Olei Aniſi & Cynamomi an. ʒ i. Ms. ſecund. Artem & Ordinem debitum reducantur omnia in tepore Balnei ad conſiſt. Extracti, cujus Doſis ſit ʒ ß. Sumend. Hora *iv*. matutin. dilato ad *iv*. Horas Juſculo. Vernâ tempeſtate purgationem excipiat Phlebotomia de Baſilica vel mediana dextra ad ℥ x. quæ etiam non prætermittetur Autumnali tempore, ſi vaſa turgere & Corpus pondere preſſum videatur.

His factis uſurp. per Occiduum Juſcula alterata Cichorio, Oxal. Pimpinell. Borrag. Bugloſſ. Amon. charyophyll. lapath. Endiviâ, In quib. diſſolv. Cremor. 🜿 ʒ i. cum aliquot guttis Spiritus Vitrioli, ſumat manè Horis *iv*. ante prandium.

Horis verò totidem à Prandio ſicut in ingreſſu lecti, ſumat Cochlear. unum Syrupi Violacei acidi, cum Oleo Sulphuris vel Spiritu Vitrioli.

Ita reddatur Corpus fluidum, quod ſi melius præſtare volueris alternis diebus addatur Juſculo Infuſio ʒ iii. Sen. cum Caryoph. N°. iv. fact. in frigidum in aq. cichor. vel pom. curtipendul.

Si fiant fotus Hypochondrii, aperientes, carminantes hora una poſt aſſumptum Juſculum melius erit.

Tandem purgetur iterum Pilulis præſcriptis.

Hæc erit univerſalis Purgatio. Verùm ad menſtruam præparetur Purgationem, facti tandem in Lunæ decurſu, Juſculis præſcriptis, quibus ad everendos renes, addantur rad. gramin. petroſel. fœniculi, cum ſummitatib. Malv. & Violar. & interiorib. unius Limonis Seminib. Melon. mundat. & Alkekengi.

Intermedio tempore frequenter utatur Clyſteribus, quod admittat jejuno Stomacho, licet Alvus per ſe benè fluat, quippe Conſilium nobile eſt Meſenterium obfarctu liberare, & à Cerebro retrahere per ἀντισπασμὸν ad Inferiora.

Parentur Pilulæ uſuales quibus utatur ſemel aut bis in ſeptimanâ horâ dimidia ante levem cœnam.

℞ Gummi Ammoniaci in aceto Scyllitic. liquat. ℥ i. Aloes elect. in Succ. cichor. & Abſynth. liq. & coagul. ℥ i ſs. Myrrhæ, ʒ ii. Croci ʒ i. Benjoin. Maſtich. an. ℈ ii. Salis Abſynth. vel Card. bened. vel Gemm. ℈ iv. vel ſingul. gr. xxv. Ms. & cum extracto liquidiori Senæ fiat Maſſ. Pilul. addendo inter form. ʒ ſs. Olei Aniſi ſerv. Vaſe fictili vitreato probè clauſo Membrana, vel Pyxide eburneâ, Capiat ʒ ſs. vel ℈ ii. ut dictum eſt.

Adeat aquas ſuas Naturales de Bagnieres, quas potet ut conſuevit. Ne mergat autem corpus lymphis Sulphureis quæ calfaciendo Viſcera noxia admodum videntur. Commodiſſima iſtarum uſurpandarum tempeſtas videtur Verna, quam ſi neglexerit Autumnalem ne prætermittat.

Roboret Stomachum & Coctionem adjuvet hoc Pulvere.

℞ Lamini Panis candidiſſ. in Malvatico ſæpius Infus. & ſiccat. ℥ ii. cortic. Citr. condit. ſicc. ℥ i. Sem. anis. & fœnic. dulc. an. ℥ ſs. Cynam. inter. ʒ iii. Santal. citr. ℈ iv. Carab. alb. ʒ i. Sacchari albiſſimi triplum pondus omnium. Ambr. gris. ʒ ſs. Ms. fiat Pulvis ut Alkool. utendus poſt paſtus è Cochleari.

Intemperies corrigat balneo Aquæ dulcis poſt univerſalem purgationem commodè uſurpando Vere, & Autumno.

Corpus perſpirabile teneat, & habitum depleat, Laconico, ſine ſtuffis, quas ingrediatur ſemel vel bis ſingulis Menſibus, atque in eis Sudorem excitet vapore decocti alicujus nervalis, quò deterſo applicentur per totum Corpus Cornicula cum levi Scarificatione. Si tam ſæpe hoc præſidii genus recuſet, ſaltem fiat quater in Anno vel ſexies.

Tibias & Pedes ſæpius abluat Vino, Salviâ, Lauro, *&c.* Sale & Lixivio Sarmentorum.

Victus in qualitate ſit refrigerans, ſiccans, in quantitate tenuis, ſibi aliquando cœnam ſubtrahat. Utatur Enchymis, vitet cruda, Vinum Zarzapar. vel Chynâ diluat plurimum; Exercitia magna, non tamen violentiſſima ineat: Venereis ne nimis indulgeat.

Iram vitet: Cætera dicta ſumat.

Aſthma. 1 Septemb. 1606.

Aſthma.

LIcet quæcunque à Medico doctiſſimo ad tanti affectus propulſationem præſtita fuerunt, ex arte præſcripta & adhibita, & vix his quoque addi poſſe videatur, nihilominus ſiquidem meum expetitur Conſilium benè factis Confirmationis potius quam perquiſitionis novæ addam Suffragium. A liberiori victus ratione Dyſpnœæ obnoxius Æger ſibi parum conſulens in verum incidit Aſthma, qui affectus periodicus ideò quod ejus à Viſceribus aſcendens Fomes denſatus in Cerebro per Lumbricos Ventriculorum parietes certis Intervallis in Bronchia Pulmonum labitur atque ibidem vagulatur & ebullit, unde ſpirandi Difficultas, Tuſſis fertor, & ſuffocationis periculum, quod huic Ægro impendet, niſi Medicis Legibus conſentaneam vitam deinceps traſigere ſibi propoſitum habeat. Curatio in Præcautione & præſentis affectus depulſione conſiſtit illam perficiat. Victus Ratio idonea & debita rerum nonnaturalium Adminiſtratio, quam præſenti Medico pro re natâ præſcribendam relinquo, à quo huic Capiti abunde ſatisfactum credo. Hydromelitis ordinarium potum Dilutionis præſertim, & tantillo Hyſſopo alterati probo, ut & Ptyſana ex Liquirit. paſſulio, Tuſſilagine, & Enulæ rad. tantillo. A vino præſertim generoſo aut meraciori aliquandiu abſtineat cenſeo. Diætæ adnectantur. Remedia quæcunque ſunt revellendo, vel vacuando mox naturales ductus everrendo tantùm & fumos qui ſupremam Regionem appetunt Arcendo, mox à remotioribus Partibus ducendo, non neglectis iis quæ partim manifeſtâ, partim ſpecifica quadam vi qualitate Pectori & Pulmonibus amica partes haſce Obfarctu liberant, à Corruptione Immunes tuentur, Chirurgica præſidia Setonem, Pyrotica, Cucurbitulas exactè uſurpata videlicet, ex Veſicatoria tantum, ut in Paroxiſmo, ſic extra acceſſionem quoties Caput gravius, & liquidioris pituitæ per Nares vel Palatum Profuſio in procinctu malum eſſe portendit. Pone Aures circa primam Thoracis vertebram, ad Humeri utriuſque apicem, ſuper Epomede potius quam Suturis applicari velim, eaque ex Mediano viburni Corticæ potius quam ex Cantharidibus: Sit frequens Clyſter iſque validior, cujus Liquori incoxerit Sena, In Colatura verò diſſolvatur Diaphœnic. Confectio. Hamech. Hiera, & in Paroxiſmo Diacolocynthidos. Imo ſi potentior revellere ſit Animus ℥ i ß. vel ʒ ii. pulpæ Colocynthid. Macerentur per Diem naturalem in ℥ viii. Vini albi. Expreſſio miſceatur cum ℔ i. Juſculi Omaſorum & Inteſtinorum vervecis atque injiciatur, ſed non niſi urgente Neceſſitate, quippe validiſſimus eſt hic Clyſter, & potentiſſimus ad Revulſionem. Inſtituatur Purgatio mox blandior cum Syrupo magiſtrali à Medico deſcripto, mox inſignior, ut ſemel aut bis in Menſe cum Pilulis Cæphalicis minoribus Galeni quas recipiunt Aloes Diagridii & Colocyntid. an. part. æq. & cum Syrupo de Stœchade coquentur in Maſſam. Doſis ʒ ß. ℈ ii. ℈ ii ß. ʒ i. ſæpius fœlici Succeſſu exhibui. Univerſalis inſuper Purgatio inſtituatur bis in Anno, Vere, & Autumno, quam complebunt Clyſter circa Veſperam Injectus, & Apozemata iv. ex Zarzaparilla Herbis Cephalicis, & Hepaticis, additis Sena & Agarico, quæ totidem matutinis exhibeantur, atque illicò ab Aſſumptione paulò plus ſolito ſtragulis opertum Corpus ſollicitetur ad Sudorem levem, quo Deterſo Medicamenti expectetur Operatio. Tundatur poſt primam Doſin, Vere Baſilica, vel Mediana dextra, Autumno ſiniſtra, & mittatur Sanguis ſecundum Vires: Hæc dum fient ſint in continuo uſu ſequentia.

Fiant Suffitus Cubiculi cum Aniculis Cypriis ex Ladano, Styrace, Benjoin, Thure, Maſtich, Carbone Salici, *&c.* Vel humidus, dictus Caſſoletta ex Lavendula, Thymo, Hyſſopo, Ocymo Caryophyllis, Cortice Citri flavo, maceratis in Vino albo generoſo, & tantillo Aceti. Ne obmittantur Frictiones Crebræ & Aſperæ inferiorum partium.

At ingruente Paroxyſmo tentetur ſtrenua Revulſio Clyſtere acriori præſcripto, Frictionibus, Cucurbitulis, Veſicatoriis, Phlebotomia. Inſtituatur Purgatio valida, ſuſpendatur Fluxio Emplaſtro, Suturis applicito ex Ladano, Maſtiche, Thure, Sandaracha, Storace, Benjoin. Roſ. rub. ol. Cydoniorum pauca Stirace liquida, & S. q. Cerat exceptis.

Procuretur Expectoratio fotu Thoracis ex Decoct. Tuſſilaginis, Juniperi, Hyſopi, Marrubii, Enulæ, Tabaci, mixto cum parte unâ Hydromelitis malvatici, & partibus duabus Olei communis.

Sit in promptu liquor ſequens.

℞ Baccar. Juniperi contuſ. ℥ i. Radic. Enul. ʒ iii. Fol. ſicc. Hyſop. & Marrub. alb. an. ℥ ii ß. Croci ʒ i. Aq. vitæ debilioris ℥ xvi. Fiat Infuſio per biduum, deinde Colatura, cui adde Sacchari albiſſimi ℥ viii. Incendatur, fiatque Oleum Zuccarinum, de quo cape ℥ ii. Olei Myrrhæ ʒ ii. Ms. ſumat è Cochleari. Proderit ſuffitus ex Tuſſilagine in Clybano, & Ollo fictili probe obturatâ cocta citra additionem ullius Liquoris exceptus per infundibulum.

His Remediis non tantùm futurum præcaveri, ſed etiam præſens malum curari poſſe confido. Unicum eſt ut dicto audiens Æger Medicorum mandata ſedulò exſequatur.

Monſr. *Lemaſon* Procur.

Sept. 6. 1606.

Diarrhea Meſenterica.

Diarrhea Meſenterica cum fluxu Hæmorrhoidali à Menſibus.

Vitium in Meſenterio, Hepate, Ventriculo. Lien craſſum & Fæculentem Sanguinem plurimum trahit ab Hepate, unde flatus multi & rugitus Hypochondriorum & ob Sarcinæ exonerationem Fluxus Venarum Sedis.

Purga per ἐπικράσεω. Obſtructa Reſera, partes robora, flatus diſcute, & poſt omnia utere aſtringentibus, non autem prius.

Remedia.

Purgetur octavo quoque Die Syrup. ſequenti magiſtrali.

℞ Rad. Siccarum Chicorii Oxalidis & Taraxaci an. ℥ ii. Fol. Senæ mund. ℥ vi. Rhabarb. electi ℥ iii. Agarici recens Throciſc. ℥ i ß. Caryophyll. ℥ ß. Cinamomi Santali citrini an. ʒ iii. Infundantur per quatriduum, Vaſe probe clauſo in B. M. in æquis part. & ſ. q. Vini albi generoſi, & Aquæ Chicorii, & roſ. extract. In Organis Vitreis aut fictilibus. Mox fiat Expreſſio & Colatura quæ in Alembico Vitreo reducatur ad ℥ xii. addendo mannæ Calabrinæ, Syrupi Roſarum pallidarum ſolut. an. ℥ vi. reducantur omnia in Syrup. perfecti coctum unius Doſis ſit ℥ ii. è Ptiſanâ vulgari facta cum Aqua Chalybeata.

Nonnunquam addi poterit ʒ i. Rabarb. electi Subtiliſſ. Pulveriſati.

Intermedio tempore utatur Pilulis ſequentibus.

℞ Aloes Elect. in Succo depur. Roſ. Cydoniorum Chicorii & Abſynthii quater Liquatæ & per Evaporationem coagulatæ ℥ ii. Gummi Ammoniaci in iiſdem Succis diſſolut. ʒ vi. Pulveris Rhabarb. ʒ iii. Croci ʒ ſs. Maſtiches Benjoin. an. ʒ i. Ms. & cum æqu. part. Minæ Cydoniorum & extracti Mirobal. Citrin. fiat maſſa Pilularum, addendo inter formandum Olei Aniſi ʒ i. Capiat ℈ i. vel ʒ ſs. alternis Diebus Hora *i.* antè levem Cœnam, vel potius præparandum ſi Nox graviori fluxi fuerit moleſta.

Per octiduum Manè & Veſperi longè à Paſtibus fiat fotus ſequens toti Abdomini.

℞ Fol. Abſynthii Menthæ meliſſ. an. M. iv. Tapſi Barbati totius M. iii. Rad. Enulæ ℥ ii. Ligni Rodii Santali Citrini an. ℥ i. Roſ. Rubr. P. iv. Maſtiches ℥ ii. Caryophyll. Macis Cinam. an. ℥ i. Includantur omnia Sacculis duobus mediocriter latis, quibus decoctis in æqu. part. & ſ. q. Aqua Fabror. & Vini rubr. fiat ut dictum eſt: Cui ſubnectito illicò Litus ſequens. ℞ Olei Maſtich. & Cydoniorum an. ℥ iv. Succi Abſynth. & Menthæ an. ℥ iii. Vini Malvatici ℥ vi. coque ad Succ. conſumpt. Mox fiat Colatura, cui adde Olei Nucis Moſch. ℥ i. Ms. pro Litu.

Monſieur *Diodati.* Septemb. 9. 1606.

Hemicrania.

A Juventute obnoxius Hemicraniæ anterioris partis Capitis, quæ ſemper poſt Prandium occupat.

In Infantia & Pubertate ad 18 vel 20 Annum obnoxius Hæmorrhagiæ, per Nares fluebat fere quotidie Sanguis copioſiſſime, per Horam unam, vel 2 ita ut fere Animam exhauſit ſæpius, neque poterat ſiſti Sanguis.

Hæmorragia nunc ſuppreſſa.

Hinc Hæſio maxima Memoriæ.

Offredi dedit Pulverem aſtringentem, vel à Mutatione temperamenti.

Nuper dum per Solem equitaret ℔ i. Sanguinis floridiſſimi calidiſſimi, & ſeroſi reddidit ante x. Dies.

Ex quo eſt in Gallia neque ſenſit Vertiginem, neque Dolorem Capitis, licet antea dum eſſet Genevæ ad quemvis motum, vel meracioris Vini potum illicò utroque Symptomate corriperetur, Vinosâ Portione Caput ſubitò petente.

Mutatio Aeris profuit.

Annos natus 27 Menſ. 6.

Bilioſo & Sanguin. temperamento, naturaliter Melancholico ab Exuſta Bile.

Sanguinis calidiſſimi & ferventis Hepatis, Urinæ tenues albicantes ut plurimum.

Ab Anno Ætatis 24 Hyeme tempore Humido Hora una poſt Prandium corripitur Capitis dolore & Vertigine.

Vertigo etiam ſola cum Surgit mane invadit.

Inhabilem & Stupidum eum reddit uterque affectus.

Sæpe percipit Cardialgiam cum Nauſeâ invadente malo irrito conatu: Quod ſi Vomitus contingat vel Naturâ, vel Arte, optimè habet: Non ceſſat Vertigo, ſed levatur Capitis Dolor.

Vomitus ipſi valde difficilis, & laborioſus obrepente Sudore frigido.

Gracilis Colli, Thoracis ſtricti & brevis.

Vertigo vera aliquando, non ſemper, ſed Stupor, & quaſi Sonitus in Capite adveniente Paroxyſmo ſemper percipitur.

Dum ceſſet Hæmorrhagia nunquam paſſus eſt hos affectus niſi per Hemicraniam Cardialgiâ urgente.

Hemicrania Æſtate rara.

Aliquando ſine Vertigine.

Cum gravis urget, adeſt Cardialgia, raró cum Vomitu.

Pulſatio magna in Temporibus, in Paroxyſmo raró jejuno Stomacho, niſi poſtridiè poſt largiorem cœnam, Stomacho non coquente. Hyeme, Genevæ quavis ſeptimanâ ter vel quater Æſtate raró flante Auſtro. Cœlo humido gravius habet, præſertim per Nebulam.

Siccâ Hyeme melius habet.

Somnus Hemicraniæ Solutio.

Si minus quàm *vii.* Horas dormiat non coquit, ſi diutius, Caput eſt grave.

Cerebrum humidiſſimum.

Somnolentus, Somni profundiſſimi, poſt paſtum appetit dormire, quovis rumore non expergeſit.

Capilli non admodum denſi, decidui, Caput & Capillitium pingue: Furfuribus plenum.

Parùm mungit, parùm ſpuit, ſi mungat, vel Arte ſpuat, benè ipſi eſt.

Viſus debilis ab Hæmorrhagiâ.

Auditus, guſtus, odoratus, bona.

Nulli aurium tinnitus.

Memoria labilis, Nominum facile obliviſcitur.

Nulla Fluxio in Dentes.

Ante ſexennium fluxio in Collum cum Glandula, ad quam Diæta & Litus multiplex, à quibus (difficulter licet) evanuit.

Benè ſpirat.

Per Hemicraniam tantum Cordis, ut omnium Arteriarum Palpitatio.

Nec Tuſſi, nec Rheumatiſmis obnoxius; Nulla laboravit Pleuritide.

Stomachus debilis, ita ut à copioſiori Cibo gravetur illico, & Cerebrum inde Fumis fatigetur. Omnes Cibi mixti nocent.

Dolor, pondus, frigus Stomachi, à frigido Cibo, cedit Calidis Topicis & Aq. Cynamomi.

Acida non admodum noxia.

Si Carnes & Piſces edat, Vinum varium bibat, in eodem Paſtu fit concertatio, tumet Stomachus, nauſea urget βραδυπεψία.

Flatus multi in Stomacho.

Nulla Aciditas petit Fauces, niſi Accidentaria.

Nulla Oris Amaritudo.

Siti præſertim Æſtate premitur.

Nullus tenuis Salivæ in ore proventus.

Nulla Linguæ Ariditas.

Si avidè comedat, nec benè mandat Cibos, gravatur Stomachus.

Coïtus noxius præſertim ſtando, & poſt Cibum Crebrum fatigatur Sapor; ſi diu abſtineat, Pollutio nocturna.

Nullus Dolor Hypochondrii dextri, nec ſiniſtri.

Rugitus multi in Abdomine, flatus multi per Anum inane cum ſummo Levamine.

Non tumet Abdomen.

Manè cum appetitu edit, Veſperi non ita.

Nullus Tumor in Hypochondriis.

Nullus in Meſenterio.

Nullus Lumborum Dolor.

Meiendi tarditas, niſi cum Imaginatione fluentis Aquæ, cum niſu: Fluit tamen amplo Canali Urina, & multa, ſine Arenulis: Vide an adſit Pituita ſine Acrimonia: Urina valde Tartarea, & quod adhæret Matulæ Tartarum fœtet.

Alvus ſatis Fluida. Excrementa mediocris conſiſtentiæ, nigra ſemper.

Aliquando Diarrheæ accidunt, ut tertio, vel quarto Menſe, & fluit Materia cinerea, ſed non niſi præcedente Stomachi ἀπεψίᾳ.

Nullæ tument Hæmorrhoides, bene tamen habuit applicitis bis Hirudinibus.

Fluxio ante 4 Annos in Articulos manuum.

Deſperabundus de omnibus vivit. Cogitatio profunda.

Somnia horrenda ſpectrorum.

Solitudinis amans.

Taciturnus.

Lachrymæ ſine Cauſa externa, à Cogitatione Melancholica.

Negotiis moleſtis poſt Mortem Patris vacavit, & cum ingenii contentione.

Purgatus fuit ſæpius Pilulis.

Sumpſit decoctum Guajaci.

Opiat. Cardiac. & Cephalic.

Pilul. uſual. ante Cibum.

Melius habet à Medicamentis, præſertim à Pilul. ante Cibum.

Non poteſt uti Liquidis, quippe illicò evomit Medicamenta.

Valida ipſi Somno nocent.

Benè purgatur à Remediis.

Pilulæ uſual. duodecimâ demum Horâ ab Aſſumptione operantur.

Semel miſſus è brachio Sanguis: Bene fert Phlebotomiam, ſed admodum imminuitur viſus.

A Diætâ benè habuit, facilè ſudabat, & levata fuit Hemicrania; imò poſt Diætam vixit per duos Menſes, immunis ab ea, licet in propinquo eſſet Hyems.

Nocuit admodum ſerum Lactis, diſſoluto Stomacho & refrigerato, ac multis flatibus generatis.

Conſulebat Offredus Vinum chalybeatum.

Theoria.

Hepar à primo Ortu calidiſſimum eſſe teſtatur ingens illa Hæmorrhagia Narium, quâ ipſe vel in Pueritia fuit conflictatus; Intemperies iſta Hepatis Sanguinem generabat tenuem, bilioſum, ſeroſum, qui & motu elementari, & Fluxibilitate, & à Calore levia perpetuò ſurſum, pellente, Elenatus quâ datâ portâ ruens uberrima Profuſione effluebat. Ita opplebantur Venæ & Arteriæ Cerebri, unde Membri iſtius Læſio à Spirituum & Caloris ob copiam Oppreſſione, & quaſi Suffocatione functionum proinde Perturbatio quarum exequendarum Inſtrumentum calor nativus, & Spiritus, & Cauſa efficiens ac formalis (facultas) tunc ſunt bene diſpoſita cum in Symmetria, & idonea Temperie conſiſtant. Sed multò major acceſſit Cerebro noxa à continua Evacuatione quæ ob Diſſipationem

Spirituum frigus invexit, & naturalem Cerebri Functiones evertit per Humiditatem, qua Cerebri ſubſtantia ſcatet laxior facta, unde Debilitas & Læſio Memoriæ (non autem Ventriculi unde fit ut nihil expuat & parùm emungat) Injuria ab ambientis intemperie tanquam Procathartica cauſa conſideranda eſt. Quod ambiens Frigiditate condenſat & Difflationem per Poros Cutis non Capitis ſolùm, ſed & totius habitus, prohibet, unde fit ut quidquid vaporoſum eſt in ſublime feratur, & Vertiginem creet cum Hemicraniâ.

Humiditate autem opplet, unde Stupiditas, Torpor, Somnolentia, quæ omnia ceſſant contrariâ exiſtente Cœli conſtitutione, ut per Æſtatem, & Mutationem Aëris, ut nunc ex quo in Galliam ſe contulit.

Conſtipatio porrò habitus plurimùm etiam potuit, aliàs ad Hæmorrhagiam, quippe aucto interno Calore, cauſa attenuans, propellens & expellens Sanguinem, validior facta, inſigniores potuit edere effectus.

Cur verò 20 Anno ceſſavit Hæmorrhagia? An ob Mutationem temperamenti ob Ætatem? An quod minus plenum Corpus, & Venæ minus Turgidæ? An quod ab Exercitio majore, facta fuerit Diſſipatio inſignior Fluidioris Seri, ac perinde Vehiculi? An à Medicamentis?

Durante Hæmorrhagiâ nec ſenſit Vertiginem, nec Hemicraniam;

1. Quia cauſa erat materialis quæ nunc eſt Spirituoſa.

2. Quia Venas tunc opplebat, nec appetebat feriebatur Membranas.

3. Quia ſiquid elevabatur ſurſum, illicò per Evacuationem exigebatur Foras.

4. Quia Acrimonia cauſæ ſeu Humoris, ſeu Vaporis, vellicantis Meninges demulcebatur dulcedine Sanguinis.

5. Quia Ætas puerilis humidior non habet Humores adeò acres.

At ceſſante hac evacuatione invaſit Vertigo, & Hemicrania ob cauſas contrarias, præter alias jam commemoratas.

Tractu temporis Acuto Calore ab Ætate advenientibus & ingruentibus Negotiis, Mœrore, & ipſo tranſigente Vitam ſedentariam, cœpit Sanguis retorreri, & verti in Melancholicum, quem cùm non attrahat repurgetve, ut æquum eſſet, Lien, ejuſdem in Hypochondriis coacervatio, cujus pars craſſior & fœculentior abit cum Excrementis craſſioribus, unde eorum nigredo, tenuior, vaporoſa, fertur per Arterias, quibus Lien ſcatet, in Cerebrum, & ex parte facit Vertiginem & Hemicraniam cum Palpitatione univerſali, eaque licet tenuis (ut contingit etiam Bili in Febribus ardentibus ex Hippocrate) tamen opplens Cerebrum Soporem inducit per quem intro revocato Calore, iſtius Vaporis diſſipatio, quies Materiæ ſeu Fomitis, & Paroxyſmi Solutio.

Hypochondriacum autem aliquid ſubeſſe denotant, Rugitus multi, Mœſtitia ſine cauſa manifeſta, Lachrymæ ſine cauſa, Solitudinis Amor. Sed hic affectus Accidentarius ſeu Symptomaticus facilè poteſt evaneſcere.

Ventriculus & ab ingenti Hæmorrhagia diſſipato Calore, &

ob Viciniam calidioris Hepatis, nec non Lienis, acidum (Coctionem pervetens, Fermentas, & Membranoſo generi infeſtum) in ejus Fundum eructantis frigidiſſimus eſt & imbecillimus, & Coctionem nullo modo adimplet, præſertim ſi vel quantitate gravetur, vel qualitate ejus augeatur Intemperies.

Ita in hoc Subjecto Vertigo, & Capitis Dolor ſunt partim per Protopatheian, partim per δευτεροπαθεῖαν.

Cerebrum eſt imbecillum, Cutis Hyeme & Auſtrinâ conſtitutione denſa, facile recipit Caput, non fit difflatio, Membranæ ſunt exquiſitiſſimi Senſus. Nativa conſtitutio Capitis intemperata, acuta à generali Cauſâ externâ, nempe ambiente Aëre in quo vixit. Sic Hemicrania quæ ab Incunabulis afflixit eſt Idiopathica.

Seſe etiam exonerat in articulos cerebrum, prætcrquam quod fit Congeſtio ſeri a venoſo genere delabentis, quod poſt magnos dolores in Articulis manuum concrevit, & quaſi nodum facit.

Hepar percalidum fecit Hæmorrhagiam, non Hemicraniam nec Vertiginem, quia non ſunt ductus per quos Spiritus ab eo ferantur, v. g. Arteriæ, per quas ut plurimùm vaporoſæ cauſæ ſuum habent commeatum.

Niſi dicas ex accidenti, quia Lieni ſubminiſtrat Retorridum, & Melancholicum Sanguinem, qui in ejus Parenchymate fermentatur dum fit in eodem inſita ipſi vi peculari acidi Separatio, unde Vapor.

Terminus à quo.

Terminus per quem.

Lien itaque tum quia coacervat, tum quia ſatis promptè vel ſufficienter non excernit atrabilarium ſiccum, opplet Vaporibus Caput, qui dum per Arterioſum genus tumultuariò feruntur Palpitationem faciunt. Vide num incipiat in Capite, deinde per Retrogradationem exagitet Vitales Spiritus in toto arterioſo contextu, & memento Febris particularis de quâ Hypocr. Ubi de Deligatione Auris fractæ agit, & multis in locis Paracelſus.

Terminus à quo.

Ventriculus Cruda congerit, & Fumis elatis à Foco Culinæ, oppletur Cerebrum, imò licet ſi ſint forſan minus acres Fumi potentes ad Paroxyſmum præſertim Hemicraniæ, ab ejus tamen Vitio diſſidii. Initium, quod patet, quia ſemper poſt Cibum, dum fit Digeſtio, ac proinde Calor ad centrum fertur, & omnia excitat, invadit Paroxyſmus.

Sic forſan Vertigo à Fumis crudioribus & minus digeſtis Vaporibus aſcendentibus à Ventriculo.

Hemicrania ab Exhalationibus mineralibus Sulphureis, vel quæ ſapiunt Aquas fortes, ſeu à Spiritibus acidis elatis à Liene.

Quod autem in Hemicraniâ, Cardialgia occupat & vomendi appetit Deſiderium, nihil mirum ob conſenſum Cerebri cum ore Ventriculi per ſextum Par Nervorum. Quod non curatur Vomitu, oſtendit manifeſto cauſam non tam quærendam in craſſâ Materia, quàm in tenui Spiritu.

Aëris Inclementia & Meatuum Cutis Obſtructio, atque impedita Difflatio habentur pro cauſa ſine quâ non. Itaque Proſpiciendum.

Hepati, ejus Intemperiem corrigendo per moderata Hepatica, non per refrigerantia, ſed per ea quæ ipſius Temperiem conſervent, vel deſtructam reſtituant. Excrementa quæ in Hæmatoſi uberiora gignuntur, ſerum in primis vacuando, & minuendo: Sicque impedietur Hæmorrhagia quæ vel hodiè metuenda eſt eique proſpiciendum ἀντισπάσει & revulſione; Sanguinem enim per ſuperiora ferri malum ex Hippocrate.

Denique roborando.

Lieni Melancholicum ſuccum ſenſim & per ἐπίκρασιν ab eo deturbando, ſive per Medicamenta, ſeu per Phlebotomiam, aut Hirudinum applicationem, à quâ bene habuit.

Fumos in hoc Centro frangendo.

Ventriculo Coctionem promovendo & Impuritates Tartareas ſeu Cruditates quæ ipſius Membranis adhæreſcunt & per imbecillam Coctionem quotidiè generantur educendo atque inſigniter roborando, fumos avertendo.

Capitis, Perſpirationem liberam continuò procurando.

Excrementa ejus vacuando per Palatum, non, per Nares metu Hæmorrhagiæ ab irritatione.

Siccando & Roborando admotis admiſtis.

Praxis.

Victus ſit medius refrigerans, mediocriter ſiccans blande.

Aëris Inclementiam fugiat. Frigus nocet ob Condenſationem. Calor quia attrahit ad Caput, & Venas reſerat. Hypocauſta proinde noxia. Hyeme ſit Ignis luculentus, & continuò alteretur Aër. Suffin. Juniperi, Lauri Roris marini paſtillorum.

Vtatur Enchymis, Coctu facilibus unico Cibo, vitet ſalſa, acria, piperata, vaporoſa, Legumina cruda, Fructus, *&c.* Piſces, Lacticinia.

Panis ſit albus benè coctus, optimè fermentatus, Levis, Aniſatus.

Vinum Oligophorum rubellum, nunquam album, Æſtate cum Aquâ Chalybeatâ, Hyeme, cum Decoct. Chynæ dilutum.

Somnus & Vigilia moderata Horis convenientibus, ne paulo poſt Cibum dormiat quia Somnius iſte gravat Caput.

Corpus moderatè exerceat ante Paſtus, poſt Paſtum quieſcat aliquandiu.

Venus nimia, rectus illicò à Cibo noxia.

Animi Pathemata Violentiora fugiat, Iram, Mœrorem, Amorem, *&c.*

Corpus ſemper fluidum ſervet quod procurabitur Remediis poſtmodum deſcribendis.

Chirurgica ſunt Frictiones crebræ inferiorum Partium Manè & Veſperi.

Si recurrat Hæmorrhagia, Brachii dextri Phlebotomia, & Pedis ſiniſtri vel utriuſque Revulſionem, tum etiam ut ſuppleat, Vicem Apertionis Hæmorrhoidum crebra applicatio Hirudinum Venis Ani, Cucurbitularum & Corniculorum cum Levi Scarificatione Collo & Scapulis.

Ligaturæ Extremitatum doloriſicæ in Hæmorrhagiâ, quæ retractione ut dictum eſt & Revulſione percuranda eſt, non autem Cohibitione circa Terminum ad quem.

Licèt non ſit negligendum hoc Remedii genus, præſertim, ſi uberior fluat Sanguis tum etiam ut is cohibitus circa exitum refluat ad Partem, in quibus illi nova Via patebit. Vitriolum album, Lapis prunell. &c.

Ordo Remediorum.

Autumno poſt Purgationem Pilularum extractarum aggrediatur Diætam Sudorificam *xii.* Dierum, cùm Decoct. Chin. Zarz. ad pauc. Saſafr. Guajacum noxium ob calorem. Diæta imperatur ut ſerum Sanguinis exhauriatur & Humiditas nimia ſiccetur, ſudet ſub Arcu, etiam cum Vapore nervalium, ſi metuatur Calor nimius utatur aſſis, Pane Aniſato, ſecundario decocto.

Purgetur alternis Diebus addita infuſ. ℥ iii. Sen. in frigid. fact. in Aq. Cichor. Decoct. primario. In fine Diætæ purgetur iterum Pilulis extractis.

Vere inſtituatur Purgatio univerſalis cum Pilulis, Phlebotomia ad ℥ vii. Juſculis Hepaticis cum Cremore Tartari, & paucâ Sena Syrupi violac. cum tantillo Oleo Sulphuris vel Spiritu Vitrioli per Octiduum â Prandio, & Pilulis purgantibus reiteratis.

Æſtate ſumat ſingulis Menſibus duo vel tria Juſcula purgantia, in Lunæ decurſu: Utatur Balneo per Caniculam ſive Domi ſive in Lacum, Stomacho vacuo ante Paſtum. Autumno & Hyeme ſingulis Menſibus ſumat Doſin unam Extracti laxantis.

Præſcribantur Pilulæ uſuales ſemel aut bis in Septimanâ ſumendæ per totum Annum exceptis Diebus Canicularibus, ante Paſtum, vel Pil. cum Gumm. Guaj. Eloe Balſamo, Succino, grana Angelica.

Pulvis digeſtivus poſt prandium Horâ dimidiâ uſurpandus.

Urgente impenſius Vertigine Pilulæ macri

Confectio antepileptica, hoc eſt ex ſpecificis ad Melancholicam vertiginem, pro Ventriculo ſumenda Manè, Hyeme, præſertim inſtar Avellanæ, & Veſperi in ingreſſu lecti ejus loco Hydromel malvaticum, Vinum Abſynthites & Dia Juniperi, Grana Juniperi in malvatico Infuſa, Grana Piperis conciſa.

Sacculi farcti Cephalicis ad fricandum Caput.

Panis è Furno calens ſuccino, Cephalicis & 🜄 conſperſus.

Maſticatoria ad educendam Pituitam è Cerebro.

Aniculæ Cypriæ. Caſſoletta.

Aquæ Pughenſes inſignes ad Hepar & Ventriculum ac Lienem, Capiti non nocituræ ſi probè reddantur, nec in viis hæſitent, quod debito modo poterit procurari.

Improbatur mihi Duccia ſine Embrochato in Caput, proinde licet ad ejuſmodi Aquas Vitriolatas & Martiales aliquando devenerit quibus proximæ ſint Sulphureæ Scaturigines, nec ſibi perſuaderi ſinat, ut Caput his irrigetur, quippe mire conturbant Cerebrum, & Liquando ſucco fluxiones in ſubjectas partes movent.

Domino *Weiſſenbachio*, 17. Octobr. 1686.

Conſilium ad Conſervandam Valetudinem.

AD tuam Petitionem quâ rogatus ſum, ut quæ tibi Peregrinanti neceſſaria ſunt, ad conſervandam Valetudinem, nec non præcavendos curandoſque Morbos præſcribere velim; hoc habe (Vir clariſſime) Vix ſolidi quidquam hac de re poſſe definiri, cum Cœli, Solique Mutatio, victûs Ratio, externarum internarumque Cauſarum Series & Concatenatio alterationibus quotidianis obnoxia, ſubinde Conſilium quodvis poſſint immutare. Præterquam quod nunc convaleſcens ex gravi Morbo, inculpata penè frueris Valetudine, unde fit ut iſtius Temporis Conſideratio non ſit Therapeutica. Nihilominus, ut tibi aliqua ex parte ſatisfiat, quæ in tui Corporis Conſtitutione nocitura obſervavi, dicam. Si quod tibi imminet Morbi ab internâ Cauſâ Periculum id potiſſimum à Partibus naturalibus expectandum eſt, quas Juvenilis Ætatis Libertate, caloris vigentis Robore, & Conſortii ac Societatis Lege fretus, hactenus non timuiſti plus æquo gravare.

Temperamentum univerſale bilioſum eſt.

Hepatis es percalidi ampli, à quo & fervidus Sanguis & multus: Meſenterium obſtruitur facilè, dum ea quæ robuſtus ſatis Stomachus largius excipit, incocta tranſvehit, quod circa ſenſim Morborum cauſas in Viſceribus congeris, quæ tandem prorumpunt, & acutas Ægritudines à Bile multâ & Pituitâ permixtis (licet inæqualiter) invehunt. Qui affectus ut præcaveantur, inſtituenda victûs ratio, quæ humectet ac refrigeret mediocriter, & quæ vel non obſtruat, vel obſtructa reſeret: Eligendi Cibi coctu faciles, ac boni ſucci: Vitanda acria, ſalſa, piperata, piſtoria Opera, quæ craſſi ſunt Alimenti, quæ Humores & Sanguinem exurunt, ac torrent: Mane Elixa, Veſperi Aſſa præferantur. Vina generoſa præſertim Exotica Noxia, Crapula omnibus ſummè pernicioſa; imprimis Medicati potus, quales ſunt Mulſum, Nectar, Cinamomatum *&c.* nocui: Aeris Intemperies omnis, calida præcipuè quantum perigrinanti licet, fugienda. Somnus & Vigilia Horis idoneis inſtituantur. Poſt Cibum illicò dormire malum: Exercitia Moderationis terminos ne excedant, præſertim in Italia Æſtuante Cœlo: Iis matutinæ Horæ deſtinentur, Saltationi, Equitationi, Digladiationi, Pomeridianæ Domi terantur. Venus nimia vires frangit, Corpus enervat. In calidioribus Regionibus pernicioſa, & ſi quod ab eâ contrahatur Venereum, in molli Habitu & calidiori Sanguine, ac micantibus Spiritibus, multò actuoſius ſeſe altius inſinuat, & magis difficulter poteſt Eradicari. Procuranda Alvi Fluiditas, ad quam ſi Natura hæſitet, Arte illi ſubveniendum. Denique violentiora Animi Pathemata fugienda, Triſtitia, Iracundia, Amor. Diateticæ, adnectendus Medicamentorum Artis Tempeſtatibus uſus. Vere & Autumno purgandum Corpus universaliter [illegible] bi possent. Apozemata [illegible] Aperientia Cathartica cum Sena, Rheo, Syrupo Rosar. pallidar. Solutivo. Horum tamen Vicem supplebunt Juscula sequentia.

Farciatur Pullus Gallinaceus Hordeo mundato capparib. à Sale liberatis Uvis Corinthiacis, mox consutus bullia cum frusto carnis Vitulinæ, & cum tempus fuerit addatur Fol. Cichor. Endiv. Agrimon. Pimpinell. Borag. Buglosſ. an. M. i. Summitat. Chærephylli, & Calendul. an. P. i. coquantur ſimul & fiat Colatura in qua diſſolve Cremonis Tartari albi optimè triplici Elevatione per Ebullitionem præparati ʒ i. Infuſum ℥ iii. vel ℥ ß. Fol. Sen. Mundat. ſeorſim factum in Aq. Endiv. per *xxiv*. Horas. Paretur Juſculum quinque aut ſex Matutinis conſequentibus, vel alternis ſorbendum Verna tempeſtate, poſt ſecundum Juſculum utiliter tundetur Baſilica, vel Mediana Cubiti dextri ad ℥ vii. vel ix. Sanguinis. Si Juſculo primo permittatur pridie circa Veſperam Clyſter emolliens, melior ſuccedet Operatio. Juſcula eadem detracta Sena, & inſtillatis aliquot Guttis aciditatis Sulphuris uſurpari poterunt toto Vere. Interim uſuales erunt Pilulæ ſequentes, quas ſemel aut bis in ſeptimana aſſumere utiliſſimum fuerit ad everrendum ſenſim Stomachum & Obſtructionum tollendam Materiam. ℞ Folior. Abſynthii. Meliſſ. Hyperici totius Centaur. minor. an. M. i. Baccar. Juniperi recent. ℥ i. Fol. ſen. mundat. ℥ ii. Fiat omnium decoct. in Vino albo tenuiſſimo ut Rhenano colat. & Clarificat. [illegible] Aloes elect. ℥ iv. Bulliant ſimul & coagulentur ad Duritiem. Cape de hac natura ℥ ii. Gummi Ammoniaci in Succis Abſynthii & Cichor. depuratis diſſolut. & coagul. ʒ vi. Myrrhæ ʒ ii. Maſtich. ʒ i. Croci ℈ iv. Salis gemmæ & Abſynthii an. ℈ ii. fiat Maſſa Pilular. de qua capiat ʒ ß. vel ℈ ii. Hora *i.* ante levem Cœnam, longe à Prandio ut dictum eſt, idque per totum Annum exceptis Diebus canicularibus, quo tempore conveniet Balneum Aq. Dulcis, egelidum tantum, vel Domi, vel ſi clemens ſatis ſit Conſtitutio Cœli in Flumine, jejuno Stomacho, ſi urgeat ſitis, aut Viſcerum calor, temperetur Syrupo acetoſo ex ℥ vi. Syrup. Violac. multar. Infuſiorum, Aciditatis Sulphuris q. ſ. ad gratum guſtum Miſce, ſumatur è cochleari, vel agitetur cum ſ. q. Aq. Fontana Hyeme & Autumno, in Germaniâ, nonnunquam Laconico, Sudores elicere, ad reſeranda Cutis ſpiracula & purgandum habitum proderit: At ſi metuatur calor Vapore decoct. nervalis excitato procuretur hæc Evacuatio, atque apprimè deterſum Corpus lecto committatur, nec tamen cito Aëri frigido exponatur. Corniculis etiam ſeu Cucurbitulis cum levi Scarificata, Cutem deplere aliquando erit convenientiſſimum.

Quoniam verò Italica Peregrinatio in Mente tibi eſt, ſuadeo ut ſi per negotia liceat, Hyeme illuc proficiſcaris, quo paulatim Aëri à tuo longe diverſo aſſueſcat, Subitanea quippe hoc mutatio omnes fere tuæ Nationis Homines, in graviſſimos Morbos præcipitat: Febribus ardentibus, & Variolis ut plurimum ſunt in iſtis Regionibus obnoxii. Illas ſobria victus Ratione ante præſcripta præcaveto. His obviam ita fugiendo infectorum præſentiam, atque Uſu ſeq. Electuarii ſeu Tabellarum, quas tecum ſemper ut habeas ſuadeo, in Animi Deliquio, Virium debilitate, Stomachi cruditate, & Peſtilentiæ metu uſurpaturus.

℞ Confect. Alkermes & de Hyacyntho an. ℥ i ß. Raſur. Corn. Cerv. Recent. Primarii ʒ iii. Oſſis de Corde Cervi ʒ ii. Succini albi præparati ʒ i ß. Santal. Citrin. Lapidis Bezoar. Ligni Aloes veri an. ʒ i. Cinamomi interioris ʒ ii ß. Saccar. albiſſ. ℥ viii. Ms. & cum Muccag. Gumm. Tragacanth. Extract. in Aq. Cinamom. fiat Trochiſc. per ſe ſiccandi, vel ſaltem ad lentiſſimum Calorem, quorum unum vel alterum in ore teneat, in Caſibus dictis, ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur.

D. O. M. Omnibus iſtis Remediis benedicat, tibique fauſtum ad tuos Reditum & proſperam ac fœlicem Peregrinationem concedat.

Lutetiæ Pariſiorum 17 Octobris, 1606. De *Mayern* Turquet.

Pro *Weiſſenbach.*

Conſilium pro Domino *Joſepho Diodati.*

April. 20. 1607.

Pro Bile Exæſtuante.

Biliosum totius Corporis Temperamentum, calidamque & ſiccam Hepatis intemperiem indicant in hoc Subjecto, Corporis ſiccitas, Macies, Gracilitas, Vaſorum amplitudo, Actionum celeritas, Cutis calor, & prægreſſorum Morborum, ut & præſentis conditio. Hepar in amari Succi generatione fœcundius Sanguinem Lieni, retorridum ſubminiſtrat, qui auctiori Caloris gradu faceſſit in Melancholicum. Ventriculus, Inteſtina, Meſenterium, obcoctionem ab infeſtiſſimo, & Naturæ inſenſiſſimo Humore Perverſionem Cruditatibus & pituoſis Mucis ſcatent, unde fit ut Frigidorum & Calidorum per ἀντιπερίστασιν Concertatione, utraque qualitas ſeipsâ major & valentior reddatur, ac pernicioſores de ſe Effectus prodat. Bilis partim regurgitat in Ventriculum, & Vomitu cum Εὐφορίᾳ, nonnunquam rejicitur, partim non tam in Cavitates, quàm in Tunicas Inteſtinorum, devoluta, ſæviſſimos excitat Cruciatus, à diluente benigniori Succo ſeparata, &, ut Hippocratis Verbis utar, ipſa per ſe exiſtens: Neque ſolùm Inteſtina ipſius ſuſtinent impetum, ſed & in toto venoſo genere ſuum habens Orgaſmum Urinas flammeas in Paroxyſmo reddit, & Cutem ad habitum converſa ſuffundit Ictero. Pituita calidioris Humoris vi attenuata, ex parte inflatus abit, quorum divagantium Rugitus, ementitam flatulentæ Colicæ faciem peperit. Uterque Humor à malâ Conſtitutione Viſcerum & Intemperie naturali, ſua habuit primordia, increvit à victus Ratione minus exquiſita. Alter ad Fluxum continuò paratus, in viâ fiat mira Ferocitate exardeſcit. Alter torpens in viis hæret, & liquido præcludit exitum. Subtiliori ex Elementaris motus Conditiones commodior Via furſum ut craſſiori deorſum patet. *Curatio*, In qualitatum præter Naturam exuperantium correctione: Sed magis ingeniti evacuatione ſita eſt, quàm Euoproticis tantùm aggredi inutile duco, cum validiora poſtulent crudus Humor tenacitate pertinax, & ipſa Bilis ex cavis Hepatis evocanda, cujus Subſtantiâ plerumque delibutus Mucus apparet rejectus, unde vulgò naſcitur Colici affectus (bilioſi ad differentiam dicti) difficultas, cùm amarum præſertim Æruginoſum, ſalſo permixtum & Viſciditatis ratione hærens, acriùs pungat & intentius vellicet. Mutetur victûs ratio, Abſtineat à Saliis, Piperatis, Acribus, generoſo Vino, Cerovilia craſſiore omnibus in Summâ, quæ utriuſque Humoris Proventici fovendo apta ſunt. Singulis Menſibus præmiſſo Clyſtere emolliente, & relaxante Fotu, Vomitu ſubvertatur Ventriculus exhibitis ℈ ii. vel ʒ i. Salis Calcanthi albi, in Aqua triplicis diſſoluti. (Paratur autem Sal diſſolutione in Aquâ pluviali diſtillatâ, Filtratione & Evaporatione ſæpiùs reiteratis) Detur hoc Vomitorium, vel jejuno Stomacho, ſi ad Vomendum difficilis, vel poſt Cibum, ſi aut pronus ad hanc Evacuationem ſit Æger, aut bis inferenda metuatur. Ceſſante Medicamenti Operatione, conveniet Fotus roborans ex Menthâ, Meliſſâ, Roſis, Maſtiche, Vino rubro incoctis. Non minus innoxiè aget Infuſio Granor. vi. vel viii. Florum Stibii ex arte præparatorum, in Vino albo generoſo, quod remedium licet apud multos malè audiat, inſigniter tamen prodeſt ad contumaces affectus radicitus tollendos, & ſine ullo Offenſionis metu, à perito celerioris actionis moderatore, poteſt exhiberi. Si blandiori Emetico certum iſtius Evacuationis effectum lubet experiri: Electuario Diaſar. Fernelii res paragatur, deinde hæc valentiora in uſum revocentur.

Purgationem per inferiora ſingulis quoque Menſibus moliri conveniet, Pilulis Cephalicis *Galeni* (quæ Aloes, Diegrydii, Colocynthidis partes æquales recipiunt) ad ℈ ii. deglutitis, vel ſequenti Electuarii.

℞ Conſerv. Flor. Bugloſſi. Roſar. & Violar. an. ℥ ij. Pulver. ſubtiliſſimi folior. ſen. ℥ i. Cremor. Tartar. alb. ℥ ß. Diaphœnic. ℥ i ß. Electuar. Diacartham. & de ſucco Roſar. an. ʒ v. Mſ. & cum Syrup. Violar. fiat Electuarium inſtar Opiatæ, de quo capiat ʒ vi. vel ℥ i. è Cochleari cum Syrupo, vel Vino albo, Horis *iii.* ante Juſculum. Drachmam unam Pulver. Flor. Ebuli ex Vino albo propinatam mirè in hoc affectu multis profuiſſe ſcio eductâ non ſolùm bilioſi ſeri, ſed etiam mucoſi Phlegmatis, copiâ. Hæc vacuantia ſuis deque moventia per aliquot Menſes alternatim uſurpanda ſunt, pro ratione tamen effectus frequentiùs vel rariùs in poſterum. Intermedio ſpatio Alvus fluida ſervetur, vel ſubjecto Enemate, vel Pilulis ſequentibus.

℞ Flor. Ebuli Siccor. ℥ i. Polypod. querc. ℥ ii. Fol. Agrimon. Chamæpyt. Ceterach. Pimpinell. Fumar. an. M. i. Folior. ſen. mundator. ℥ ii. fiat decoctio in ſ. q. Aquæ Cichor. & Cardui benedict. deinde expreſſio & Colat. in qua diſſolve Aloes Succotrin. ℥ iii. Gummi Ammoniac. per diſſolutionem in ſucco Roſar. pallidar. præparat. ℥ i. fiat Coagulatio, cui adde Sal. Tartar. puriſſim. ʒ iii. fiat Maſſa Pilularum, de quâ capiat ʒ ß. vel ℈ ii. Horâ unâ ante levem Cœnam, quarto quoque die vel ſexto. Balneum Lactis Caprilli Serum. clarificatum infuſionis Radicum Cichor. Sylveſtris. Juſcula Hepaticis alterata, in quibus diſſolutus fuerit Tartar. Cremor vel acetoſus Spiritus Vitriol. in tam exiguâ quantitate nullam conciliaturus Viſceribus ſiccitatem, quin imò penetrandi & ferventia compeſcendi vi quâ pollet inſigniter, profuturus. Hæc inquam omnia & ſingula præmiſſis univerſalibus, non levis erunt ad Intemperiem corrigendam momenti.

Inprimis verò utilem cenſeo Aquarum Mineralium Pugnenſium aut Spadenſium Potum, quæ ratione tenuiſſimæ, nihilominus tamen coagulantis Subſtantiæ Spirituoſæ quam à Vitriolo habent, obſtructa reſerant, craſſa attenuant, laxa & debilia corroborant, Bilis compeſcunt fervorem. Aquoſa autem liquore plurimo, per quem Spiritus ille diffuſus eſt Hepar potenter refrigerant.

Iſtis itaque Lymphis hac Æſtate proximâ, purgato apprime ſupra commemoratis Remediis Corpore, Viſcera per multos Dies proluat obſervatis v. a. e. Aſſumptionis augmento ſtatu, & Declinatione, atque tanti præſidii effectum patienter expectet, non neglecto Medicorum præſentium Conſilio. A Thermis autem Sulphureis prorſus abſtineat. Me verò de iſtius Conſilii eventu faciat certiorem. Dat. Moreti Die 20. April. 1607.

Vocatus fui ab Illuſtriſſimo Duce *Bullione*, Die prima Octobris. Ann. 1609.

Calida Intemperies.

QUI Fidei meæ ſe commiſſit, rogavitque ut Valetudinis ſuæ Curam ſuſcipere vellim. Talis verò fuit clariſſimi viri tum Temporis Conſtitutio, Morborumque ac Symptomatum ipſius Sanitatem infeſtantium Idea.

Annos natus 55. Obiit Anno 1623. Menſe Martio.

Temperamento bilioſo & ſanguineo.

Cerebrum præhumidum, frigidum, Diſtillationibus obnoxium, quæ ſeſe in intima Corporis potius quam per conſuetos & naturales ductus exonerant.

Semper humidum, nunc ratione ætatis magis.

Omnia αἰσθητήρια labefactata, male videt, Auditus gravis, Guſtus

Hæ defluxiones ſolebant per Diarrhæam finiri nunc minus.

Dentes omnium minimi 70 ætatis anno cæperunt corrumpi & ita in liberis.

ſtus obtuſus, Odoratus non ita acutus.

Dentes anteriores ſuperiores omnes exeſi & Carie plane abſumpti. Ut plurimum (nunc non) ſatis bene dormit, neque admodum eſt inquieta Nox, Frigus ſentit in Vertice.

Spiratio facilis, Tuſſis nulla. Ut plurimum, nullus manifeſtus affectus Pulmonum.

Nuper cæpit Febre lentâ circa Veſperam urgeri, occupatus fuit Thorax, et Reſpiratio non ita libera, circa Collum & Pectus, Sudores, qui poſtea noctu erant univerſales, ſed ſine inſigni Levamine, debilitas ſumma, cum gradus conſcenderet Cordis Palpitatio, levis in ſummâ omnia quæ olim eodem planè modo invectum, & prægreſſum Morbum minabantur.

Tunc Temporis Urinæ paucæ, Canterii brachio inuſti Ulcus, & Tibiæ Ulcus ſicca evaſerunt.

Reſtaurantibus exhibitis habuit meliùs; Nunc habet meliuſculè, attamen tuſſit & plurimum ſpuit Aquam limpidam, fatuam, ſine ſiti, aliquando Acrimonia ſupervenit, poſt Paſtum ſpiſſior Fluxio, Mane & Veſperi tenuis.

Semper tumidum; nunc ratione ætatis magis.

Sed Ani invaſit intra octiduum Fluxio, ſpuit parum, poſtea coctam Materiam Mane ſpiſſam, puris æmulam, rejiciebat per duos Menſes, nunc Menſis eſt ex quo liber eſt ab hujus affectûs Gravitate. Dolor erat in Sterno ordinarius, nullus in Pectore dolor fixus, nunquam ſpuit Sanguinem, Rauca vox à *vii*. Menſibus: Ventriculus frigidus, naturaliter utcunque debilis, nunc etiam eò pejus coquit quod dentes perierint, & Indemnis Maxilla Cibum maſticare exacte nequeat.

Vomitus nullus conſuetus.

Cruditas aliquando & nidoroſi Ructus, Flatus pauci per ſuperiora à principio ultimæ defluxionis, multi per inferiora.

A Cibo non tumet Abdomen. Nunc citiùs ſaturatur.

Cibus non eſt gravis Stomacho. Fit coctio mediocriter.

Niſi edat, Debilitas, nullus Stomachi Dolor.

Hepar calidiſſimum & ſiccum. Sanguinis bilioſi & admodum ſeroſi ferax.

Nullus in Hypochondrio dextro tumor, utcunque ſatis molle & tractabile.

Nullum ſentit Dolorem, nullum Pondus, nullam Tenſionem.

Circa Umbilicum in Meſenterio manifeſta plenitudo, nulla tormina, aut ſiquia ſint, illico duæ, treſve ſequuntur Sedes.

Benè fluit Alvus, ter naturaliter Excrementa bona griſea.

Nullus Alvi Fluxus niſi poſt exceſſum in Cibo. Alvi Fluxus Symptomaticus ad duas vel tres Sedes, quod in Stomacho nimium tantum fluit.

Gentilitio vitio Renes Arenulas & Calculas congerunt, unde olim familiaris Nephriticus dolor, qui à duobus tribuſve Annis ceſſavit.

Nunc à 4. aut 5. Ann. poſt exercitium Urinæ cruentæ, præſertim poſt equitationem, parùm aut nihil Arenularum.

In quiete redduntur turbidæ & pallidæ. Inſtar pomacei, quæ poſt Horas multas xii. *xxiv*. deponunt Sedimentum album, mucoſum, purulentum, cum Arenulis albicantibus.

Cum materia iſta mucoſa turgent Urinæ, ante, in, & poſt mictionem Dolor & Ardor. In Urethrâ & Glande præcipuus dolor in fine mictionis, dolor iſte non eſt continuus ſi per triduum adeſt. Abeſt per 15. Dies, ſic inæqualis eſt. Tunc præcipuè cum Pituita inſtar aranearum prodit. Præcipuè à potu Aq. Spadenſium. Dolor iſte major circa Plenilunium, & in Lunæ decurſu.

Aliquando nullus.

Inter meiendum nulla deſidendi Cupiditas, inter ambulandum nullum circa Anum Pondus. Nullum circa Lumbos.

Nullus ſtupor Crurum, quem tamen, dum Nephritis eſſet moleſta, olim ſolebat percipere.

Poſt longam equitationem Dolor gravis, Renis dextri præſertim.

Nullæ Hæmorrhoides. Aliquando dolent, & 2 vel 3 apparent. Nulla naturalis Evacuatio ordinaria.

NB. *Vacuatio Seri omnimodo prodeſt.*

Nunc Sudores per totum Corpus, exceptis Tibiis quæ nunquam ſudant, & Capite ultimi Sudores laſſitudinem pariebant, tandem tamen proderant.

Naturaliter genus nervoſum infirmum & Juncturæ debiles.

Nunquam doluerunt tibiæ niſi à vulnere magno bombardæ inflicto circa Iſchium dextrum ante 23 annos.

Semel Genu dextrum doluit, ſemel Pes ſiniſter. Nunc timet Iſchiadem ſiniſtram & Dolorem aliquando percipit.

Tibiæ à Nativitate infirmæ, & quæ in iis orta ſunt Ulcera ægrè Sanabilia.

Tibiæ ſiccæ at peſſima Caro.

In Tibiâ dextrâ Ulcus magnum, non calloſum, non ſordidum, quod nulli hactenus cedere potuit Remediis, imò Topicis quibuſvis tandem irritatur.

Cum Ardore, Dolore, Prurigine ſummâ, fluit Ichor acerrimus, aliquando paucus, ab octo Menſibus pauciſſimus, Noctu circa Horam primam nunc invaleſcit Dolor.

Varices nullæ, Venæ tamen tumidæ.

River. Quercet.

Purgationibus Serum vacuantibus & Scammoniatis uti ſolitus eſt, quas tamen non probo.

Debilitatur à Purgationibus, propterea petit roborantia admixta, vel quæ κάθαρσιν ſubſequantur.

Non ita leviter purgatur. Mediocriter.

Ab Aquis Spadenſibus bene habuit. Improbat Pugnenſes, ſaltem non malè, nullus tamen effectus inſignis. Eas potavit ante Triennium, unde plurimum incaluit.

Phlebotomia quotannis. Eam fert optimè, nulla tamen certa Tempeſtas ejus celebrandæ, ſed pro neceſſitate.

In ultimo affectu prædicto nec Sanguis miſſus, nec juſtè purgatum Corpus, nec Serum retentum ad ſua deductum Emunctoria, quæ tamen neceſſaria fuiſſe mihi videntur. Sed tantum exhibita roborantia, Pilulæ cum Balſamo Peruviano, *&c.* & Aqua inſtaurans capi cum Santelo, *&c.*

In Victûs ratione nullus Error.

Vinum optimè diluit.

Abſtinet à ſalſis, piperatis, acidis, *&c.*

Theoria.

Naturaliter ſatis benè conſtitutum iſtius Herois Corpus, Temperamento univerſali à Sanguineo ad Bilioſum vergente, ad inæqualis Intemperiei incommoda reductum fuit præſertim ab Erroribus in Victûs ratione commiſſis, ob Vitam aulicam, bellica Exercitia, violentiora Animi Pathemata, quæ omnia aucta fuerunt prægreſſorum Morborum Conditionibus, qui partim manifeſti, partim occultâ quadam & Inexplicabili qualitate ſævientes per intervalla Sanitati nobiliſſimi Viri infeſti fuere. Porrò, ut fieri ſolet, Obſtructionem invexit intemperies Generationis Heterogeneorum Succorum Mater. Subſequuta Solutio continuis Doloribus & Ulceribus manifeſta.

A Morborum variâ ſerie, actionum Læſio, Excrementorum Proventus, qualitas variè mutata in extimis Partibus (quæ & inter has facies) mox rubore perfuſæ, mox Crocea Bilis tinctura ſuffuſæ conſpiciuntur. Hæc Affectuum contra Naturam Idea, ut explicetur accuratiùs, & Paſſionum ſingularum habeatur particularis Notio, ſiquidem Vitalium atque Animalium Vitia, à naturalium malis ſuam ducunt Originem, quid in his latitet incommodi in primis & ante omnia vi diſcutiendum. Ventriculus proprio, & vicinorum Vitio languens, frigidior, Cibum ingeſtum, ob Dentium carie exeſorum Penuriam vix præmanſum, malè coquit, atque in ipſis primæ Coctionis primordiis Cruditatum Fundamentum; quibus ſcatens incoctus Chylus, dum à Meſaraicis attrahitur facilè in ἀδενώδεις glandulas fœculentum mucum deponit, & Venarum exiles atque Capillares Tubos obſtruit, liquidiore tantùm Portione ad Hepatis Parenchyma perreptante. Cujus Viſceris exuberans Calor exaſſando peccat in Hæmatoſi, & Sanguinem facit magnâ ſui parte ſeroſum, cum cujus Salſo & Tartareo Ichore, Fæx melancholica per venoſum genus fluctuat, Liene minùs fideliter Alimentarium Succum in propriæ officinæ exitu repurgante. Gentilitius, porrò atque Hæreditario vitio contractus Habitus, neceſſarias Tartari congerendi huic Subjecto impoſuit Leges, quarum Authoritas adventitio Jure indies hactenus invaluit. Cum verò præter Sanguinis diſtribuendi Munus, id etiam Officium Ichori ſit à Naturâ demandatum, ut partim ingeniti, partim quotidiano proventu (à communibus Procatarcticis) ſuccreſcentis Salis ſive Tartari ſuperfluitatem Corpori gravem & noxiam ad propria Emiſſaria deducat, atque hominem ab Ulcerum omnium potentiſſimâ causâ liberet. Cumque naturale illud ſit ut Liquor quilibet certam tantum capiat ac diſſolvere poſſit Salis proportionem, quæ nunquam ultra quadrantem extenditur vel in tenuiſſimarum partium Liquore, neceſſe eſt, ut ſi plus Tartari liquidum Vehiculum Serum rapiat, quam par ſit, in viis deponat Sedimentum, atque ad Vaſorum vel Cavitatem Parietes fiat Coagulatio, cujus quantumvis exigua Principia Additione partium, magnum tandem capiunt Incrementum. Præſertim ſi Mucus, per Venas delatus, Congelationis Rudimentis jam inſignis, ad cætera accedat. Id quod in illuſtriſſimo Duce contingit, cujus Ren dexter Dolore, Stupore, Sanguinis poſt Exercitium mictione cæteriſque Pathognomonicis Signis duri Corporis & aſperioris Calculi in Pelvis ſuperiori Cavitate latitantis non obſcura dat Indicia. Videtur autem, ut ſæpe fieri ſolet, concreviſſe, atque hærere impactus iſte Calculus circa Renis papillulas, & Emulgentium Venarum & Arteriarum, Radicibus Ureteris involutas Propagines; unde fit ut attritus facilè Sanguinem prolectet, & Carneum Parenchyma minùs exquiſiti ſenſus corrodat, reſtante poſt quietem Ulcere, à quo Pus, Urinas inſtar Pomacei obſcurans, & poſt aliquot Horas ſubſidens defluit. Licet non exiſtimem totam illam albam Hypoſtaſin quæ fundum Matulæ occupat, purulentam eſſe, quippe Mucus inſtar vitreæ Pituitæ concreſcens, & tenaciter adhærens Vitro indicat, vel Cruditatem per Urinarios ductus à Naturâ repurgari, velut exuberans Excrementum, à duabus primis Concoctionibus reſiduum: Vel à Cerebro & Humido Pituitam per Fluxionem ſecundum Spinæ ductum in Renes deponi. Vel denique (quod notatu digniſſimum) à Veſicâ Seri per Intervalla ob externas forſan Cauſas aliquando acrioris Aculeo irritatâ emanare iſtud, parti huic proprium Excrementum quod Limacum punctorum Muco haud eſt abſimile, cujus etiam eâdem de Cauſâ copiam fundunt ii qui Veſicæ Calculo laborant. At num metuendus in hoc Viro veſicalis Calculus, cum præſertim Arenulæ albicantes Muci dicti Egeſtionem concomitentur, præter rubras quæ à Renibus deſcendunt. Cum præterea ſæpe recurrat Ardor Urethræ & Glandis poſt Mictionem? Certe haud abſunt Cauſæ Efficiens & Materialis. At bonis Ægri rebus actum nondum introduxiſſe formalis videtur, quippe periodicus eſt iſte affectus, circa Plenilunium, & in Lunæ decurſu. Sæpiſſimè nullus, quod non contingeret in perpetuâ cauſæ morbificæ præſentiâ: Deturbato vel à Naturâ, vel ab Aquarum naturalium potu ad Veſicam Muco excitatur, non autem tantum irritatur. Nulla inter meiendum deſidendi Cupiditas, nullus inter ambulandum circa Anum Pondus, quæ ne contingant faxit Deus. O. M. Pulmonis ſitus talis eſt, ut ab Hepate per cavæ Truncum potenter trahat, continui motus, & inſignis Caloris Vicini Cordis beneficio. A Cerebro verò quod tenue defluit & Aquoſum facilè ſuſcipiat, multò magis ſi naturaliter debilis pars, vel eum quo turget Sanguinem minùs perfectè conficiat, vel aliunde adventantia ſuperflua minus validè excernat, aut ſi quæ eorum ſubſint Reliquiæ, eas vi calidi inſiti & genuini Roboris non domet. Hinc factum, ut olim periculoſus Ægrum in Vita diſcrimen conjecerit Pulmonum Hyderus: Quo vacuato Natura nihilominus conſuetæ viæ memor in Pulmones ſuas molitur Seri Exonerationes & Congeſtiones, quæ ante paucas Septimanas ſpirandi difficultatem, Tuſſim, circa Thoracem Sudatiunculas, Cordis preſſi & Pulmonis oppreſſi Palpitationes atque Anhelationes, cum Febriculâ invexere. Iſtam Calamitatem anxit, & nunc ejus importuna Veſtigia fovet Cerebri malum, quod in exceſſu frigidum atque humidum, ſuæ intemperiei augmentum percipit, partim à Vaporibus, qui ab inferiori foto elati, ſupremæ Regionis frigore in Aquam denſatur; partim ab alimentoſi Sanguinis ſurſum cum Spiritibus ob indeſinentem Animi Contenſionem violento motu rapti Copia, quæ Caloris conſopiti parit Inopiam, unde fit, ut aucto Ichoris proventu, mobilis Humor per lubricas Ventriculorum Cavitates in Pectus, per Spinalis Medullæ rectitudinem, in nervorum Propagines, per Oeſophagum in Stomachum præceps ruat ac delabatur. Inde Septimeſtris raucedo. Inde antea vividi ac vegeti Corporis præſens Languor, & ad motum inſolens Inertia. Inde Diarrhæa frequens licet levior. Inde acri & Salſuginoſo Sero ad inferiora à Viſceribus rejecto, Tibiæ dextræ Ulcus Dolore, Ardore, Prurigine ſummâ moleſtum, præſertim circa Veſpertinas Horas, quibus fit Humoris atri & exuſtæ Bilis Circuitus, atque omnes Fluxiones ſolent exacerbari, inde denique quæ bis invaſit Arthritis, & quæ in procinctu eſt Iſchias, ob Articulorum à naturâ contractam Laxitatem, infirmitatem, & ad ſuſcipiendum nimiam facilitatem.

Praxis.

Iſtis incommodis ut quantum in nobis eſt, ex Artis Fundamentis, medeantur, advertendum quædam radicitus tolli poſſe, cæteris blandiendum, atque potiùs præcavendum ne invaleſcant, quam ſperandum fore ut iis liber Vitam tranſigat Vir Illuſtriſſimus. Quibus præmiſſis, *Generalis intentio.* generalis ea debet eſſe intentio, ut qui in Bilioſo Subjecto viget Caloris ac Siccitatis exceſſus in Univerſum contemperatus emendetur. Particularia verò, quæ ſingularum partium reſpectu veniunt exequenda, multis Capitibus comprehenduntur, quorum Scopi ſunt,

1. *Ventriculum* roborare, ipſique tollere Omnia impedimenta, quæ Coctioni obeſſe, vel eam aliquatenus remorari poſſunt. *Ventriculus.*

2. *Meſenterium* everrere & Chylo apto nato ut mox in Sanguinem faceſſat, procurare commeatûs Libertatem. *Meſenterium.*

3. *Hepar* æſtuans contemperare. *Hepar.*

4. *Lienem* ſubinde ad Officium excitare, & Succum craſſum ab eo ſummovere. *Lien.*

5. *Renibus* adulari, & cum eis blandè agere Levientibus, potiùs quàm eos irritare diureticis, ne mora latitantis Calculi Camarina Ægro & Medicis faceſſat Negotium. *Renes.*

6. *Pulmones* appropriatis curare, Noxas ab iis evertere, eorumque augere Robur, ut Injuriis reſiſtant faciliùs, ac ſeſe erigant ad expellendum noxium. *Pulmo.*

7. *Cordis*

Cor. 7. *Cordis* firmitatem conſervare, ac refocillare Spiritus.

Cerebrum. 8. *Cerebrum* calefacere modicè, ſtrenuè reſiccare.

Nervi. 9. *Nervis* conciliare Robur.

Ulcera. 10. *Ulcera*, ſeu latentia, ſeu quæ ſunt in aperto, deterſa, opplere Carne, atque ad Cicatricem, quatenus in nobis eſt, perducere.

Excrementa. 11. Superfluà denique quavis Arte per idoneos ductus tollere, & morbificas Cauſas, (quæ in hoc Subjecto omnes ſunt humorales,) à nobilioribus Membris ad ignobiliora deducere.

Quod ut ex Præcepto fiat, Ingenere Refrigera & Humecta. SuccosHeterogeneos præpara, obſtructa reſera ; Ad exitum præparata ducito, ſingula per ſuas Vias, craſſa, mediocria, tenuia : Serum inprimis per Alvum & per Sudores, raro per Urinas, ne afflicto detur Afflictio. Arenulas, ſed modeſtè, ſicut etiam Mucum, & purulentam Ulceris Saniem, quæ in meatu hærentia, blandè admixtis Lenientibus ſunt everrenda. Ulcera deterge, deſicca, deriva, revelle. Inæqualem partium variarum intemperiem corrige tandem inſigniter per omnia Robora.

Generali intentioni potiſſimum ſatisfaciet victûs ratio, quæ ſiquidem Refrigerium & Humiditatem poſtulat. Abſtineat à ſalis, piperatis, acribus, aromaticis, acidis, vaporoſis, lacticiniis, Piſcibus, craſſis Eduliis, lapidoſis Fructibus, cæteriſque id genus, quæ vel Humores facilè Inflammabiles incendere vel concretionum occaſiones ſubminiſtrare vel fovere eaſdem poſſunt : Veſcatur Cibis boni Succi & coctu facilibus. Carnibus Juniorum Animalium, manè Elixis, Veſperi Aſſis, Juſculis alteratis Borragine, Bugloſſo, Oxalide, Endiviâ multâ, lapatho acuto, lactucâ, Chærephyllo pauco, Capparibus, Ovis Sorbilibus vel iiſdem recenter excluſis ſive poſitis, in Aquâ fractis, cum Omphacio, vel Succi Limonum tantillo. In primâ Menſâ Prunis coctis & ſaccharatis, Pomis coctis, & Idoneâ tempeſtate Frugis, Ceraſis acidis. In ultimâ Pineolis, Amygdal. infuſis in roſaceâ, paſſulis, Pomis crudis, Pyris coctis, attamen pulpoſis non arenoſis, Uvis, aliiſque quæ citra Sanitatis Jacturam, & Ventriculi noxam præſentis Medici indulgentia poterit concedere. Panis ſit albus, optimè fermentatus, optimè coctus, levis, ſpongioſus. Vinum ſit Oligophorum, gilvum, tenue, optimè dilutum vel Aquâ fontanâ, vel decoct. ℥ i ß. Rad. Oxal. & ℥ i. Rad. Chin. pro ℔ vii. Aquæ, quæ redeant ad Libras quinque Decoct. Nephritici uſum planè improbo in paſtibus, quod tenuiſſimarum partium Liquor, ſummè aperiens, Cruditates in vaſa propellat, accelerato Cibi è Ventriculo exitu, & præcipitatâ Digeſtione, ſicque Obſtructiones augeat, Tartarum reddat Viſcidiorem, & Materiam Calculi ad Renes protrudat. Potanda ſimilia jejuno Stomacho, neque hæc Medicamenta Alimentis ſunt temerè intermiſcenda.

Aër. Omnem vitet Aëris inclementiam, quantum quidem ipſi per magna & ſeria licebit negotia, atque quantum in ipſo erit verſetur.

Ante Focum ſi frigus erit, ſi Meſ-
ſis in Umbra.

Motus & Quies. De Ambulatione, Corpus exerceat paulò ante Paſtus, à quibus aliquandiu quieſcat. Violentior motus ſummè noxius, neque eſt quod in poſterum vel Venationi Cervi aut Aucupio indulgeat, aut Succuſſatorio Curru vehatur, vel per diſpoſitos Veredos magnum Iter emetiatur: Sed tollutario Aſturconi, vel gradario Equo inſidens peregrinetur atque obambulet. Aliàs ab attritu auctum Ulcus & excarnificati Renes, Inflammationem patientur, fiet Phlegmone, & forſan abſceſſus periculoſiſſimus, ut in D. de Sigognes contigit, qui Febre quadraginta Dierum abſceſſum concomitante ferè è Vivis ſublatus eſt, perſeverante incurabili Ulcere poſt ruptum Apoſtema, ex quo ille quotannis graviter laborans, tandem aliquando contabeſcet.

Veneris Stimulis licet obnoxia ſit Viri illuſtriſſimi Natura, atque præcalidus Sanguis, & nitroſus Seminis aculeus inguen neceſſariâ conſequutione ſubinde ſollicitet; nihilominus laſcivæ Deæ ne litet nimium accuratè, & in hoc Exercitio ſit moderatus, cujus repetitione Spiritus diſſipatur, Calor nativus languet, Lumbi debilitantur, Corpus reſiccatur, Functiones omnes cum Facultatibus imminuuntur.

Somnus & Vigiliæ. Somno ac Vigiliis Horis eò deſtinatis indulgeat, præſertim cùm ſui Juris ab Aulâ regiâ abeſt. Vigiliæ, quibus Aulici vulgò Cerebrum fatigant, innumera pariunt incommoda, & Catarrhæ, Tuſſi, Arthritidi, Paralyſi, Apoplexiæ cauſam atque materiam ſurgere ſolent.

Legem in Pathematis imponere Animo generoſo ac nobili, qui tanquam alter Athlas ſuum ſuſtinet negotiorum politicorum Cœlum, perdifficile. Objectorum multitudinem, eorumque Gravitatem, atque motuum neceſſariorum Vehementiam moderetur Prudentiâ & Sapientiâ ſummâ, quibus ad Cumulum dotatus eſt. Sciat Animi Paſſiones imperium habere in Spiritus & Humores, Morborum parentes, atque iſtarum impetus ad Amuſſim emendet atque coerceat.

Quod in excretis & retentis Conſideratione dignum occurrit, id eſt, ut præ incuriâ nullus acerrimus fiat, ſed Congeſtioni ſubinde materia ſubtrahatur. Cui Muneri cùm deſtinata ſint Pharmaca, ad eorum explicationem & deſcriptionem nos deducit inſtitutæ curationis Ordo.

Medicamenta.

Eorum nonnulla certis ſtatiſque Tempeſtatum Intervallis ac Periodis in Uſum revocanda, quædam Menſtrua alia quotidie uſurpanda, quædam validiora, quædam blandiùs ac molliùs ſuas exequuntur Operationes atque effectus producunt: Alia alterantia ſeu præparantia, vacuantia alia; alia denique Corroborantia quorum omnium aſſumendorum, admittendorum & apponendorum, admovendorum, faciendorum hic ſit Ordo. Sit frequens Clyſter, cujus Injectione reſtitans Alvus ſubinde ſolvatur,

tur, Lumbi moleſto Humorum Onere, & Calore intenſiori leventur, eorum ac Renum laſſitudo tollatur, Ulceri atque Arenulis proſpiciatur, & Corpus ad futuramPurgationem præparetur, cujus hoc ſit Paradigma.

℞ Folior. Malv. Alth. Violar. pariet. Henecion. Atriplic. an. M. i. Agrimon. M. i ß. Flor. Chamæmel. Melilot. an. P. i. Flor. Nymph. P. ii. Semin. melan. & Alkek. an. ℥ ß. Fiat omnium decoct. in cujus ℔ i. diſſolve Electuarii lenitivi noſtri ℥ i ß. Mell. Violati Sacchari albi an. ℥ ii. Butyr. rec. ℥ iii. Ms. fiat Clyſter.

Electuarium Lenitivum.

℞ Radicum Altheæ, violar. Polypodii Glycyr. rh. an. ℥ iv. Radic. Taraxaci. Cichorii. Oxali. Petroſelin. Apii. an. ℥ ii. Folior. Malv. Acanth. Parietar. Agrimon. fumar. an. M. ii. Fol. Mercurial. M. iii. Chamæmeli totius & Melilot. an. M. i ß. Flor. Geniſtæ violarum Ericæ an. P. iv. Fl. Ebuli Sambuc. an. P. iii. Seminis Melon. ℥ ii. Semin. Alkek. ℥ i. Hordei integ. P. iii. Paſſul. purg. Prunorum dulcium an. ℥ ii ß. Fiat omnium decoct. in ſero Lactis recent. clarificat. Colatura, addatur Inſuſio & Decoctio ℥ vi. Foliorum ſen. mundat. ſeorſ. facta in Aquâ Malvæ vel eodem Sero cum ℥ i ß. Semin. Fœniculi reducantur omnia ad Conſiſtentiam Syrupi, cui add. Caſſ. Fiſtul. recent. è Cannâ extract. Pulpi Tamarindorum cum Aq. Hord. extr. an. ℥ v. Mann. Calabrin. ℥ iv. Mellis roſ. Sacchari albi an. ℥ viii. Pulver. ſubtiliſſ. Fol. Sen. ℥ ii. Pulv. Glycyrrhiz. ℥ i. Pulv. Aniſ. & Fœnicul. an. ℥ ß. Ms. & lento Calore fiat Electuarium uſui reſervandum in Vaſe fictili Vitreato.

Bis in Anno inſtituatur Purgatio univerſalis juxta hanc remediorum ſeriem.

Vere & Autumno.

Præmiſſo circa Veſperam Clyſtere præſcripto, poſtridie in Aurorâ exhibeatur Potio ſequens.

℞ Foliorum Sen. mundatorum ʒ vi. Trag. commun. ʒ i. fiat Decoct. in Aquæ frigid. & Hepaticæ atque Nephriticæ an. partibus æq. & ſ. q. In expreſſione infunde per noctem Caſſ. Fiſtulæ recent. è Caun. extract. ℥ ii. Mane fiat Colatura, in qu. reduct. ad Doſin. diſſolv. Syrupi magiſtralis ℥ i ß. Ms. Fiat Potio. Exhib. hoc. iii. ante Juſculum.

Syrupus Magiſtralis.

℞ Foliorum Orientalium mund. ℥ iv. Agar. rec. Theb. ℥ ii. Cremor 🜿 albi ℥ ii. Rhab. Electi ℥ i ß. Coctic. median. Frangulæ & Sambuci an. ℥ v. Rad. violar. & Ebuli an. ℥ iii. Foliorum Mercurialis (& Gratiolæ) Sicc. ℥ ii ß. Caryoph. Cynamomi an. ʒ ii. Santal. Citrin. Lign. Rhod. an. ʒ iii. Cortic. exterior. Citri Sicc. ℥ ß. Omnia debito modo præparat. (Vino albo vel Hydromelite Malvatic. irrorata) infundantur & digerantur in ſ. q. Aquarum prædictarum in B. M. Vaſe vitreo probe clauſo per biduum. Mox fiat Expreſſio & novi Liquoris Affuſio, ad omnimodam Tincturæ extractionem. Tandem in Alembico fiat exhalatio, addendo Syrupi de Florib.

Perſicorum & Roſ. pallid. (vel ſi habeatur Muſcatellinarum) an. ℥ viii. Mannæ calabrinæ ſelectiſſimæ ℥ iv. Sacchari Candi ℥ vi. Fiat Syrupus perfectè coctus ad uſum, qui erit vel per ſe ad ℥ iii, vel ut dictum eſt.

Poſt Purgationem vernam apeꝛiatur Baſilica vel Mediana dextra, poſt Autumnalem ſiniſtra, utroque tempore ad ℥ ix.

Deinde ad novam Evacuationem præparetur Corpus ſequentibus Remediis, ex quorum varietate Dominus id quod minùs ingratum videbitur poterit ſeligere.

℞ Radicum Cichorii Taraxaci filic. Fœmin. fragaria Pontaphyll. Oxalyd. an. ℥ i. Glycyrrhiz. raſ. ℥ ß. Fol. Agrimon. Acetoſellæ ſilveſtris, Bugloſſ. Pimpinell. Intybi. utriuſque Capillar. omnium an. M. i. Flor. Malv. P. iii. violarum Flor. Nymph. an. P. ii. Sem. Melon. recent. ℥ ß. Semin. Alkek. ʒ iii. Santal. Citrin. Ligni Nephritici an. ʒ ii ß. Hord. integ. P. i. Poma redol. minutim inciſa cum Cortic. Nº. iv. Fiat omnium decoct. in Colatura, levi Coctura reducatur ad ℔ i ß. In qu. diſſolv. Julep. Alexandrin. ℥ i. Syrupi de Limonibus & Capillor. Veneris an. ℥ i ß. Ms. Fiat Apozem. Clarifici Aromat. ℈ iv. Cynamoni pro iv. Doſibus matutinis Sumend. Horis quatuor ante Cibum.

℞ Aquarum refrigerantis diureticæ Hepaticæ an. ℥ viii. Violarum Florum Bugloſſ. & Veronicæ rub. an. P. i ß. Flor. Betonicæ & Cichorii an. P. ii. cum tantillo acetoſitatis Sulphuris extrahatur Tinctura ut artis eſt, addendo Santali Citrini ʒ ii. Raſur. Ligni Juniperi ʒ i ß. Ligni Aloes ʒ ß. Fiat Inclinatio poſt Infuſionem *xxiv.* Horarum, de quâ cape ℥ xvi. Syrupi de Pomis redolentibus, de Floribus Malvæ, Violacei multarum Infuſionum an. ℥ i ß. Ms. Fiat Julep in quatuor Doſes.

℞ Pullum gallinaceum, qui exenteratus farciatur Radicibus concisis Graminis, Petroſelini, ſummitatibus Aſpar. Ciceri̇b. Rub. Cappar. à ſale mund. & Semin. recent. Melon. mox conſutus, Elixetur cum fruſt. Carn. Vitulinæ, addendo circa finem Coctionis Endiv. M. i. Borrag. Bugloſſ. Oxylap. Oxalid. Portular. an. M. ß. Chærephyll. Pimpin. an. P. i. Reduc. ad quantit. unius Juſculi; In qu. diſſolv. Cremor. Tartari albi per Ebullitionem, & in frigido Chriſtalliſationem parati ʒ i. Exhib. quatuor matutin. conſequentib. Hor. *iv.* ante Prand.

Juxta Humorum magis minuſve fluidorum, aut diverſâ Præparatione indigentium, produci poterit alterantium tempus ad octiduum vel ultra.

Tandem repetatur Potio purgans præſcripta, quæ ſi minus operata fuerit atque validius requiratur Medicamentum.

℞ Fol. Sen. mundat. ʒ vi. Caryoph. ℈ i. Trag. comm. ʒ i. Glycyrrhiz. ʒ ii. Polypod. quern. ℥ ß. Fiat decoct. in Aqua refrigerante, in Colatura, infunde per Noctem El. diacarth. (vel potius Diaphœnic.) ℥ ß. Mane fiat cum Albumine Ovi clarificato & Colatura, in qu. diſſolve Syrup magiſtralis præſcript. ℥ i. Fiat Potio.

Sic aliquando ad Diacrydiata nos poteſt adigere purgandi neceſſitas, licet in eâ ſim Sententia ut id Remedii genus velut ſummoperè noxium Hepati, quantum fieri poterit vitetur. Vel ſaltem ejus noxa emendetur, præſertim cum tota ipſius ſubſtantia exhibebitur, ut dicetur in ſequentibus, in Pilularum Hyemalium deſcriptione.

Peractâ Purgatione loco Diætæ, vel potiùs ejus inſtar, ad Ulcus Renum detergendum, & ſtabiliendam Curationis Baſin, ac roborandas partes, educendaſque Arenulas quæ Vias obſidere poterunt, præparetur decoctum ſequens in Aquâ roborante & inſtaurante per *xii.* vel *xvi.* Dies uſurpandum.

Aqua roborans, inſtaurans.

℞ Cornu Cervi mollis ac tenelli, tunc cùm luccreſcere incipit verno tempore ex Animali recens interfecto deſumpt. ℔ iii. (aut ſi deſit Gelatinæ ex Cornu Cervini raſurâ recenti, cum Vino albo paratæ tantundem) Succi Carnis Vitulin. Vervecinæ & Capi in vaſe duplici extracti ℔ iv. Succorum depurat. Pomorum redolentium ℔ ii. Bugloſſi Oxalidis rotundæ Trifol. Acetoſ. Card. bened. Ulmariæ an. ℔ i. Vini albi generoſi ℔ iii. Santal. Citrini Ligni Rhod. an. ℥ i ß. Cynam. interioris ℥ ii. Bacc. Junip. recentium ℥ ß. Raſur. Lign. Juniperi ℥ i. Pulver Electuar. Triaſantal. & Diamarg. frigidi. an. ʒ iii. digerantur omnia ſimul per biduum, deinde fiat Diſtill. in balneo vaporoſo & excipiatur Liquor ſtillatitius, cujus portio per ſe citra ullam Mixtionem ſervetur ad decoctum præſcribendum, reliquum magis Cardiacum reddatur, utendum biduo vel triduo ab aſſumptis Catharticis.

℞ Aquæ inſtaurantis ℔ iv. Redd. Acidul. pauco ſucco depurato Limonum, add. Florum Betonicæ rubræ P. iv. Flor. Bugloſſ. Borr. Viol. an. P. i. Roſ. Rub. P. ii. Extrahatur Tinctura Add. Conf. Alkerm. & Hyacinth. an. ʒ iii. Eſſentiæ dulc. Perlar. & Corallor. an. ʒ ii. Fiat Filtratio per Chartam Emperetticam, & recondatur Aqua in uſum.

Decoctum Vulnerarium Serum abſorbens, Renes everrens.

℞ Radic. Chin. ℥ i ß. Raſur. Lign. Junip. Santal. Citrin. an. ℥ ß. Rad. Tuſſilag. Glycyrrhiz. rec. an. ℥ i. Ligni Nephritici ʒ iii. Fol. in Umbrâ ſiccat. Agrimon. Veronic. utriuſque Brunell. Betonic. Piloſell. an. ʒ iii ß. Roſ. rubr. P. ii. Omnia ut decet conciſa ac præparata digerantur per Hor. *xxiv.* in B. Vaporis in eâ quantitate Aquæ Inſtaurantis quæ ſupernatet vi. digit. Vaſe Vitreo probè clauſo, mox citra ullam Ebullitionem fiat Filtratio per Chartam, capiat ℥ v. Mane, expectando non promovendo Sudores in Lecto, in quo per Horas duas moretur ab Aſſumptione, & Prandium ad Horas iv. differat.

Per totum Tempus quo iſto Decocto utetur abſtineat prorſus à Fructibus, veſcatur Mane Elixis, Veſperi Aſſis, pro Potu autem habeat decoctum Chinæ dilutius.

His exactis, prout commodum videbitur, habitâ neceſſitatis æque atque tempeſtatis ratione Lac Aſininum vel Caprillum, Serum Lactis clarificatum. Aquæ ſpadenſes poterunt adminiſtrari. Lacti utiliter admiſcebitur Manus Chriſti perlata & corallata coacta cum Gumm. Arabico in Aquâ Roſarum diſſoluto. ℞ Sacchari Candi & Maderenſis ſubtiliſſ. Trit. an. ℥ vi. Perlar. & Corall. præparator. an. ʒ ii. Ms. & cum Gumm. dicto vel cum Muccagine Gummi Tragac. extr. in Aq. Plant. & Roſ. Fiat paſta ex quibus Tabell. Ponder. ℥ ß. quarum una Pulverizata diſſolv. in dimidio Lactis ſextario. De Balneo adminiſtrando, vel ſaltem de Semicupio viderint ii qui Domino aderunt, pro ratione Caloris, & diſpoſitionis Renum.

Atque hæc eſt univerſalium Remediorum ſeries, quibus ſubnectenda particularia quæ Partes certas reſpiciunt, aut quæ in uſum quotidianum erunt revocanda.

Singulis Menſibus circa Lunæ decurſum Renibus conſulendum erit, injecto primo circa Veſperam Clyſtere, deinde exhibitâ Potione cum Caſſiâ, vel Syrupo mag. Mox datis per quatriduum Juſculis alteratis prætereaque jam præſcripta Juſcula ingrediuntur, Floribus vel Summitatibus Malvæ violaria tota, Herniaria, pauco Succo Limonum. Tandem reiterato Clyſtere Renum Ardorem temperabunt, & Seri demulcebunt Acrimoniam. Conſerv. Malv. ex Flor. hordeata, Amygdalata cum Sem. Melon. & Lactuc. Emulſiones Panis marcius ex iiſdem.

Quod ſi Potiones (ipſi tamen cæteris omnibus Medicamentis longè utiliores) faſtidiat Vir clariſſimus paretur extractum ſequens exhibendum eâ Lege ut ſtatim ſuperhauriat Juſculum alteratum præter vulgaria radicibus Violariæ foliis mercurialis, Oxylapathi & Floribus Malvæ.

℞ Fol. Sen. Mund. ℥ iii. Rhab. elect. ℥ ii. Cort. Med. Frangul. ℥ iv. Fiat Extractio cum Aquâ frigidâ, aut aliâ quavis appropriatâ, & Coagulatio ultra mellaginem. De hoc Ecchylomate ſolidiuſculo cape ℥ i. Aloes in ſucc. Flor. Perſic. & Roſ. Muſcatellin. aut harum defectu pallid. quater diſſolut. & per Evapor. Coagul. ℥ ß. Extract. Colat. cum Spiritu Vini præparat. Extract. Scammon. eodem menſtruo extracti an. ʒ vi. Olei Aniſi ℈ i. Salis Gemmæ ʒ ii. Cremor. Tartar. alb. ℈ iv. Ms. paretur Maſs. de qua cap. à gr. xxv. ad xxxv. cum cuſtodiâ.

Purgantibus ad varietatem nec non ad Voluptatem accenſeri poterit Conſerva Roſarum muſcatellinarum ex iiſdem cum duplo Sacchari Candi in Mortario marmoreo diligenter contuſis, aut ut apud Italos fieri conſuevit, Coquatur Saccharum ad Conſiſtentiam Syrupi, cui adhuc calenti, ab Igne tamen remoto, injiciantur Roſæ, addito ſi lubet, Moſchi tantillo. Iſtius Conſervæ ℥ ii. vel tres aſſumptæ, ſuper hauſto Aquæ roborantis (Meſues exhibet Aquam frigidam) dimidio Cyatho, potenter Aſpras ducunt & citra nauſeam optimè purgant.

Quoniam verò quæ congeritur inprimis viis quotidiana Saburra frequentem Expurgationem poſtulat, ſit in promptu ſequens blandum, & roborans Everriculum.

℞ Aloes ut dictum eſt præparatæ ℥ i. Succi inſpiſſati Roſarum muſcatellin. Extr. Sen. & Rhei an. ℥ ß. Gumm. Guajac. veri ʒ iii. Myrrhæ ʒ ii. Croci ℈ ii. Salis Abſynthii ʒ ß. Salis Perſ. ℈ i cum ſ. q. Balſami Peruviani. Fiat Maſs. Pilul. de qu. cap. ʒ ß. vel ℈ ii. ſemel aut bis in ſeptimanâ, Horâ unâ ante levem Cœnam.

Stomacho proſpiciet Pulvis digeſtivus ſequens ſumend. è Cochleari Horâ dimidiâ poſt ſingulos Paſtus.

℞ Semin. Aniſ. & Fœnicul. dulcis an. ℥ i. Coriandri præparat. ℥ ß. Cortic. Citr. condit. ſicc. ʒ x. Corall. rub. præparati Margar. præpar. an. ʒ ii. Cynam interioris ʒ i ß. Ambræ Griſ. ʒ ß. Sacchari albiſſ. quadruplum Pondus omnium Ms. fiat Pulvis ut Alkool.

Ex confortantium cenſu ſunt Opiata ſequen. & Tabellæ quibus utetur Mane, atque etiam interim longe à Cibo quoties vel urgebit Debilitas vel Palpitatio fuere moleſta.

℞ Conſerv. Flor. Citranguli & Aurantior. an. ℥ i. Radic. Scorzoneræ. conditar. Cortic. Citr. & Myrob. cond. an. ʒ vi. Rad. Cich. Cond. Conſerv. Viol. Buglоſſ. & Roſ. an. ℥ ß. Conſ. Alkerm. & de Hyacintho an. ʒ iii. Eſſentiæ Dulc. Perlar. & Corall. an. ℈ i ß. Pulver. Elect. Santalini mei ʒ ii. Ms. & cum Syrup. de Pomis redolentibus fiat Elect. inſtar, opiatæ de qu. cap. ad quantit. majoris Avellan. quavis Vice.

℞ Conſ. Alkermes ℥ ß. Coralli utriuſque præparati an. ʒ i ß. Oſſis de corde Cervi ʒ ii. Roſarum rub. ℈ iv. Lapid. Bozoar. ʒ i. Sacchari albiſſimi ℥ viii. Pulveriſanda pulveriſentur ſubtiliſſimè, miſceantur cum cæteris, atque omnia excipiantur Muccagine Gummi Tragac. extr. in Aq. Cynamomi. Fiant Tabellæ ex paſtâ, quæ ſint ponderis ʒ ii. Siccentur ad levem calorem & perpetuò circumferantur, in uſum dictum.

Fluxio in Pectus ſedulam curam poſtulat, cui ne ſua denegentur Remedia, ſequentibus pro varia intentione, vel quod in Pulmonum Bronchia illapſum fuerit expectorandum vel roborandus Pulmo, & præſervandus à Putredine.

℞ Radic. Tuſſilaginis cum toto Glycyrrhiz. recent. an. ℥ ii. Folior. Pulmonariæ ſcabioſæ ſuccisæ Hederæ terreſtris Pedis cati Piloſellæ an. M. i ß. Flor. Viol. Borrag. Bugloſſi an. P. iii. Sem. Malv. Bombacis. an. ℥ i. Paſſul. purg. par. xv. Jujubar. par. xii. Dactyl. mund. par. vii. Teſtudines nemorales præparatas N°. ii. Fiat ex arte Decoctio Clarificatio & Colatura, qua reducta ad ℔ i. cum æqual. portione Sacchari roſati reduc. ad conſiſtent. Syrupi, utendi Mane & Veſperi, urgente Tuſſi. Quæ ſi aſperior fuerit, & ferina videatur Fluxio, ℞ de hoc Syrup. ℥ ii. Syr. de Papav. Rhoead. & Nenuph. an. ℥ i ß. Syr. de Roſis ſicc. ℥ i. Ms. Sumat. Cochlear. unum vel alterum lenſim lambendo & deglutiendo, præſertim Hora Somni Conſerv. Roſ. rub. cum Terra ra Sigill. & Bolo teneatur in Ore & cum ea obdormiat Æger.

℞ Pulp. Rad. Alth. extract. per Decoctionem in Ptysanâ vulgari Pulp. Passul. an. ℥ i. Pulver. subtiliss. Glycyrrhiz. ℥ ß. Lactis Sulphur. ʒ iii. Sacchari albiss. ℥ viii. addit. Aq. Hysop. tantillo fiat Pasta è quâ form. Tabell. lento calore siccand. ad usum diurnum. Liniatur Thorax Ol. Amygdal. dulc. Butyr. rec. & Spermat. ceti recent.

Caput ad sui munimentum inprimis & ante omnia requirit Cucufam capillatam continuo gestandam, cujus interior pars ex Syndone Interbastata repleatur Pulvere Cephalico.

℞ Pulver. violac. ℔ ß. Ireos Flor. Cyperi Rad. Pæon. Mar. an. ℥ iii. Fol. salv. ℥ i ß. Flor. Betonic. & Primul. Ver. visci querci an. ℥ ii. Ligni Rhod. ℥ ii ß. Cranii hum. ad Albed. usti Succini flavi an. ℥ iv. Ms. fiat Pulvis crassiusculus ad usum.

Eodem Pulvere paulo crassiore repleantur Sacculi ex Telâ asperiore, quibus fricetur diu multumque Caput pexum singulis matutinis ab anticâ in posticam partem. Mastiche Masticata attrahatur Pituita in Os sedulo exspuendo quod dissolvetur, sed fiat mane, inter pectendum fiat suffitus operimentis Capitis seq.

℞ Mastich. Sandarac. an. ℥ i ß. Styr. calam. Benjoin. an. ℥ i. Rosf. rub. Semin. Nigell. rom. an. ℥ ß. Ms. Fiat Pulvis crassiusculus.

Aviculis Cypriis reddatur Cubiculi Aer medicatus ut & vaporario Cassoletta vulgò appellato.

℞ Styrac. Calamit. Benjoin. an. ℥ i. Ladani puriss. ʒ ij. Ligni Rhod. Santal. Citrin. an. ʒ ß. Ligni Aloes ʒ ii. Caryoph. Cynam. an. ʒ i ß. Ambr. gris. ʒ ß. Moschi ℈ ß. Carbonis Salicis ad pondus omnium. Fiat omnium Pulvis subtilissimus, excip. Muccag. Gummi Trag. extr. in aq. Nass. vel Angelica formentur avicul. quæ siccæ incendantur in cubiculo.

℞ Cortic. Citri. exterioris sicci ℥ iv. Cortic. Aurant. ℥ ii. Lign. Rhod. Santal. Citrin. an. ℥ i. Flor. Lavendul. ℥ ß. Caryophyll. ʒ vi. Cynamomi ʒ v. Aq. Rosar. ℔ iii. Nassæ & Angelic. an. ℔ i. Aceti rosacei ℥ iv. Ms. in ampullâ ex isto Liquore Vapor excitetur in Vase idoneo Mane & Vesperi, Spina tota sæpiùs liniatur Balsamo Peruviano, quod in hunc usum quovis factitio est præstantius.

Tandem denique Ulcus Tibiæ juxta hanc Methodum tractetur.

Superiori parti Tibiæ, ad sistendam eam Fluxionis partem, quæ operationem prædictorum Remediorum evaserit vel potiùs eluserit, applicetur per totum ejus ambitum Emplastrum astringens.

℞ Mass. Emplastri contra Rupturam rec. parat. ℥ iv. Lapid. Hæmat. præpar. Croci martis ad Summum reverber. Ochræ in aceto nutrit. an. ℥ i. ms. cum Oleo Glandium expresso.

Circa Ulcus ubi plerumque est Inflammatio ardore & rubore conspicua illinatur Nutritum meum.

℞. Aceti decoctionis Lythargyri ℥ iv. Olei roſacei. ℥ ii. Unguenti roſ. Meſv. ℥ i. Camphor. ℈ ß. Ms. agit in Mortario Marmoreo diutiſſimè ad debitam conſiſtentiam & ſæpe recens paretur.

Siquidem aqua Ariſtolochia eſt adeò accommodatum huic pertinaci malo Topicum. Ita reddatur valentior.

℞ Ariſtol. rotund. ℥ ii. Vini albi ℔ i ß. Phlegmatis Aluminis, Vitrioli & Aq. Spermatis Ranarum an. ℔ ß. Sacch. Candi ℥ iii. Salis ſaturni ʒ vi. Bulliant ſimul ad ℔ i. Conſumpt. Colatur. Reſerv. in Vaſe idoneo.

Vel ſi ut ſolet, Ulcus mutationem Remedii poſtulet.

℞ Unguenti Pomati vulgaris ℥ i. Mercurii Calomelanici vel Aquilæ Ruſticorum ʒ i. Ms. applic. è Filam. carpto.

Aliquando, Unguentum ex parte una Calcis ad ſummum dulcificatæ, & partibus tribus Olei roſacei.

Hirudines circa Ulcus aliquando affixæ, Fluxionis, & acerrimi Ichoris partem exſugent, & Inflammationi Subtractione materiæ proſpicient.

Chirurgica auxilia Junto.

Præter Phlebotomiam Brachii bis in Anno ut dictum eſt celebrandam, Frictiones univerſales manè, incipiendo à partibus inferioribus, ſectio Saphænæ præſertim ſi Renum inflammatio, dolor, Sanguinis mictio, hoc Remedii genus ſerio flagitent, Cucurbitulæ Scapulis, & Lumbis crebra.

Perſeverante, & increſcente Fluxione in Pectus, Cauterium poſteriori Collo.

Paginâ ante hanc ſeptimam ubi de Juſculis ſingulis Menſibus circa ultimam Lunæ quadram ſorbendis agitur, ad everrendos Renes, omiſſa ſequentia Juſculorum ſuccedanea, ipſis præſtantiora & potentiora.

Vinum ex fructu Fragariæ, Ceraſis acidis nigris, ſiccatis ſuo tempore & in hunc uſum reſervatis ex baccis Halicacabi, *&c.*

Cerviſia vel Ala ex iiſdem quæ eò facilior, quod quavis Anni tempeſtate præparari poſſit, ſicut Hydromel ſequens cæteris omnibus anteponendum, quippe quod omnibus Intentionibus in hoc Subjecto neceſſariis adimplendis eſt appropriatum.

℞ Radicum Alth. ℥ iii. Glycyrrh. Raſ. ℥ ii. Radic. Cichor. Tarax. filic. fœmin. an. ℥ i. Ligni Nephritici & Juniperi an. ℥ ii ß. Fol. Agrimon. Pimpin. Saxifrag. Veronic. Fœmin. Brunell. ſicc. an. ʒ x. Flor. Betonic. & Malv. an. P. iii. Fragor. ℔ iv. Bacc. Alkekeng. ℔ ii. Hydromelitis ex parte unâ Mell. & octo aq. parati ℔ xxx. Affund. prædictis in Doliolo, & ſinatur per ſe fieri Fermentatio, deinde tranſvaſetur Liquor & ſervetur in Dolio optimè clauſo. Capiat ℥ iv. mane.

Ex amplâ hac Remediorum Sylvâ, liberum erit Medicis quorum curæ Sanitas illuſtriſſimi Ducis demandata erit, ſeligere ea quæ in rem præſentem, pro vario Symptomatum occurſu neceſſaria videbuntur. Faxit Deus ut iſtorum auxiliorum ope diu vitam protrahat incolumem.

Scriptum *Lutet. Pariſ.* Die 13. Octob. 1609.

The. Mayerne.

Comes *Mansfeildienſis.*

13. Januar. 1610.

Nephritis, Arenulæ.

VAria eſt Naturæ humanæ conditio, is perpetui pugnantium Qualitatum, Corpori inhærentium, diſſidii effectus, ut priùs non deſinat inteſtinum illud Bellum, quàm earum aliqua exuberante, & cæteras ſuperante, Subjectum concidat tandem & extinguatur. Contingit tamen, ut pro ratione & gradu caloris, Functionum omnium Opificis, nec non pro qualitate & vi Obicum atque Impedimentorum ipſi occurſantium, diuturnius ſit Certamen vel brevius, in quo vel ſtatim edomita Natura det Manus, vel Hoſte veluti fracto aliquandiu Victrix exultet, donec inſidio ſe obrepere Fatum domitricem ſuam ad conſtitutam rerum ultimam Lineam adigat. Hæc porro Impedimenta, quæ dum diſpoſitionis alicujus præter Naturam interventu Functiones lædunt, cauſæ Morbificæ nuncupantur, vel externam nacta Originem, ſenſim intrò gliſcunt, atque Spiritibus, Humoribus, partibus impinguntur, vel ex traduce cum Homine naſcuntur, & cum eodem adoleſcunt, ipſis Generationis principiis nunquam delebili Charactere impreſſa Radicitus. Hinc ſit, ut alii Morbi ſint breves & acuti, alii longi ſive Chronici, continui alii, Periodici alii, vix in Lucem editum hominem occupent; alii ad certam uſque Ætatem ſub obſcuro Calamitatis ſeminario latitent. Alii denique quotidiano eventu, ſeſe produnt vel ad Remedia faciles, vel refractarii, curabiles, vel ratione Subjecti ἀνιατα; ſiquidem vix credibile eſt, Naturæ tribuendum defectum, cui ſummus Opifex quæcunque ad ſingulos Morbos debellandos requiruntur præſidia, liberali manu haud dubiè conceſſit. Mens curantis minus perſpicax, vel ægri diſpoſitio Morbum reddunt incurabilem.

Illuſtriſſimus Comes cùm valetudinis ſuæ diſpendio jam à multis Annis expertus eſt, quid Gentilitiæ & hæreditariæ Morborum cauſæ valeant, ad ſævi & pertinacis effectus introductionem; quippe quem ſæpiſſimè ſabuloſa in Renibus congeſtio, Sedimenti Tartarei in Tophum & durum Calculum concretio, & ejuſdem per anguſtum Ureteris meatum delapſus atrociter excruciarunt, cum ordinariis Symptomatibus Nauſea, Vomitu, ἀποσιτία, Siti, dolore ſæviſſimo, ad Lapidis meatum occupantis excluſionem uſque durantibus. Coagulationi huic licet Anſam præbeat nativa Propenſio, fovetur tamen imò acceleratur à calidiore totius Corporis temperamento, nec non ab inæquali partes obſidente intemperie. Siquidem frigidior Ventriculus cruda congerit, viſcida in Meſaraiacos Tubos amandat, quæ ab Hepate in Hæmatoſi dum coquuntur, fit Heterogenearum ſubſtantiarum ab invicem ſeparatio, quarum quidquid, alendo aptum eſt faceſſit in Sanguinem, quod inutile, Salis, Fæcis Tartari, Naturam redolens, Sero multo per primam Concoctionem generato dilutum, poſtquam aliquandiu

diu per Venoſum genus fluctuavit deſcendit ad Renes, ad quorum Latera diſſoluti Corporis diſſolvens liquidum plus æquo replentis ſive imprægnantis fit Depoſitio. Hujus vel minima portio vix Atomum æquans ſufficit pro incrementi per additionem partium futuri Fundamento. Non ſecus ac Floccus nivis, per Montis declive devolutus, Pilam primò mox majorem Maſſam, tandem ingentem Molem glomeratione conſtituit; debile ſic Principium, tractu temporis vires acquirit eundo, atque eodem modo in majori Mundo Lapides generantur, ii præſertim, qui ſub Limpidi laticis Liquoris ſpecie fluidi, ad Alveorum Latera vel circa vicinam terram in duriſſimam Rupem, Sacchari Chriſtallini æmulam, concreſcunt. Neque verò tantùm id quod Salis Naturam refert in Ichore diſſolvitur, & ab eodem ſeparatum congelatur. Sed etiam Pinguis quædam & Sulphurea ſubſtantia, qualem in Calculum velut, Sebaceum, & Inflammabilem Pollicis magnitudinem æquantem coiviſſe nuper vidimus in Moniali, quæ per brevem Urethram poſt longos cruciatus tale Corpus enixa eſt. Sic in agro Romano Sermonetæ è Montis excelſi radicibus frigidus Rivus ſcaturit, qui ad Saxa vicina purum & putum deponit Sulphur. Sic in Viterbienſi ſolo planiciæ Thermæ Aquam fundunt, quæ licet limpidiſſima, Sulphur continet, ex quo ipſa ſcaturigo ſibi format Pelvim atque Alveum.

Cauſes goutieres pres de Tours.

Pontem ſibi conſtruens rivulus.

In Alvernia.

Eadem planè minor iſte Mundus in ſe continet, atque in imis Centri ſui Specubus & Cavernis per quas Aqueus Humor defluit, à naturali ſtatu recedens, ſuos etiam contra Sanitatis Leges format Lapides, qui ſi adhuc molles Cavitatum Cuniculos, in conformatione ſequantur, ægrè mobiles ad extremum uſque vitæ terminum circa Ureterum radices & Renum papillulas fixi hærent. Sin contra vel ab externâ Causâ deturbentur, vel à præterfluentis Seri torrente, vel etiam per Lunæ circuitus, (cujus potens eſt in Humores eorumque fœturas Imperium) Loco moti ab Uretere excipiuntur & in ejus Canalem magis, ac magis protruduntur, Urina ſubinde adventante; atque tandem à Membranoſi corporis fibris Periſtalticum motum forſan habentibus in Veſicam uſque, non ſine laborioſo cruciatu deducuntur. Iſta eſt Generatio, iſta excluſio Calculi, quarum altera in illuſtriſſimo Comite præcavenda, altera optimis quibuſque Artibus juvanda & promovenda nobis eſt. Ita ut hujus noſtri Conſilii quæ ſunt partes, προφύλαξις καὶ θεραπεῖα.

Prima Cauſarum Procatharticarum debitâ appoſitione antecedentium Emendationem docebit. Secunda, Ingruentis mali & tormenti acerbiſſimi quam citiſſimam Solutionem. Quæ ut ex Arte fiant, juvandæ Coctiones omnes, atque Sanguificationi vel in ipſo Ventriculo ponendum laudabile fundamentum. Obſtructa reſeranda, & procurandus Spiritibus liber commeatus, ne iiſdem ob ſtationem infrigidati & torpentes negligant Coagulationum principia. Temperandum Hepar, Superflua per Idoneos ductus, pro neceſſitatis ratione, nunc blandiùs, nunc validiùs, nunc univerſaliter, nunc particulatim evacuanda. Denique quidquid debile, firmandum & roborandum.

Hiſce Intentionibus ſubſerviant neceſſe eſt Medica Inſtrumenta, Victus ratio, Pharmaca, Manus. Diætam toties recantatam ſigillatim deſcribere ſupervacaneum arbitror. Res non naturales eò tendant, ut refrigerium & tranſpiratio Corpori procurentur. Cibi ſint ἔυχυμοι καὶ ἔυπεπτοι. Salſa piperata, acria, vaporoſa, Vina generoſa, vitentur, ſi qualitatis, multo magis quantitatis reſpectu. Aeris intemperies extrema omnis noxia, motus ut moderatus ſalubris, ſic violentior & intempeſtivus naturam deſtruit, Caloris & Spirituum diſſipatione. Dies pervigiles, Noctes in quiete ducantur. Veneri litandum parcè. Animo imperetur Tranquillitas.

Saburræ dumque omnis Congeſtio in quacunque Corporis parte ea tandem fieri poſſit, ſedulò præcaveatur. Atque Incrementi Noxa per Primordiorum extinctionem impediatur. Quotidianæ huic & indeſinenti curæ adnectantur Remedia, juxta ſequentem ſeriem admittenda, aſſumenda, admovenda.

Remedia.

Bis in Anno, Vere videlicet & Autumno inſtituatur ſolennis, iſta Purgatio.

℞ Folior. Malv. Alth. Violar. Pariet. Senecion. Atriplicis, Acanthi an. M. i. Flor. Chamæmel. & Melil. an. P. i *ß*. Summit. Anethi P. ii. Semin. Aniſ. Fœnicul. an. ʒ iii. Semin. Melon. recent. ℥ vi. Fiat omnium Decoct. Cape de Colat. ℔ i. In quâ diſſolv. Catholic. Elect. Lenitiv. an. ʒ vi. Mell. Roſ. Sacchar. rubri an. ℥ i *ß*. Butyr. recentis ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter. Injic. ante omnia circa Veſperam, levi Cœnâ ſubſequente.

℞ Folior. ſen. mundat. Vino alb. odor. nutrit. ʒ vi. Rhab. electi ʒ ii. Caryoph. ℈ i. Santal. Citrini ℈ ii. Infund. per noct. in æq. partib. & ſ. q. Aq. Endiv. & Fumar. Manè poſt levem Cœn. Ebull. facta expreſſ. & Colaturâ reductâ ad Doſin. Diſſolv. Syrup. Roſ. pallid. ſolutiv. ℥ ii. Ms. Fiat potio. Exhib. Manè Horis tribus ante Juſculum, cum debitâ cuſtodiâ.

Poſtridiè Purgationis, aperiatur Baſilica vel Mediana, Vere quidem dextra, Autumno à ſiniſtra, & mittantur Sanguinis ℥ ix. Mox iſto Apozemate Corpus fluidum reddatur, atque ad novam Purgationem Humores præparentur.

℞ Radic. *v.* aperitivar. in Aceto albo per *vi.* Horas Macerat. rad. Cichor. Oxalid. Tarax. Filic. fœm. Rub. Tinctor. an. ℥ i. Foliorum Agrimon. Pimpinell. Saxifrag. Capillar. omnium, in Tibii utriuſque an. M. i. Flor. Violar. Bugloſſ. an. P. i *ß*. Semin. Portulac. & Alkek. an. ℥ *ß*. Paſſul. purg. par. vii. Cicer. rub. Capà Sale liber. an. ʒ vi. Fiat omnium decoct. Colatura levi cocturâ reducatur ad ℔ i *ß*. In q. diſſolv. ſucc. depur. Pomorum redolentium & Ceraſor. acidor. an. ℥ i *ß*. Julep. Roſ. ℥ ii. Ms. Fiat Apozem. clarific. Arom. ℈ iv. Citrin. pro iv. Doſib. matutinis ſumendis Horis iv. ante Cibum.

Superiùs deſcripta Potio lax. poterit iterari.

℞ Radic. Cichor. Polypod. Bugloſſ. Violar. an. ℥ ß. Glycyrrhiz. ʒ ii. Fol. Agrim. Rutæ murar. an. M. ß. Flor. Geniſtæ P. i. Semin. Aniſ. & Fœnicul. dulcis an. ʒ i. Caryophyl. ℈ i. Fol. Sen. mund. ʒ vi. Fiat decoct. in æq. partib. & ſ. q. Vini albi & Aq. Fontan. In expreſſione Colat. Infunde per noctem Caſſ. Fiſtul. recent. è Cannâ extract. ℥ ii. Mane fiat Colatura in quâ redactâ ad Doſis diſſolv. Diaphœnic. ϵ iv. Syrup. Roſ. pallid. Solut. & de Cich. Compoſ. cum Rheo an. ʒ v. Ms. Fiat potio, detur Mane cum Artis regimine.

Poſt Purgationem recreetur Ventriculus Bolo ex Conſ. Roſ. rub. ʒ i. Conf. Alkerm. & de Hyacint. an. ℈ i. Corall. rubr. præparati ℈ ß. Sum. Mane ſuper hauſto Vini rub. diluti tantillo.

His factis adminiſtretur Balneum Aq. dulcis tepentis alterati foliis Malv. Violar. ſalicis, vitis, ſolani Roſibus floris Nenuph. &c. Quo utatur per quatriduum bis in Die longè à Paſtibus.

A Balneo ſi intumeſcant Hæmorrhoides, affixis Hirudinibus aperiantur, quod vacuationis genus, ad Lumbos exonerandos, & contemperandos Renes eſt admodum ſalutare.

Serum lactis caprilli clarificatum cum Ovorum Albuminibus & pauco Limonum Succo, addito Sacchari Roſati tantillo, potum ad ℔ i. vel ii. per Dies xv. Vernâ tempeſtate, mirè, proderit ad Correctionem fervidæ intemperiei Hepatis, & totius Venoſi generis, cujus erit potens & inſigne everriculum, non minori cum Facultate temperans, Aqua acida Vitrioli Spiritibus perfuſa, quæ ex ipſo Fonte erit haurienda, & juxta conſuetas Leges potanda Æſtivo tempore, poſt univerſalia prædicta, in quorum Adminiſtratione & Obſervatione noxiam ducat vel minimam Omiſſionem Vir Illuſtriſſimus, atque Sanitatis pretium remediorum tædio anteponendum ſtatuat.

Jam præſcriptis præſidiis ſubjungenda uſualia, ſive ea quæ affectui Renum in ſpecie dicatâ ſubinde venient uſurpanda; in quorum cenſu primas tenet menſtrua Purgatio, quam injecto pridie circa Veſperam Clyſtere præſcripto complebit Electuarium leniſſimum ſequens aſſumptum in ultimo Lunæ decurſu.

℞ Radicum. Alth. violar. an. ℥ ii. Radic. Petroſelin. Aſparag. Eryngii Tarax. Cichorii an. ℥ i. Folior. Fumar. Agrimon. Saxifr. Pimpin. Betonic. an. Ms. Flor. Violarum & Bugloſſ. an. P. ii. Flor. Malv. P. iv. Semin. Aniſ. Fœnicul. dulc. an. ℥ ß. Glycyrrhiz. raſ. ʒ x. Paſſul. exacinat. par. x. Cicer. rub. ℥ vi. Fiat omnium decoct. Clarifi. & Colatura, cui ad conſiſtentiam Syrup. reducto. add. Infuſ. & Decoct. ſeorſim fact. in Aq. Endiv. & Agrimon. ex ℥ iv. Fol. Sen. mundat. ℥ i ß. Rhab. elect. & ℥ iii. Cortic. median. Frangulæ Omnia ſimul in Alembico & B. M. exhalent ad Mellaginem, cui add. Medull. Caſſ. recent. è Cannâ extr. ℥ iv. Pulp. Tamarind. recent. ℥ ii. Manna Calabrin. puriſſ. ℥ iii ß. Pulver. ſubtiliſſ. Sen. ʒ x. Pulver. Rhabarb. ℥ v. Cremoris Tartari albi per diſſolutionem præparat.

ʒ vi. Syrupi Roſ. pallid. Solutiv. Sacch. cand. an. ℥ v. Ms. & ex Arte fiat Electuarium vaſe vitreo reſervandum, de quo cap. ʒ vi. ℥ i. cum ʒ ii. El. Diaphœnici, è Cochlear. cum Syrupo Violaceo Hor. iv. ante Juſculum.

Sequantur per quatriduum Mane Juſcula aperientia cum Cremor. Tartar. vel Tinctura cum Aquâ Diureticâ in ſequentibus deſcripta, extracta per Vitrioli Spiritum, aut Sulphuris acidum ex Violarum & Bugloſſ. ſelectis Floribus ; Adde Liquoris dulcorationem Violarum & ex Floribus malvarum Syrupis.

His omnibus utiliter ſubſtituetur Ligni Nephritici uſus, ad octiduum protractus: cujus ʒ i. cum ʒ ſs. Cynamomi pro ſingulis Doſibus infundatur per Diem naturalem in ℥ viii. Aquæ Diureticæ.

Ita repurgatæ Urinariæ Viæ mundæ ſerventur, & ab iis derivetur Coagulationum materia, ſumptis ſemel in ſeptimanâ Pilulis ſequentibus.

℞ Aloes in Succis depuratis Roſarum pallidarum, Violar. Flor. Perſic. quater diſſolut, & per Evapor. Coagul. ℥ i. Extract. Rhab. & Sen. in Aq. Endiv. parat. an. ʒ vi. Gummi Ammon. in Vino albo generoſiſſ. diſſolut. ʒ iii. Myrrh. ʒ ii. Salis Gemm. ℈ iv. Ms. & addit. ʒ i. Balſam. Peruviani Fiat Maſſ. Pilul. de qu. cap. ʒ ſs. vel ʒ ii. Horâ dimidiâ ante levem Cœnam.

Denique Ventriculus ad digeſtionem perficiendam juvetur ex Pulvere Horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus è Cochlear. aſſumendo.

℞ Semin. Aniſ. & Fœnicul. dulc. an. ℥ ſs. Semin. Coriandri præparat. ʒ iii. Cynam. Interior. ʒ ii. Cortic. exter. Citri & Aurantior. condit. ſicc. ita ut pulveriſar. poterint. an. ʒ vi. Corall. rub. præpar. Margar. præparatur. an. ʒ i ſs. Ambr. griſ. ʒ i. Sacchar. albiſſimi quadruplum pondus omnium Ms. Fiat Pulvis ut Alkool ad uſum.

Selectis hiſce Remediis continetur quidquid præcautionis eſt ; quod ſi nihilo ſeciùs aliquando ingruat malum, & qui præſcriptorum effugerit conatum Calculus Ureteri impactus Dolores excitet ſequentia θεραπείαν complentia ordine adminiſtrentur.

Primò injiciatur Clyſter inſigniter emolliens, relaxans, pinguia admodum mox aperiens, & Urinas movens, quod ſequitur.

℞ Fol. Parietaria M. ii. Malv. Alth. an. M. i. Naſturtii aquatici, verulæ Argentin. an. M. i ſs. Fl. Geniſ. P. ii. Semin. Melon. ʒ vi. Semin. Alkek. Milii Solis Paliuri an. ʒ iii. Sem. Lini ℥ ſs. Fiat omnium decoct. & Colatura in cujus ℔ i. Diſſolv. Bened. laxativ. El. Lenitivi an. ʒ vi. Mellis mercurial. Sacch. alb. an. ℥ i ſs. Butyr. rec. ℥ ii. Ol. de Scorpion. Thereb. Venet. an. ℥ i. Ms. fiat Enema, injiciendum ſæviente dolore & quoties opus fuerit iterandum.

Paretur ſemicupium ex Capitum Vervecinorum & Omaſorum jure, additis iis quæ in decoct. Clyſteris enumerata fuere. Oleum etiam plurimum affundatur ſemicupio, atque in eo ſaltem tepido per Horas aliquot ſedeat æger. In quo ſi nihilominus perſeveret Dolorum carnificina, primo hanc ebibat Potionem poſt

Horæ unicæ moram factam in Balneo.

℞ Aquæ Diureticæ ℥ iii. Succ. Limon. depurat. Syr. Capill. ven. an. ℥ i. Olei Amygdalarum dulc. recent. extracti ſine Ign. ℥ ii. Ms.

Tandem etiam, ſi Lenientibus iſtis nihil proficiatur, & ad validiora Diuretica ſit deveniendum, propinetur ſpecificum ſequens.

In dolore implacabili, ut recollectis viribus natura ſeſe erigat ad noxii excluſionem tutò vel Clyſteribus admiſceri poterit ad gr. viii. vel x. Laudanum fideliter aperito artifice præparat. vel etiam ad grana iv. vel v. per Os exhiberi, rogato Medicorum præſentium, ut in cæteris omnibus, conſilio.

Paroxyſmi ſolutionem ſequitur Purgatio ex Electuario lenitivo præſcripto cum Diaphœnic. vel Benedict. Lax.

Aquæ autem Diureticæ & Syrupi Nephrocathartici noſtra ſequitur deſcriptio, quam illuſtriſſimi Comitis Saluti liberè impertiri non gravamur.

Hæc ſunt, quæ ad illuſtriſſimi Domini Sanitatem tuendam, eaque infeſtantes Morbos averruncandos & profligandos præſcribi potuerunt ex propoſiti affectus Ideâ, & morbificæ cauſæ in parte ſuam ſedem facientis ὑπαρξῆ Medicum neceſſaria præſcribere, Ægrum præſcripta exequi ac dicto audientem eſſe decet; aliàs ſumma eſt utriuſque in conſulendo Vanitas, & non contemnenda temporis jactura. Quæ ne contingant, faxit D. O. M. qui Medicamentis Virtutem, ægro facilitatem, Medico ſolidum ac ſalubre Conſilium, velit & dignetur largiri.

Datum *Lutetiæ Pariſiorum* die 15 Januarii, Anno Salutis, 1610.

The. Mayern. Turquet.

Monſieur de *Vaudemont*.

17 Januar. 1611.

Cephalalgia cum Impotentia deglutiendi.

TOTO habitu ac temper. frigid.

Cephalalgiâ laborat.

Lienis Obſtructio, & Puncturæ citra tumorem aut duritiem.

Impotentia deglutiendi per intervalla, præſertim ſi quid ſolidiuſculum deglutire licebit aut inter edendum Animus alio avocetur. Ita conſtrictus eſt Æſophagus ut nihil præterlabatur. Durat inæqualiter hoc Symptoma, aliquando per *vi. viii. x.* Horas ſemel per *xxxvi.* Tandem evaneſcit ſine ulla Vacuatione, ingeſtis ſenſim liquidis, ut Juſculo, à quibus aut muſculi deglutionis imbecilliores, calefacti refocillantur, aut Pituita medio Æſophago hærens liquatur, aut flatus Æſophagum diſtendentes diſcutiuntur.

Ventriculus frigidus ac debilis malè coquit & tardè.

Læditur maximè ab elu Piſcium & omnium frigidorum, unde ructus acidi.

Calidis internis & externis juvatur Stomachus.

Hepar, Naturaliter frigidum, Sanguinem pituitoſum & ſeroſum generat.

Totum Corpus Pituitâ ſcatet.

Albam dulcem & ſpumoſam naturam ſcreat.

Cerebrum nequaquam per proprios ductus ſeſe exonerat, ſed ſua in Ventriculum excrementa deponit.

Iſtis vitiatur Chyloſis ac proinde αἱμάτωσις.

Cephalalgia eſt pituitoſa.

Diſtenſionem Meningum ſentit, & Caput excreviſſe in magnam Molem putat.

A Calidis quocunque modo adhibitis duntaxat levatur.

Memoria non valet.

Ictus fuit Cornu Cervi verſus majorem oculi Canthum, in venatione, unde Cerebri concuſſio.

Lienis obſtructio à Venarum anguſtiâ, & copiâ humoris craſſi ac lenti.

Difficultas & impotentia deglutiendi à Compreſſione quam intro vergentes Vertebræ Colli Æſophago inculcant. Eſt naturâ Gibboſus.

Ab Obſtructione quam facit Humor lentus & pituitoſus à Capite deſcendens, & in anguſtâ Æſophagi parte collectus, qui nec concoqui, nec abſumi tam facilè poteſt.

At ſi hoc ita eſt cur Symptoma hoc recurrit ſi inter edendum loquatur, aut alium agat. Si voraciùs cibos ingerat.

Nota ſæpius à flatu à Ventriculo aſcendente impediri liquidi & ſolidi Alimenti deglutitionem.

Pilulas nullo modo poteſt deglutire.

Remedia.

Victus calefaciens, ſiccans, mediocriter incidens, attenuans, aperiens.

Purgatio univerſalis bis in Anno.

Clyſter.

Potio.

Apozema vel potius Juſcula cum ♀.

Potio.

Aut,

Apozemata Lax. 2 cum ſen. Agarico.

Rhab. Syrup. Roſ. pall. Solut.

Vere poſt purgationem Diæta x Dierum ex China, Zarza, pauco Saſſafr.

Potus ordin. ſit Vinum dilutum decoct. Chin. & Lentiſci.

Autumno etiam pro ratione εὐφορίας & profectus utiliter Diæta repetetur quod præſertim eâ tempeſtate melancholicus, & ſequenti pituitoſus humor dominentur, quibus opus eſt ut partes exonerentur ante Invaſionem Morborum & Symptomatum. Thermæ Plumberianæ non erunt inutiles, poſt Purgationem vernam præſertim ad Embrochationem in totum Spinæ ductum Laconicum cum Nervalibus ad vaporem.

Purgantia uſualia ſingulis Menſibus purgetur Corpus Syrupo Magiſtrali ex Senâ, Agarico, Rheo, Mannâ, Syrupis de Spinâ cervinâ & Roſ. pall. Sol. ſacch. Cand.

Loco Pilul. uſual. præſertim minus calidis Tempeſtatibus, ſemel aut bis in Septimanâ, ſumat Cochl. un. vel alterum Syrup. de ſpinâ Cervinâ, immediatè ante Cibum.

Sit frequens Clyſter, præſertim urgente Cephalalgiâ.

Ad Imbecillitatem Ventriculi faciet Pulvis digeſtivus, ſacculus, ſive Scutum ex odoratis & Aromaticis.

Tabellæ cum confect. Alkerm. &c.

Fotus.

Vinum Abſynthites.

Ad Lienem Fotus incidens, calefaciens, aperiens, roborans.

Vinum Chalybeatum utrique proderit, nempe Ventriculo & Lieni.

Cerebrum purgetur, ejuſque Excrementa ad Loca conferentia prolectentur. Maſticatoriis Errhinis tenuiores ſuperfluitates evacuentur, frictionibus Capitis.

Roboretur Caput Sacculis farctis Cephalicis ſuffitu ex Aviculis Cypriis caſſolet, quibus Aër Cubiculi & lecti medicatus reddatur.

In deglutiendi difficultate ſint in promptu Remedia, quæ flatus diſcutere, Muſculos Pharyngis calefacere & roborare, viſcidam Pituitam incidere, attenuare, eliquare valeant.

Saccharum conditum Oleis Aniſi, & Cynamomi. Aquæ imperialis. Quinta eſſentia Lullii, Aq. Clareta Moſchata. Oleum Sacchari cum acido Sulphuris inſtar Oxymelitis. Vinum Malvaticum aut Hiſpanicum, vel Hydromel Malvaticum digeſt. cum Conf. Alkermes addit. Aq. Cynam. Oleo Aniſi & Saccharo.

Urgente Symptomate affigatur Cucurbitula Collo, circa eam partem quæ ad interiora recurvatur.

Injiciatur Clyſter acrior ad revulſionem.

Si Metus adeſſet ſuffocationis, Vomitus poſſet provocari Pennâ tinctâ in diſſolutione Vitrioli albi, vel Infuſione Pulveris Emetici. v. g. in acceſſione æquante vel ſuperante longam illam *xxxvi.* Horarum de quâ ſupra, præſertim irritis omnibus aliis Remediis.

Balſamum ſuaveolens ad Inunctionem Vertebrarum Colli & ſuperiorum Thoracis uſurp. manè.

Chirurgica.

Phlebotomiæ non eſt locus, niſi in magnâ neceſſitate.

Hæmorrhoides ſi tumeant, affixis Hirudinibus aperiantur.

Frictiones univerſales, incipiendo à partibus inferioribus proficuæ.

Cucurbitulæ Lumbis, Scapulis, Collo.

Cauteria Imo, & Brachiis applicita.

Conſilium.

Eorum qui Principis Illuſtriſſimi valetudinem exercent affectuum cauſas ex datâ Hypotheſi deſcripturo, mihi & propria ſingulis Remedia aſſignaturo hæc occurrunt. Cephalalgia gravis per intervalla recurrens, Lienis obſtructio, cum Puncturis citra tumorem aut duritiem, impotentia deglutiendi inopinatò nonnunquam ingruens præſertim dum in aſſumendo Cibo animus alio avocatur.

Deſcribitur Subjectum nativo Temperamento toto frigidum, cujus Ventriculus ingeſta malè concoquit, flatus generat, Cruditates congerit, malè ſanguificat Hepar. Lien nec Sanguinem defæcat ut par eſt, nec atram Fœcem attenuat, digerit, ejuſve ſuperfluam portionem, ut optandum eſſet per vias convenientes, & naturales ductus evacuat. Cerebrum ſui muneris velut neſcium Excrementa, (quorum proventum creat Alimenti proprii imperfecta Coctio, & Vaporum ad inferioribus elatorum appulſus) in propria nequaquam deponit emiſſaria, Nares, Oculos, Aures, Palatum, verùm per patentem Choanæ, ac lubricam viam, in amplum Faucium Hiatum ſeſe Saburra exonerat, unde circulares naſcuntur affectus, dum inferior Culina ſuprema Arcem continuis Exhalationibus indeſinenter fatigat, & viciſſim naturalium partium functiones perpetuâ Diſtillatione interturbat.

Rectè intelligentem clarè intueri oportet rerum Phantſmata, & medenti perneceſſarium, ut Morborum quos præ manibus habet Ideas perſpectiſſimas habeat, quas nullis difficultatum nodis involutas vulgò ſenſus objicit. Cum autem eas nudas ac veritatis conſentaneas mihi à doctiſſimo aſſiſtente Medico explicatas & ſcripto delineatas eſſe perſuaſum habeam, talis eſt mea de Morborum ac Symptomatum, delicato Corpuſculo vim facientium, infeſtorum Syndrome ſententiâ.

Imbecillitatem Ventriculi faciunt nativum Temperamentum, vicini Hepatis minùs vegetus Calor, Coctionis malè confectæ reliquiæ quæ in viſcidum mucum continuâ, licet lentâ, Caloris actione faceſſunt rugoſis parietibus, & internis villis tenaciſſimè adhæreſcentem, à Cerebro denique Pituitæ fatuæ ad perpendiculum prolapſus, cujus nimis gravem Sarcinam aliquando aliquot Dierum fluxu Alvus utiliter deponit, Primæ coctionis vitia cæteris obſunt. Hinc fit, ut mala Chyloſis pervertat αἱμάτωσιν atque in Hepate formetur Sanguis liquidus, Sero ſcatens, cujus ad alendas, & continuendas partes cum ſit planè inutilis ſubſtantia, neceſſe eſt ut Secretrici mutuas Operas præſtans expultrix Facultas, quod ſuperfluum, in vacua membrorum debiliorum ſpatia amandet & deponat. Lienem obfarctu gravat & Meatuum Obſtructionem parit Sanguinis terrenum craſſamentum, quod cum ad ſpongioſum Viſcus Sero multo dilutum appellat, vehiculo ſuo per numeroſas Arterias ad urinarios ductus delabente, tandem ſpoliatum, magnâ ſaltem ex parte inibi torpens hæret, nec à languidis ſpiritibus ex naturæ præſcripto ventilatur. Neque mirum eſt, ſi craſſa frigida melancholica ἀναθυμίασις per arteriales Tubos ad Cerebrum ſubinde efferatur, quæ cum Ventriculi fumis juncta, Menyngas, ipſumque Pericranium diſtendit, unde Capitis dolor, qui ob tenſionem, partis tumorem & in magnam veluti Molem increſcentis ementitur. Importunæ denique & periculoſæ deglutiendi difficultati auſam præbent Conformationis vitium, quo Vertebræ Colli intrò vergentes comprimunt ac proinde coarctant Æſophagum. Pituitoſa blenna ad ejus Latera paulatim congeſta. Muſculorum deglutioni dicatorum nimiâ Humiditate madentium Reſolutionis æmula imbecillitas & flatuum à Stomacho aſcendentium copia, qui dum ſolidiori Cibo negligentiùs molis Dentium attrito & comminuto, vel voraciùs à Domino aliud cogitante vel agente ingeſto occurrant. Motus elementaris duplex ſuâ contrarietate efficit, ut nec gravi deorſum nec levi ſurſum via pateat, atque ita Cibus medio fixus impactuſque Æſophago reſtitet, donec Liquidis calidè aſſumptis, ſolidum Corpus diluatur, flatus diſcutiantur & viæ lubricæ reddantur. Hæc eſt brevis affectuum propriis, ni fallor, cauſis adnexorum delineatio, quibus fore ut Arti conceſſum ſit ſalutaria certaque invenire præſidia, ſperare & credere nos malorum extra curationis Cancellos nequaquam progreſſorum Gradus. Partium ad extremum minimè læſarum diſpoſitio ægri florens Ætas, ejuſque ad Remedia facilitas, & Medicorum monitis prompta atque ultronea obedientia. Ut igitur nos voti, Princeps Illuſtriſſime, Deſiderii & Sanitatis fiamus Compotes, In ipſo Ventriculo ſolidum ſternatur omnibus Concoctionibus fundamentum. Obſtructa reſerentur, Calori & Spiritibus liber procuretur commeatus, quibus naturales ductus pervadere nequeuntibus infrigidationes fiunt ob Stationem, & Natura excrementorum quotidianâ congeſtione luxurantium Onere preſſa tandem fatiſcit. Impediatur fumorum ad nobiliora Membra appulſus, vel ſaltem eorundem procuretur, citra partium noxam, diſſipatio. Ad conferentes & naturales Sentinas ſingula Excrementa prolectentur evacuatione mox univerſali mox particulari. Quæcunque debilitate languent roborentur. Symptomati deglutionis præſcribantur ea quæ citò malum ſolvere, & non contemnendum diſcrimen Mucum incidendo, Muſculos firmando.

Flatus diſſipando certò averruncare valeant.

Iſtis Intentionibus quæ ſufficiant hæc ſunto Remedia, Victus à moderato calore ad ſiccitatem declinet, atque eo collineant quæcunque ad διαιτητικῆς Capita pertinentia Illuſtriſſimo Domino præſcribentur, quorum minutias ordinario Medico percurrendas relinquo. Hoc unum notandum puto, ſalutarem admodum fore & ad ſuperfluum Ichorem exſiccandum, eumque ad Urinarum Cloacam deturbandum apprimè utilem, potum decocti dilutioris Rad. Chin. & Ligni lentiſci, ſive per ſe eo velit uti, addito Cynamomi tantillo, ſive ad diluendum Vinum id aſſumere placeat.

Tempeſtates Anni Verna & Autumnalis ad ſolemnem purgationem ſeligantur, quæ ſequentibus commodè complebitur.

Præmiſſo pridie leniente Enemate de coprotico, propinetur in aurora Catharticum. ℞ Foliorum Sen. mundat. ℥ *ſs*. Agar. Rec. Trochiſcat. ʒ i *ſs*. Caryophyll. N°. iv. infundantur & decoq. in æq. part. & ſ. q. Aq. Betonic. & Meliſſæ expreſſioni addatur infuſio ℈ iv. Rhab. elect. ſeorſ. fact. in Aq. Endiv. Reduc. omn. ad doſin, in qu. diſſolv. Syrup. Roſ. pallid. ſolutiv. ℥ i *ſs*. Aq. Cynam. ʒ i. Ms. Fiat potio exhibenda Horis tribus ante Juſculum.

Purgationem ſequantur Apozemata alterantia, quæ Humores præparent ad novam Evacuationem & Corpus reddant fluidum.

℞ Radicum Cichor. Filic. Fœm. Fragar. gramin. Fœnicul. Eryng. an. ℥ i. Rad. Chin. Lign. Saſafr. an. ℥ *ß*. Fol. Betonic. Meliſſ. Agrimon. Pimpinell. Chamædr. Chamep. Ceterach. an. Ms. Flor. Caprifol. Calendul. Primulæ veris an. P. ii. Semin. Card. Bened. & Citri raſ. Corn. Cerv. an. ʒ iii. Paſſul. purg. par. vii. Cappar. à ſale mund. ʒ vi. Cortic. Citri exter. Sicc. ʒ ii *ß*. Fiat omnium decoct. Colatura levi coctura reduc. ad ℔ i *ß*. In qu. diſſ. Succ. depur. Pomorum redol. & Bugloſſ. Syrup. Capill. Vener. an. ℥ ii. Ms. Fiat Apozema clarif. Arom. ʒ iv. Cynam. pro iv. Doſibus bis in die ſumend. longe à paſtib. contin. per quatriduum. Quod ſi tot hauſtus ſorbere recuſet Ill. Dom. iſtis ſubſtituantur Juſcula, quæ præſtabunt ut ſub Alimenti formâ gliſcens Medicamentum, faciliùs Viſceribus ſeſe inſinuet.

℞ Pullum Gallinaceum qui exenteratus farciatur radicibus conciſis Petroſel. Graminis Oxalid. Capparibus à ſale mund. Cicer. rub. Paſſulis Corinth. Vino albo lotis & ʒ ii. Rad. Chin. per taleol. ſect. mox conſutus elixetur cum fruſt. carn. Vitulinæ, addendo ſub finem Coctionis fol. Endiv. Pimpinell. Oxylap. Calendul. Chærephyll. Borrag. Bugloſſ. an. P. i. Summit. Hyſſop. P. *ß*. Reduc. ad quantit. unius Juſcul. in qu. Colat. diſſ. chremor. Tartar. alb. ʒ i. Ms. exhib. Hor. *iv*. ante Prandium, per octiduum. Tandem repetatur præſcripta potio Cathartica cum artis cuſtodiâ. Diætam ſudorificam prædictis adnectere Operæ pretium fuerit, propinato Zarzæ, Chinæ, & Saſafras dilutiore decocto; quod per *x.* vel *xii.* Dies manè hauſtum ſuperpoſitis ſaltem Stragulis Sudores moveat, Carnes Articuloſque firmet & Viſcera inſigniter roboret.

Tunc temporis Victus conveniens ſiccior ſolito. In primâ menſâ exhibebuntur Pruna damaſcena, in mediâ aſſatæ Carnes delicatulæ opponentur. In ultimâ Paſſulæ, Amygdalæ, Pineoli, Panis Marcius. Bis coctum Saccharatum. Panis dabitur ordinarius admixto inter pinſendum Aniſo pauco vel fœniculo dulci. Potus erit decoct. Chinæ dilutiſſimum & lentiſci, quale in ordinarium uſum ſupra fuit annotatum.

Diætæ explebit vices Laconicum, in quo bis terve ſingulis Menſibus, ad nervalis decoct. Vaporem utiliter Sudor prolectabitur.

Eligantur autem ad id tempeſtates convenientes, temperatæ videlicet, ne vel nimius calor humores liquet impensè, vel frigus aſperum patentes ſubintret habitus Poros, cum Cerebri totiuſque generis nervoſi, imò totius Corporis incommodo. Thermæ Plumberianæ, poſt univerſalia, proderunt plurimùm, præſertim ſi ex alto, totus ſpinæ ductus earum calentibus Lymphis, & Sulphureis laticibus irrigetur.

Neque prudenter potæ iſtæ Aquæ noxiæ futuræ ſunt.

Hiſce Artibus ſingulæ Corporis regiones deplebuntur. Quoniam verò nulla diligens adeò exactave ſedulitas poteſt exhiberi, quæ quotidianum Excrementorum in ſubjecto intemperato proventum omnium impedire poſſit, Sint in promptu ordinaria & uſualia quædam Medicamenta, quibus pro urgentis neceſſitatis ratione Medicus naturæ opem poſcenti ſuppetias ferre poſſit. Magiſtrali Syrupo ſemel in Menſe propinato Corpus repurgetur.

℞ Foliorum Sen. mundat. ℥ iv. Agar. recentis albiſſimi ℥ ii. Rhabarb. electi ℥ ii *ß*. Cortic. med. Frangulæ ℥ vi. Caryophyll. Cynam. Macis an. ʒ i. Spic. Nard. ʒ i *ß*. Santal. Citrin. ʒ ii. Omnia ut decet minutiſſimè conciſa & contuſa ponantur in Phialam oblongi Colli, affusâ eâ quantitate Aquarum Betonicæ, Cardui bened. Fumariæ Pomor. quæ ſupernat vi. digit. Fiat digeſtio in B. M. Tepentè per biduum, mox fortis expreſſio & Colatura per Chartam bibulam, cui add. Mannæ Calabrinæ diſſolutione in Aq. Endiv. Filtratione, & Congelatione depurat. ℥ vi. Syrup. è Spinâ Cervinâ & Roſ. pallid. ſolutiv. an. ℥ viii. Sacch. Cand. ℥ v. Ms. atque blanda Evaporatione in B. Fiat Syrup. perſ. coct. cui indatur Nodulus continens Ligni Aloes ʒ ii. Ambr. griſ. ʒ i. Moſchi Orient. ℈ *ß*. Croci ℈ i. Doſis ℥ ii. vel iii. cum aliq. ex Aquis ſtillat. præſcriptis. Ad iſtam Purgationem præparetur Alvus ſubdito pridie Clyſtere, cujus uſus frequens erit admodum proficuus & ſalutaris.

Prima Regio, in qua ut Sanitatis, ſic etiam Morborum fere Baſis requirenda eſt, aliquod poſtulat auxilium, quo congeſtio quotidiana ſubinde everratur. Optandum foret ut Ill. Princ. ſolidioris conſiſtentiæ Medicamentum poſſet deglutire. At quoniam ejus exhibitionem tentare vetat formidabile deglutionis Symptoma, in Pilularum locum ſufficiatur Syrupus domeſticus de Spinâ Cervinâ, ſive Infectoria, cujus Cochleare unum vel alterum immediatè ante Cibum ſumptum ſemel in ſeptimanâ, Alvum blandè & citra moleſtiam ſubducet atque Meſenterium commodè cum Ventriculo & Inteſtinis repugabit.

Tabellæ interdiu geſtentur, quarum utilis incidet uſus, ſi vel flatus vel nimius Ichor, à Stomacho in Fauces eructatus moleſtiam faceſſat.

℞ Confect. Alkermes ℥ *ß*. Coralli utriuſque præpar. an. ʒ i. Terræ ſigillatæ Lemniæ & Strigonienſis an. ℈ ii. Oſſis de corde Cervi Lapid. bazahar. an. ʒ *ß*. Sacchari albiſſimi ℥ viii. Ms. & cum muccag. Gummi Tragac. extract. in Aq. Cynam. fiant Tabell. vel ſi lubet Trochiſci pyxide loco ſicco aſſervandi.

Dolenti, & puncturis affecto Lini Fotus imponatur ex decoct. rad. Ebuli Chelidon. maj. Aſar. Bryon. Ariſtol. Ireos, fol. Eupator. Avicen. Ceterach. Chamædr. Chamæmel. Abſinth. flor. Melil. Ericæ Geniſt. cort. Arant. ſem. Aniſi, Aneth. Fœnicul. raſur. Ebor. Corn. Cervi in Vino albo & Aq. fabr. parat. addit. pauco Aceto Scyll. Linimento ex florib. Geniſt. & rad. Ebul. Locus confricetur.

At ſi perſeveret aut Incrementum capeſſat malum, paretur Vinum chalibeatum ſequens.

℞ Radic. Cichor. ſicc. ℥ iii. Rad. Petroſel. Eryng. Aſparag. Ruſci an. Cort. rad. Capar. Tamar. Ligni Nephritici an. ℥ ß. Fol. Ceterach. Chamædr. Epithym. an. M. i. Flor. Geniſt. P. iii. Sem. Card. bened. ʒ vi. Corticis Citr. exter. ſicc. ʒ v. Limaturæ chalybis, vel batrituræ ferri vel martis aper. ℥ vi. Vini alb. tenuis Olig. poſt Imbibitionem ℔ vi. Omnia ſicca concidantur, ferrum addatur, affundatur ea Vini quantitas quam ſimplicia imbibere poſſint, tandem ℔ vi. Fiat Maceratio loco calido aut in Hypocauſto, per Dies xv. vas quotidie concutiendo. Doſis ℥ iii. vel iv. ſuperambulando Hor. iv. ante Cibum.

Cerebrum depleatur Manſis quotidie manè gravis aliquot Maſtiches ab eo arceantur noxii fumi ſumpto nonnunquam Horis duabus à cœnâ Cochleari uno Syrupi è ſucco Braſſicæ, ſedulo exſpuendo quod diſſolvetur. Sacculi è telâ aſperâ, farctis pulvere violaceo, triplicatâ quantitate Ireos flor. addit. pulver. Succin. Cranii human. uſt. & non. uſt. & rad. Pœon. mar. Caput diu pexum manè fricetur Cucufa capillata, vel alia quæ eundem pulverem contineat Pileo inſuto Hyeme præſertim tegatur.

Aër Cubiculi medicatus reddatur excitato fumo ex Aviculis Cypriis vel Aromaticorum Infuſo. ℞ Styrac. Calamit. Benjoin. an. ℥ i. Ladani puriſſ. ℥ ii. Balſami albi exſiccati ℥ ß. Maſtich. ʒ iii. Roſ. rub. Sem. Coriand. & Nigell. Roman. Cynamomi inter Lign. Rhod. Santal. Citrin. Cortic. exter. Citr. ſicc. an. ʒ ii. Ambræ ʒ i. Moſchi ʒ ß. Carbonis Salicis vel Frangulæ aut Coryli duplum Pondus. Omnium fiat Pulvis ut Alkool. excip. mucag. Gummi Tragac. extr. in Spirit. Vin. & Aq. Naffæ formentur Avicul. ad ſuffitum.

Cephalalgiæ cauſam diſſipabunt Sacculi cinere ſarmentorum & pulver. Salv. Majoran. Betonic. farcti Vini Spiritu irrorati & dolenti parti appoſiti. Inunctio item ex Balſamis Majoranæ, Caryophyll. Succini circa Suturas.

Ex hac Remediorum Sylvâ Medici ordinarii Vices erunt ſeligere ea quæ ipſi pro variis Morborum temporibus eorumque & Symptomatum inſultibus neceſſaria videbuntur.

At ne ingruente deglutiendi impotentiâ deſint ea quæ huic mederi poſſint, ſequentia tranquillo mari præparet Pharmacopœus, ne adventante tempeſtate, plurima inutilia tumultuariè conquirere cogatur.

℞ Sacchari albiſſ. ℔ i. coq. in tabel. cocto & ab Igne remot. Injic. Olei Aniſi & Cynam. an. ʒ ß. Formentur Baccill. inſtar Conſerv. Roſ. ſolid. & ſumat aliquantul. in ore continendo, ſenſim lambendo, ut ſecundum latera Æſophagi, quod diſſolutum fuerit facilè deſcendat ac delabatur.

℞ Cynamomi interioris ℥ ii. Spiritus Vini optimi ℥ xvi. Fiat Infuſio per biduum, addito nodulo qui contineat Ligni Aloes ʒ i. Moſchi gran. vi. Ambr. griſ. ʒ ß. Caryoph. ℈ i. Fiat per Chartam bibulam Colatura, cui addatur æqualis portio Julep. Alex. ſeorſ. parat. cum duab. Part. Aq.

Roſ. & una Aq. Naff. ſumat è Cochl. in acceſſione. Nodulus natet ſemper in Syrupo ſive Aqua, iſta quam vulgo Claretam vocant.

Oleum Sacchari cum debili Aquâ vitæ infuſionis Cynamomi & Saccharo paratum, erit inſtar Oxymelitis ſi guttæ aliquot acetoſitatis Sulphuris ei inſtillentur.

In Vino Malvatico maceretur confect. Alkermes, Colaturæ addatur quart. pars Aq. optim. Cynamomi. Addat. Ol. Stillati. Aniſ. cum Saccharo, vel Saccharum prædictum Aniſatum. Fiat mixtura in eundem uſum.

Iſta (licet valida) ſi irrita fuerint, penetrabit procul dubio Aqua ſequens omnia impedimenta, & ruptis obicibus libertatem reſtituet deglutioni.

℞ Rad. Ledoar. & Galang. an. ℥ i. Cynam. inter. ℥ ii. Caryoph. ʒ vi. Macis nuc. moſch. an. ℥ ß. Cortic. Citr. exter. & Arant. an. ℥ i ß. Spiritus Vini alb. omni Phlegmate ſeparati ℔ iv. Spiritus ardent. Baccarum Juniperi ℔ i. Fiat digeſtio in circulatorio per octiduum ſuper cinerib. calid. mox Colatura, cui add. Mell. Narbonenſ. albiſſ. ℔ i ß. Fiat iterum circulatio per dies *xv*. & per chartam filtratio. Liquori indatur nodulus continens Ambr. griſ. ʒ iii. Moſchi ʒ ß. recondatur vaſe vitreo optimè clauſo ad uſum.

Gravitas Paroxyſmi ſi Revulſionem poſtulet injiciatur Clyſter acrior; poſteriori Collo affigatur Cucurbitulâ, fiant frictiones incipiendo ab inferioribus partibus Balſamo Peruviano calente, poſteriores Colli Vertebræ inungantur diu multumque fricando. Vomitus rebus deſperatis, ſed cautè provocetur, immiſsâ Faucibus pennâ imbutâ Oleo Sacchari acidulo prædicto. Sic enim ſubverſus Ventriculus Æſophagum dilatabit, & quod deglutioni obſtat, vi per ſuperiora rejiciet.

Hæc ſunt quæ Principi Illuſtriſſ. præſcribenda mihi viſa ſunt, fuſiùs forſan quàm præſens rerum ſtatus & valetudinis conditio requirat. Verùm ſatius eſt inſtructum eſſe Remediis ad ſuperfluitatem, quàm eorum auxilio dum premit urgetque neceſſitas deſtitui in Medici dedecus, & ipſius ægri reſarciendam calamitatem.

Dat. *Lutet. Pariſ.* die 25 Jan. 1611.

The. Mayerne.

Madame la Ducheſſe de *Mantoue*. 14 Martii. 1611.

Paralyſis ex Apoplexiâ, παραπληγία ἡμιπληγία *dextri lateris à Die* 28 *Jan.* 1611.

QUÆ Apoplexiam levem minus infeliciter ſolvit Paraplegia, dextras Corporis partes occupans cum inſigni motus ſenſuſque diſpendio, licet graviſſimi & pertinaciſſimi affectus οὐσίαν ſortita ſit & ad originem primam regreſſum minitetur, nequaquam tamen à Curationis limitibus adeò receſſiſſe mihi videtur, ut de Salute Sereniſſimæ Principis deſperandum mihi eſſe exiſtimem. Suapte naturâ chronicum malum nec ab humore ſequaci committitur, nec partibus inſidet quæ citam Remediorum vim, aut præſentem effectum experiantur, quippe frigus perpetuò iners à languidis & torpentibus Spiritibus non niſi temporis tractu & dierum decurſu affulgente tandem vivifici caloris radio domitum profligatur, præſertim in ſubjecto cui calida Hypochondria, Hepar gignendo ſero aptiſſimum, Cerebrum blenna perpetuò ſcatens, & quotidiano Pituitæ decubitu partes inferiores ab ipsâ Juventute fatigans adeſſe audio.

Hinc fit, ut ſi curari velit ejus Celſitudo, neceſſariò duo requirantur, præſentium Medicorum ſedula & minimè vulgaris induſtria, atque Illuſtriſſimæ Ægræ in generoſorum præſidiorum longo uſu, ultronea, non coacta perſeverantia. Tentata plurima hactenus qualia debebantur Morbo & Perſonæ, Viris doctiſſimis perdigna quorum validis nec irritis Conatibus & ſolidis Suffragiis ſiquidem noſtrum nos addere Calculum juſſit Regia Majeſtas, affectui jam ultra Incrementum progreſſo ſinſim delendo inſervient, & initæ curationis Colophonem addent Remedia quæ primam Corporis regionem everrere, liberum Spiritibus commeatum procurare. Serum per idoneos Ductus vacuare, à Capite revellere, derivare. Cerebrum purgare, ſiccare, confirmare. Ejus denique Propagines nervoſas potenter roborare valeant. Complendis iſtis Intentionibus ſufficient victus ratio nimium calorem ſiccans viribus pollentia Pharmaca & ea quæ manus conferre poteſt auxilia. Diætæ minutias perſequantur aſſiſtentes Medici, hoc unum ſufficiat Medicatum Potum præparandum in uſum ordinarium; in Hydromelite dilutiſſimo, vel in Aquâ fontanâ bulliant Radices Chinæ, & Ligni Lentiſci ex Chio Inſulâ, vel ex Hiſpaniâ allati ramenta. Iſtud decoctum vel per ſe urgente ſiti, vel magis provecto Morbo, ad diluendum optimè Vinum uſurpetur, à Vino autem in præſentiarum ut prorſus abſtineat, cenſeo. Nec inutile fuerit Lignum Saſſafras in parvâ quantitate cæteris admixtum. Sit frequens Enema, quale ſequitur.

℞ Radic. Irid. noſtrat. Ariſtoloch. rot. an. ℥ i. Fol. Parietar. Mercurial. Chamæmel. totius an. M. i. Flor. Stœchados utriuſque, Origan. Centaur. min. Keyri ſumm. Abſynt. vulg. an. P. i. Semin. Aniſ. Fœnic. Carui Nigell. Rom. an. ʒ ii. Fol. Sen. ℥ ſs. Fiat omnium decoct. & colatura, in qu. red. ad ℔ i. diſſolv. Cathol. ℥ i. Bened. lax. ℥ ſs. Mell. Mercurial. & Anthoſat. an. ℥ i ſs. Olei Keyrini ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciend. quoties & quando opus fuerit. Syrupus Magiſtralis præparetur, quo deinceps ter quaterve, in Menſe, blandè expurgetur Corpus, ita per ἐπίκρασιν ſublata erit Excrementorum, Fœcundo proventu in dies ſuccreſcentium Sarcina.

℞ Fol. ſen. mundat. ℥ iv. Rhab. electi ℥ ii. Agar. rec. Throciſc. ℥ i ſs. Turbith. Hermod. an. ʒ x. Cortic. med. Frangulæ ℥ vi. Florum Ebuli ſelector. ſicc. ℥ iii. Cinam. inter. ℥ ſs. Caryoph. Macis an. ʒ ii. Omnia minutiſſimè conciſa & Vino albo tenui irrorata macerentur per triduum in

Baln.

balh. vaporoſ. & phyal. oblong. coll. in eâ quantit. Aquar. Betonic. Lil. Convall. Ulmar. Card. Bened. quæ ſupernat vi. digit. Mox augeatur Baln. calor per *vi.* Horas. Tandem fiat expreſſio & colatura, cui add. ſicc. depur. Baccar. Spinæ Cervinæ ℥ vi. Succi flor. Perſic. (vel oculor. aut locuſtar.) aut tempeſtate idonea Succ. Roſ. Muſcatellinar. vel Infuſionis de Sen. ℥ viii. Mannæ Calabrinæ puriſ. ℥ v. Syrup. Roſ. pallid. ſolut. Sacchar. candi. an. ℥ vii. Ms. atque in Alembico fiat in eodem Balneo exhalatio ad conſiſtentiam Syrupi, cui indatur Nodulus continens Ambr. griſ. ʒ ii. Ligni Aloes ʒ iii. Hujus Syrupi Doſis decernatur ab ordinariis pro ἐυπαθεία, & diſpoſitione ſubjecti. Tutò tamen dabitur, ad duas, tres, quatuorve uncias ex Aquâ aut decocto cephalico.

Si opus ſit Aquis incoquetur ſemuncia Fol. Sen. & tunc minuetur Syrupi quantitas, cui ℥ ii. ſufficient. Si à Capite potentius trahere ſit Animus, & Sereniſſimæ ægræ natura non repugnet, folia Ellebori nigri veri flore Purpureo nitentis in Clibano per Panem hordeaceum præparata Malvatico conſperſa, ut artis eſt. In parando Syrupo cæteris addere v. g. ad ℥ ii. fuerit operæ pretium.

Pilulis uſualibus, tempore inter purgationes dictas medio alvina mendetur Sentina, tertio quartove quoque die.

℞ Radic. Cyperi & Pæon. utriuſque an. ℥ i. Fol. Chamæpyt. Betonic. Meliſſ. Card. bened. Ulmar. an. M. i. Flor. Anthos, Keyri, Stœchad. Arab. ſumm. Polii montani an. P. i *ß.* Flor. Primul. veris P. iii. Malabathri ℥ *ß.* Baccar. Juniperi recent. ʒ iii. Sem. Nigell. Rom. & Aniſ. an. ʒ ii *ß.* Cortic. exter. Citr. flav. ʒ v. Cinam. Macis Caryoph. an. ʒ i *ß.* Fol. Sen. mund. ℥ vi. Fiat ex arte Infuſio & decoctio ad clarificationem, iterata per filtrum Colatura in qua diſſolv. Aloes Zuccotrin. ℥ iv. Fiat Exhalatio in Balneo ad mellaginem, cui add. Pulveris ſubtiliſſimi Gummi Guajacini veri non factitii ℥ i. Reduc ad conſiſtentiam Pilul. de quibus cap. ʒ *ß.* vel ℈ ii Horâ unâ ante levem Cœnam.

Tardior iſtius Medicamenti effectus promovebitur, ſi ipſo aſſumptionis Tempore addantur grana duo vel tria extracti pulp. Coloc. cum optimâ Aqua Cinam. parat. Tum autem paulò longius à Cibo exhibeatur.

Præſens, ut opinor, rerum ſtatus ſuadet, ut proximæ tempeſtatis, beneficio minimè neglecto, Solis aſpectu benigno ſublunaria omnia foventis ad nos reditum, in ægræ Illuſtriſſimæ compendium velut opportuniſſimam occaſionem arripiamus. Inſtituatur Diæta ſudorifica, ad quam præparetur corpus Apozemate ſequenti.

℞ Radic. Cichor. Bugloſſ. Oxylap. an. ℥ i. Rad. Pæon. utriuſque Ireos Flor. an. ʒ vi. Polypod. quern. ʒ x. Fol. Fumar. Agrimon. Pimp. Chamædr. Ceterach. an. M. i. Fol. Chamæp. Calendul. Betonic. Yuccæ Moſchatæ Meliſſ. an. M. i *ß.* Flor. Calendul. Primul. veris, Caprifolii an. P. iii. Sem. Card. Ben. ℥ *ß.* Sem. Citri. ʒ iii. Cortic. ejuſd.

ext. ʒ ii ß. Fiat omnium decoct. in Colatura infunde & decoq. fol. Sen. Oriental. vel ſollicul. ℥ i ß. Agar. rec. Trochiſc. ʒ vi. Turbith. Hermod. an. ʒ iii. Facta expreſſ. & Colat. reduct. ad ℥ xv. Diſſ. Syrup. Roſ. pallid. & de fumar. comp. an. ℥ i ß. Oxym. ſcill. ℥ ß. Ms. Fiat Apoz. pro iii. Doſ. matut. ſumend. dieb. altern. Mane Hor. iv. ante Juſculum cum debita cuſtodiâ.

Sit tale decoctum Sudoribus ſub arcu aut in Laconico promovendis utile.

℞ Zarz. parill. alb. & medulloſ. ℥ iii. Cortic. Lign. ſancti ℥ i. Lign. Junip. & Rhod. an. ℥ i ß. Lign. Saſ. ℥ ß. Fol. Betonic. Chamæp. an. M. i. Flor. Primul. Ver. P. vi. Semin. Card. bened. ʒ vi. Bacc. Junip. rec. ʒ iii. Omnia ut artis eſt præparata infund. vaſe vitreo probè clauſ. in B. M. in eâ quantit. Aq. Flor. Tiliæ, Lilii convall. Ceraſor. nigr. Ulmar. quæ ſupernat. vi. digit. idque per biduum, deinde aucto Balneo calor fiat Ebullitio per duas treſve Horas, mox ſeparatio Liquoris à Magmate, Liquor ſæpius per filtrum actus reducatur ad ℥ xxiv. pro iv. Doſ. matut. ſumend. tepid. ut artis eſt.

Alternis diebus, vel etiam poſt octavum Sudorem, quotidie utiliter macerabitur per noctem in decocto ℥ ß. Fol. Sen. conciſ. hydromelite Malvatic. irror. & Nodul. incluſ. ita procedendo ad vigeſimum uſque diem.

Victus tunc temporis ſit tenuior ſolito, veſcatur Pruinis coctis Saccharo conſperſis, Carnibus aſſis, Pineolis, Amygdalis Paſſulis Marcio pane bis cocto Aniſato, pro Potu decoct. Chinæ & Zarzæ.

Quatuor ultimis Diætæ Diebus ſudet ad vaporem nervalium in duabus partibus Vini albi generoſiſſimi & unâ Aquæ coctorum, deterſo diligentiſſimè ſudore, totus Spinæ ductus ipſumque latus affectum diu multumque fricando ad ruborem uſque, donec pars Medicamentum imbiberit, liniatur Balſamo ſequenti.

℞ Anſerem pinguiſſimum, qui exenteratus farciatur medullâ Cervina, foliis Salviæ Majoran. Thymi, floribus Lavendulæ Stœchad. Citrin. bacc. Junip. Lauri. Styrac. Calam. Benjoin. Ladano, mox conſutus veruque transfixus torreatur, & excipiatur ſtillans pinguedo, de qu. cap. ℔ i. Olei Nucis Moſc. & Laurini an. ℥ ii. Balſami Peruviani ℥ iii. Ligni Dambar. ℥ i ß. Gummi Tacamahacæ ℥ ii ß. Olei Juniperi & Tereb. alb. an. ℥ i. Olei Salviæ & Roris marin. an. ℥ ß. Miſceantur omnia induſtriè ſecundum Artem, & fiat Balſamum ad uſum.

Si penetrantius poſtules in contumaciori affectu vel graviori caſu, Arte Chymica præparetur ſtillatitium Balſamum ſequens, quod licet Naribus minus gratum vehementiorem forſan Odorem ſpiret, in hujuſmodi tamen malis nulli ſecundum mihi videtur.

℞ Gummi Elemi, Animæ, & Tacamahaca an. ℥ ii. Bdellii Opopanat. Caſtorei an. ℥ i ß. Mumiæ Thuris, Maſtich. an. ℥ ii ß. Styrac. Calam. Benjoin. an. ℥ iii. Succini ſubtil. trit. ℔ ß. Tereb. venet. Styrac. liquid. ceræ flav. an. ℥ xvi. Olei Laur. Palmei & Nucis moſch. an. ℥ viii. Omnia ut decet præpar. in Liquoribus Oleoſis digerantur in fimo per quatriduum vaſe Vitreo probè clauſo; deinde injiciatur duplum Boli vulgaris, fiat diſtillatio in Arenâ, vel reverberatorio clauſo, per gradus ut artis eſt in retortâ, atque excipiatur Oleum, Balſamum & Phlegma. Fiat Rectificatio in Arenâ, & ſeparatio Olei à reliquis, de quo Oleo cape ℔ ii. Galbani puriſſ. in Lachrym. ℔ i. Balſami Indici ℔ ſs. Ms. Fiat diſtillatio Gummi ſeu Balſamum ſpiſſum ſeparetur ab Oleo. Oleum ex optimo Vino albo ſæpiùs deſtilletur ad rectificationem, & Fœtoris correctionem.

Perſeverandum in iſtis Unctionibus ad plures Menſes, ut pars Penuria ſpirituum effœta & languens, attractione, & ſuſcitatione caloris, priſtino robori reſtituatur.

Roborantia interna iſta ſunto, quibus aſſueſcet Illuſtriſſima Princeps, ut indefeſſo Studio integra Valetudinem recuperet.

℞ Conſerv. Florum Citranguli & Arantiorum an. ℥ ii. Cortic. utriuſque cond. an. ℥ i. Conſ. Flor. Authos, Salviæ, Calendul. an. ʒ vi. Gummi Guaj. natural. ʒ v. Cran. human. non ſepult. ℥ ſs. ſuccini utriuſque præpar. Lap. Gagat. præpar. Viſci querni Coryli aut Tiliæ an. ʒ ii. Coroll. utriuſque præpar. Margar. præparatar. an. ʒ ii ſs. Cynam. interior. Macis an. ʒ ii. Caryoph. ʒ i. Ambr. griſ. ℈ iv. Ligni Aloes Coſti Sambucini aut amari an. ℈ v. Fol. Auri & Argenti an. N°. xxiv. vel auri ferventis in Aq. Cynam. loti ʒ ii. Ms. & cum Rosâ ſolis vel Syrupo Cynam. Fiat elect. inſtar opiat. de qu. cap. Mane & Veſperi ad quantit. majoris Avellan. longè à paſtib. ſuper hauſt. Aq. Flor. Pæon. Primul. Ver. & Tiliæ momento.

Iſtius Electuarii Vices obtinebit Germanorum Theriaca diæta ſive extractum Baccarum Juniperi recentium, cum Aquis prædictis præparatum additis Aromaticis ſpeciebus. Quotidiè mane iſtius ʒ i ſs. vel ʒ ii. deglutiantur inſtar Boli. Proderunt etiam ipſæ Juniperi Baccæ in Malvatico maceratæ, ſiccatæ, & devoratæ ad ʒ ii. vel iii. Ad æſtuantis ſolis radios ſub Caniculâ paretur Medicatum hydromel in hunc modum.

℞ Radicum Cyperi, Tormentillæ, Contrayervæ, Emulæ Pæon. utriuſque an. ℥ ii. Fol. ſicc. viſci Tiliæ aut Coryli, Malabathri, Menth. Meliſſ. Chamæpyt. an. ℥ i ſs. Flor. Primul. veris, Pæon. Galegæ Valerianæ utriuſque Ulmar. Filipendul. an. P. iii. Florum Atuhos, Salviæ, Stœchad. utriuſque Calendul. an. P. ii. Semin. Citri Card. bened. Nigell. rom. an. ʒ vi. Baccar. Junip. recent. ℥ iii. Cortic. exter. Citr. ʒ x. Cynamomi Caryoph. an. ʒ v. macis ʒ vi. Omnibus craſſiuſculè conciſis, & Sacculo oblongo incluſis ac repoſitis in Doliolum, affundatur ℔ xl. Hydromelitis ex parte unâ Mellis albiſſimi & fragrantiſſimi, & partibus quinque Aq. pluv. ad ſupernatantis Ovi terminum parati, exponatur Vas ſoli ardentiſſimo ad parietem, & procuretur fermentatio, additâ ℔ i ſs. Tincturæ Florum lupuli infuſione & coctura in Aquâ pluviâ vel rore Majali depurato extract. Inter ebulliendum, ſi quid de Liquore pereat, novi Hydromelitis ſeorſim parati affuſione reſarciatur.

ſarciatur. Ubi claruerit defœcatum Hydromel Malvaticum præ ſe ferens, tranſvaſetur, atque in uſum recondatur per tres Menſes, nempe per dies *xl.* ad Solem, per totidem in cellâ vinariâ, ante ejus potum qui erit ad ℥ iii. vel iv. Hyeme, humido Cœlo & Aere nebuloſo.

Ex baccis Juniperi, affuſâ Aquâ pluviâ calente, vel aliâ affectui idoneâ, per fermentationem paratur vinoſus Liquor, potens ad Nervorum & Cerebri affectus. Hic magis medicatus poterit reddi, vel additis Aromaticis, vel etiam (quemadmodum quoque ſuperiori Hydromeliti) purgantibus.

Cerebrum maſticatoriis ex Maſtiche Caryophyll. Cynam. Pyrethro. Cubeb. pulveriſatis & Cerâ albâ exceptis ad formandos Globulos, quotidie mane depleatur.

Errhinis ad Nares prolectetur craſſior Pituita ſuperiores Ventriculos obfarciens, eorum materia ſit Cyclaminis Elebori utriuſque Iridis utriuſque radix in Succis depuratis Majoranæ, Anagalidis purpureæ, Betæ, Vino Malvatico, & Aquâ Cynam. macerata, cautè tamen iſta in uſum revocanda, nec niſi inſigniter præmiſſis univerſalibus.

Pulvere violato, cui addita ſit Pæoniæ Radix, quadruplicata Ireos Florent. quantitas, admixta Lignum Rhodium. Cranii humani uſti & non uſti raſura, Succinum multùm, Caryophyll. Cynam. Macis Styr. Calam. Benjoin. Hoc inquam pulvere craſſiuſculo repleantur Sacculi, ad frictionem Capitis matutinam farciantur Cucufæ continuò geſtandæ.

Capiti raſo applicetur Emplaſtrum ſequens, quinto quoque die renovandum.

℞ Reſin. Pin. ℥ iii. Ladani puriſſ. Tacamahaca. Gummi Anim. an. ℥ ii. Styrac. Calamit. Benjoin. Maſtich. Thuris Sandarac. Gummi hederæ an. ʒ iii. Succini albi, ſpodii cranii human. ad albed. uſti, Macis Caryoph. an. ʒ ii *ß.* Croci Martis per ſolum Ignem præparat. Roſ. rub. an. ℥ *ß.* Balſami peruv. Olei lentiſcini an. ℥ i *ß.* Tereb. ven. ʒ vi. Ceræ flav. q. ſ. ut fiat Empl. cujus portio extend. in alut. ad formam liter. T. applic. Suturis coronali & ſagittali.

Aër cubiculi ſequentibus Aviculis medicatus reddatur, ut dum per Os Etmoïdes in Cerebrum attrahitur non inutilem præſtet operam ſpiritibus animalibus, ab importuno Pituitæ obice liberandis.

℞ Styrac. Calam. Benjoin. an. ℥ iii. Ladani puriſſ. ℥ iv. Maſtich. Sandar. an. ℥ i. Gummi Tacamahaca ſicci, Balſami Peruviani albi ſiccati & pulveriſabilis an. ʒ vi. Folii Indi Caſti, Sambucini Ligni Aloes, an. ℥ *ß.* Ligni Rhod. ſantal. Citr. cort. exter. Citr. an. ʒ v. Caryoph. Cynam. ſem. Nigell. Rom. an. ʒ iii. Ambr. griſ. ʒ ii. Carbonis ſalicis vel Coryli ad pondus, Omnium fiat Pulvis ſubtiliſſimus excipiendus muccag. Gummi Tragac. extract. in Aq. Naff. Roſ. & Vini ſpiritu infuſionis florum Lavendulæ. Formentur Paſtilli, vel Aviculæ Cypriæ ad uſum dictum.

Vaporem etiam aliquando excitare loco exhalationis dictæ optimum fuerit, cui uſui ſubſerviet infuſum ſequens.

℞ Corticum Citri & Aurant. an. ℥ iv. Lign. Rhod. Santal. Citrin. an. ℥ ii. Ligni Aloes Coſti Sambucini an. ℥ i. Florum Citrang. P. vi. Flor. Lavendul. P. iv. Styr. Calam. Benjoin. an. ℥ ii ß. Caryoph. Cynam. an ʒ vi. Ambræ ʒ ii. Aq. Napth. ℔ iii Aq. Roſ. ℔ ii. Aceti Roſ. & Caſſolete de betonicâ ℔ ß. Ms. in uſum, qui erit effundendo portionem Liquoris dicti in Patellam, cum operculo perforato, & ſubdendo ignem blandum ad elevandum fumum.

Thermarum Sulphurearum occaſionem, quam proxima tempeſtas offeret ne negligat ejus Celſitudo, ſed medicatas iſtas adeat Lymphas, quarum calentibus laticibus, Corpus mergatur, Caput ex alto irrigetur, Luto totus Spinæ ductus cum partibus dextris oblinatur.

Laconici tanta eſt vis ad digerendos per habitum Ichores, qui dum in Languidos Nervos labuntur præcipites Paralyſin fovent, ut poſt prædicta omnia mihi videatur deinceps ſemel atque iterum ſingulis Menſibus uſurpandum. Ita ut eo penitus (excepto Capite) concluſa Domina vaporem nervalium Vino incoctorum excipiat, & Sudoris exitum pro virium ratione ferat patienter.

Cauteriis Pyroticis inuſtum injur. fœciliter audio, aperta ſerventur iſta emiſſaria quæ in ſano Brachio maximè futura ſunt proficua.

Veſicatoria tanti mihi videntur in hoc affectu momenti ut iis ad Colli Vertebras, & Nervorum retiformes Propagines, ab ipſis exortas & in Brachium repentes. Subinde applicitis Calorem nativum excitandum, & vacuandum Serum eſſe exiſtimem.

Parcendum Venæ arbitror; quâ tusâ reſolutiones Nervorum à causâ frigidâ nequaquam levari poſſe eſt extra Controverſiam. Plethoræ autem Cacochymæ conditionem & magni iſtius præſidii adminiſtrationem, extra propoſiti affectus cancellos, doctiſſimis Medicis conſiderandam relinquo. Iſta ſufficiant, quæ vel inveratam Paralyſin poſſint averruncare & imminentem Apoplexiam præcavere.

Siquid Illuſtriſſimæ Principis naturæ & ἰδιοσυγκρασίᾳ minus conveniens hic deſcriptum fuerit, perpendant aſſiſtentes Medici ex compendioſo ſcripto ad nos miſſos ſelectiſſimam & omnibus numeris abſolutam tanti affectus Ideam erui nequaquam potuiſſe, & magnâ locorum intercapedine diſſiti hominis conſilium æqui bonique conſulant.

Datum *Lutet. Pariſ.* Die 15 Martii. 1611.

Theodorus Mayernius Turquetus Gall. Reg. Medicus ordinarius.

Illuſtriſſimo & Generoſiſſimo Comiti Domino *Roberto Cecilio.*

Theodorus Mayernius Turq.

Ὑγιαίνειν, καὶ εὐπραττεῖν.

Theoria.

Ἐυπαθέστατον iſtud Corpuſculum, infirmum generoſæ Animæ conceptaculum, ingentes Animos anguſto in Pectore verſans, licèt ſanum eſſe videatur, quod ejus nullo manifeſtò læſa facultas, nulla interturbata functio appareat, quodque, ut cum *Hippocrate* loquar, concoquat, & in quiete ſit, nullam peculiarem vim præ ſe ferens. Attamen ſi Cauſas morbificas, ſummaſque ad invehendos morbos propenſiones & diſpoſitiones, in eo latitantes rimemur, & enucleemus ſigillatim, nobis proculdubiò vix tam bellè habere cenſebitur.

Naturas, quæ citò & vehementer erratis offenduntur, imbecilliores aliis eſſe pronuntiat Divinus Senex. Proximum autem ægrotanti eum aſſerit, qui debilis eſt.

Sanitatem, Temperamento quatuor Humorum modoratè quoad facultatem & copiam commixtorum definit. Morbum, alicujus iſtorum Succorum paucitate, redundantiâ, vel ſeparatione ab iſtis Cauſis nequaquam extemporanei producuntur effectus; Naturæ, Morborum medicatrices, diu adverſus eorum Cauſas pugnant, eas ſuperant aliquando, vix manifeſto inteſtini diſſidii, indicio. At ubi paulatim viribus auctus internus Hoſtis, vafer luctator, inſidiosè agens, atque inſenſibiliter lento incumbens uſque & uſque excidio, mole & poteſtate tandem ita augetur, ut Naturam ſuperet, paulatim collecta mala acervatim erumpere ſolent. Κατὰ μικρὸν συλλεγόμενον ἀθρόως ἐκφαίνονται. Hæc à me dicta ſunto non ut illuſtriſſimo Comiti ſiniſtrum quid Ominer, aut infœlix Augur ingratâ & nimis curioſâ providentiâ ſim moleſtus, verùm ut eam, quam propriæ valetudini vovit ſollicitudinem, & accuratam, quam ex Medicis præceptionibus hactenus molitus eſt & ſtudiosè perſequitur, Corporis curationem, quemadmodum probo, & neceſſariam duco, ita meis monitis, vel monitorum, à doctiſſimis Medicis ante ſuggeſtorum repetitione, Inculcatione non confirmem modò, ſed etiam promoneam, atque ad exactiſſimæ Sedulitatis Culmen deducam.

Nil vetat admiſſo ſubdere calcar equo.

Medicinam facturo duo conſideranda, & mente tenenda ſunt, ἡ φύσις τοῦ σώματος ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου, atque adeò, τὸν θεραπεύσαντα δεῖ σκέψασθαι τοὺς τρόπους νούσων diverſas morborum præſentium vel imminentium facies, modos ὑπάρξεις atque Ideas. In his tota Theoria conſiſtit, atque hinc certiſſimæ & firmiſſimæ petuntur curandi Indicationes. Intimos iſtius Nobiliſſimi Subjecti receſſus Mentis acie perluſtranti mihi, præter Temperamentum univerſale

ſale calidum & ſiccum (bilioſum, ab humoris præpollentis in mixtione copiâ, vocitant) occurrit admodum inæqualis partium intemperies, quæ ut incurando poſtquam Corpus Morbo affectum jacet, difficultatem invehit & prudentiſſimi utique atque experientiſſimi exercitatiſſimique Medici manum poſtulat, ita longorum & complicatorum Affectuum ferax eſt, ob qualitatum contrariarum in diverſis locis æqualem potentiam, quarum colluctatio, atque adverſus ſe invicem Actio mutua, ſingularum Vires auget, ita ut ſingulæ excellant, in ſuo gradu, frigida intendit, calida incendit ἀντιπερίστασις. Ventriculus in eo frigidior, malè coquit, Cruditates congerit, patitur diſtentionem à varietate ſuccorum, quos vicinæ partes in ejus cavitatem eructant, unde Ζύμωσις fermentatio. Cruditates æquè generant calidi atque frigidi humores, cum omnis exceſſus actionem vitiet. Attamen ſive propriâ temperie, ſive caloris ob vicinum Ignem diſſipatione, ſive Cerebri ſeſe in ipſum exoneratis culpa, Stomachum frigidum eſſe conſtat. Callidiſſimum Hepar Bilis flavæ proventu uberrimo luxurians, quæ fervidiſſima ut accendit in naturalibus τὸ ἐπιθυμητικὸν, ſic in Corde τῷ θυμῶση Pabulum ſubminiſtrat, unde ſequitur ad Iracundiam Propenſio naturalis; quæ tamen præceptis Philoſophicis quibus non tinctus modò ſed imbutus eſt penitiſſimè Dominus Ratione duce refringitur atque obtunditur. Bilis, Calore, Acrimonia, Amaritudine Naturæ eſt infeſtiſſima, omniumque Humorum qui adhuc in Caloris nativi regimine poſiti ſunt peſſimus ſuccus appetentiam dejicit, Ventriculum irritat, Coctiones pervertit, cum ſalſis permixtione fermentationes facit, ſuperiori aeri vellicantibus Fumis nocet, & dolores in quamcunque partem incubuerit ab aliis Humoribus ſeparatus creat.

Si continua, caloris gradu per copiam materiæ aucti, præſentia incraſſetur, faceſſit facilè in Melancholicum ſuccum atrum, ſuccum à Naturâ alieniſſimum. Primam coctionem his de cauſis minùs abſolutè perfici neceſſe eſt, cujus materiam, Chylum nempe, dum Meſaraici Surculi deducunt, inſugens atque attrahens Hepar, glanduloſa Corpora vaſorum diſtributionibus ad firmamentum appoſita, imbuuntur facilè; in Corporibus hiſce inertibus, quorum calor eſt Languidus, Facultates potius paſſivæ quàm activæ, quod exceptum ſemel eſt, hæret diutiſſimè, nec vel à torpente Calore conficitur, vel à parte pigrâ expellitur. Inde obſtructiones, quas Spirituum & Caloris proprios tubos minus alacriter per Errantium Segnities fovet. Spiritibus meatus naturales pertranſire nequeuntibus infrigidationes fiunt ob Stationem, inquit Summus Dictator. Obſtructio Morbi in meatu, Materiæ collectionem præſupponit, hac quantitate increſcens tumorem facit. Talis, magnus, tenſione potius & plenitudine, quam concretione aut ſiccitate durus tactui patet, occupans totam ferè Hypogaſtrii Abdominis partem dextram, quæ à cavis Hepatis ad Ilia protenſa Inteſtina cum Meſenterio continet.

Potius pertimeſcendum, quam præſens, ſaltem quod moleſtiam inſignem inferat malum. Pars iſta, Meſenterium dico, & tumores & abſceſſus citra dolorem diu patitur. Pus etiam per multorum Annorum decurſum ſine ſenſu, congeſtum, ruptâ Vomicâ ſalutariter aliquando fundit in Meſenterio Chronicorum omnium ferè Morborum radix & fundamentum, & ea mala majorem diligentiam poſcunt, quæ dum altum inducunt Corpori otium, & ſenſitivam facultatem ſecuram eſſe jubent ſenſim in Corporis perniciem capeſſunt incrementum. Lien melancholico ſucco turget, quem quî non generet, & accumulet Illuſtriſſimus Comes cùm tot ſuſtineat & tanta negotia ſolus? Quorum gravitas & in regni firmamentum incredibile pondus, quodvis temperamentum, licèt æquâ lance inter qualitates libratum daretur poſſet immutare, ne dicam pervertere. Curæ edaces, vim faciunt Corporibus, & quò fœlicius Ingenium eò magis viget in Corporis Infortunium humore iſto ab aduſtione & ſuâpte naturâ atro: Lien tumet præter rationem durus atque rotundus, cui vitio Anſam non minimam præbet intermiſſum Hæmorrhoidalis Sanguinis certis Periodis utiliter olim perfluere ſoliti beneficium. Calidi Renes in parilitatem Intemperiei cum Hepate congermaneſcunt in quibus, vel Seſſione, vel paſtu ſuſcitatus Ignis per habitum rariſſimæ texturæ difflatur in ſudores. Focus iſte Veneris continet & ſuſcitat Igniculos, quibus dum hominis materia ſpeciei conſervationi dicata ſervet, fit iſtius utilis incrementi per Somnum profuſio non inſalubris. Cor vivifici Caloris fons ejus ad exceſſum uſque præſentiam experitur, neque ſanè cordatiſſimum Virum eò niſi ſupra vulgus prædictum ac perfuſum eſſe decebat. Dolendum, quod Nutricis culpâ, in anguſto locatus ſit Pulmo, qui cum arctiori concluſus Ergaſtulo tam ſtrenuè, vivido calore plenus ſe defendat ab Influxu, quid de eo ſperandum ſi ex naturæ bene habentis ita præſcripto, ſuam ſortitus eſſet conformationem? Cerebrum humidiſſimum atque frigidiſſimum τοῦ ψυχροῦ ϗ τοῦ κολλώδεος μητρόπολις Canticem præcocem invexit & perpetuâ animæ contentione fatigatum. Neque enim inconcuſſa ſecuriter externis Cauſis & temporis illudere prout Animæ Rationalis inſtrumenta, Excrementis appletur, quorum liquidiorem partem in Dentes ſæpiſſimè, in Ventrem aliquando oborta longa Diarrhea depoſuit tenaciorem & magis viſcidam in ſua Emunctoria, Adenas, unde tumores pituitoſi, & glandula, γάγγλιον quod ſua Cyſti Phlegma ſalſum putredine Aere redditum continet. Fuligines etiam Corpus habent, nec carent Acrimoniâ, furfurum Caput obſidentium iſta eſt materia quemadmodum partim Bilis tenuiſſimus Florum ab Hepate & Hypochondriis per venoſum genus in Cutem expulſus, partem ſalſus Ichor à Cerebro ad extima amandatus Herpetem fecit, & continuis Cauſarum, generatione appulſu, atque inhæſione fovit diutiſſimè cum Pruritu & Inflammationis indice rubore; Apthas eædem Cauſæ excitant, Bilis Ventriculum ſæpius obſidentis Amarulentia, per continuitatem internæ Æſophagi tunicæ in Palatum & Linguam diffuſa & Seri ſalſi à Capite defluxio.

Ex his fuſiùs ad majorem perſpicuitatem expoſitis patet calidi plurimum, frigidi multum huic ineſſe ſubjecto; patet inſuper circulari veluti calamitate, infima ſummis, ſuprema Imis conſentire, ſibique mutuum indicere bellum Meteoriſmo & decubitu ἀναῤῥοπία & καταῤῥοπία.

Ut Curatio Morborum, ſic & Præcautio ita inſtituenda eſt, ut te Cauſæ Morbi opponas. Sic enim ſolvitur id quod Morbum in Corpore fecit, aut facturum eſt, Natura victrix exultat, hoſtium numero vel viribus preſſa fatiſcit, Medici partes ſunt tollere Impedimenta πρόσθεσιν inſtituere καὶ ἀφαίρεσιν, & piiſſimæ Parenti conciliare agendi libertatem quam nacta Præceptore non in- φύσεως ἁπάντων ἀδίδακτοι. Quod ut commodè atque ex arte fiat ſervatâ Virium delicatuli Subjecti, & Remediorum proportione, hiſce nos inſiſtere decet intentionibus, quæ jubent in primis & ſuper omnia totum Corpus, atque in eo caloris exceſſu pecantes partes refrigerare & humectare.

Contrariorum contraria ſunt Remedia. In Intemperiei correctione hujus viri Salus ſita eſt, quod dum tentabitur, reſeranda obſtructa, procurandus liber Spiritibus commeatus, moleſtiſſima Humorum & Naturæ graviſſima ſarcina præparata, per vias convenientes educenda eſt, eâ ſervatâ Lege, ut pro neceſſitate mox Regiones omnes ſucceſſivè, mox ſingulæ repurgentur. Meſenterii tumor ſolvendus, & quamprimùm tollendus eſt metu gravioris incommodi. Lien priſtino ſtatui reſtituendus, atque ejus ſequax & molliuſculum reddendum Parenchyma. Is qui vel in eo vel circa eum ſtabulatur, ater Sanguis vacuandus; Calefaciendus moderatis, quæ ejus fines non excedant Ventriculus, atque ab eo avertenda pituitoſæ Cruditates, bilioſa, & Melancholica amara & acida Purgamenta, ita ſolidè diſcutientur ſublatâ cauſâ flatus, & pars robore, quod avidè expetit, donabitur. Temperandi Renes, in Genitalibus extinguendum frigidis, ſi non ab ipſis vacuandum Semen.

Vitalia præſervatione conſervanda. Cerebrum denique calefactum & ſiccatum, unicè roborandum, à ſubjectis arcenda fluxio, & quod habitui, impingitur Serum, ſi per ſudorem non fiat vel per inſenſibilem tranſpirationem digerendum eſt, ita fiet ut ſubtracto fomite, & perenni humoris lupiam γάγγλιον adaugentis affluxu vel evaneſcat, vel maxima ex parte minuatur ſalva Cyſtis ἐπάρξη præſentia quæ Chirurgicum petit Auxilium, ita curabitur Herpes derivatâ, revulsâ, vacuatâ ejus materiâ, atque evaneſcente eo qui Cutem imbuit ſucco, ea mollis & laxa evadet, quæ nunc dura eſt, & aliquantulùm renitens.

Agenda iſta ſunt, quibus ad aptatum finem perducendis ſubſervient, victus Ratio, Pharmacorum ordine aſſumptorum, admiſſorum, admotorum artificioſa ſeries, manus perita.

Diætetices ſcopus ſit refrigerare, humectare, aperire, ut Pharmaceutices præparare, vacuare, roborare.

Veſcatur Illuſtriſſimus Comes Cibis εὐχυμοῖς εὐπεπτοῖς Carnibus juniorum Animalium, Agni, Vervici, Vituli, Pullorum gallinaceorum, Columbinorum, Perdicum, Phaſianorum, Cuniculorum Sylveſtrium. Avicularum Montanarum quovis tempore, præſertim in Prandio. Elixa præferat Aſſis. Utatur Juſculis alteratis Borragine, Bugloſſ. Oxal. Oxylap. Pimpinell. Lactuc. Cichor. Endiv. Portulac. taleol. Pom. redol. & Limon. ipſoque Mali Citrii Succo Calidioribus diebus ut nunc per Canicularia Æſtum Mane Horis *iv*. ante Prandium ejuſmodi Juſculum ſorbeat, cui ſi aliquid Cereviſiæ ſuæ Analogum poſtulat nonnihil Chinæ ventre Pulli cum Hordeo & Uvis Corinthiacis ac ſemine Melonum incluſum adjicitur. Aſſatæ Carnes ne in Butyro natent pinguia bilioſis noxia, quæ inflammantur facilè, vileſcunt, obſtruunt & Caput exhalationibus tentant. Abſtineat à ſalſis, piperatis, acribus, vaporoſis craſſis, fœculentum Sanguinem & retorridum gignere aptis, quales ſunt Bubulæ, Cervinæ Carnes, præſertim Sale multo & ſpeciebus Aromaticis conditæ. Nocent Lucanicæ, Sanguine plena inteſtina, linguæ pipere & muriâ medicatæ, Laridum Pernæ & omnia Salſamenta. Nocent Aromata, mellita, Saccharata. Ex aceteriis proderunt Lactucæ novellæ, Endivia, Pimpinella, Cichorium, Portulaca, Summitates Agrimoniæ, addito Aceti, Olei recentis non raucidi modico, & Sacchari tantillo, cum Pineolis etiam & Paſſulis Corinth. idque Æſtivâ tempeſtate. Ova ſorbilia, leviter cocta in Aquâ fracta boni ſunt alimenti. Piſces recentes ſi quando appetat, boni, Trutta, Lucius, Perca, ſaxatiles omnes; & interMarinos primas tenet Solea. Vino vel Aceto incoquantur, modeſtè condiantur, vitentur Zinziber & Piper. Lac in bilioſis facilè corrumpitur, ſi ejus uſum appetat Ventriculus ſolùm cum Saccharo (quod loco Mellis ejus coagulationem impedit) & Pane aſſumatur. Vitet Caſeum, præſertim vetuſtate acre & Linguam vellicans. Fructus proprio tempore conceduntur. In primâ Menſâ, vel ut meliùs longiuſculè à Cibo Fraga, Ceraſa, Pruna Damaſcena, Præcocia pauciſſima. In ultimâ Menſâ Pyra, & quæ pro bellariis ſunt & Stomachum claudunt, Citri Cortex molliuſculus conditus, vel Aurantiorum, Cydoniatum, Myrobalani conditæ. Nuces habent qualitatem καρυβαρικὴν. Uvæ ebulliunt in viſceribus & fumis Cerebrum opplent. Mala Perſica facilè putreſcunt, ut Cucumeres, & Pepones, qui tamen maturi, longè à prandio, vel ſaltem initio Menſæ cum Sale vel Saccharo & Pane ſobriè mandi poſſunt diebus fervidioribus Panis ſit albus, levis, probè ſubactus, bene fermentatus, optimè coctus. Potus ſit Cereviſia tenuis defæcatiſſima & limpidiſſima. Si Vinum velit, ſit Gilvum, aut ſaltem rubellum, minùs ſaturatum, dilutiſſimum. Vinum album generoſius improbatur,

batur, quod Cerebro, Nervis Articulis obeſt, aquoſius vim infert Stomacho, eum exſolvit, & digeſtionem præcipitat, Reneſque præpropero effluxu, ne dicam tranſitu, fatigat.

Hiſpanicum, vel ſimile adurens, ut peſſimum fugiat, neque credat calidiſſimis ſuſtentatum iri Ventriculum, hæc licet ipſo aſſumptionis Momento prodeſſe videantur, fugax eſt iſtud levamen, quod nocumenti conduplicatione poſtmodùm compenſatur. Ordinem viro qui nihil facit inordinatè præſcribere, importunum. Ut quantitatem ei qui tam temperans eſt, ut nihil ipſe unquam, nimis. Sanitatis hæc eſto Regula ex Hippocrate,

Σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια πάντα μέτρια.

Aër temperatus eſto, calidus Spiritus accendit, neque eſt æquum ut aridum Corpus ſeſe radiis ſolaribus uſtulandum exponat. In Frigido minus Periculum, niſi quod macerum & exile ſubjectum, frigori nimium patet. Siccitas lima caloris eſt cum Frigore conjuncta noxia omnium minime infeſta, infenſa moderata humiditas.

Exercitia omnia ſint mediocria, & horis idoneis, nunquam pleno corpore capeſſantur. Deambulatio paulò ante paſtus, Equitatio, Vectio in Rhedâ, frictiones matutinæ univerſales, veſpertinæ circa Artus optimæ. Is quem fortunæ Genius claræ addixit & honorificæ ſupra omnem Invidiam alligavit conditioni, ejus Oneri ut incumbat neceſſe eſt, quæcunque Vita ſedentaria maxima ex parte inducit incommoda ex excercitatione diſcutiantur. Veneri aliquando indulgere erit proficuum, alias Naturam quam Salaces inflant & ad Orgaſmum incitant Spiritus ſi non effundi, ſaltem extingui & conſumi neceſſe eſt. Somno recreari debet Cerebrum, cujus vis perpetuo Animæ motu exſolvitur, & cum Spiritibus Calor diſſipatur. In hoc ſuam ipſe novit Dominus Regulam, eique hoc ſenſuum ſuave vinculum neceſſitatis modio metiri datum eſt. Dormiat, quantum ſatis eſſe ſentit, neque vigiliis ut nec inediâ Corpus maceret, aut exſuccum magis ac magis torreat.

Corpori leges dictat Medicina Animus verò præſertim excelſus, Vinculis ſolutus, omne detrectans Imperium, in ſuâ gaudet urgetque μεγαλοψυχία. Itaque non juſſuri, ſed ſuaſuri edicimus tranquillitatem, quantam ardua negotia, ſinent & Reipublicæ ſalus quæ in rectrice, gubernaculo affixa manu conſiſtit. Motus animi in Rationis ſunt poteſtate, Is qui eam regit, & ab ea regitur ipſam vel contra Naturæ Decreta ſequatur ducem. Dictum ſapienti ſatis eſt.

Denique quidquid in Corpore coctionum Natura quæ in ſeparatione puri ab impuro ſuam habet ὀυσίαν ſuperflui quotidie ſecernet per loca conferentia arte expellatur, niſi ſuo parte motu hanc moliatur expurgationem. Quod de morbis Hippocrates, nos de Excrementis. Eâ parte, quâ proxima ſunt educantur & quâ parte ſingulis exitus eſt quam proximus, extrahantur.

Huic Victus Legi ſubjungantur, imò connectantur & intermiſceantur Medicamina, quorum ſolemnium, & uſualium, (ut vocant) iſta ſit ſeries.

Purgatio univerſalis bis in Anno Vere & Autumno.

Clyſter.

Potio.

Apozem. alterans Julep. Juſculum cum Cremore ♀ ob tumorem.

Potio.

Bolus Cardiacus.

Juſcula alterata, cum Cremore Tartar.

Fotus tumores emolliens, diſcutiens, relaxans.

Litus.

Emplaſtrum.

Fotus Lieni litus.

Balneum poteſt eſſe pro Fotu.

Balneum quod Æſtate mediâ etiam optimo cum ſucceſſu uſurpabitur.

Serum lactis clarif. cum* Syr. de Pomis Julep. Alex. Hoc Remedium etiam Æſtate præſertim per dies Caniculares erit utiliſſimum.

Juſcula alterata ſine Tartar.

Lac Aſininum, Vere, Æſtate, Autumno.

Hæmorrhoides provocentur, aperiantur,

Cereviſia conſueta Hyeme ſumenda bis in die, aliis tempeſtatibus, quibus manè aliud quid aſſumet, Horâ unâ ante Cœnam tantum componenda ex Lentiſco, China, Zarzâ. Ligno Nephritico. Nihil hic eſt ſcorbuticum, ſed admiſcenda ea quæ Hepati conferre, & Sanguinem mundare valeant vulneraria Ophiogloſſum. Brunella Fumor. Agrimon. Oxalis minuta, Gramen. Ering. Filix ad aperiendum.

Ordinaria.

Clyſter quovis tempore paretur elect. Lenitivum refrigerans.

Syrupus Magiſtralis ſemel in Menſe, vel etiam alternis Menſibus ex Sen. Agar. Rhab. Caſſ. Mann. Viol. Syrup. de Pom. ſolut. Sacch. Cand. Corpus iſtud ſiccum non eſt ſerò exhauriendum.

Pilulæ uſuales ſemel in Septim. Vere, Autumno, Hyeme Pruna lax. vel Paſſul. Æſtate.

Juſcul. cum Sen. & Tartar. Sen. ʒ i. Tart. ʒ ß. vel ℈ ii. Tinctur. purg. ex Limon. ſucc. vel tantill. Spiritus vitr. cum ʒ i. Sen. vel ʒ ii.

Ad Intemperiem prædicta Lactis ſerum. Juſcula, Cereviſia, Aqua Lentiſci Lac. Aſininum Balneum.

Roborantia & partibus ſingulis Convenientia.

Ventricul. Pulvis digeſtiv. canelat. Corticis Aurantiorum & Citri bis coctum, Saccharum Aniſatum ad flatus.

Hepat. Tinctur. Flor. Cichor. Viol. Borrag. Bugloſſ. Veronic. Roſarum lictus Oxyrrhad. poſt Baln.

Lien. Syrup. de Pomis redolentibus magiſtralis Opiata Chalybeata, in qua videndum ne nimiùm ſicces lenientia mollientia refrigerantia, Conſerv. Malv. viol. Nenuph. admiſcend. Chalyb. per 🜍 præparat.

Pulmon. Lac Aſininum.

Renib. Conſ. Flor. Nenuph. Malv. Viol. litus refriger. camphoratus ad ἐξονειρωγμὸν.

Clyſter refrig. urgente calore Renum.

Cereb. ſaccul. Pulvis anicul. cypr.

Suffitus pro cubiculo & operimentis Capitis.

Apht. collutio ex tincturis cum Aq. aluminoſâ, Roſis, florib. Scabioſ. Caprifol. Buglæ, Brunell. Aq. Plantag. Roſar. Spir. Vitriol. & pauco Alumine, vide ne ligentur dentes.

Ad Dentes præſervandos à Carie Aqua præſcripta pro Rege, quâ colluat Dentes & Gingivas quotidiè Mane.

Ad dolorem Dentium, Emplaſtrum Trochiſci, Aqua alii Camphorata Ol. Camphoræ Ol. Caryoph. Vitrioli Laudanum meum Collutio ex Perſicar. & Hyoſcyam.

Ad Lupiam, Emplaſtrum Montgomeri.

Ad Herpet. Aqua ☿ alis Lotionis Pulveris Emetici, cui addit. ſit tantill. ☿ ii. In Aq. fort. diſſol. Temper. Aq. Roſ. Plantag. Aluminis Phlegmat. ſpermat. Ren. apis mirab.

De Phlebot. Cauterio Hirud. Cucurbitul. de Laconico.

Vere & Autumno inſtituatur Purgatio univerſalis, quæ ſingulas regiones ordine enerrat, & præparatos Succos peccantes commodè & delicatulè ducat, relictâ in partibus intemperiei correctrice qualitate. Proximo Autumno eam ſic aggredi operæ pretium fuerit.

℞ Fol. Malv. Alth. Violar. Senecion. Atripl. Parietar. an. M. i. Flor. Nenuph. P. iii. Flor. Chamæm. Melil. an. P. ß. Semin. Aniſ. & Fœnic. an. ʒ ii. Semin. Melon. rec. ℥ ß. Ficuum ping. par. *iii.* Hord. integ. P. ii. Fiat omnium decoct. in ſero Lact. recent. Cape de Colat. ℥ xii. In quib. diſſolv. El. lenit. ſequent. ℥ ß. ʒ vi. vel ℥ i. Mell. Viol. Sacch. alb. Butyr. rec. an. ℥ i. Vitell. Ovor. Nº. i. Ms. Fiat Clyſter. Injic. circa Veſperam pridie Purgationis levi Cœnâ ſubſequente, vel ſi metus ſit à nimiâ purgatione, injiciatur manè.

Electuarium Lenitivum. ℞ Glycyrrhiz. recent. Polypod. an. ℥ iii. Rad. Alth. Rhabarb. Monachorum Oxylap. vulg. an. ℥ ii. Rad Cichor. Nenuphar. Oxalid. Petroſ. an. ℥ i ß. Fol. Malv. Parietar. Acanthi, Atriplic. utriuſque Senecion, Souchi Agrim. Fumar. Salicis an. M. i ß. Flor. Nymph. utriuſque Violarum an. P. iii. Semin. iv. Frig. maj. rec. an. ℥ ß. Sem. Alkek. ʒ v. Semin. Fœnicul. Apii Petroſ. an. ʒ iii. Fiat omnium decoct. clarif. & colat. In qua infund. & decoq. Fol. Orient. ℥ iv. Agar. albiſſ. ℥ ii. In expreſſione reducta ad Mellaginem diſſolve Pulp. Caſſ. Pulp. Uvar. Corinthiar. Pulp. Tamarind. extract. cum decoct. præced. part. an. ℥ iii. Sacchari albiſſimi ℥ viii. Mannæ Calabrin. ℥ iv. Pulver. ſubtiliſſ. fol. ſen. ℥ i. Pulv. Glycyrrh. ℥ ß. Pulv. Sem. Aniſ. & Anethi an. ʒ i ß. Ms. Reduc. ſecundum Artem in elect. Clyſteribus permiſcendum ad quantitat. primo minimam, ut ℥ ß. vel ʒ vi. Deinde majorem, ut ℥ i. vel ℥ i ß.

Poſtridie Clyſteris, purgetur ſequenti Syrup. Magiſtrali, qui in uſum paratus exactiſſimè conſervabitur.

℞ Fol. Sen. mundat. ℥ iii. Rhab. electi ℥ i *ß*. Agaric. rec. Throciſcat. ʒ vi. Semin. Fœnicul. dulc. & Aniſ. an. ʒ i *ß*. Santal. Citrin. ʒ iii. Cinam. ʒ ii. Conciſa omnia & diligenter contuſa infundantur per biduum Vaſe vitreo probè obturato in B. M. in eâ quantitate Aquarum ſtillat. Fumar. Cichor. Bugloſſ. quæ ſupernat vi. digit. calore blando. Mox poſt leve caloris augmentum fiat expreſſio, cui add. (Syrup. Violarum ſolutivi) Syrup. Roſ. & de Pomis ſolutivi an. ℥ iv. Mann. Calabr. puriſſ. ℥ iii. Sacch. candi ℥ v. Ms. atque Ceutâ exhalatione in B. fiat Syrup. perfectè coctus, cujus Doſis ſit ad ℥ ii. è Ptyſanâ vulgari, vel alio conveniente liquore. Quod ſi aliquem ſtimulum addere opus fuerit, ℞ Fol. ſen. mund. ʒ ii. Caryoph. Nº. ii. vel Cynam. ℈ *ß*. conciſ. macer. per noct. in Aq. prædict. ut Fumar. Endiv. Bugloſſ. manè, poſt levem fervorem fiat expreſſio in quâ red. ad ℥ ii. Diſſolv. Syr. præſcripti ℥ i *ß*. vel ℥ ii. Ms. Fiat Potio, detur in aurorâ horis tribus ante Juſculum.

℞ Radicum Cichorii Graminis Tarax. Oxalidis filic. Fœm. Fragar. Oxylap. an. ℥ i. Rad. Altheæ ʒ vi. Fol. Agrimon. fumar. Pimpinell. Trifol. Acetoſ. Acetoſell. ſylveſt. & rotund. Capillar. omn. an. M. i. Epithym. cuſcut. an. M *ß*. Flor. iii. Cordial. & Nymph. an. P. i *ß*. Semin. Citrin. ʒ iii. Sem. Alkek. & Melon. integ. an. ʒ ii *ß*. Paſſul. purg. Cappar. à ſale mund. Cicer. rub. an. ℥ *ß*. Fiat omnium decoct. & Colatura lev. coctur. Reduc. ad ℥ xx. In quib. diſſolv. ſucc. depur. Pomor. redol. & verber. Julep. Alex. an. ℥ ii. Ms. Fiat Apozem. clarif. Aromat. ℈ iv. Santal. Citrin. pro iv. Doſibus bis in die ſumend. longè à paſtib. contin. per quatriduum.

Iteretur Potio purgans præſcripta cum debitâ cuſtodiâ.

Poſt Vernam purgationem utiliter inſtituetur Balneum Aq. dulc. tepent. alterat. Fol. emoll. & refrigerant. uſurp. per quatriduum, vel per *vi*. Dies manè. In quo moretur citra faſtidium aut ſudorem, inde lectum petat, & deterſo madore liniantur Hypochondria Oxyrrhodino.

Sequatur uſus ſeri Lactis recent. Clarif. in qu. per noct. ſub die macerat. fuere Fumar. Agrimon. Bugloſſ. Pimpin. in Colatur. ℔ i. Diſſ. Syrup. de Pomis redolentibus ℥ i. cap. ℔ i. ℔ i *ß*. ℔ ii. juxta Operationem & Ventriculi tolerantiam per dies *x*. vel *xv*. His ſubjungatur potus Lactis Aſinini, quod cum Sacch. Roſ. ℥ i. ad ℥ viii. Bibatur quotidiè manè per totam Æſtatem Horis *iv*. ante Prandium.

Nunc vero quoniam tumoris, Abdomen occupantis, præſentia urget, ejus diſſipationi poſt Purgationem repetitam ſtrenuè & ſeriò eſt incumbendum, itaque per Menſem integrum ſingulis matutinis exhibeantur Juſcula ſequentia.

℞ Gallum veterem, qui Virgis cæſus deplumatus Vinus occiſus & exenteratus repleatur ſequenti Farcimine. ℞ Radic. Alth. ʒ iii. Radic. Gramin. Petroſelin. an. ℥ *ß*. Cappar. à ſale mund. Cicer. rub. Paſſul. Corinth. an. ʒ iii *ß*. Semin. Melon. rec. in aq. Roſ. infuſ. ʒ v. Sem. Alkek. ʒ ii. Pom. redol. per taleol. ſect. Nº. i.

conſutus elixetur cum Fruſt. Carnis Vitulinæ, addendo ſub finem decoctionis Fol. Oxylap. Hortenſis an. M. ß. Summit. Calendul. & Charyophyl. an. P. i. Reduc ad. quantit. unius Juſculi, in qu. colato diſſolv. Cremoris Tartari albi per diſſolutionem parati ʒ i. Ms. Exhib. horis quinque ante Prandium. Horâ dimidiâ ab ejus aſſumptione fiat Fotus ſequens parti tumenti.

℞ Radic. Alth. Polypod. an. ℥ iii. Rad. Ireos utriuſque Aſari Chelid. majoris, Tarax. Filicis an. ℥ ii. Rad. Enulæ & Bryon. an. ℥ i. Fol. Eupatorii utriuſque Agrimon. Chariophyl. Chamædr. Chamæp. Ceterach. an. M. i ß. Fol. Parietar. Malv. Violar. totius an. M. ii. Flor. Chamæm. Melilot. Geniſt. Ebuli. Sambuc. an. P. ii. Semin. Lini ℥ i ß. Semin. Anethi & Fœnicul. Sylveſt. an. ʒ vi. Ligni Rhod. Cortic. Aurant. an. ℥ ii ß. Fiat omnium decoct. in tribus partibus Oxycrati & unà Vini albi, pro fotu partis dictæ uſurp. è Spon. Latis intinctis & expreſſis viciſſim, applicand. per Horam integram quavis vice.

℞ Succ. Ebuli ℥ vi. Succ. baccar. Sambuc. ℥ iii. Succ. Chamæmel. Parietar. Apii an. ℥ ii. Vini Hiſpanici ℥ viii. Florum Geniſtæ P. vi. Axung. Suill. recent. Ol. Amygdal. dulc. rec. extr. ſine Igne an. ℥ vii. Spermat. ceti ℥ iii. Olei Nuc. Moſch. per expreſſ. parat. ℥ i. Ligni Rhod. Santal. citr. ſubtiliſſ. raſ. an. ʒ vi. Fiat omnium decoct. ad Succorum conſumptionem, Expreſſio ſit pro litu uſurpando circa tumorem diu multumque fricando manu calefactâ & repetend. frictionem circa noctem in ingreſſu lecti.

Duo hæc Remedia Lieni quoque applicabuntur utiliter, atque Juſculorum totam partium naturalium Structuram penetrantium adjuvabunt actionem.

Medicatam Cereviſiam, quâ per aliquot jam Annos fœliciter utitur, Comes Illuſtriſſimus, non improbo. Hippocraticum illud eſt de locis ſemper modus, qui nihil prodeſſe deprehenditur in alium commutandus eſt, qui ſi etiam ipſe gravius redierit malum, ad contrarium te convertas. Sin verò lenius, nihil eorum quæ adhibentur auferre oportet, neque quidquam aliud vel ſejungere vel adjungere. Idcirco huic remedio inſiſtendum arbitror, eâ tamen lege, ut efficacius & minus noxium magiſque conveniens reddatur ad Hepatis, Lienis, Meſenterii, totius maſſæ ſanguineæ vitia emendanda hoc modo.

℞ Radic. Chinæ ℥ vi. Zarzparill. ℥ ii. Radic. Oxalid. Ering. Gramin. Filic. Fœm. an. ℥ i ß. Foliorum ſicc. Agrimon. Ophiogloſſ. Flor. Buglæ Brunellæ an. M. ii. Flor. Bugloſſ. Violar. ab herbaceo capul. mundat. an. P. iv. Iſtis conciſis contuſis Sacculo lineo è Telâ levidenſi concluſis affund. Cereviſiæ lupulatæ tenuioris ab ebullitione calentis ℔ xxxii. Sinantur fermentari, poſtquàm deferbuerint, fiat Tranſvaſatio. Capiat iſtius Liquoris ℥ viii. Horâ unâ ante Cœnam, iis diebus quibus vel Juſculum, vel aliud quid aſſumet ſive Medicamentum, ſive alimentum Medicamentoſum. Aliis autem diebus, præſertim Hyeme, cap. bis in die Horis conſuetis. Æſtate ut prorſus ab hoc remedio abſtineat, ſuadeo.

Hæc ſunt, quæ in rem præſentem, juxta hodiernum diſpoſitionis ſtatum mihi videntur maximè neceſſaria, quibus accedere oportet ea quæ uſualia dicta, quotidie in uſum revocanda ſunt, cum ad minuendam excrementitiorum humorum congeriem, in ipſo ortus momento, tum ad partes certas roborandas, tum ad præcavenda quædam accidentia.

Quoties Alvus libere non fluxerit, injecto Clyſtere præſcripto ſubducetur.

Ventriculus cum Meſenterio ſequentibus per intervalla everratur, atque ita ab ipsâ radice tollatur malorum ferè omnium fundamentum.

℞ Aloes in ſucc. depur. Roſ. pallid. Cichor. & Abſynth. quater diſſolut. & per evaporat. coagul. ℥ *ß.* Extract. Sen. & Rhab. an. Aq. Betonic. & Endiv. parat. an. ʒ iii. Maſtich. ʒ i. Salis gemm. ʒ *ß.* Ms. Fiat maſſ. pilul. de qu. cap. ℈ i. Horâ unâ ante levem Cœnam *x.* quoque die vel *xii.*

℞ Fol. ſen. Mund. ℥ iv. Cinamom. Caryoph. an. ʒ i. conciſ. minutiſſ. irror. Vino alb. odor. infund. per biduum ſuper Cinerib. calid. in eâ quantit. Aq. fontan. cum pauco ſucco Limon. acidul. quæ ſupernat vi. digit. Mox poſt aliquot Ebull. lev. fiat expreſſ. & Col. in qu. Macer. prun. Damaſcen. acu. punct. & lot. ℔ i. idque per hor. *xii.* tepidè, deinde fiat Liquoris à Prunis ſeparatio, cui add. Mann. Calabrin. ℥ iii. Sacch. Cand. ℥ v. Fiat veluti Syrupus Prunis affundendus ut in eo conſerventur. Capiat duo vel tria Mane, vel etiam horâ unâ ante Prandium, quoties blandiùs volet purgari, ſine cuſtodiâ.

Hæc Remedia conveniunt in primis, iis tempeſtatibus, quibus vel eſus multorum fructuum cruditatibus primas vias opplet, vel acris craſſities, aut frigus exhalationi fuliginum officit, unde Humores denſati ad centrum veluti relabuntur & Morbos pariunt, Autumno & Hyeme.

Coctio Ventriculi hoc Pulvere juvetur.

℞ Semin. Aniſ. & Fœnicul. dulc. an. ℥ *ß.* Coriand. præparati ʒ iii. Cortic. Citr. & Aurant. condit. ſicc. an. ʒ vi. Margar. præpatar. Corall. rub. præparati an. ʒ ii. Spodii ſuccini albi præparati an. ʒ i. Ambr. griſ. ℈ iv. Sacchari roſati quadruplum pondus omnium. Ms. fiat Pulvis ut Alkool. utend. è Cochleari Horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus.

Caput quotidie manè diu pexum, & ſedulò fricetur ad calorem uſque & cutis ruborem ſacculis ſequenti Pulvere farctis.

℞ Roſarum rubrarum ℥ iv. Ireos florent. ℥ viii. Calami Aromati Cyperi an. ʒ vi. Summitat. Majoran. ℥ i. Flor. Lavendul. ℥ *ß.* Sem. Coriandri ʒ x. Charyophill. ʒ ii. Succini Spodii Ligni Rhod. an. ℥ ii. Miſceantur omnia, atque in vaporatorio extenſa ſuper Telâ rarâ ſufficiantur decies aut duodecies Pulvere Stiracis & Benjoin. Fiat Pulvis craſſiuſculus includendus ſacculis ad uſum.

Eodem Pulvere utiliter conſpergetur Capillitium veſperi, qui in Aurorâ ſequente Pectine deturbabitur, atque ita, ſiccato Cerebro, arcebitur, & minuetur matura fluxionum.

Suffitu in Cubiculo facto, & excitato Fumo, Aër reddetur medicatus.

℞ Ladani puriſſ. ℥ iii. Styrac. Calam. Benjoin. an. ℥ ii. Santal. Citr. lign. Rhod. an. ℥ ß. Calam. Aromat. Ligni Aloes cortic. extimi Citri an. ʒ ii ß. Flor. Lavendul. Charyoph. an. ʒ i. Sacch. Cand. ℥ i. Ambr. griſ. ʒ ii. Carbon. ſalic. duplum pondus omnium. Fiat omnium Pulvis ſubtiliſſ. excip. muccag. Gumm. Tragac. extr. in Aq. Naſt. & Roſ. Forment. Avicul. Cypr. quæ ſicca inunguantur mixturâ ex ʒ i. Moſchi & ʒ ß. Zibetti & ʒ i. Butyr. flor. Aurantior.

Aphthas, Palato, Linguæ & Gingivis infeſtas, citò perſanabit Liquor ſequens.

℞ Roſ. rub. P. iv. Aquæ Aluminoſ. Roſ. & Plantag. an. ℥ viii. Spiritus Vitrioli ℥ ß. extrahatur tinctura ut artis eſt. In colaturâ diſſolv. ſucc. moror. Sylveſtr. depur. ℥ iv. Alumin. rup. ʒ i. Sacch. cand. ℥ i. Ms. pro collutione Oris.

Vel ſola tinctura Roſarum extracta in Aquis præſcriptis, additâ octavâ parte Vini albi.

Dentes à fluxione præſervabit Collatio ſingulis matutinis uſurpanda.

℞ Aq. Roſarum & Plantag. an. ℔ i. Aq. Naſt. ℔ ß. Rad. Tormentill. ℥ ß. Nuc. Cupreſſ. Ireos flor. an. ʒ vi. Cynam. inter. ʒ ii. Alum. rup. ʒ i. Infund. per biduum, deinde fiat per chartam Colatura.

Dolorem Dentibus ſæpenumero moleſtum ſedabunt Emplaſtrum Arteriis temporalibus applicitum. Throchiſc. cavitati Dentis dolentis inditi Linteo ſuperpoſito, vel etiam Dente non cavo compreſſi Intermedio Linteo.

℞ Opii per Spirit. Acet. præparati ʒ ii. Croci ℈ ii. Caſtor gr. xv. Maſtich. ʒ ß. Gummi Elemi ʒ iii ß. Ms. fiat Emplaſtrum.

℞ Sem. Apii ʒ i. Sem. Hyoſcyam. ʒ ii. Styrac. Calam. Maſtich. an. ℈ ii. Pyrethri Piper. long. an. ʒ ß. Caſtor. Croc. an. ℈ i. Camphor. gr. v. Opii præparati ʒ i ß. Ms. & cum Balſamo Peruv. fiat Maſſa è quâ formentur Trochiſci.

Ganglio applicetur Emplaſtrum continuo geſtandum.

℞ Maſſ. Emplaſtri Diacalcith. Diachylon. Ireat. an. ℥ i ß. de ſapone ℥ ii. Pulver. ſubtiliſſ. radic. Cicut. ℥ ß. præcipitati albi ʒ vi. Ms. Fiat Emplaſtrum.

Si Herpes reviviſcat tangatur Aquâ ſequenti. ℞ Aquæ fortis diſſolutionis Mercurii ℥ ß. Aquæ lotionis Mercurii Vitæ Aq. Roſ. an. ℥ ii. Aq. ſpermat. Ranarum ℥ iv. Ms. ad ablutionem. Plura poſſent addi, verùm iſta in præſentiarum ſufficiant, quæ ad urgentiora mala præcavenda, & procuranda erunt ſatis.

Ne verò chirurgica auxilia omiſiſſe videamur. Phlebotomiam in tenui & ſicco ſubjecto neceſſitati reſervandum cenſeo, neque eâ promiſcuè utendum puto niſi generoſum hoc præſidium flagitet. Febris, in Pulmones fluxio, pertinax obſtructio, Sanguinis Fervor, & Herpetis rediviva moleſtia.

Hæmorrhoidalem fluxum lienoſo, Renibus calentibus & ſæpe dolentibus perneceſſarium cum Hippocrate pronuntio, is itaque qui deſtitit, minùs bonis Illuſtriſſimi Viri rebus provocetur in ejus commodum, frictione aſperiuſculâ Podicis balano ex Aloe, hirudinum ad Marginem Ani applicatione. Liberat à magnis Morbis hoc Purgationis genus, quo unicè & potentiſſimè poteſt materia Herpetis revelli. Pyroticis aliquando locus eſſe poſſet, quod tamen nihil frictiones univerſales incipiendo à partibus inferioribus. Ut in Diæteticâ dictum eſt, Poros aperient, & vacuabunt habitum, cui vix proficui ſudores, præſertim in Laconico excitati, ob temperamenti conditionem.

Faxit Deus O. M. ut iſta Illuſtriſſimo Comite benè cedant, cui ſiquidem cum ratione ſuadere, perſuadere eſt, finem facio, nec illud inculcandum exiſtimo Ἐυγχώρειν Ἐγχειρεῖν. Nullum Numen abeſt ſi ſit Prudentia, & in præcavendis malis Providentia, cujus cum poſſideat ἐντελέχειαν iſtius conſilii judicium, & applicationem tanto Viro ſubmitto lubens, longum vero, & votis omnium proborum reſpondentem, atque ex bonorum omnium voto uberrimum, ejus fructum ipſi ex Animo precor. Datum *Salisburii*, die 1 Auguſti 1611.

Dom. Comiti *Roffenſi.* 1 Septembris 1611.

Calida Intemperies in Hypochondriam vergens.

ANN. 26. & aliq. Menſ. Conſumptioni obnoxia Familia.

Nutricem ſuxit gravidam, unde male habuit.

Inter Annum 10 & 11. Febris continua.

Obnoxius Hemicraniæ per aliquot Annos.

Anno Ætat. 17. Catarrhus Febris lenta ἀποσιτία per ſe convaluit. Tandem tum fuit purgatus. Tumor Oedematoſus. Tunc in digeſtione labor per aliquot Annos. Ab eo tempore Hemicrania, Mictus frequens.

Fregit Tibiam ante quatuor Annos.

Febris Tertiana ante triennium, menſe Majo per *vi.* Septimanas paucis Remediis convaluit.

Ante Annum cœpit uti farinâ avenaceâ, & mutare victum. Julio, Auguſto 1610 benè habuit.

A pravâ iſtâ Victus lege paulatim cœpit malè habere, & digeſtio interrumpi, deinde Somnus, Caput ſudare, deinde totum Corpus, præſertim ſuperiores partes, ſine fœtore.

Sudavit per duos Menſes, Sudor autem abiit Abſtinentiâ mali Cibi, & tunc repleta Facies bono ſucco, ut credibile eſt.

1611. Februario, Martio malè digerebat, vomebat Pituitam amaram, limpidam, aliquando cum repletum eſſet Corpus.

Hypochondria tumida flatu.

A Medicamentis benè habuit.

Nunc non tantùm diſpoſitus ad eadem mala, verùm etiam iis aliquomodo conflictatur. Liquida & fatua ſpuit plurima.

Rheumatiſmo obnoxius. Non dolet Caput interruptus Somnus, præſertim ſi calida edat aut bibat. Si Humida, ſudat Noctu. Fluxio aliquando in Brachia & Spinam, nunc non.

Facilè humectantur Crines, Capilli ferro calido neceſſe eſt ut quotidie criſpentur.

Humidiſſimum Cerebrum.

Somnolentus nimiùm dormit.

Turbulenta Inſomnia. Loquitur Noctu dormiens.

Nunquam incubus.

Reſpiratio natura mala. Pulmones gentilitio vitio debiles.

Non eſt Tuſſi obnoxius.

Melius habet Hyeme quàm Æſtate naturaliter.

A fractura Tibiæ plane immutatum temperamentum.

Nulla Cordis Palpitatio, niſi quod in fine digeſtionis pulſant Arteriæ.

Malè digerit & cum Pulſatione & Calore quæ concocto Cibo evaneſcunt.

Pauci flatus.

Nulla aciditas, quæ ante fuit.

Olim facilè ſurſum ferebatur Bilis, nunc verò totus ſcatet Pituitâ.

Nulli ordinarii rugitus.

Avidus Stomachus, debilis tamen, olim peſſima, ſexies edebat quotidiè, Lac Avenam innoxiè.

Nunc ſi parùm prandeat benè cœnat, aliàs non ob vitium Stomachi.

Comedit Vervecinam, omnia Enchyma, Ceraſa, Poma non edit, nec noxam percipit. Frigida avidè à Stomacho expetuntur.

Alvus dura non dejicit quotidie.

Hæmorrhoides nunquam fluxerunt, tument tamen aſtrictâ Alvo.

Lien neque Hepar tument.

Meſenterium obſtructum dolet.

Dolor Renum nullus.

Lumbi dolent à Calore & Fluxione.

Urina nunquam arenoſa.

Ut plurimùm pallida, clara.

Nulla fluxio in Articulos.

Quotannis purgatur Vere, & mittitur Sanguis.

Facilè fert Phlebotomiam.

Facilè fert Purgationes & leni Medicamento movetur Alvus.

Nunquam Venereum quid paſſus.

Cum Mulieribus plurimum congreſſus, inde morbus dictus Anni 17.

Sæpè congreſſus illico à Cibo.

Bibit Cereviſiam. Cum crudus eſt Stomachus, parum Vini.

Anno poſt fractam Tibiam vomebat poſt Cœnam, ſi citò lectum peteret.

Salax admodùm.

Proventus Bilis.

Debilitas Corporis.

Meliùs habuit à Medicamentis, & à mutatione Victus & Ætatis.

A deſuetudine Veneris pollutio nocturna, omnia à Mulieribus.

Hæc ex ipſius ore ad *Greenwich*. Cum verò eſſemus ad *Beaulieu* die 25 Auguſti poſt largiorem Cœnam, paulo poſt dormivit, manè vomuit magnam copiam Pituitæ viſcidiſſimæ, & reliquias Cœnæ diu vomituriebat, purgatus ʒ ß. Pilularum Stomachicarum & gr. iv. Extracti Panchym. Quinquies dejicit viſcida, bilioſa, ſeroſa, cum nonnullis torminibus, poſtridiè melius habuit.

Conqueritur de ſummâ humiditate Cerebrum & Ventriculum infeſtante.

Multa ſpuit.

Uſus eſt per multos dies manè juſculo Regis, ſumpſit iterum Pilulas Stomachicas ad ʒ ß. Ter dejecit bilioſa.

Quærit, cur Bilem dejiciat, non Pituitam, quâ putat totum Corpus oppletum eſſe?

Pituita eſt tantum in Ventriculo & Cerebro, Bilis plurima in Hepate & Venis. Cum itaque Phlegma per Inteſtina devolutum eſt, vel magnâ ex parte ſputo rejectum, medicamentum quod à Meſenterio & cavis Hepatis ducit, Bilem attrahit, cujus parva portio ſufficit ad tingendum multum materiæ pituitoſæ.

Pituita velut Excrementum à Cruditate & Concoctionis vitio: Bilis fit in ipsâ Sanguificatione.

Theoria.

Inæqualis Intemperies adeſt ſumma etiam ab ipſo Generationis initio, quæ tamen ab errore Victus adaucta fuit, tumque ſe prodidit manifeſtus.

Temperamentum univerſale calidum; In paſſivis qualitatibus, refractione, medium.

Hepar calidiſſimum, Bilis eſt ferax, ejuſque Calor augetur à Ventriculi frigiditate per concentrationem, forſan etiam per obſtructiones impedito concurſu, & Caloris diſflatione, à Putredine, vel ſaltem ab Igne concluſo, qui unitus fortior eſt ſeipſo diſperſo.

Ventriculus frigidus ob Intemperiem vicini Viſceris, pravam Victus legem frigidæ & Lactis potum, Cerebri ad perpendiculum Pituitam in ipſum deponentis exonerationem, Cruditates congerit à Caloris ſui imbecillitate & coctionis vitio, unde fit, ut mucis delibutè interni ipſius parietes, & villi, inepti ſint ad Cibi apprehenſionem, perfectamve coctionem. Ita augetur cruditas, & ab iſtâ materiali Cauſâ in ipſis primæ concoctionis ductibus: Meſaraicis vid. fiunt Obſtructiones, unde fit ut pars illa tacta, aut durius manu preſſa, doleat, Chylus, ejuſve materia minus laudabilis faceſſit in Sanguinem ſeroſum, liquidum, ad nutriendum minùs habilem, qui tamen à Viſceris (Hepatis vid.) intemperie, acrior eſt, & habet Fæces ſive Tartarum multum; pars iſtius craſſior & fæculentior trahitur à Liene, vel etiam in ejus Parenchyma amandatur, Ibi ſeparatur acidum liquidum à craſſo, illud rejicitur in Ventriculum & ſicut ſæpe movet appetitum, ſic quod potentiſſimum ſit diſſolvens, craſſum Phlegma attenuat & Liquidi Ichoris promovet Ptyeliſmum, præſertim à Cibo, dum veluti unitus Calor coctioni intentus illam quaſi ſpumam per ſuperioria rejicit.

Fæx Melancholica in Liene reſidet, quæ aliquid fovet Hypochondriacum.

Cur in coctione incaleſcit Corpus cum pulſatione Arteriarum? Quia Calor in ſeipſum coactus ad Ventriculum, Cor calefacit vicinum, ſuopte temperamento fervidiſſimum. Adde quod Fæx melancholica, in Liene moram faciens calefactione rareſcit, à rarefactione elevantur ex materia Spiritus quibus opplentur Arteriæ, quæ à Cœliaco ramo numeroſæ in Lienis Parenchyma diſſeminantur. Ab iis fit per Aortam ad Cor fumorum concurſus. Hinc Spirituum agitatio, hinc pulſatio quæ omnia poſt concoctionem conquieſcere ſolent.

Lien laxus, minus vegetus, ſuum Munus parùm fideliter exequitur, Sanguinem non uſquequaque à fæce melancholica depurat, unde fit ut ejus portio vel in Hepate reſtitans, vel fluctuans per venoſum genus, Melancholica invehat Pathemata tracto Cerebro in conſenſum ob alimenti ſui conditionem, nec non Sanguini malam impertiatur qualitatem, quæ evadit liquidior ob permixtionem plurimi diſſolventis Salis. Liquidum autem eſſe Sanguinem, & plurimo Sero ſcatere ſatis indicat Sudor qui à Somno ſæpe fit & ſuccedit copioſus. Hoc excrementum alendis & continendis partibus ineptum, neceſſarium eſt, ut à naturâ per vias conferentes evacuetur, quales ſunt ductus ſudorum & urinarum.

At cur partes ſuperiores magis ſudant? Quia majores, & calidiores plus attrahunt Sanguinis, ac proinde plus Excrementi. Elementari motu calida feruntur ſurſum. Cor calidiſſimum, Cerebrum maxime potens in attractione inſtar Cucurbitulæ Medicæ.

Calor ſubeſſe denotatur à juvantibus & lædentibus, quia offenditur calidis aucto per exceſſum gradu, levatur frigidis. Item quod facillime extenuetur Corpus atque iterum levi negotio reſtituatur.

Fluxum Corpus, laxitatem Habitus, Temperamenti caliditatem, & Humorum liquiditatem præſupponit.

Renes utcunque calidi, crebro & forſan ultra vires irritato & provocato coitu fatigati, nunc ſunt debiles, & Serum non attrahunt ut per hanc viam totum venoſum genus repurgaretur.

Genitalia non ita vegeta, fit quippe perpetuus Pituitæ à Cerebro in Spinam decubitus, unde debilitas in venereis à laxitate & perfrigeratione, præterquam quod immodica Venus iſtas partes ſolet diſſipatione caloris enervare.

Pulmo naturâ debilis & à Cordis vicinâ calidus facilius inflammationi pateret niſi ejus intemperiem corrigeret Pituitæ à Cerebro delabentis irrigatio. Ejus bonis rebus cedit quod iſtud Excrementum ſit fatuum, ſi enim ſalſum vel acre, Phthiſis, quæ Familiæ eſt ordinaria ſupervenire poſſet.

Notanda Facies, cujus perſæpe Genæ rubent, Oculi concavi, & velut ſugillati apparent, Venæ nigræ ſunt in Oculo ſiniſtro, admodum tumidæ. An à melancholico ſucco in Liene genito ſuperiora potente.

Cerebrum, ſiquod aliud Membrum, in hoc Corpore eſt admodum intemperatum, molliſſimum, frigidiſſimum, humidiſſimum, partim à primâ conformatione, partim ab inferiorum partium vitio, vel naturali, vel per Victus depravationem invecto.

Hepar, ut dictum eſt, ipſi ſubminiſtrat Sanguinem ſeorſum, forſan in majori quàm par eſſet copiâ, Cerebrum per ſe trahit, opplentur ipſius Venæ laxa glandula ſine ſubſtantia Cerebri, quod poteſt conficit, reliquum in ſuas amandat Sentinas. Oneratur etiam à Vaporibus, quos licet eſſent calidi vel frigiditate ſuâ contemperat, vel Humorum pituitoſorum permixtione acres eſſe non ſinit. Hinc fit Somnolentia, hinc perpetua ſputatio, hinc perpetuus Capillorum veluti pinguis mador ab exhalatione tenuioris fuliginis per Suturas.

Cur olim appulſu calidiorum fumorum à Bile ſurſum elatorum graviter turbabatur. Caput oppletum ſentiebat, functiones animales minus perfectè obibat. Nunc verò abundante Pituitâ omnia ſunt mitiora.

Quia calidus Humor tenuior, magis opplet, ſummæ activitatis potens eſt in perturbando frigida ſegniora ſunt Excrementa, & licet lentum minentur, tandem malum, ſine ſenſu latenter ad ſuum finem progrediuntur.

Prognoſticon. Poteſt ad priſtinum ſtatum reduci iſtud Corpus, & forſan ad meliorem deduci lento tamen pede, dummodo dicto ſit audiens, & nihil quod ad Sanitatem facere poſſit, negligat. Alias incidere poſſet tandem in affectum Hypochondriacum, Cachexiam, & forſan Aſciten tractu temporis. Metuenda etiam & avertenda Pulmonum mala conſtitutio, & in ipſo fluxio, unde Tabes etiam citra Ulcus, præſertim cum iſta pars nativo, veluti vitio prona ſit ad διαφθοράν, nec non etiamſi malignus reddatur Humor, Exulceratio. Humidi & liquidi proventus in Cerebro, atque in Medullam ſpinalem decubitus, potens, poteſt eſſe cauſa Paralyſeos. Somnolentia quæ arguit Pituitam uberrimam in Ventriculis, poſſet vel Soporem aut Catalepſin, vel excalefacta & putreſcens Lethargum. Per oppletionem etiam Venticulorum & Pororum ſive cavorum Meatuum totius Cerebri, Apoplexiam inducere.

In omnibus Morbis infima vacuanda. Cerebrum roborandum & ab eo revellendum in hoc ſubjecto.

Praxis.

Inæqualis Intemperies corrigenda; Ventriculus calefaciendus, ſiccandus, corroborandus, purgandus ſæpè.

Hepar viarum reſeratione, & calidi humoris ſubtractione, à nimio calore præſervandum eſt, potius non calefaciendum quàm nunc refrigerandum ob vitium Ventriculi, qui præcipuam nunc requirit ſollicitudinem. In primis ſiquidem viis ſternendum eſt ſolidum Sanitatis & Curationis fundamentum.

Meſenterium obfarctu liberandum, ne in viis maſſa alimenti hærens, morâ corrumpatur, aut infrigidatione quam ſtatio parit, in magnum proventum craſſa & tenaci qualitate noxium exuberet.

Incidenda in Ventriculo viſcida, attenuata deturbanda ut plurimum Eccoproticis, vel ſaltem iis quæ primas vias non tranſcendant. Laxa in hunc uſum ſervanda ſemper Alvus.

Serum quod in Venis abundat per Urinas & ſudores vacuandum, atque ita minuenda fluxionum, & humiditatum materia, viſcida fiunt per incraſſationem tenuium.

Bilis ab Hepate ducenda ut Humor Melancholicus à Liene, fiet autem utrumque per univerſales vacuationes Vere & Autumno, cæteris tempeſtatibus potiùs præcavenda ordinariis generatio, quàm ſummovenda fortioribus generata materia.

Pulmo præſervandus ab Influxu.

Cerebrum ſuper omnia poſt præcautionem & remotionem Cauſarum, calefaciendum, ſiccandum, per proximas vias evacuandum eſt, & inſigniter roborandum.

Humores præpara Craſſa attenuando in Ventriculo, Meſenterio, Cerebro.

Tenuia cogendo in Hepate Bilem. In Venis Serum frigida calefaciendo, Humida ſiccando. In Cerebro & Ventriculo in toto nervoſo genere, Lumbis, Genitalibus.

Calida refrigerando in Hepate.

Liquida cogendo in Cerebro & Venis.

Partes ſingulas per vicinos ductus vacua Ventriculum, Inteſtina, Meſenterium. Hepar, Lienem per Alvum ordinariis. Secundam & tertiam regionem, Cerebrum etiam ipſum per Inferiora, nonnunquam validioribus.

Venas per Urinas, diureticis minus calidis exhibitis in uſu ordinario: Ut ſenſim ſiccetur Corpus, & maſſa humiditatum educatur.

Habitum per Sudores ſiquidem iis natura aliquando ſeipſam levat.

Serum & ducendum & idoneis ab ſorbendum, ſiccandum, conſummendum eſt.

Cerebrum per Nares, Os, Palatum Suturas.

Omnia Corrobora, in primis verò Ventriculum & Cerebrum.

Remedia.

Victus ſit non calefaciens, ſiccans mediocriter. Inſtante Autumno abſtineat ab humidis, & præſertim à Juſculis multis quæ & Stomachum dejiciunt ac relaxant, & vaporoſa Caput opplent, & liquida fovent Seri copiant.

Manè ſumat Cruſtam Panis vel Biſcocti parum, cum Aniſo & Coriandro, ſine Potu. In Prandio primò habeat Caponem Elixum, Vervecinam Carnem, deinde Aſſa comedat boni ſucci & coctu facilia, Perdices, Phaſianos, Alaudas, Cuniculos, Lepuſculos, & ſimilia. Pullos Gallinaceos, Columbinos, Vitulinam Carnem, Vervecinam. Abſtineat à Bubulâ, Venaticâ, Suillâ. Paucos aut nullos comedat Piſces, nec Aquatilia. Ovis aliquando veſcatur.

Abſtineat à ſalſis, piperatis, acribus, acidis, à Lacte prorſus ob Ventriculum, Meſenterium in quo facile putreſcit, Cerebrum quod vapore fatigat.

A Fructibus niſi coctis. Ab Acetariis. A ſaccharatis & mellitis.

Bellaria ſint Uvæ Paſſ. Pineoli. Amygd. Pruna Urignol. Pyra & Poma cocta, omnia Aniſo & Fœniculo dulci conſperſa, Cydoniatum in fine paſtus.

Panis ſit levis, benè coctus, albus, benè fermentatus. Abſtineat prorſus ab avenaceo.

A Toſtis cum Butyro Vino & Saccharo abſtineat.

A pinguibus omnibus quæ obſtruunt, Bilem faciunt, facilè inflammantur, & ſunt vaporoſa.

A Piſtoriis operibus ad aliquod tempus.

Bibat ordinariò Vinum rubrum tenue ad medias dilutum decocto Chinæ dilutiuſculo v. g. ℥ ii. Chin. pro ℔ i. Aq. primò, deinde pro ℔ ii.

Si Cereviſiam appetat, habeat limpidiſſimam lupulatam, cujus ut Cruditas emundetur paretur Tragema cum Coriand. Anis Sacch. pauco Cynam. & tantill. Saſafras.

Pro Vino in rem præſentem parata tenebitur Tragæa ex Coriandro Cynam. pauco & rad. Chinæ cum Saccharo. Pulvis iſte craſſiuſculus infundetur per aliquot Horas ante Paſtum in Aquâ quâ diluetur Vinum, præſertim cum major Cruditas Ventriculi arguet Imbecillitatem.

Vina generoſa fugiat, Gaſconicum, Hippocraticum medicatum, Hiſpanicum, Malvaticum. Ad Hepar nam citò penetrant, Bilem generant, Ventriculi calorem diſſipant & Caput fumis opplent.

Aliquando inter Paſtus urgente ſiti decoctum dilutius Chinæ pauco Cynamomo medicatum & Saccharo dulcoratum erit convenientiſſimum.

Vel Cereviſia tenuis, China & tantillo Ligni Saſafras medicata.

Vel paſſulatum cum China & pauco Saſafras.

Ordo cibandi is ſit, ut Prandium ſumat Horâ undecimâ, copioſius.

Veſperi horâ *vii.* cœnet parcè, aliquando nihil. Veſcatur aſſis & ſiccis.

Cubet horâ decimâ vel *xi.* ad ſummum.

Nunc mens nobis eſt ſiccare, poſtquàm ad ſuum Temperamentum juxta naturæ Leges Corpus reductum fuerit, de refrigerando Hepate ſi opus ſit cogitabimur. In præſentiarum ſuccurrendum ut Ventriculo, Cerebro, Venis Sero ſcatentibus, cæteris, ut Hepati non nocendum ſaltem.

Nunquam oneret Ventriculum Veſperi.

Nunquam ingerat Cibum, niſi prior concoctus ſit.

Naturæ aliquando det ſpatium ad concoquendas Cruditates, neque eas Cibo importunè aſſumpto augeat. Mediocris inedia utiliſſima.

Ne potu nimio liquidum & fluctuantem Chylum generet, aut Ventriculi concoctionem quæ conſtrictione potius quam laxitate perficitur, perturbet.

Aëris omnis ſumma intemperies noxia, calidiuſcula tum & ſicca conſtitutio proficua. Siccitas moderata huic ſubjecto ſemper utilis.

Corpus exerceat ante Paſtus, Equitatione, brevi Venatione, Saltatione, Pilæ luſu. Torpens

Corpus Excrementa plurima coacervat, quæ commodiſſimè exercitio diſcutiuntur. Violentiora exercitio, ut digladiatio, longa venatio, noxia.

Nimium dormit, ſeptem vel octo Horæ ſufficiunt ad ſummum, ſi diutiùs Cerebrum ad ſuum Tonum, & ſuam κρᾶσιν reducere eſt perdifficile. Horâ ſeptimâ quotidie (quam tardiſſimè concedi poteſt) ſurgat, Corpus fricet totum, incipiendo ab inferioribus. Excrementa vacuet etiam ante frictionem, ſi poſſet Caput diu pectet, fricet, cincinnet capillos, inſpergat pulverem Cephalicum, Maſticateriis utatur, deinde ambulet, equitet, ludat Pilâ, &c. Ante Ambulationem Biſcoctum comedat. Horâ unâ ab exercitio prandeat, &c.

Veneri raró indulgeat, juxta naturæ expetentis Appetitum, quem nec aſſumptis, nec imaginationis ſtimulo irritet in ſuam perniciem. In hac Palæſtrâ ipſi non eſt ſtrenuè dimicandum, nec cum avidiori Antagoniſta frequentiùs congrediendum.

Animo imperet tranquillitatem. Si difficili aggrediatur, Animo excelſo Fræno det, & ſaltem compoſitè atque cum moderatione, licet pertinaciter & conſtanter ſuâ utatur fortunâ. Ipſi noxia ſunt Ira, Mœſtitia, nimis fervidus Amor.

Ab omnibus ſuperfluis Corpus ſervet mundum. Alvus lubrica ſervetur Juſculis lax. ex Sena & ♀ prunis medicatis cum iiſdem, Pilulis uſualibus Clyſtere crebro, cujus magna vis ad eluendam totius Abdominis Saburram citra ullam partium noxam aut naturæ Perturbationem.

Ventriculum aliquando Vomitu vacuare non fuerit importunum.

Renes præſtò ſint ad Serum ope Medicamenti à Venis & Arteriis emulgendum.

Habitus ſudore excitato per exercitia & Laconicum vaporarium vacuetur.

Cerebrum exoneretur Muco per Nares, Pituitâ & Salivâ per Palatum.

Nunc ſiquidem Autumnalis tempeſtas, & augmentum Intemperierum, atque Excrementorum proventus: Univerſalis denique Corporis Conſtitutio, univerſalem Curationem poſtulant. Sequenti Remediorum ſerie Corpus primò ad bonum ſtatum adducatur, deinde in eo ut Artis conſervetur. Horum præſtandorum iſta ſunto Inſtrumenta.

Pharmacia.

Purgatio univerſalis. Clyſter. ex decoct. emoll. Carmin. cum Sen. Cathol. Hier. Mell. Roſ. Sacch. rub. Butyr. rec.

Potio ex Sena ℥ ſs. elect. Diacartham. ʒ ii. Syrup. Roſ. pall. comp. cum Agar. ℥ i ſs. Clarif.

Potiones tincturarum cum Aquis Abſynthii Meliſſ. Cortic. Citr. Cichor. extract. ex Herbis pauciſſimo Vino albo Rhenano irroratis. Tinctur. cum Spiritu Vin. (Limon. min. Succ.) ex flor. Vetonic. rub. Roſ. Betonic. Stœchad. Arab. Saſſaf. Cynam. Sant. Citr. Cort. Citr. exter. dulcor. Syr. conſ. Citr. Myrob. Cydon. vel addito Vini tantillo (albi) parum Sacch. cand. cum gr. iv. Ambr. griſ. & gr. ii. Moſchi pro 4. Doſib. utatur per viii. dies. Alternis Diebus vel tertio quoque die addantur ʒ ii. Fol. Sen. & macer. per noct. in Julepo.

Repetatur Potio, vel ſi eam reſpuat, dentur Pilulæ vid. Panchymagog. gr. xxv. vel ʒ *ſs.* pro operatione præcedentium remediorum, vel Pilul. Cochiar. min. cum Oleo Aniſi coercet. ℈ ii. vel Pilul ex tribus ℈ i.

Non eſt opus Phlebotomiâ, neque ullo alio Chirurgico auxilio in præſenti rerum ſtatu. Iſta in vernum tempus proximum differantur.

Poſtridiè vel perendiè Purgationis Inteſtina commodè eluentur Enemate præſcripto. Inſtituatur Diæta ſudorifica per octiduum, ex decocto ℥ ii. Chinæ ℥ i. Zarz.parill. ℥ *ſs.* Santal. Citr. & ʒ ii. Saſaf. pro iv. Doſib. Altern. Dieb. add. ʒ i. vel ʒ ii. Fol. Sen. irror. pauco ſucco Limon.

Poſt Diætam iterum purgetur.

Aut ſi Diætam ſudorificam reſpuat, Serum quod per habitum digerendum erat ducatur per Urinas & ſiccetur, decocto ex prædictis addit. ℥ *ſs.* Ligni Nephritici vel ℥ i. Ligni Lentiſcini aut Juniperi & rad. Eringii & gram. an. ʒ vi. pro 4 Doſib. Utatur per xx. aut xxx. dies, Manè, Hor. v. ante Prandium, & ſuperambulet. Tempus indicabitur ab effectu & εὐφορίᾳ.

Si incaleſcat Corpus, tollantur Saſafras & Zarza, quæ tum primis diebus ſunt neceſſaria, & Lignum Nephriticum cum lentiſcino uſurpetur. Aut ſi deſint, ſumantur Lign. Fraxin. Santal. Junip. Aromatiſetur decoctum Cynam. Coriandro Guttis duabus Olei Cynam. vel Aniſi pro libitu. Reddatur potentius pauca Ambra ut gr. i. pro Doſi, & Moſchi gr. *ſs.*

Victus tunc ſit ſiccans, veſcatur tantùm Aſſis. Pro potu autem ſit decoctum Chinæ dilutum ex ℥ ii. Chin. ad ℔ viii. Aq. donec vi. reſt. vel per ſe Arom. Cynam. & dulc. Sacch. vel ſine iis, mixtum cum quartâ ſui parte. Panis ſit aniſatus, vel fœniculo conſperſus.

Niſi fluat Alvus ſubduc. Pilul. uſual. vel Clyſt. quod intelligendum durante Diætâ ſudorificâ, aliàs Victus concedetur ob longius ſpatium paulo largior.

Corpus ita præparatum in bono ſtatu erit conſervandum.

Ventriculus ſubinde everratur Pilulis uſualibus quæ acuantur nonnunquum gr. ii. Guttæ pro neceſſitate.

Si Vomitus ſit provocandus paretur Electuarium vel Oxymel. diaſarum.

Phlegma in eo per noctem congeſtum Biſcocto involutum in Inteſtina deturbetur.

Sumatur Manè Aqua corroborans tincta.

Vel Tabellæ præſcriptæ.

Vel Saccharum Aniſatum.

Vel Biſcoctum Aurantiorum cum Ol. Cynam.

Vel Cortices Cynamomi.

Vel Syrupus de Pomis Magiſtral. & Syrup. Corallorum perlatus, cum Ambra. & Moſcho. Syrup. acidus perlatus.

Pilulæ ex Summi Guajaci naturali & factitio Balſam. Peruv. Mirrha.

Aloe. Benjoin. Maſtich. Perliſ. Corall. Ambra. vel ex Sol.

Gumm. Guajac. factit. ter in Septimana.

Grana Juniperi in Vino Hiſpanico infuſa & ſiccata.

Theriaca Germanorum.

Grana Piperis in duas partes diviſa.

A paſtibus Pulvis digeſtivus. Biscoctum Aurantiorum cum Ambra.

Scutum cum Aromaticis ſupra Ventriculum. Pellis Vulturis.

Ad Caput vacuandum Maſticatoria vel ex Granis ſolis Maſtiches.

Vel ex Maſtiche Turbith. Cynamomo, Nodulo incluſis.

Ad ſiccandum & roborandum Sacculi farcti Cephalicis.

Balſamum ad Suturas liquidum & minimè adhærens cum optimo Vini Spiritu.

Balſama Germanica ad Nares & Tempora ex Ol. Cynam. Majoram Roriſm. Ambra Moſcho Zibett. cum Medull. crur. Cervi vel Vituli præparat. longa coctione in Aqua Roſ. & Napthæ.

Aviculæ Cypriæ ⎫ ad ſuffitum.
Paſtilli odorati ⎭

Filius Domini *Montaigle*. 22 Januar. 1612.

Epilepſia.

ANnos natus circiter *xii.* vel *xi.*

A duodecim Menſibus Epilepticus.

Paroxyſmus noctu tantum invadit in Somno. Sine ulla Procatarcticâ cauſa.

Non prævidet acceſſionem, neque ulla habet illius Præludia.

Semel tantum poſt largum Pyrorum uſum in Paroxyſmo vomuit.

Semel Urinam in acceſſione involuntariè reddidit.

Spuma circa Os ſemel tantum.

Quinque paſſus eſt acceſſiones, longioribus intervallis. Eſtne Epilepſia vera, An vero Analepſia quæ fiat conſenſu Viſcerum. Quippe in Puero & Pituita putris, & Vermes, & Heterogenei Succi in partibus nutritiis congeſti huic ſymptomati Anſam ſubminiſtrare poſſunt.

Notandum, quod in profundiori Somno hic Affectus tantum obrepit. An quod concentratus nativus Calor per Somnum, faciliùs excitat ἀναθυμίασιν à Viſceribus, unde fit ut Cerebrum quod in Somno patitur, & ad quod effertur à toto Corpore blandus Vapor, faciliùs tunc percellatur.

Affectus iſte à Sympatheiâ Viſcerum, Cerebri tamen adeſt vitium, humidiſſima vid. Intemperies, & ad ſuſcipiendum maxima aptitudo.

Itaque Corpus citra magnum Calorem ſicca.

Succorum putredinem emenda Acidis ⊕. 🜍. Spirit. Junip. Lil. Convall. Primul. Ver.

Inferiorem regionem ſæpius expurga, & à ſuperiori Arce revoca ſecundum Lunæ motum, ſpecifica exhibe. Eadem quotidie dato quæ malignam Auram frangere, & diſſipare valeant.

Caput inſigniter robora, ſicca, purga, ab eo revellito derivato.

In Paroxyſmo, citò ſolventia exhibeto.

Victus ſit utcunque tenuis, non tamen adeo ut tenuitas impediat

Caloris nativi actionem, & partium augmentum.

Abſtineat ab Acribus, ſalſis, vaporoſis, Lacte, Fructibus multis, à Vino prorſus, à Piſcibus.

Bibat Cereviſiam tenuiſſimam lupulatam infuſionis lign. Rhod. raſur. lign. Junip. Succini viſci quern. flor. Primul. veris.

Veſcatur ἐυχυμοῖς ἐυπέπτοις. Parcè cœnet, Corpus exerceat ad ſudorem uſque. Ante paſtus Sudor optimè detergeatur. Vitet Turbam.

Ne cubitum eat niſi Horis tribus vel quatuor à Cœnâ, maximâ ex parte peractâ digeſtione.

Humorum putredinem emendantia & Vaporum aſcenſum prohibentia.

℞ Succini ſubtiliſſ. trit. ℔ i. Cranium hominis ſuſpenſi limat. Cornua junioris Cervi vel eorum ℔ ß. in ſcobem redact. iſtis affund. Acet. acerrim. diſtill. & fiat Infuſio per quatriduum, mox decantatio, & Spiritus Vini affuſio ad Tincturæ extractionem, quæ ſeorſim reſervetur magna, pellatur per retortam & colligatur Sal volatile Collo retortæ adhærens, cui affundatur Spiritus Vitrioli extractus ut ſupra, digerantur ſimul per quatriduum in Cineribus vaſe oblongo Coll. mox in reverb. clauſo, fiat diſtillatio donec omnia tranſierint per gradus.

Hic Spiritus miſceatur cum Juſculis guttatim.

Purgantia.

BIS in Menſe circa Novilunium & Plenilunium purgetur Syrup. magiſtrali.

℞ Fol. Sen. mund. ℥ iv. Agar. rec. Trochiſc. ℥ ii. Rhab. Electi ℥ i ß. Cortic. mediani Frangulæ ℥ vi. raſur. Cornu Cervi ℥ i. Semin. Hyperici ʒ vi. Florum Primul. veris, Calendul. Hyſop. Stœchad. Citrin. Summ. Agarati an. P. i ß. Omnia præparat. infund. in Aq. Beton. Lil. Convall. Ceraſorum per triduum in B. M. Expreſſ. Add. Syrup. de Spin. Cervin. Roſ. pallid. comp. cum Sen. & Agar. an. ℥ iv. Mann. Calabr. ℥ iii. Sacch. cand. ℥ v. Reduc. in Syrup. qui redd. acidul. gutt. aliq. Spiritus Vitrioli præſcripti. Indatur ei Nodulus continens lign. Aloes Cynam. an. ʒ ii. Ambr. gris ʒ i. Moſchi gr. x. Camph. gr. v. Capiat ℥ ii. diſſol. in Juſculo. Vel ℞ Sen. ʒ ii. Tart. Crem. ʒ i. Infund. in Aq. Beton. per noct. Manè poſt lev. ebull. fiat expreſſ. & col. in qu. red. ad parvul. doſ. Diſſolv. Syrup. præſcripti ℥ i. vel ℥ i ß. fiat Potio.

Si toties aſſumere recuſet, ſaltem hauriat hanc Potiunculam in Plenilunio.

Intermedio tempore bis in Septimanâ, ſive tertio quoque die ſumat ſeq. Pilul.

℞ Radic. Pæon. mar. Valerian. ſylveſt. Cichor. an. ℥ i. Fol. Betonic. Agerat. Abſynth. Meliſſ. Menthæ, Hyperic. tot. Centaur. min. an. M. i. Flor. Calendul. Hyſop. Galeg. Prim. Ver. an. P. ii. Sem. Card. bened. ʒ iii. Sem. contra Bacc. Junip. an. ℥ ß. raſur. Cornu Cerv. recent. ʒ iii ß. Fol. ſen. mund. ℥ iv. Fiat omnium decoct. in infuſ. Roſ. poſt irror. cum Vino. Rhen. Clar. & colat. In qu. diſſolv. Aloes è veſic. ℥ iv. coagul. lento calore, Add. ſub finem extra Ignem extracti Rhei in Aq. Abſynth. parat. ℥ i. Fiat Maſſ. Pilul. de qu. cap. ℥ i. Scammon. cum Vitrioli Spiritu præparati ʒ i. Diaphoret. ♁ vulgaris ʒ ii. Olei Cynam. ℈ i. Ms. Fiat Maſſ. cap. à ℈ i. ʒ ß. Sufficiet tamen ℈ i. Manè Horis tribus ante Prandium, ſuperhauſto Juſculi tantillo.

Poſſet parari Hydromel Antiepilepticum, & Lumbricos necans, vel ſaltem putrem eorum materiam corrigens pro præparante. Idem addito Vitrioli Spiritu cum Floribus Pæoniæ poſſet tingi.

Purgans etiam reddi poteſt hoc modo.

℞ Hydromelitis alterantis ℔ iv. Fol. Sen. mund. minutiſſ. conciſ. ℥ iv. Succ. ſpin. Cervin. infuſ. roſ. an. ℔ i. Agar. ℥ i ß. Rhab. ℥ i. Cornu Cervi rec. ℥ i ß. Ms. Stent in Infuſ. per octiduum, deinde ubi claruerint fiat tranſvaſatio.

NB. Melius erit ſimplicibus omnibus alterantibus & purg. Hydromel. recens coctum affundere ut fiat per fermentationem depuratio.

Specifica.

℞ Stercoris Pavonis albi maris ʒ i. Infund. in Vino albo v. g. in ℥ iv. per noctem, Manè fiat Colatura quæ Aromat. ℈ i. vel ʒ ß. Cynamomi exhibeatur quater ante Plenilunium, ita ut ipſo Plenilunii die ultima Doſis propinetur, Horis quatuor ante Prandium, ſuperambulando ad Sudorem uſque.

℞ Talpam quam viventem, per Ventrem medium finde & exentera. Viſcera Stuppis involuta madentibus, ſub Cineribus ſicca & pulveriſa, Pulverem ſerva & Ingruente Paroxyſmo exhibeto ex Vino albo.

℞ Radic. Valerian. fœmin. ſive ſylveſt. collect. antequam Caulem & Folia emiſerit, ſiccetur in Umbrâ, pulveriſetur ut Alkool. Detur à ʒ ß. ad. ℈ ii. & ʒ i. quotidie Mane è Brodio; ſi præſcriptis Juſculis malum non ceſſerit, obſervetur an Puſtulæ, Cruſtæ vel Ulcera oriantur in Capite, ut duobus accidit.

Si Vermes ab aſſumptione alicujus iſtor. Medicamentorum prodeant, audacter dentur ☿ialia ut Calomel. gr. xii. cum ℈ i. Pilul. Coch. min. vel gr. x. Pilul. ex tribus magiſtr. Item paretur medicamentum Vignonii ex ♁ crudo & cruſta Panis, quæ in Retortâ ſimul diſtill. Detur hic Liquor rectificatus in Conſerv. Juſculo, &c.

Aqua. ℞ Viſci querni veri & Coryli radicum Pæon. maris Vere, Luna decreſcente collect. an. ℥ iv. Stercoris Pavonis maris ℔ ß. Florum Primul. veris ℔ i. Pullos Picarum N°. ii. Vini albi generoſiſſ. ut Hiſpanici (vel Hydromelitis malvæ) poſt Imbibitionem factam, ℔ iv. vel vi. Fiat Digeſtio, deinde deſtillatio in B. M. Paretur hæc Aqua Verno tempore, quæ multo potentior erit ſi Sal magmate extractus ei addatur. Detur quinque ultimis Lunæ diebus Manè & poſt Meridiem, Horis tribus ante Cibum. Doſis ℥ iv. ad ſummum. Validior erit, ſi ei addatur duodecima vel decima pars Spiritus Juniperi; optima ſi Spiritu Vitrioli deſcripto acidula reddatur.

Geſtet appenſum Collo Mercurium in Calamo vel Avellana, vel in Sacculo ex Alutâ.

Opiata. ℞ Conſerv. Florum Valegæ & Calendul. an. ℥ ii. Coctic. Citr. condit. Conſ. Flor. & rad. Pæon. mar. an. ℥ i. Theriac. veter. & prob. Mithridatii. an. ℥ ß. Radic. Valerian. Fœm. ſicc. ʒ v. Viſci quern. fol. Elleb. nigr. purpur. Flor. in Pan. hord. præparatorum Succini raſur. Cran. humani non ſepult. an. ʒ iv. ß. Margar. præparatar. Corall. utriuſque præparati Corallinæ Sem. min. Hyperic. an. ʒ iii. Diaphoret. ♁ vulg. ʒ vi. Camphor. ʒ ß. Pulveriſentur pulveriſanda ut Alkool. & cum cæteris mixta excipiantur liquidiuſculo Baccarum recentium Juniperi. Fiat elect. inſtar opiatæ de qu. cap. inſtar avellanæ Manè & Veſperi, cæteris non proficientibus.

Addi poterunt ungula Alces vera ad ʒ ii. Sal volatil. Succini ℈ iv. Stercor. Pavon. maris ℥ ß. cæteraque id genus.

Nota unum ex iſtis eſſe eligendum, atque in ejus uſu perſeverandum, donec deſideretur effectus, & occaſio aliud remedium poſtulet.

Caput fricetur Sacculis farctis ſimplicibus Cephalicis, præſertim Salv. Majoran. Beton. Succino multo, Pæon. Juniper. Guajac. Lign. Rhod. Fiat ſuffitus Cubiculi grati.

Fiat Maſticatoria ex Maſtiche cum pulvere Pyrethri Cardamom. Cynam. Maſtich. emoll. Spiritu Vini, addantur Pulveres, Maſſa ſiccetur.

Applicetur Cauterium poſteriori Collo inter primam & ſecundam Vertebram. Si res etiam poſtulabit actuale imprimatur coalitui Suturarum Coronal. & Sagittal.

Ingruente Paroxyſmo.

Nares interiores fricentur Oleo Succini.

Admoveatur Naribus Oleum Vitrioli ex Ampullâ, ita ut ejus nidor ſaltem Cerebrum ſubeat.

Ordo nunc agendorum.

Victus ratio.

Juſcula Mané.

Opiata Veſperi ſimplicior, quæ habeat etiam rationem Hepatis ideo ſpecificis add. rad. Cichor. &c.

Purgatio ſemel in Menſe cum Syrup. circa novilunium.

Stercus Pavon. circa Plenilunium.

Pilulæ bis in Septimana.

Aqua ad Paroxyſmum.

Breviùs.

Victus ratio. Purgatio cum Syrup. ante Juſcul.

Juſcula Mané.

Purgatio in novilun.

Stercus Pav. in plenil. omiſſ. Juſculo per 3 dies.

Pilulæ bis in ſeptimanâ ad ℈ i. Mané.

Aqua ad Paroxyſm.

Cephalica.

Hæc fiant per duos Menſes & obſervetur profectus.

Si opus fuerit nec reſpondeat votis effectus. Vere proximo,

Purgatio univerſalis.

Diæta cum lign. Rhod. & Junip. &c. per xv. dies.

Valerianæ uſus per Menſem.

Applicatio Cauterii.

Aqua Antiepileptica Mané.

Opiata Veſperi.

Talpa in Paroxyſmo.

Cephalica.

Victus optima Lex.

Relation veritable de la Maladie, Mort, & Ouverture du Corps de tres Hault & tres Illuſtre *Henry* Prince de *Valles*, decedé a St. *James* lez *Londres*, le *vi.* de *Novembre*. 1612.

——*Mors Sceptra Ligonibus æquat.*

DAutant que le miſerable & infortuné Accident de la Mort de tres Hault & tres Illuſtre *Henry* Prince de *Valles* advenue, le *vi.* de Novembre, 1612. pour avoir eſté inopiné, & contre ſe que ſembloyent promettre ſon Age & ſa Conſtitution, à troublé diverſement & agité les Eſprits d'un chaſqu'un, rendant les ſages eſtonnes de ce coup (quoy qu'ils layent pris comme venant de la main de Dieu) & les ſoubſonneux par un Zele inconſideré, ſattachant ſimplement aux cauſes ſecondes, dont les eſpeces veues obſcurement comme a travers un nuage, & confuſement conſiderée par eux, les ont jetté à des dangereuſes & iniques Reſolutions ſans occaſion ny fondement, mais ſur tout donnant un pretendu ſubject aux malings de rechercher malicieuſement des faulſes cauſes de calomnie pour taſher à fleſtrir l'honneur de leur prochain, en guiſe de chenilles immondes qui ſe gliſſent ſur les plus belles fleurs, & les empoiſonnent de leur puant venim. Pour rendre teſmoignage à la verité, & la faire paroiſtre clairement, afin qu'aulcun n'en pretende cauſe d'Ignorance, & que ceulx qui ſont capables de raiſon, ſe gouvernent, & ſoyent rendus contents par icelle: On a jugé eſtre expedient de publier l'Hiſtoire nue de toute la maladie, avec ſes preparatifs, commencements progrés & ſuccés, à celle fin que Dieu qui nous a ravi ce Parangon d'Honneur & de Vertu pour nos pechés, ſoit loué de tout, & que les innocents ceſſent d'eſtre calomnies; & vivent exempts des blaſmes que qui que ſe ſoit leur voudroit faulſement impoſer. Que ſi non obſtant, les tempeſtes de menſonges es mues furieuſement par des gens qui pittent le monde ſous un maſque de probité, ne ſe calment. Le propre des rochers eſt de meſpriſer les flots courroucès, qui ſe rompent contre la ſolidité de leur Corps immobile, & la tourmente ſappaiſant delle meſme ſans qu'ils ſoyent en rien alterés, la verité ſurnage, comme le liege, qui apres l'Orage s'expoſe a la veue d'un chaſqu'un, ſans que les vagues impetueuſes ayent eu le pouvoir de le ſubmerger dans les profonds abyſmes. A quoy les lecteurs prendront guarde, ſpecialement ceulx qui jetteront ſur ce diſcours leurs yeulx alterés d'un prejugé d'envie, ou teints du venim de malveuillance, leſquels conſidereront que la Langue imbue de fiel trouve toutes douleeurs ameres. Et ſe reſouviendront que la partie de l'oeil qureçoit les

Eſpeces viſibles, & ſouſtient les alterations des couleurs, eſt ſeulement tranſparente ſans aulcune couleur. Bref que la paſſion eſt un mauvais hoſte, & incompatible pour eſtre logé avec la raiſon. Cecy premis & preſupposé que le poids prevauldra le nombre.

Le faiet eſt tel.

Son Alteſſe dans la dixneufiéſme année de ſon Aage eſtant d'un naturel fort chaud, accouſtumé de ſaigner fort ſouvent par le nes en abondance, meſmes ſans exerciſe, mais beaucoup plus apres avoir exercé ſon corps violemment ; Ceſte evacuation naturelle ayant eſté ſupprimé depuis trois mois ençæ ; durant l'eſté paſſé de cette année 1612 (exceſſif en degré & durée de chaleur, oultre la memoire de tous ceulx qui vinent pour le preſent en Angleterre) ayant continuellement fatigué ſon Corps par des exerciſes & mouvements extremes, a la chaſſe au chaud du jour, a monter a Cheval, a jouer a la Paulme, & par conſequent eſchauffé extraordinairement ſon Sang à pluſieurs fois, (lequel ayant eſté es meu au matin, avoit de couſtume de ne ſe raſſeoir de tout le jour.) Et d'abondant ayant faict des eſtranges excés à manger du fruict, ſpecialement des Melons, & des Raiſins peu meurs ; s'eſtant remply tres ſouvent de Poiſſon & ſans reigle ny meſure d huyſtres crues & cuittes à chaſque repas, trois ou quatre jours de la Sepmaine ; finalement pour refraiſchir la chaleur bruſlante qui travailloit ſon Corps durant l'eſté, s'eſtant autant de fois que le temps le luy a permis, plongé dans la riviere, apres ſouper, l Eſtomach plein ; & tenu dans l'eau pluſieurs heures ; Apres tous ces deſordres enfin tomba Malade à Richemond le dixieſme d'Octobre 1612. Deux jours conſequutifs il eut deux accés avec friſſon, & chaleur, ſans que la Sueur s'enſuiviſt. Quoy veu par ſon Medecin ordinaire, lui ayant eſté ordonné, & donné un Clyſtere remollitif ſimplement, ſans aulcun laxatif, apres une doulce operation, les humeurs ayant eſté eſmeües, qui eſtoyent en abondance dans cè Corps replet, le Lendemain le Ventre ſouvrit ving & cinq fois, & ſortit grandiſſime quantité de cholere pourrie & puante, & du Phlegme ſur la fin. Ceſte evacuation fut avec profit; mais la racine demeurant fixe, & le Corps eſtant travaillé d'Inquietudes, de laſſitudes & d'un Sommeil interrompu, le Medicin de S. A. fut d'aduis de la purger avec des Pilules dont elles avoit accouſtumé d'uſer, avant ſe repas, qui operent begninement quatre ou cinq petites foy, avec grand allegement. Neantmoings quelques jours apres, la Maladie prenant pied peu à peu & la nature cedant aux cauſes morbifiques, (quoy que S. A. ſe roidiſt contre ſon mal, taſhant de le diſſimuler, & ſefforçant de le rompre) Le quinziême jour apres le premier commencement de toute ſon indiſpoſition, qui fuſt le dimanche vingt & cinquiême d'Octobre, S. A. s'eſtant trouvé tres mal la Samedy (quoy qu'on la vit joüer a la Paulme) & beaucoup plus le Dimanche au Matin, ayant la Face paſle & lave, les Yeux caves & ternis, eſtant à *White ball* ſur les trois Heures apres Midy, tomba en une legere defaillance (accident fort ordinaire, à luy & à pluſieurs de ſa race) laquelle fut ſuivie d'un leger froiſſomement, & d'une chaleur, avec grande douleur de Teſte, qui avoit eſté continuelle depuis pluſieurs jours, meſmes avec vertiges & tournoyements, ſur tout quand il vouloit ſortir du lict. Enfin S. A. eut un accés de Fiebure. Sur quoy ſa Majeſté luy ayant envoyé De Docteur de *Mayerne* ſon premier Medecin, iceluy arrivant vers le Prince, ſur les huict heures du Soir, trouva S. A. en Fiebure rouge en Viſage, avec les Yeux troubles, qui ne pouvoyent ſouffrir la claireté de la chandelle, les Leures noires, la Langue ſeiche, & une extreme ſoif qui toûjours a tourmenté exceſſivement S. A. tandis qu'elle a eu le Cerveau libre, & capable de ſentir ſon mal. Pour ceſte fois le Docteur ſe contenta d'ordonner une Ptyſane cordiale & rafraiſchiſſante pour appaiſer la ſoif & en bouillon pour humer a la fin de l'accés.


Itaque Accuſationes omnes quibus vel malè ſana Plebs vel Malevolorum invida Turba, dictum Doctorem *Mayerne* inſectari tentarunt, Falſas Commentitias, & nefariæ Calumniæ plenas, pronuntiamus, quibus nec cauſæ ſubſunt nec fundamenta. Cumque adeò multis modis noſtrum omnibus & ſingulis apertè & ſolidè innotuerint erga D. Principem Fides ejus inſignis & Probitas atque experientia teſtamur ob continuitatem & aſſiduitatem Officiorum, quibus ejus Celſitudini per totum Morbi decurſum inſervivit tam in Arte Medica, quam in aliis omnibus, id meritò à quibuſvis bonis & gratis Regis Subditis, atque erga Piam Principis Memoriam benè affectis repoſcere, ut potiùs Laude digna & præmiis debitis afficiatur, quàm ut quiſquam & Vir bonus & pius ferat iniquè Famam ejus proſcindi & Nomen peſſimè contra Jus & Rationem lacerari. In quorum Fidem, præſenti Teſtimonio, quod hic & ubique Terrarum validum eſſe cupimus & indubitatæ Veritatis eſſe dejeramus cum bona fide conſtanter Sacramento aſſerimus, noſtrum cum Inſignibus & Sigillis appoſuimus Chirographum. Datum in Aula Principis noſtri St. *James*, juxta *Londinum*, die 12 Novembris 1612.

My Lord de *Rocheſter*.
10 Dec. 1612.

Debilitas Ventriculi & Phlegmatis redundantia βραδυπεψία.

USUS eſt cum optimo ſucceſſu Granis Juniperi Infuſis in Vino Malvatico cum Ambra & Moſcho, qualis præparatio deſcripta eſt in Libro Regis ad Diem 9 Decembris 1612.

Quoniam autem quantitas ei videtur major, nec poteſt (aut ſaltem non vult) quotidiè deglutire xii. aut xx. grana. Fiat

Maſſa Pilularum ſeq. de qu. capiat ʒ ſs. bis in Septimana ſuperhauſto Vini optimi, ut Canarini, aut ſicci momento.

R. Gum. Guajaci natural. (vel potius factitii) ʒ ii. Maſtiches Benzoin. an. ʒ i. Myrrh. Gummi Juniper. an. ℈ iv. Ambrægriſ. optim. ʒ iii. Moſchi Orential. non adulterat ʒ i ſs. Fiat omnium Pulvis ſubtiliſſim. excipiendus ſufficient q. Balſam. peruv. nigr. Fiat Maſſ. Pilular. De cujus ʒ i. Formentur Pilul. N°. vi. ad uſum dictum.

At verò quia non tantum debet roborari Ventriculus, ſed etiam aliquando à Blenna viſcidiſſima qua ſcatet liberari, ſemel in Septimana ſumantur Pilul. ſequent.

℞ Aloes Crud. ʒ iii. Jalap. Senæ, Rhab. an. ʒ ii. Crem. Tartari ʒ i. Maſſæ roborantis præſcriptæ ℥ ſs. Trochiſcor. Alkandal. ʒ iii. Ms. cum Vino Alicantico ſpiſſo. Add. Olei Aniſi ʒ ſs, Doſis ʒ ſs. Hor. iii. ante Prandium ſuperhauſto Juſculi tantillo.

7 Januar. 1613.

Siccandus eſt Ventriculus, atque in eo conſumenda, Blennæ Saburra, quâ perpetuò madet, ſaliva defluens Os, ob Cruditatem cui anſam præbuit prava Victus ratio, ante duos treſve Annos pertinacius inita, videndum tamen ne calidius Hepar impenſius incaleſcat. Præter deſiccationem quæ alterantibus & roborantibus procurabitur, primæ viæ etiam ſubinde ſunt everrendæ, mox Clyſteribus, mox Pilulis uſualibus. Paulò validiora autem debent eſſe iſta Medicamenta, quippe ſegnis Natura, & Pituitæ Muco veluti ſopitus Calor, difficilius excitantur ad Expulſionem noxii.

Præter Grana Juniperi præſcripta & roborantes ac purgantes Pilulas, præſcribantur Elect. ad Clyſteres & Juſcula partim melancholicum humorem præparantia, qui plurimus in hoc Corpore abundat, partim Pituitam incidentia, attenuantia, exſiccantia.

Ordo Agendorum.

Ante omnia injiciatur Clyſter circa Veſperam, leviſſima Cœnâ ſubſequente.

℞ Fol. Malv. Alth. Parietar. Viol. Mercurial. Atriplic. an. M. i. Sum. Abſynth. & Centaur. min. an. M. ſs. fl. Chamæm. Melilot. Sambuc. an. P. i. Sem. Aniſ. Fœnicul. an. ʒ ii. Fiat omnium Decoct. Cap. de Colatur. ℔ i. in qu. diſſolv. Electuar. ſeq. ℥ i ſs. Syr. roſ. pallid. ſolutiv. cum Agarico ℥ ii. Sacchar. rubr. ℥ i ſs. Ms. Fiat Clyſter.

Her. picr. Vel ℞ Decoct. ℔ i. Catholic. ℥ i. Conf. Hamech. ℥ ſs. Syrup. roſ. Mell. Mercurial. an. ℥ i ſs. Sal. Gem. ʒ i. Ms. Fiat Clyſter. Huic ſi addas ℥ iii. Infuſ. Croci Metal. potens erit Operatio.

Electuar. ad Clyſteres.

℞ Rad. Polypod. mural. ℔ i. Rad. Alth. Malv. Glycyrrhyz. an. ℥ iii. Rad. Ebul. Ireos an. ℔ ſs. Rad. Enul. Ariſtoloch. rotund. an. ℥ ii ſs. Fol. Mercurialis Violar.

lar. cum toto, Stolonum ſive Oculor. Sambuci Cortic. median. ejuſdem & Ulmi an. M. iii. Abſynth. vulgar. M. i. Flor. Chamæm. Melilot. ſum. Anethi an. P. iv. Sem. Aniſi, Fœnicul. an. ℥ i. Baccar. Lauri & Juniper. an. ℥ i ß. Fiat omnium Decoct. expreſſ. & Colatur. cui incoq. Fol. Sen. Mund. Vin. alb. Odor. nutritor. ℥ viii. Pulpæ Colocynthidis ℥ ii. Sem. ejuſdem ℥ iv. Fiat Expreſſio quæ lentiſſimo Calore reducatur ad Mellaginem, cui adde Pulp. Prunorum dulcium ℔ ii. (extract. cum decoct. emoll.) Pulveris Fol. Sen. ſubtiliſſ. ℥ iv. Turbith. Hermodact. an. ℥ ii. Aloes turbid. ℥ ii ß. Pulv. Aniſ. & Fœnicul. an. ℥ i. Sal Gemmæ ℥ iii. Mannæ ℥ vi. Sacchari & Mellis an. ℔ i ß. Ms. Fiat Electuar. ad uſum.

Potentius evadet Medicamentum ſi ad ſingulas Binas Uncias, addatur Croci metall. trit. in Alkool. ʒ i.

Vel ℞ *XX* ♁ ℥ i. Vini albi generoſi ℔ ii. Infunde diu, & de hôc infuſo adde Clyſteri ℥ ii. iii. iv.

Aut ℞ Croci Metallor. ʒ i. Infund. in Vino ut ſupra, Infuſio in Pulvere admiſceatur Enemati, vide etiam de addendo Salem Prunellæ Enemati loco Salis Gemmæ.

Clyſter iſte ſit uſualis, eumque octavo quoque Die vel decimo mittat, ut etiam Pilulas Catharticas iiſdem deglutiat intervallis.

Perendie primi Clyſteris (qui tamen poterit omitti ſi Alvus per ſe ſit lubrica) Horis duabus ante Prandium ſumat ℈ i. Pilular. Catharticar. à quibus ſi parùm fuerit purgatus, eadem Doſis interpoſito uno Die poterit iterari.

Poſt Pilulas ſumat quotidie manè ſequens Juſculum per Menſem integrum Hor. quatuor ante Prandium.

℞ Rad. Chin. ℥ ß. Zarz. parill. ʒ iii. Raſ. Lign. Juniper. ʒ ii. Lig. Saſſafras ʒ i. Ebor. corn. Cerv. an. ʒ ii ß. Paſſular. par. x. Rad. Petroſel. Fœnicul. an. ℥ i. Includantur omnia Ventre Galli veteris, qui conſutus elixetur cum fruſt. Carn. Vitulinæ, addendo ſub finem decoct. folior. Calendul. Pimpinell. & Chærephylli an. M. ß. Fol. Bugloſ. Borrag. Oxylalapath. an. P. iii. Reducantur ad quantitatem unius Juſculi (id eſt ℥ vi.) in cujus colati Liquore diſſolv. Eſſ. perlar. & Corallorum dulcis an. gr. vii. Ms. utatur ut dictum eſt.

Nonnunquam tertio quartove quoque die utile fuerit Juſculo præmittere Pilulas roborantes præſcript. ad ℈ i. niſi malimus ſolo Juſculo uti, deinde venire ad iſtud corroborans.

Dum utetur iſtis Juſculis, ne omittat Clyſteris & Pilul. purgantium uſum alternatim octavo quoque Die, vel potius quarto, ita ut intra octiduum ſemel Pilulas, ſemel admittat Clyſterem.

A Paſtibus ſumat fruſtum Biſcocti Aurantiorum ſequentis.

℞ Cortic. Aurant. partem unam, Cortic. Limon. part. ii. dulcor. ut Artis eſt. Ebullitionibus leviuſculis pluribus terantur, trajic. per Setaceum, coq. cum triplo aut quadruplo Sacch. In Aq. Naffæ diſſoluti, addendo pro ℔ i. ʒ i. Ambr. griſ. & ℈ i. Moſchi, Oriental. paretur Biſcocti Æmula Confectio ad uſum.

Manè Caput diligenter pexum diu multumque fricet Sacculis ex Tela aſperiori farctis duplo Pulver. violat. & part. un. rad. Pæon. Succini & Cran. human. vel Corn. cervi ad albed. Calcinat.

Veſperi autem conſpergatur Capillitium Pulvere violato ſolo, vel etiam præſcripto.

Hæc dum fient, obſervet bonam victûs Legem, utatur Enchymis, abſtineat à crudis, ſalſis, piperatis, prandeat Horis 4 à Juſculo, liberaliter ſatis, nihil vel parùm cœnet.

Bibat Vinum rubr. dilutum ad tertias vel medias Liquore ſequenti.

℞ Rad. Chin. ℥ iii. bulliant. in ℔ v. Aq. Fontan. ad ℔ iv. conſumpt. ita ut reſtet unica libra. Fiat Colatura quæ erit ℥ xvi. & ſervetur in Ampulla vitrea, de hac cape ℥ iv. Aq. fontan. limpidiſſ. ℔ ii. Ms. in uſum præſentem.

Iſtis utatur per Menſem unum aut alterum, donec appetente vere locus ſit majori ſeriei Remediorum magis univerſalium, quibus videndum num utiliter ſubjungi poſſint, imo neceſſariò debeant Remedia.

Chalybeata.

Vinum Chalybeatum.
Syrupus chalyb.
Tinctura chalybis.
Pulvis cum Sulphure præparatus.
Vitriolum Martis.
Liquor Vinoſus Juniperi cum Chalybe per 🜍 præparato.

Pulvis ad conſpergendum Capillitium.

℞ Radic. Ireos florent. ℥ v. Roſ. rub. ℥ iv. Calami Aromatici Cyperi an. ℥ i. Coriandr. ʒ vi. Lign. Rhod. Majoran. ſicc. an. ʒ vii. Flor. Lavendul. ℥ ß. Garyophyllor. ʒ ii. Ms. Fiat Pulvis craſſiuſculus qui Noctu inſperſus, Manè Pectine deturbetur.

19 *April.* 1613.

Poſt Febrem tertianam reſtet Viſcerum κακοσϖραγία.

Pituitâ turget Ventriculus.

A Cerebro perpetuò fluit Phlegma in Stomachum & Pectus.

Hepar bene habet. Utrumque Hypochondriacum ſatis molle.

At pars Meſenterii. Siniſtra circa Umbilicum durior, plenior, nec niſi cum dolore poteſt duriuſculè & oppreſſâ manu contrectari. Unde denotatur pertinax obſtructio, & in Ramo ſplenico Humoris Melancholici congeſtio, unde fit ut etiam citra Febrem horis matutinis Lingua denigrata appareat à Fuligine melancholicâ ſurſum exhalente.

Multùm dormit.

Poſt Somnum aliquando vomere appetit, à decubitu Humoris pituitoſi in Os Ventriculi per Somnum.

Oedematoſa facies.

Urinæ laudabiles ut plurimum, nonnunquam crudæ & cum floccis. Spuit plurimum. Adſtrictior Alvus.

Agenda.

Phlegma incide, attenua, ſicca, purga, per intervalla & per ἐπίκρασιν.

Obſtructiones reſera.

Partes robora.

Pulmonum Intemperiei & labori conſule ratione Tuſſis quæ per Trimeſtre duravit.

Cerebrum ſicca, robora.

Corpus renutrito.

Habitum reſerato, & Hepatis Intemperiem calidam, quam Caloris concentratio ob ambientem Pituitam & concluſæ Bilis ab externis contrariis, proventus fovet, corrigito.

Remedia.

Διαιτητικὴ in primis ut decet inſtituatur, ſi quidem in omnibus peccat V. I. præſertim in ordine tempore & modo Somni, Vigiliæ, Cibi, Potus, Exercitiorum, *&c.* Hæc coram ſtatuantur.

Nunc ſiquidem validiùs fuit purgatum Corpus. Opus eſt præparantibus & purgantibus blandis mox alternatim exhibitis, mox mixtis.

Purgatio autem quæ optimam habuit Operationem talis fuit bis exhibita. ℞ Fol. ſen. mundat. ʒ vi. Tartar. Vini albi ʒ ii. Caryophil. ℈ i. Infund. per aliquot Hor. ſuper Cinerib. tepidis in ſ. a. Aq. ſcabioſ. fumar. & Card. benedict. poſt irror. fact. cum Vin. alb. Mox fiat Ebullitio levis, colatur. & expreſſio, in qu. infund. per noctem Caſſ. fiſtul. rec. è can. extr. ℥ ii. Manè fiat Colatur. In qu. reduct. ad Doſin. diſſolv. Jalap. ſubtiliſ. pulveriſat. ℈ i. Syrup. Roſ. pallid. comp. cum Agar. ℥ i. Ms. Fiat Potio. Add. Aq. Cynam. debilior. Cochlear. un. vel fortioris dimidium.

Prima Vice vomuit ſemel, decies purgatus fuit, & primò fluxerunt bilioſa, craſſa, deinde ſeroſa, tandem viſcida inſtar Albuminis Ovorum.

Secunda Vice poſt Meridiem per horam unam ſaltem tenuiſſet, vomuit, poſtea dejecit bilioſa, craſſa, mox vomuit iterum, ter dejecit viſcida, ſeroſa, vomuit craſſa, æruginoſa, demum undecies dejecit varia, ultimò craſſa, benè habuit.

Sitis ab hoc Remedio fuit moleſta, fugax tamen, & quam potus facilè reſtrinxit.

Nunc interim dum parabitur Cereviſ. medicata duplex, altera aperiens Cephalica, Hepatica, Splenitica, quotidie ſumenda, altera verò purgans, utenda tantum tertio quartove quoque die, utatur Juſculis medicatis ad eaſdem Intentiones ante præſcriptis, in quibus diſſolvatur ʒ i. Cremor. Tartar. Chalybeati.

Bonum eſſet Vinum Abſynth. Rhenanum infuſion. ʒ i. Martis per Sulphur. aperti ad Rubedinem, ſumptum Horis quatuor ante Prandium ſuperambulando.

Utiliter addetur hiſce Juſcul. alternis Diebus vel tert. quoque die Infuſ. ʒ ii. Fol. ſen. mund. fact. ſeorſim in Vin. alb. Rhenano per totam Noctem.

Aut injiciatur Clyſter alternis diebus.

Hora una ante Aſſumptionem Juſculi fiat Fotus ſequens regioni Meſenterii & Lienis per Horam integram.

℞ Rad. Malv. Alth. Violar. an. ℥ iii. Rad. Bryon. Ariſtol. Gentian. Enul. an. ℥ ii. Polypod. ℥ iv. Eupator. utriuſque Chamædr. Ceterach. Chamæpyt. Parietar. Chamæmel. & Melilot. cum toto Agrimon. Naſturc. Eryſim. Marrubii alb. an. M. ii. Flor. Geniſt. Keyri an. P. vi. Sum. Abſynth. & Centaur. min. an. P. v. Cortic. med. Ulmi fraxini an. ℔ *ſs.* Ligni Rhod. ℥ v. Cortic. Aurant. & Citr. an. ℥ ii *ſs.* Sem. Aniſ. & Fœnicul. Coriandr. an. ℥ i *ſs.* Fiat omnium decoct. & in duabus partibus Aq. Fabror. & una Vini albi addendo ſub finem ℥ viii. Acet. Scyllitici pro fotu partium dictarum uſurpando è Spongiis latis intinctis & expreſſis, mediocriter calidè, vitato intenſiori Caloris gradu.

Iſta fiant per *viii.* vel x. dies, interim verò paretur Cereviſia ſequens.

℞ Rad. Chin. ℥ xii. Zarz. parill. ℥ vi. Lign. Saſſafr. ℥ iv. Raſ. Lig. Juniperi odorati ℥ iii. Santal. Citrin. ℥ ii. Rad. rub. Tinctor. dulcamar. Petroſel. fœnicul. gramin. Aſparag. Ruſii an. ℥ ii *ſs.* Rad. Tuſſilag. ℥ v. Cort. Rad. Cappar Tamaris med. Fraxin. an. ℥ iv. Fol. Betonic. Chamæpyt. Scabioſ. tot. ſuccis tot. Agrimon. Pimpinell. Chamædr. Epithym. Ceterach. meliſſ. an. M. i. Veronic. an. M. iii. fl. Primul. Ver. M. viii. Flor. Caprifol. Calendul. Geniſt. an. P. vi. Citr. cort. Citr. flav. ℥ i. Omnia ſicca minutim inciſa indantur Sacculo à tela rara, Imbibantur Vino albo Rhenano, Indantur doliolo, iiſque optimè imbutis affundantur Cereviſ. lupulat. fortioris Galon. viii. poſt exact. ferment. Fiat Tranſvaſatio. Capiat quotidiè Cyathos duos, vel tres, longè à paſtibus.

NB. Non probo ut iſta medicamenta dentur in paſtu, quippe cum aperiant, Digeſtionem præcipitant, & altius adigunt Obſtructionem, materiam, id eſt Cruditates.

Si quid Scorbuticum vel metuatur vel appareat, poterunt addi ſucci Cochlear. veræ ℔ vi. Suc. Naſturc. & Beccaburg. an. ℔ iv.

NB. Aliquando magis laborante Stomacho poterit extempore infundi in Cyatho iſtius Cereviſiæ, P. i. Abſynth. pontic. per Horam unam, & manè propinari.

Quod ſi Cereviſiam medicat. pro Paſtibus poſtulet talis paretur.

℞ Rad. Chin. ℥ vi. Zarz. parill. ℥ iii. Saſſafr. ℥ ii. Sant. citr. raſur. Lig. Junip. an. ℥ i. Rad. Fœnicul. ℥ iv. Raſ. Ebor. corn. Cerv. an. ℥ i *ſs.* Sem. Coriandr. ʒ vi. Cort. citr. exter. flav. ℥ *ſs.* nuc. moſchat. Nº. iv. Cereviſiæ non lupulat. Gal. vi. Fiat Fermentatio. Purgans autem Cereviſ. ita f. ℞ dimidiam part. ingredient. Cereviſ. alterant. cui add. Fol. Sen. minut. inciſ. ℥ v. Sem. Carth. in Aq. ſubſident. ℥ viii. Rad. Rhab. monachor. Cortic. median. frangul. an. ℥ x. Mechoacon. imperforati ℥ iv. Tartar. Vini alb. ℥ ii *ſs.* Nuc. moſchat. per fruſt. ſectas Nº. iv. Omnia Sacculo concluſa imbibantur Vino alb. Rhenano puro non adulter. Mox affundatur Cereviſ. lupulat. Galon. iv. & ſinantur defæcari. Doſis hujus Cereviſiæ purgantis ſit Cyathus unus hora una vel altera ante Prandium, ſemel, bis, ter, in Septimanâ pro neceſſitate.

Cogita de Vino Guajacino Caltopi vel de tali Beringhen.

℞ Baccar. Juniperi Zarz. parill. Fol. Sen. an. ℥ *ß*. Minutim conciſa, infundantur per noctem in Vino albo colatur. Propinetur Hora una ante Prandium poſt leve Corporis exercitium.

His Remediis utatur uſque ad medium Menſis *Maii*, tunc optimè his artibus repurgatum Corpus per tres quatuorve dies. Semel in die mergatur Balneo Aq. dulcis tepentis, additis emollientibus & multis Roſis, in eo ſedeat citra faſtidium & Sudorem, inde Lectum petat, & deterſo Madore quieſcat aliquandiu ante Prandium; Balneum enim convenit Jejuno Ventriculo Horis matutinis.

Tandem detur Lac Aſininum cum Sacch. roſat.

Chalybeata omitto quorum, ſuo tempore commodus incidet uſus. Verùm operam luſerimus, niſi Catharticorum nimis avidus æger, aliud etiam ſibi faciendum, id eſt, plane mutandum in melius victûs rationem norit; & ſemel notum ſedulò exequi velit.

15 Junii.

Poſt Febrem tertianam, ejuſque recidivam reſtitit obſtructio in Meſenterio, cujus Sedes ipſo tactu percipitur, & ſeſe prodit duritie Glandularum & attactu dolorifico.

Cruditas in Ventriculo omnibuſque primis viis maxima.

Pollutio nocturna frequens à dilatatione Vaſorum ſpermaticorum ob præcocem coitum, & à Seminis ſeroſi ac liquidi Tenuitate.

Obſtructiones tolle.

Primas vias expurga.

Stomachum robora, & Æconomiam naturalem inſtaura.

Renes præcalidos tempora.

Vaſa Spermatica confirmato, aſtringito, contrahito.

Remedia.

℞ Rad. Chin. ℔ i. Raſ. Lig. Juniper. & Lentiſc. an. ℔ *ß*. Sant. Citrin. ℥ iv. Abſynth. vulgar. & pontic. an. ℥ iii. Cereviſ. non lupulat. Galon. viii. Fiat Ferment. Poſt defæcation. capiat quotidie manè Cyathum unum, Hor. iv. ante Prandium.

Nunc ita paretur. ℞ Rad. Chin. ℔ i. Abſynth. utriuſque an. ℥ viii. Cereviſ. Galon. x. Fiat ut ſupra.

Injiciatur Clyſter uſualis præſcript. ſemel aut bis in Septimana jejuno Ventriculo.

℞ Flaved. Citr. cond. ℥ *ß*. Corall. utriuſque præparati Magiſter. perlar. an. ʒ iii. Mandibul. Lucii Oſſ. de Cord. Cervi, ſpodii an. ʒ ii. Succini utr. an. ʒ i *ß*. Croci Martis ad ſummam rubedinem & Levitatem calcinati ʒ ii *ß*. Ambr. griſ. ʒ *ß*. Sacch. albiſſ. ℥ x. Fiat omnium Pulvis ut Alkool. excip. muccag. Sem. Cydon. extracta in Aq. Roſ. Fiat Paſta, ex qua form. tabell. Ponder. ʒ ii. lento calore ſicc. Capiat quotidie manè unam vel per ſe vel paulò ante hauſtum Cereviſiæ medicatæ præſcriptæ.

℞ Conſ. Flor. Nenuphar. & Roſ. rub. an. ℥ i ß. Conſ. ſum. Menth. ℥ i. Conſ. Papav. erratic. ʒ x. Pulv. rad. Tormentill. & Biſtort. an. ʒ iii. Croci Martis lapid. Hæmat. præparati an. ʒ ii ß. Gum. guajac. Coloph. Maſtich. an. ʒ iii ß. Succin. utriuſque præparati Corall. utriuſque præparati Margar. præparatar. an. ʒ ii. Spodii corn. Cerv. ad albedinem uſti an. ʒ i ß. Ms. & cum Syrup. Nenupharin. & ſapa Cydon. Fiat elect. inſtar Opiatæ de qu. cap. inſtar major. Avellenæ in ingreſſu lecti longe à Cœnâ.

Fotus aſtringens perinæo.

Lamin. Plumbi uncta Unguento alabaſtrite Camphorato ad lumbos. Emulſio aliquando cum Eſſentia Perlar. & Corallor. Nihil præſtantius Perlis, in omnibus.

Ad impediendum ἐξόνειρωγμόν.

℞ Maſſ. Emplaſtr. de Ceruſſa & aſtringent. an. ℥ iv. Pulver. radic. Nenuphar. Sem. Agni caſti an. ʒ vi. Alabaſtri ℥ ii. Succini ſpodii Oſſ. humanor. ad albed. Calcinator. an. ℥ i. Coralli albi & rubri calcinat. an. ʒ x. Camphor. ʒ i. Ol. Maſtich & Cydonior. an. ʒ v. Ceræ alb. in Aceto roſ. coctæ q. ſ. ut fiat Emplaſtrum, cujus Portio extendatur in Aluta triangular. formæ, tegatur Syndone & applicetur Lumbis, & Oſſi ſacro, ac contineatur idoneis funiculis, præſertim noctu.

Ne dormiat in Culcitra, ſed in Lecto ſtrato Lodice lanea.

Ante application. Emplaſtr. veſperi liniantur Lumbi & Perinæum, nutrito meo Camphorato.

℞ Nutriti noſtri ℥ ii. Unguenti Populeon. ℥ i. Pulver. Alabaſtri ſubtiliſſ. ℥ ß. Camphor. ℈ i. Ms.

Sumat Manè & Veſperi Tabellas. ℞ Sacchar. Roſ. ℥ iv. Pulv. ſubtiliſſ. Roſ. rub. ʒ i. Magiſter. Perlar. & Corall. dulc. an. ℈ iv. Spod. ʒ ß. cum Muccag. ſem. Pſyll. & Cydon. Fiat Tabell. ʒ ii. pro Doſi.

NB. Juſſi ut Globos duos ligneos majores Cingulo tranſmiſſo noctu ligaret ſupra Lumbos, ita non potuit in Dorſum decumbere, & Renes non fuerunt calefacti à decubitu.

NB. Excogitavi Annulum cupreum majuſculum, cum clavis acutiſſimis interius extuberantibus. Circulo è Zona propendente dormiturus emittebat Uretrum, quod excalefactis Renibus & Veneris in Somniis obortus inflatum prædictis acubus Punctum Dominum expergefaciebat, & ſic ſine ulla Medicamentorum aſſumptione vel applicatione inredebatur Pollutio nocturna.

Emplaſtrum ad pollutionem noct.

℞ Maſſ. Empl. de Ceruſſa cum Ol. roſat. & Nenuphar. recent. parat. Empl. aſtringent. rubr. an. ℥ iv. Ung. popul. rec. ℥ iii. Lig. ſimul liquatis adde Pulveris Cicutæ, totius in Umbr. ſiccat. & Pulv. Rad. hyoſciam. & Nymph. an. ℥ i. Sem. Agn. Caſt. hyoſciam. Lactuc. Papav. albi an. ℥ ß. Pulv. Alabaſtri per Acetum præparati ℥ ii. Succin. Spod. Oſſium human. ad albed. calcin. Roſ. rub. Myrtil. Corall. alb. & rub. & albed. calcinat. an. ʒ iii. Sal. Saturni ʒ xii. Ol. de Papavere & Nenuph. Ceræ alb. an. q. ſ. ut fiat Emplaſtrum, cujus portio extend. in Aluta triangular. formæ, applicetur Lumbis & Oſ. ſacro partibus dictis, & contineatur idoneis funiculis.

NB. Optimus fuit iſtius effectus aliis omnibus irritis.

My Lord *North.* 1613.

Melanchol. Hypochondriaca.

ANnorum circiter 28 aut 30. Facies rubet, & ex Anthematis ſubinde Rufus eſt. Perſperſa eſt.

Nativum Temperamentum ex bilioſo Sanguineum ex accidenti evaſit Melancholic.

Flatus, Ructus, Rugitus Hypochondrii ſiniſtri, Suſpiria, Mœror. Solitudinis amans eſt. Sæpe ad omnes actiones torpet, ipſique Animus eſt Hebes. Omnia accidentia Hypochondriaca.

Medicamenta admittit.

Phlebotomiam non fert facilé.

In hoc Subjecto caloris multum eſt, itaque refrigera, humecta, incide, attenua, aperi. Purgat per ἐπίκρασιν.

Tribus Corporis Regionibus ordine proſpice. Facultates robora. Inſtaura Spiritus Humoris melancholici, malignitatem frange, doma, diſſipa, & partes nobiles adverſus inſultum efferi hoſtis munito.

Victûs rationem præſcribe quæ omnibus hiſce intentionibus ſatisfaciat.

In Curatione perſeverandum, Pertinacis affectus ſint Pertinacia Remedia, & malo Nodo detur malus Cuneus.

Abſtineat ab acribus, ſalſis, piperatis & ſimilibus, quæ Sanguinem aſſant & Fermentum melancholicum fovent. Bibat Cereviſiam lupulatam defæcatiſſimam, & per aliquot Menſes à Vino prorſus abſtineat.

Ne nimium deditus ſit Studiis, Veſperi præſertim legat vel audiat jucunda.

Alvum in primis lubricam ſervet.

Medicamenta ſunto.

Clyſter freq. injicien. non tantum quoties ſegnior fuerit Alvus, Verùm etiam ut ſubinde depleatur Meſenterii Saburra.

Clyſter.

℞ Fol. Malv. Alth. Viol. an. M. i. Pariet. M. i ß. Summitat Anethi fl. Chamomil. Melilot. an. P. ii. Sem. Aniſ. Fœnicul. an. ʒ iii. Fol. Sen. ℥ ß. Fiat omnium Decoct. Cap. de colat. ℔ i. In qu. diſſolv. Cathol. ℥ i. Hier. picr. ʒ iii. Mell Mercurial. Sacch. rub. an. ℥ i ß Butyri recent. ℥ ii. Ms. Fiat Clyſt. uſualis qui præmittatur Purgationi ſolemni ineundæ Vere & Autumno, atque injiciatur pridie Cathartici ſequentis.

Apoz. laxans.

℞ Rad. Buglоſſ. Polypod. quer. Glycyrrh. rec. Cichor. Oxylap. an. ℥ i. Rad. Filic. fœmin. ℥ i ß. Scorzoner. Hiſp. ʒ x. Fol. Agrim. Pimpinell. Fumar. Chamæd. Chamæpyt. Ceterach. Epythym. Cuſcut. an. M. i. Flor. Geniſt. & Tamariſc. an. P. ii. Sem. Card. bened. Cicer. rub. Cappar. à ſale mund. an. ʒ vi. Pom. redolent. minut. inciſ. cum Corticibus N°. iii. Fiat omnium Decoct. in colat. Infunde & decoq. fol. ſen. mundat. Vin. alb. odoro nutritor. ℥ i ß. Agaric. recent. Trociſc.

ciſc. ʒ vi. Medul. Sem. Carth. ℥ ii. Crem. 🜿 ℥ ſs. Facta expreſ. & colat. reducatur ad ℥ xii. diſſolv. Syrup. de fumar. comp. de Epithymo & de Pom. Solutiv. an. ℥ i. Syr. roſ. pallid. comp. cum Agaric. ℥ ii. Ms. Fiat Apozem. pro tribus Doſibus Matutin. ſumend. conſequentibus Diebus vel alternis Horis *iv.* ante Juſculum, cum debitâ cuſtodiâ.

Baln. Poſt iſtam Purgationem verna tempeſtate proxima mergatur Balneo Corpus, cujus Aq. ſit tepida, additis Fol. Emoll. & flor. Nenuph. & Roſ. incarnat. Ingrediatur bis in die per triduum longè à paſtibus, atque in eo moretur citra faſtiduum aut Sudorem, inde Lectum petat, & deterſo madore liniantur Hypochondria Oxyrrhodino.

Ultimo die Balnei affigantur Hirudines N°. vi. Margini Ani, & extrahantur Sanguin. ℥ ix.

Utatur poſteà per octiduum Juſculis.

Juſculum aperiens. ℞ Pullum Gallinaceum exenteratus, farciatur rad. Petroſ. Fœnicul. filicis, rad. chin. Uvis corinth. Damaſcen. Capparib. Ciceribus rub. raſ. Corn. cerv. & Eboris, mox conſutus Elixetur cum poplite Vitulino, addend. ſub finem Coction. folior. Chærephyl. Borrag. Bugloſſ. Pimpinel. Capillarium an. M. ſs. fl. Violar. P. iii. in colatur. ℥ viii. diſſolv. Crem. Tartar. ʒ i. Ms. capiat Horis *iv.* ante Prandium ſuperambulando.

Purgetur Doſi una Apozematis præſcript. præmiſſo ſi opus ſit pridie Purgationis Clyſtere.

Elect. chalyb. Tandem capiat Chalybem. vel in Vino, vel ſic. ℞ Limatur. Chalybis præparatæ ℥ ii. Rad. Cichor. Cond. ℥ ii ſs. Conſ. Roſ. rub. & flor. Bugloſſ. an. ℥ i ſs. Confect. Alkermes & de Hyacinth. an. ʒ ii ſs. vel potius Alkermes ʒ v. Pulv. Elect. Triaſantal. & Diamarg. frigid. an. ʒ ii. Diambr. ʒ i. Pulv. fumar. & Rad. Chelidon. maj. an. ℥ ſs. Pulv. Veronic. mar. ℥ ſs. Oſſ. de cord. cerv. Succini albi præparati an. ℈ iv. Ms. & cum Syrup. de Pomis redolent. Fiat elect. inſtar Opiat de qu. cap. ℥ ſs. ſingul. matut. per dies *xvi.* idque è Cochl. cum Syrupo de Pomis dicto ſuperhauſt. Cereviſ. limpidiſſim. vel Vin. alb. tenuis momento concitat. ſuperambulando ad Madorem uſque dilato ad *iv.* Hor. Prandio.

Pilulæ cum Gummis. Uſui iſtius Opiat. intermiſceantur Pil. Stomachic. cum Gummis ſumendæ Horæ dimid. ant. Cœnam tertio quoque die. Quæ poſtea etiam ſint uſuales, ea tamen lege ut ſi ſegnius purgent, nonnunquam acuantur granis duobus vel tribus Trochiſcor. Alkandal.

Lac aſininum. His factis ad tollendam Viſcerum Intemperiem calidam & ſiccam, diebus præſertim calidioribus bibat manè vel Lac Aſininum cum Sacch. Roſato, vel ſi deſit utatur *Serum.* ſero Lact. clarificat. ad ℔ i. ℔ i ſs. & ℔ ii. cum Syrup. de Pomis redolentibus, idque ad multos dies.

Baln. Balneum Aquæ tepentis, dulcis ut fluvialis vel Pluviæ ſæpius uſurpetur æſtuante Cœlo, ut Menſibus Junio, Julio, Auguſto.

Aq. Spa. Ad omnes affectus hunc nobilem Virum infeſtantes ſingulares eſſent Spadenſes Aquæ præmiſſis dictis univerſalibus ad ipſam Scaturiginem potæ, cum debito regimine.

Ut autem Spiritus recreentur, Cor & Cerebrum à vaporum malignorum inſultu præſervetur, Flatus diſcutiantur, & roboretur Ventriculus, fit ad manus Opiata ſequens.

NB. Quoniam iſte affectus eſt pertinax & Humor Melancholicus difficillime mobilis Sedes diuturniſſimas facit. Ideo non eſt expectanda curatio prompta, quin potius uſque & uſque inſiſtendum in Remediis quæ tractu temporis non ſolum affectionem minuent, verum etiam penitus delebunt.

Autumno itaque repetatur Purgat. præſcript. nec non iteretur Balneum, ſi Tempeſtatis conditio id ferat. Et ſic deinceps fiat quotannis Vere & Autumno.

Quod ſi ad Coctionem juvandam & Flatus Ventriculi diſſipandos aliquid requiratur remed. parentur ſeq. gratiora.

Pul. digeſt.

℞ Sem. Aniſ. & Fœnicul. dulc. an. ℥ ß. Sem. Coriand. præparati ʒ iii. Cortic. Aurant. & Citr. cond. ſicc. an. ℥ i. Soluti Perlar. & Corallor. dulc. an. ʒ ii ß. Rad. Chin. ʒ v. Lig. Saſſafr. ʒ iii ß. Succini præparati ʒ ii. Roſ. rub. ʒ i ß. Ambr. griſ. ʒ i. Sacchar. albiſſim. quadruplum Pondus. Omnium Ms. Fiat Pulvis ut Alkool. utendus è Cochleari Hora dimidia poſt ſingulos paſtus.

Biſcoctum Aurant. & Citri in ſequentibus deſcriptum pro Domino de *Rocheſter*.

Tabellæ ex confectione Alkermes, ſolut. Perlar. corall. ocub. Roſ. rub. cort. Pulv. Ambra Moſch. & Saccharo.

NB. In Affectionibus Melancholicis conveniunt præſertim Cardiaca, quippe tetri fumi qui ab atra Sentina exhalant Cordi ſunt infeſtiſſimi & Spiritus ſummoperè inficiunt, unde fit ut quæcunque Spiritus recreant Melancholicis præſenti ſint auxilio.

Pil. cum Gummis uſual.

℞ Aloes Crud. ℥ i. Gum. Ammoniac. in Vino Hiſp. diſſol. ʒ iii. Pulv. Folior. Sen. ſubt. ℥ ß. Crem. Tart. alb. ʒ ii. Myrrh. ʒ i. Croci ℈ ß. Ambr. gr. ℈ i. Salis Gemm. ℈ ii. Ms. & cum extract. liquidiuſculo Senæ parato in Aqua fumariæ. Fiat Maſſ. Pilul. de qu. cap. à ℈ i. ad ʒ ß. & ℈ ii. Hora dimidia ante levem Cœnam.

Ut Acuantur, ℞ Maſſæ prædict. ℈ i. Trochiſc. Alhandal. vel extract. Colocynth. gr. iii. Olei Aniſi gutt. ii. vel iii. Ms. Capiat Horis duabus ante Prandium ſuperhauſto Juſculi tantillo.

The. Mayerne.

22 Jan. 1613.

Mr. *William Kendricke*, Pannifex Readingenſis. 29 Januarii, 1614.

Caruncula in Urethra à male Ferruminata Cicatrice Lithotomiæ & involuntaria mictio.

AB Uſu longo Pilularum ex Thure Maſtiche & cæ. cum Diaphoretico vulgari id conſecutus eſt, quod cum antea ſummus eſſet Urinæ Ardor, & ſanioſum, purulentum, cruentum, atque inſtar Albuminiæ Ovi prodiret non ſine magno dolore excrementum viſcidiſſimum, nunc, minus Muci, Sanguinis nihil, omniaque nullo cum Dolore excernantur. At involuntarie profluit Urina, unde? A Reſolutione Muſculi Sphincteriæ Veſicæ, quem peſſime tractatum in ſectione Calculi continuò afflixit Teneſmus, & continua egerend. viſcid. Pituit. cupiditate, cum intenſiſſima in ea reddenda conatu. Quoties vis infertur facultati frequentiâ nimiâ & violentiâ actionum, tandem enervatur Organum, facultas cecidit, & ſic perit actio.

Immiſſo Cereo Caruncula tangitur in Perinæo ubi Digito ipſo extrinſecus appoſito duriſſima percipitur Cicatrix Vulneris facti in exſcindendo Calculo.

Dura eſt Caruncula, quæ tamen violentius adacto ceveo Sanguinem fundit.

Arcta eſt admodum via & contractus meatus cum à Cicatrice, tum ab ὑπερσάρκων Urethram occupante.

Carunculam ſubeſſe patet, tam ex inſtrumenti immiſſione, quam ex eo quod aliquando Veſica melius ſeſe habente & Urinam fidelius retinente, Urina affatim fertur uſque ad Carunculam, illic mox reſitans atque Perinæum inflans. donec poſtmodum ſtillatim reddatur ſive effluat non ſentiente ægro.

Hic igitur ſunt.

Interioris Veſicæ Ulcus, ſaltem ulceroſa diſpoſitio totius, Ulcus autem in Collo vel ſupra Collum.

Vide de hoc ægro in ſequentibus pagin. ab hac. 10.

An Calculus? Vix, quippe nunc nullum dolorem ſentit dum effluit Urina, nec quidquam ſimile iis quæ ſentiebat cum antea laboraret Calculo.

Reſolutio Sphincteris Veſicæ à doloribus præcedentibus, nixu continuo. Lithotomia, Ulcere.

Num longus lenientium & emollentium uſus ut Conſ. Malv. Rad Alth. ſemicup. &c. Languidiorem reddiderunt veſicam fibras laxiores & nervos molliens.

Caruncula quæ præceſſit Operationem, nunc verò aucta eſt per Cicatricem male obductam.

Meatus Anguſtia, præter Plenitudinem quam Caro ſuperflua facit.

Corpus debile, tenue, exſuccum, ex laboribus præcedenbus Languidum.

Animus tamen intrepidus & fortis.

Agenda.

Ante omnia proſpiciendum Carunculæ, qua præſente neque Veſicæ, neque Ulceri quidquam poteſt adhiberi commodum. Da igitur exedenda, ſed blandis Remediis primo punctim per latus ut Artis eſt. Nec verò id expectandum ut tam lata ſit ea Urethræ pars quàm cætera, quia Cicatrix eam contraxit. Sufficit ſi Lotio & Pituitæ pateat liberior exitus, donec per Revulſionem aliaque media, Humor iſte exhauriatur.

Præparandum Corpus ad Operationem Purgatione, Victu. Pars fotu emolliente.

Exeſa Carunculâ Ulcus detergatur, ſiccetur, cicatriſetur, pars dilatetur candela ex fidibus Valvulæ aut Priapo Cervi vel Tauri. Lata ſervetur, Cereo, Cathart. plumbeo. Pars firmetur

tur ſuffitu, qui etiam faciet ad Veſicæ Paralyſin.

Poſt curationem Carunculæ veniendum ad Reſolutionem Sphynctris. Neque ne una & eadem Fideliâ poſſunt ſimul & ſemel dealbari duo iſti Parietes, cum Frontibus adverſis inter ſe pugnent utriuſque affectus Indicationes. Tunc erunt ex uſu Diæta, Thermæ, Suffumigia.

De Spadenſibus dubitandum cum Urinas moveant, niſi dicamus Vitriolum, ferrum, nitrum eâdem opera ſiccare & roborare. Omnibus admiſcenda erunt vulneraria ad Ulcus, & injicienda ea quæ poſſunt Veſicam everrere & mucoſam Saburram eluere, partemque ipſam roborare quæ irritata ejuſmodi viſcidum excrementum, inſtar Blennæ Limacum fundit.

Analeptica locum hic habeant in primis, ut Vires tenuis corpuſculi ſint ferendo, ac ſufficiant longæ & laborioſæ ſeriei totius iſtius Curationis.

Victus ſit inter primas qualitates medius, potius aliquantulum calefaciens, ſiccans mediocriter. Omnia ἔυχυμα ἔυπεπτα.

Diæta.

Veſcatur Carnibus Vituli, Vervecis, Pulli, Agni, Capri, & ſimilibus. Aſſis ut plurimum aliquando elixis.

Utatur Hordeatis & Amygdalitis, (ſi adſit Inflammationis Metus inter operandum) additis ſeminibus frigidis majoribus Portulac. Lactuc. Papaveris albi.

Sitit nunc ob continuum Urinæ fluxum, paretur potus ſiccans & roborans, citra calorem ſitim extinguens.

℞ Radicis Chinæ per Taleolas ſectas ℔ i. Raſuræ Ligni Lentiſci ℔ *ſs*. Raſuræ Ligni Cupreſſi ℥ vi. Raſuræ Ebonis & Cornu Cervi an. ℥ iii. Maſtiches ℥ ii. Cereviſiæ Galon. viii. Fiat Fermentatio ut artis eſt.

Ad ſedandam ſitim. ℞ Syrupi Viol. & de Pomis redolentib. Julep. Alexand. an. ℥ ii. Syrupi ex Tinctura Roſarum ℥ vi. Ms. atque vigente ſiti inter paſtus agit. cum Aqua Chalybeata & fiat Hauſtus inſtar Julepi.

Fluidam ſervet Alvum eſu Prunorum acidodulcium multo Saccharo conditor. Item Pomorum coctorum multo Saccharo aſperſorum.

Ad abſumendam Materiam Cruditatum & Muci qui in Veſicam deſcendit errore primæ Coctionis, item ad confirmandum Ventriculum & roborandæ Urinariæ Viæ paretur Pulvis digeſtivus ſequens utendum poſt ſingulos paſtus è Cochleari Hora dimidia à Cibo.

℞ Cruſtæ Panis albi ſicciſſimæ in Vino Alicantico vel holoc macerat. & denuò ſiccat. ℥ ii. Semin Aniſ. & Fœniculi, Sem. Coriandri an. ℥ *ſs*. Rad. Chinæ ℥ i *ſs*. Nucum Cupreſſi Veſicæ Porci urefact. ſine uſtione an. ℥ *ſs*. Margaritarum præparat Coralli utriuſque P. i. an. ʒ iii. Oculorum Cancri ʒ vi. Spodii Cornu Cervi ad Albedinem uſti, Roſarum rub. an. ʒ ii. Sacchari albiſſimi quadruplum Pondus omnium. Miſce ad uſum. Fiat a. Pulvis ut Alkool.

Cortic. citr. cond. ſicc.

Tunicæ interioris Ventricu. Gallin.

Series Remediorum quibus Corpus ad Carunculæ exeſionem præparari, ipſa verò Caruncula exedi debet.

℞ *Foliorum* Malvæ Altheæ Violar. Parietar. Senecionis an. M. i. Florum Nenupharis P. iii. Florum Chamæm. Melil. an. P. i. Semin. frigid. maj. ℥ i. Hord. integ. P. ii. Fiat omnium Decoctio in Jure capitis Vitulini. Cape de Colatura ℔ i. In qu. diſſolv. Catholici ℥ i. Mellis violati Sacchari albi an. ℥ ii. Butyri recentis ℥ ii ß. Vitellæ Ovorum N°. ii. Ms. Fiat Clyſter. injiciendus ante omnia circa Veſperam levi Cœna ſubſequente.

℞ *Glycyrrhiz.* recent. Polypod. an. ℥ ß. Paſſul. purg. Prun. an. par. iii. Semin. Fœnicul. dulc. ʒ i. Fol. Sen. Mundatorum ℥ ß. Tartari crudi ſubtiliſſ. Pulti ʒ i. Fiat omnium Decoctio & Colatura in qua infunde per Noctem Caſſia fiſtul. recenter è Canna extract. ℥ ii. Manè poſt levem Fervorem fiat Colatura, in qua reducta ad Doſin diſſolv. Syrupi Roſ. pallid. comp. cum Agar. ℥ i. Syr. delid. comp. cum Rheo ℥ ß. Ms. Fiat Potio, detur manè Horis tribus ante Juſculum.

Sequentibus Diebus tribus exhibeatur bis in Die Julep. ſequens. ℞ *Aq. Fontanæ* ℔ ii. Sicci. Limonum & Granatorum acidorum an. ℥ iv. Roſarum rub. P. iii. florum Bugloſſ. Violarum Malvæ rubræ an. P. ii ß. Infundantur ad Cinerum Teporem, donec Tinctura rubra extracta fuerit, mox fiat Colatura de qua cape ℥ iv. Syrupi Nenupharini ℥ ß. Syrupi de Pomis redolentibus ℥ i. Ms. pro una Doſi, iiſdem Diebus bis fiat Fotus perineo ad Vulneris Cicatricem, è Sacculis parmis viciſſim applicandis tepidè per Horam integram quavis vice.

Ad Emolliendam carunculam.

℞ *Bulb. Lil. alb.* N°. ii. Radic. Altheæ Symphyti majoris an. ℥ ii. Fol. Malv. cum toto Parietar. an. M. i ß. Semin. Lini ℥ i ß. Includantur omnia conciſa Sacculis oblongis parvis, quibus in Lacte & Aqua coctis fiat fotus dictus poſt levem Expreſſionem.

Ultimo die circa Veſperam iteretur Clyſter præſcriptus.

Sequenti verò, manè aperiatur Baſilica vel mediana Cubiti dextri & mittantur Sanguinis ℥ viii. vel x. pro ratione virium.

His præmiſſis veniendum erit ad Carunculæ exeſionem.

Parentur Candelæ Cerveæ, tenuiſſimæ, mediocreæ, craſſiuſculæ.

Cathæteres ſtannei, plumbei, ex pudendo Cervi. Diverſæ magnitudinis. Fides ex inteſtinis craſſiuſculæ & firmæ, ne immittendo flectantur.

Pubuis Exæreticus duplex.

Blandior videlicet & vehementior quorum iſta eſt materia.

Præcipitatum vulgare Turbith minerale. Sublimatum dulce.

Cinis ſabinæ, Traxini, Peti.

Fæces Mellis.

Charta combuſta.

Stercus human. & canin. Calcinatum.

Columb. Anſer. Hirundin.

Cenchæ Oſtreorum, mitulorum, Tellinarum & pectunculorum calcinatæ.

Vitrum Antimonii cum Spiritu Vitrioli præparatum. Vitriolum album.

Squama Æris & Aurichalci ex iis candentibus Malleo decuſſa. Tuthia. Alumen uſtum.

Formulæ. Blandior Pulvis quo primis diebus utendum eſt. ℞ Cinerum Sabinæ alb. ʒ ii. Stercor. human. & Canin. calcinat. Fæcum mellis an. ʒ i ß. Oſtreorum calcinat. ʒ ii ß. Vitri Antimon. ℈ iv. Mercurii præcipitat Igne ſolo dulcificat. ʒ iii. Chartæ combuſtæ ʒ i. Ms. Fiat Pulvis ut Alkool ad uſum.

Vehementior. ℞ Turbith mineral. flavi ʒ iii. Oſtreorum calcinat. Vitri Antim. cum Vitrioli Spiritu præparati. Fæcum Mellis an. ʒ ii. Stercoris human. Calcinati Ciner. ſabin. & fraxini an. ʒ i ß. Squamæ Æris flav. ſine Auricalchi Tuthiæ crudæ an. ℈ iv. Ms. Fiat Pulvis.

Loco præcipitati rubri fuit mixtus pulvis præcipitati albus, cum a. medicamentum nimis debile eſſet ita fuit præparata mixtura minus efficacius quæ vel decennalem carunculam vi. digitos longam intra xii. *dies penetravit ſine dolore.* ℞ *Mixturæ præſcriptæ* ʒ *i. præcipitati rubri* ℈ *i. Ms.*

Vehementiſſ. ex Vitriolo albo ſolo. Ex Alumine uſto & præcipitato, ex Conchilibus calcinatis &c.

Primis diebus cum Candela punctim aget, indatur bis per Horam unam vel alteram quavis vice, Manè & Veſperi longe à Cibo. Deinceps ante cum ulterius provecta etiam per latus exedet, ſemel tantum in Die. Toto operationis tempore ſupra Lectum jaceat. Moris eſt ut pure plenum Cereum eòque viſcidiſſimo extrahatur. Si Ardor ſit moleſtus injiciatur Lac, vel Aq. Roſ. & Plantaginis cum Lacte & Mucilaginibus ſemin. Pſyllii & Cydoniorum. Ita procedatur donec Candela penetret totam Carunculam, & exarguet meatum. Si validioribus opus ſit, ſenſim ac gradatim procedendo, à mitioribus fiat via ad vehementiora.

Sit frequens Clyſter refrigerans & leniens.

Exhibeantur crebrò Hordeata refrigerantia.

Liniantur Pubes, Scrotum, Perinæum Ung. Roſ. Meſv. Ung. popul. & Cereato albo refriger. *Galen.*

Si Inflammatio oriatur, indatur Candela tincta Unguento populeo. Fiant Injectiones ex Aq. Plantagin. Roſ. Solani Nymph. cum Thuris albi. Rhaſis.

Mittatur Sanguis de Brachio, de Pede, & aperiantur Hirudinibus Hæmorrhoides. In graviori caſu exteriori Virgæ ad Cicatricem & Carunculæ ſedem Hirudines affigantur.

Aliquando tumentem Carunculam & obſtructione omnimoda Urethræ Urinam ſupprimentem Scirpo acuto, imò & Cathætere Argenteo penetravi fœlici ſucceſſu, non tamen ſine dolore: Sed eò tutius quò diligentius celebrata fuerant univerſalia.

In Rege Henric. 4 Gall.

Conſumptâ plane Hypeoſarcoſi, & deterſo Ulcere ad deſiccationem erit deveniendum, quam complebunt ſuffitus excepti in ſella perforata ex Thuris cum Antimonio Thure Maſtiche Sandaracha Ladano, &c. Addita etiam Cynnabari, niſi ☿ credatur noxius partibus nervoſis & Reſolutioni Veſicæ contrarius.

Injectiones ex Ægyptiaco pauco cum Aq. Roſ. Plantaginis.

Collyrium Langfranci.

Ex tantillo lapidis mirabilis.

Injectio ex Aquis prædictis & ſale Saturni.

℞ Terræ mortuæ Vitrioli ad ſummam dulcedinem, lotæ ʒ ſs. Croci ad extremum Calcinati ʒ iii. Ceruſſ. lot. Minii an. ʒ ii ſs. Tuthiæ præparatæ, Pulveris Plumbi per Amalgama præparati an. ʒ i ſs. Oſſium humanorum ad Albedinem Calcinatorum, Spodii an. ʒ i. Ms. Fiat Pulvis ut Alkool in quo volutentur Candelæ.

Fuci ☿ & ♃ an. ʒ i ſs.

Cathæter plumbeus Mercurio leviter illitus. Licet hoc ſit periculoſum quia à ☿ exeditur & ſæpe pars in Veſicam attrahitur, circa quam concreſcit Lapis.

Vidi Cereum quod fuit nucleus Lapidis.

Apud medicum Cornuti.

Propterea vel Cerei ſummitas contorqueatur, vel Filo propendente ligetur.

Hoc pacto peragendum ad finem uſque Curationis, qua peracta ſi reſtet veſicæ Paralyſis, & Urinæ involuntarium profluvium, cogitandum erit de iis quæ Nervos roborant.

Diæta ſudorifica.

Decoctum aut Cereviſia ordinaria magis exſiccans & paulò calidior.

Suffumigia parti affectæ.

Litus ſeu Balſamum Nerval. pro inferiori parte Spinæ.

Emplaſtrum Oſſi ſacro.

Cauteria duo ad Os ſacrum.

Thermæ Sulphureæ quibus inſideat earumque luto partes dolentes obducantur.

Si (ut veriſimile eſt) ceſſet Sphincteris reſolutio, iis adhibitis Remediis quæ ad Carunculam faciunt; ut Ulceri Veſicæ proſpiciatur & pars jam diu affecta confirmetur, totum denique Corpus refocilletur. Dentur, Trochiſci Gordonii vel mei cum Lacte Caprillo ex Ubere calente & Sacch. roſato. Idque per Menſem unum aut alterum.

Cap. de Ulcer. Veſicæ.

Aquæ ſpadenſes ex ipſa Scaturigine hauſtæ prodeſſe in eo caſu poterunt.

Servatis debitis cautionibus ante uſum, in uſu, & poſt earum uſum.

Omnia fiant Tempore & Ordine debitis.

Mr. *Kendricke* de quo ſupra Pagina præcedente ab hac. 5.

Poſt conſumptam Carunculam inventus Calculus. 15 *Februar.* 1614.

PER Dies *xvi.* immiſſus fuit cum Cereo, Pulvis exæreticus blandior, quo ſine dolore fuit exeſa Caruncula, eò tamen tardiùs quod perpetuò profluens Urina involuntaris, actionem Medicamenti ſiccitate potiſſimum agentis per Salium diſſolutionem & Mineralium imbibitionem remorata eſt. Statim ubi patuit liberior in Urethram via atteri Candela, & veluti Ungue ſcalpta extrahi, quo viſo ſumpta non inani de Calculo latente conjectura immiſſus Cathæter & poſt diligentem Explorationem inventus Calculus partim Urethram partim Veſicæ Collum occupans; cujus præſentia atque in ipſo meatu mora impedit quo minus poſſit Veſicæ Collum claudi, unde perpetuum Urinæ ſtillicidium.

Veriſimile autem eſt à longo & continuo Lubricantium, & Encathiſmatis aperientis uſu, exitum quæſiviſſe hunc Calculum, cujus figura forſan ab altera parte craſſior inſtar Glandis, facit ut hæreat in via.

Prius in Veſica fuiſſe, forſan à prima Sectione relictum, forſan poſt eam ex Urina ſalſuginoſa fæce (Congelationi quàm maximè obnoxia) turgente genitum, inde patet quod æger optimè Urinam continuerit, donec à cauſa morbifica meatum occupante læſa fuerit actio, & impedita Functio occluſionis Sphincteris poſt Mictionem.

At quare non adeſt Dolor, nullus Sanguis Urinæ permiſtus? Quia immobilis hæret Lapis, qui antea vago agitatus motu in Cavitate Veſicæ fluctuabat & ſubinde in Collum ex præcedenti Operatione, atque Urinæ acri Muria ulceratum impingebat.

Dolet a. & nititur maximè in reddenda Urina ſi quando eam affatim velit excludere, quia vitiato partium ſitu à Dilatatione perpetuò hiantis Sphincteris facultates naturales labaſcunt, atque in primis expultius cum retentrice labefactatur.

Neceſſe eſt ut Calculus exeat.

Quoniam verò videtur oblongior, neque tam craſſus eſt quin per eum pateat Candelæ in Veſicam via. Quoniam inſuper à ſeſquianno (qui fuit terminus primæ Lithotomiæ) non potuit in Molem ingentem excreſcere. Antequam nonæ Sectioni committatur, Veſica languida, perpetua dolorum præſentia peſſimè mulctata, Ulcere purulentum mucum perpetuò fundente pene effœta, non ſine gravi Periculo: Viis Lubricis redditis, per aſſumpta & admota, poſſit Corpus durum in Urethram magis ac magis impelli, imò per eam citra Sectionem excludi, aut tandem (quod ſummum erit ſi Glandi fiat Lapis propinquior) facta ſupra ipſum Lapidem Cutis ſaltem & Meatus Diviſione ſine Dilaceratione tutò extrahi.

Relictus fuerat a Lithotomo Williams *in veſica calculus grandis cujus extractioni ipſe interfui.*

Convaluit ſecundò à Lithotomia.

Iſta ſi ex toto non ſuccedant non peribit occaſio Operationis, imò fiet ut facilius digitis in Anum immiſſis comprehendi poſſit, & ſine Dilatatorii Laceratione Cochleari citius eximi Calculus. Præcedant ergo Medicamenta à quibus ſat citò, ſi ſat verè ad Ferrum in tenui hoc & debili ſubjecto, tempeſtate iſta frigida, tranſitus fiet.

Si craſſa & obtuſa pars poſterior lapidis non poſſit digitis contineri retrudatur in Veſicam & per magnum apparatum eximatur.

Remedia.

Alternis diebus injiciatur Clyſter ſequens, hodie incipiendo.

℞ Bulb. Lil. alb. N° i. Fol. Malv. Alth. cum toto parietar. an. M. i ß. Fol. Naſturtii aquat. M. ii. Florum Chamæm. & melil. an. P. ii. Semin. frig. maj. ℥ i. Semin. Alkek. Milii ſolis paliuri an. ʒ iii. Fiat omnium Decoctio. Cape de Colatura ℔ i. In qu. diſſolv. Caſſ. recent. è Canna extract. ℥ i. Sacchari albi ℥ iii. Mixturæ ſequentis ℥ ii. Salis prunell. ʒ ii. Ms. Fiat Enema.

℞ Thereb. venet. ℥ vi. Axung. Corniculi Olei de Scorpionibus an. ℥ iv. Ol. Amygdal. dulc. & Lil. an. ℥ iii. Ms. Liq. ſimul.

Oleoſa mixtura ad Clyſ.

Paretur Semicupium. ℞ Raporum per Taleol. ſectorum ℔ xii. Rad.

Chamæmeli totius fascicul. i. ſs.

Rad. Alth. Lil. alborum Raphan. an. ℔ iv. Folior. Malv. parietar. Violar. Saxifrag. Bupleuri an. fascicul. i. Fol. Naſturtii Bevul. ana faſciculos ii. Semin. Lini ℔ ii. Sem. Fœnugr. ℔ i. Includantur omnia Sacco lato, qui bulliat cum ſpecieb. in Aq. fontan. pro Semicupio uſurpando bis in die per octiduum. In eo maneat per ſeſquihoram vel horas ii, quavis vice, atque ad majorem εὐθερμίαν ſit ſaltem tepidum.

Sex dies.

Poſtquam in eo moratus fuerit per Horam unam, duobus primis diebus capiat Potionem ſequentem.

℞ Aq. parietar. ℥ ii. Succi depur. Naſturtii ℥ i. Succi Limon. ℥ ſs. Ol. Amygdal. dulc. rec. extr. ſine Igne ℥ i ſs. Syrup. de Althea ʒ x. Ms. Fiat hauſtus bis in die repetendus ſingulis Diebus, exploretur calculus Cathætere.

Si validiuſculo ſit opus remedio ad pellendum, ℞ Cancros fluviatiles vinos N°. ii. Terantur in mortario Marmoreo cum Vino albo, Fiat Pulpæ expreſſio per linteum, Add. Succi Naſturtii aquatici ℥ i ſs. Succi Limonum ℥ ſs. Sacchari candi ʒ iii. Ms. Fiat hauſtus tertio & quarto die aſſumendus, ſi prior nihil profecerit.

Ad attrahendum in Urethra contentum calculum.

Suctio pudendi longa, loto prius Ore Oleo Amygdal. dulcium.

His factis ſi ulterius proceſſerit Calculus & ad fortiſſima & potentiſſima quæ exturbent ſit deveniendum. ℞ Aquæ parietar. ℥ iii. Vini albi ℥ i ſs. Syrup. de Alth. fernel. ℥ i. Lap. brunell. ʒ i. ℈ iv. uſque ad ʒ i ſs. & ʒ ii. Pulver. Virgæ aureæ ſubtiliſſimi ʒ ſs. Ms. Fiat potio primo die qui erit quintus vice, ſecundo ſemel repetenda.

Attractio per Syphonem inſtar pyuli.

Cucurbita in qua fuerit Therebentine cui in Aqua calidæ exiſti immittatur pudendum. Mr. de Lormes.

Iſta ſi nihil profuerint tunc Semicupium inſtituatur ſaltem ex Malva, Althea Violar. Chamæm. in Aqua coctis, addita dimidia parte Lactis, eoque bis vel ter ſaltem utatur.

Exhibeatur Hordeatum cum Emulſione Semin. Melon. & Cucurbit. atque Amygdal. dulc. in Aq. Roſ. macerat. dulcor. Sacchar. Roſ. Detur bis in die.

Vel per tres quatuorve dies propinetur Lac Caprillum vel Vaccinum recenter Mulctum ex Ubere cum Sacch. Roſ.

His factis & reſtituta iſtis blandimentis parte, tradat ſe perito Lithotomo, qui vel Calculum quem digitis attingere atque extra Veſicam propellere induſtrie poterit, minori apparatu extrahat. Vel grandiuſculum & brevitati digitorum illudentem Cathætere repellat in Veſicam atque ut Artis eſt majoris apparatus Operatione eximat.

Vulnus diu apertum teneatur.

Veſica ulcerata Vulnerariis, non Acribus detergatur optime aſſumptis, ſervatur Ferruminationi Vulneris bonum Fundamentum. Pars debilis ſtrenuè roboretur.

Victus imperetur, qualis vulneratis convenit, tenuis, non calfaciens, moderatè ſiccans.

Ad

Ad Gangrænam in Vulnere poſt Lithomiam, tertio die obortam in Mr. *Kendricke.*

10 *Martii* 1614. *Convaluit.*

℞. ROS. rub. Florum Melilot. an. M. i. Furfuris Macri Hordei integr. Lupinar. an. M. ß. Agrimon. Brunell. Conſolid. majoris totius an. M. i ß. Fiat Decoctio in Sero Lactis recent. Cape de Colatura ℔ i. Mellis roſati Syrup. de Roſis ſiccis an. ℥ i ß. Aq. Roſ. & Plantagin. an. ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciendus cras Mané.

In primis & ante omnia Vulnus apertum ſervetur Tubulo argenteo. Turunda ex Tela cerata & Plumbo, vel ex Penna & Tela cerata, quæ in Veſicæ Cavitatem penetret. Per Tubum fiant in Veſicam Injectiones, tum ne lædatur Veſicæ Collum crebra Immiſſione Syphonis, tum etiam ut altius penetrent. Id autem faciendum (i. Tubus duriuſculus ſervandus in Veſica) uſque ad Diem *vii.* quo exacto Turundæ Lineæ ſubtili ſed oblongiori erit Locus. Operæ prætium a. eſt continuo hiare Veſicam ut Injectio facienda Mucum Parietibus ejus adhærentem eluat & educat, quod non fiet ſi claudatur Sphincter, qui expultrice Munus ſuum obeunte id quod liquidum eſt & tenue tantum, relicta craſſa & viſcida Fæce tranſmittet, unde nova indies ſuccreſcet redivivi nunc tertiò Calculi materia.

Vanus eſt Paralyſeos & debilitatis Sphincteris Urinæ incontinentiam facturæ Metus, cui etiamnum exiſtenti, calida aſſumpta, admota, & in primis Thermæ Sulphureæ, vel earum æmuli fotus mederi poſſunt. Vana Fiſtulæ ſeu potius calloſi Ulceris ſuſpicio, cui feruminando ſatis erunt, Labiorum Vulneris ſectio, Calli amputatio, & pinnatæ Suturæ ut a. e. Celebratio. NB. Loco Pennarum ſumantur Argenteæ vel Plumbeæ Lamellæ.

Poſtquam Urina clara & limpida evaſerit, ceſſandum à Turundæ Immiſſione, atque omne Studium Chirurgorum verſari debet circa Vulneris Cicatriſationem.

Ad præſentem Gangrænam fiant ſequentia.

℞ Fol. Scordii Abſynth. Centaur. minor. an. M. i. Florum Hyperic. Roſ. rubrarum an. P. iii. Lupinorum ℥ ii. Fiat Decoctio in Aqua Fontana, Cape de Colat. ℔ ii. Spiritus Vini ℥ vi. Aq. Roſarum & Plantag. an. ℥ iv. Ægyptiani ℥ i. Ms. pro Injectione facienda per Syphonem.

Ex iiſdem paretur decoctum in Lixivio Juniperi aut Sarmentorum vitis. Addatur Vinum, & fiat Fotus regioni Veſicæ & Seroto ac Perineo.

Vel cum Liquore ad Gangrænam.

Vulneri denigrato applic. Ægypt. cum 🜍 uſque ad Seperationem emortuæ Carnis. Deinde Crurum Cura aliorum Ulcerum.

NB. Ter quaterve ad ſummum Vulnus deligare ſufficit, quia quo magis exponitur Aëri Vulnus & Veſica eo majus Gangrænæ Periculum.

Ab iſtis bene habuit: Sed poſt undecimum diem iterum denigratum Vulnus, ſuperficie tenus ſaltem id quod ab ambiente maxima Intemperie frigida factum puto.

Urina per Urethram reddita habuit Sedimentum mucoſum quaſi aliquid, vel ipſe etiam Calculus adhuc eſſet in Veſica.

Ergo.

Ne toties exponatur Aeri Vulnus, quia ſolent applicari Medicamenta ſecunda quaque hora. Sufficit ſexta vel octava, ut etiam ipſa Medicamenta operandi tempus habeant.

Uſque ad mundificationem.

Aperta ſervetur Veſica Turunda linea oblonga Uncta Balſamo digeſtivo.

Vulnerariæ detergentes.

Fiant Injectiones Inſtrumento quod una vice poſſit replere totam Veſicam Sypho a. tegatur Æſophago vel Inteſtino Pulli.

Vulneri applicetur digeſtivum & mundificans paulò validius, cum præcipitato.

Dentur Potiones Vulnerariæ vel Emulſiones.

Alternis Diebus vel tertio quoque injiciatur Clyſter leniens & vulnerarius, cavendo à Catharticis, & præſertim à Caſſia quæ hujuſmodi malo eſt Lethalis.

Vitandæ Glandes quæ Aculeo pungunt & Longitudine penetrant.

Antequam Turunda plane eximatur (quod fiet circa vigeſimum Diem) expleretur Cathætere Veſica ab omnibus Mucis mundata, & ſi nihil calculoſi in ea inhæſit bonis Avibus Vulnus occludatur. Juvando etiam per Suturam ſiccam ex Pice Maſtiche Vervice *&c.* quæ Aquæ appulſum non ſentiant.

Thuræ ſar: cocolla.

Remedia.

Balſamum ad Turund.

℞ Olei Ovorum & Hypericonis an. ℥ i. Thereb. Venetæ ℥ *ſs.* Gummi Elemi ʒ ii. Ms. Liq. ſimul ad tingendam Turundam.

Ad vulnus uſque ad perfectam mundificationem.

℞ Mundificatin. de Apio ℥ i. Ung. Baſilicon. majoris ℥ ii. Mercurii præcipitati ʒ iv. Lachrymæ Ol.an.ov. ʒ ii. Laricis ſive Olei abietini quod pro Therebentina paſſim venditur ʒ ii. Ms. pro Pulvillis Vulneri indendis.

Injectiones vulneraria detergentes.

℞ Foliorum Agrimon. Apii Brunellæ Veronicæ utriuſque Buglæ Sanicul. an. M. i. Vincæ per vincæ Betonic. an. M. ii. Radic. Ariſtolochiæ Roſ. ℥ iii. Cancros fluviatiles ad Rubedinem & contuſ. N°. vi. Omnia ut artis eſt præparata, Coquantur ℔ viii. in Vino albo Gallico ad med. Cape de Colatura ℔ ii. In qu. diſſolv. Sacchari candi Syrupi de Roſis ſiccis vel Mellis Roſ. colat. an. ℥ iii. Urina Pueri impub. ℔ i. Ms. injiciatur tepide quater in die ℔ *ſs.* quavis Vice. Nam minor quantitas nihil prodeſt, quippe non pertingit ad Veſicæ fundum ejuſve latera.

Vaſconio vel Andegavenſi tenui.

Liquor Raphani cum Saccharo ad Phlegma diſſipandis.

Quod ſi recurrat νέκρωσις & pars denigretur, huic Decocto adde Abſynthium Scordium Centaur. min. in Colatura diſſolv. Ægyptianum, Adde Vini Spiritum, & fac ut ſupra. Adde etiam Myrrham. In ſumma quæ ſervent

vent à Putredine & Calorem nativum ad partem eo destitutam attrahant.

Rad. consol. maj.

Beton. pyrol. Geran. ro. lap. cancr. cum succ. lim. præpar. ℥ i.

Potio vulneraria.

℞ Radic. Chinæ ℥ iii. Radic. Oxalidis ℥ i. Fol. Agrimon. M. ii. Virgæ aur. M. i ß. Veronic. utriusque Pilosell. Brunell. an. M. i. Rof. rub. P. ii. Glycyrrhiz. rec. ℥ ii. Uvarum corint. ℥ i ß. Fiat Decoctio in Aq. partib. & f. q. Aq. fontan. & Vini albi Rhenani, Colatura clarif. agatur sæpius per manic. reduc. ad ℥ xxx. quæ dulcorentur ℥ vi. Sacch. cand. violat. & aromat. ʒ iii. Santal. Citrin. pro *vi.* Dosibus sumendis bis in die Mane & Horis duabus ante Cœnam, per octiduum.

Emulsio.

Loco istius Decocti vulnerarii poterit parari Emulsio ex Amygdal. semin. frigid. maj. in Aq. Rof. Infus. semin. Canab. rec. terantur cum f. q. decocti dulcor. pauco Sacch. exhib. aliquando loco cœnæ.

Clyster.

℞ Betonic. Agrimon. Veronic. utriusque herb. Robert. an. M. i. Rof. rub. P. iii. Hordei integr. Furfur. macr. an. P. i ß. Fiat Decoctio in jure Capitis arietin. Vervecin. aut vitulin. Cape de colat. ℔ i. In qu. dissolv. Mellis Rof. Sacchari albi an. ℥ ii. Vitell. Ov. Nº. iii. Ms. Fiat Clyster. Injic. alternis Diebus vel tertio quoque die.

Mr. *Kendricke*. 2 Maii. 1614.

POST Λιθοτομίαν celebratam, & συνδρομὴν variorum & periculosorum Symptomatum, atque inprimis Gangrænæ à summa in extrahendo Calculo Contusione, Vulnus tandem occaluit. Restat verò involuntarium Urinæ profluvium, à summa Sphincteris Imbecillitate, nec non saniosus Mucus effluit una cum Urina, qui viscidissimum & purulentum deponit in matulam sedimentum, quod est indicium & novæ dispositionis ad generandum nunc tertiò Calculi & Ulceris à longa & dura præcedentis Lupi Attritione residui.

Itaque Partem affectam, Vesicam ejusque Colla robora, astringentibus extenua, fotu, suffitu.

Materiam Calculi ex naturalibus Partibus, Ventriculo, Mesenterio, antequam ad Hepar appellat, revellito, vacuato, divertito, derivato. Vomitorio, Pilul. usualibus, Clysteribus.

Quod in Venis, Renibus, & Vesica latet per Urinas leniendo, modice everrendo ducito. Cerevisia medicata, Jusculis cum Christallo minerali, & Christallo rupis præparato Aquis Spadensibus.

Ulcus siccato, prius detersum, vel simul & semel, iis quæ detergendo validè siccent. Aloe & ocul. caner. cum Lacte recent. mulcto.

Ἀνάληψιν procurato, Lacte cum Saccharo Rosato, Brodio Chinato, &c.

Vomitoria. Crocus metallorum ad gr. x. xii. Infus. in Vino albo. Vel ℞ ejus ℥ i. Vini albi ℔ i. Infunde, da ℥ ii. Semel in Mense, idque in Plenilunio, cum maxime turgent atque in Corpore ebulliunt Humores.

Vel ℞ Succi Senecionis ℥ ii. aut Succi Illecebræ ab ℥ i. ad ℥ ii. Vini albi ℥ iv. Ms. Fiat hauſtus.

Utiliſſimi videntur συρμαισμοὶ ſive Vomitus à Cibo excitati, quippe & facilius ſubvertitur Ventriculus, & Phlegma ejus Tunicis impactum perfectius & tenuiori negotio, minorique conatu evomitur.

Pilulæ uſuales. ℞ Pilul. Rufi & Stomachicarum cum Gummis an. ℥ ß. Diaphoretici Antim. vulgar. ʒ ii. Ms. Exhib. ℈ ii. Bis in Septimana, Hora dimidia vel Hora una ante Prandium.

Clyſter ſit frequens ex Vulnerariis nervalibus nunc, ut proſit debili & ulceratæ Veſicæ. Pauca addantur Cathartica, propter quæ frequentius uſurpata Tonum partis diſſolvunt.

NB. *Quater aut quinquies purgatus fuit quotidie quatuor horis ab aſſumptione, lenta fuit Purgatio & copioſa. Phlegma eductum viſcidum & ea tempore quo purgabatur Urinæ fuerunt magis viſcidæ.*

℞ Lactis vaccini recent. ex Ubere calentis ℥ vi. Aloes ʒ ß. Ocul. Cancr præparat. ℈ ii. Ms. Exhib. mane Hora *vii.* & Hora quarta pomerid. per Menſem integrum, plus minuſve pro Operatione.

Retentricem confirmabunt Pilulæ ex Therebentina cum Maſtiche cocta in Veſica, in Aqua natante, addito Pulvere Carabes & Oculis Cancri præparatis.

Hiſtoria Morbi & Mortis D. Iſaaci Caſauboni *& Conformationis partium Urinarium monſtroſæ, qualis reperta fuit in diſſecto Cadavere,* 1 Die *Julii,* 1614.

IS. *Caſ.* ſingularis eruditionis Vir, humaniorum *Studiorum*, Literarum *Cognitione* peritia toti notus Orbi, & Criticorum ſui temporis *Coryphæus* facilè Princeps. Corpus *tenue*, gracile, *ſiccum* à natura ſortitus erat, temperamento *Bilioſo*, *quod Vitæ Conditione atque Annorum decurſu in Melancholicum degeneravit.* Ignei vigoris, & cœleſtis Originis Animam *obſepiebat*, continebat fragile ergaſtulum, quod exili nec importuna mole haud grave Hoſpitem ſui plane juris eſſe ſivit. Hinc factum ut Literis deditiſſima Mens parvam admodum habuerit ſui domicilii rationem. Ita Vir magnus non impalluit modo, ſed pene inaruit Chartis. Utinam Capularis *Acheronticus* etiam inſenuiſſet. Paucis vel ferè nullis magnus Morbus obnoxium tranſegit illud quod ipſi Deus indulſit Ætatis Curriculum, & Caſtigata Corporis exſucci conformatio Moles fecit ut ea non ſenſerit vel leviter *parum* expertus ſit incommoda quæ vitam ſedentariam conſequuntur. *Sabuloſom* arenoſam ſaltem Saburram aliquando depoſuere Renes, non ſine aliquo Urethræ inter meiendum Ardore. Nihil tamen effatu dignum vel quod ſedulam aut iteratam Medici poſtularet Opem.

Ex Bilioſo in Melancholicum plurimum declinante.

Bonis & magnis Reip. literaris rebus.

Opem. Cœlum ſolumque mutavit ſæpius, ab Urbibus & Principibus Viris Doctrinæ non vulgaris nomine humaniſſimè invitatus & exceptus honorificentiſſimè, ut pateat ipſum uni non aſſueviſſe victus Legi. Tandem ab invictiſſimo Magnæ Britanniæ Monarcha *Jacobo*, hujus Nominis primo Muſarum Patre, & Literatorum Fautore ac Mecænate clementiſſimo accerſitus in *Angliam*, in Florentiſſimo illo Regno vixit per Triennium. Penſum à *doctiſſimo Rege* accepit grave, at Humeris qui Antiquorum Nodis atque Ænigmatis ſolvendis innutriti erant non impar. Theologicum aggreſſus Opus in Baronium ultra Annum inſudavit huic abſtruſioris ſuæ Eruditionis ſpecimini edendo, *ab Amicis deſiderato, Adverſariis exoſo, qui ejus Editionem in Specula quaſi expectantes, nondum nato Fœtui ipſis ominoſo, jam undique oblatrabant*.

Animum in varia diſtrahi, & *potentibus* pungentibus agitari παθήμασι non novum, ubi de aſſerenda Veritate, & pariter de Famæ ac nominis diſcrimine agitur, præſertim in Polemico ſcribendi genere. Quot evolvit Patrum antiquorum Volumina, quot horas in Muſæo, Epularum immemor, & veluti raptus in ἔκστασιν trivit, Vir optimus, qui Terras calcans Pedibus, Cœlo Mente affixus erat, quot inſomnes tranſegit Noctes et accuratiſſimum illud Opus cuderet & Luci tandem daret, quod nunc in Antiquitatis depravatores quantumvis purpuratos proſtat? Sic paulatim Vires imminui, Corpus magis ac magis extenuari, diſſipari Spiritus, & debilitari Calor nativus Functionum omnium Opifex, quibus ceſſantibus vel ſaltem Facultatum læſione depravatis, Excrementorum quotidiana germinatione ſuccreſcentium proventu, partes obrui & Naturam tandem fatiſcere neceſſe eſt. *Vulgare* illud eſt, ut ſiquâ pateat Hominis latus iſtac Mors inſidioſa fraudulenta ſeſe inſinuet, obrepat, & incautum per Cuniculos adoriatur. Signi ſint ordinarii & conſueti *Morbi* affectus, ab iis vulgò *ultimus vitæ actus* capit exordium.

Illo temporis ſpatio.

Quotidianum.

Vitæ Cataſtrophe.

Duodecimo circiter ante obitum Menſe, qui vel ante quieverant, vel fugaci præſentia obiter ſaltem moleſti fuerant inter Meiendum punctorii dolores, & Urinæ ardores redivivi cœperunt Virum bonum fatigare primò longioribus intervallis, noctuque præſertim importuni, ita ut dulcem interrumperent Somnum, & experrectum cogerent, adigerent ad Matulam. Rubrarum arenularum Profuſio cauſa iſtius Irritationis ſtatuebatur, neque ullis poterat æger incommodis à Studiis avelli, etiam neceſſariorum naturæ immemor, inter quorum ipſi dulciſſima oblectamenta Ardor paulatim in difficultatem reddendæ Urinæ verti quæ ſubinde ſiſtebat gradum, & non effundebatur niſi mediocri ſaltem niſu, idque incurvato Corpore, & Facie prona. Tanta Expultricis *Irritatio*, ut qui parcè olim vix ſemel tota Nocte ſoleret Urinam emittere, intra paucos Menſes, bis, ter, quater, quinquies, ſexies, & tandem infinitis vicibus cogeretur, in eum

Hæc ex ipſius manuſcripta Scheda.

finem ſurgere. Pectinis dolor; grave Ano incumbere Pondus, inter Meiendum Alvi exonerandæ Cupiditas. Exeuntem Urinam comitari Dolor cum per totum Canalem Urethræ, tum maximè in Glande, cujus Senſus erat quaſi multorum Acuminum ſimul pungentium. Ingens in Dorſo aliquando Calor ad quem levandam Veſtem ſæpiſſimè ponere cogebatur.

Urinæ ut plurimum *Spiceæ* pallidæ, albicantes, cum Mucoſo Sedimento, & poſt Equitationem, vel violentius Exercitium Ambulationis cum Arenoſis granis craſſioribus vel tenuioribus Capillis rotundis, præduris plurimis, Horum nonnulli Granum Tritici, plerique Milii magnitudine æquabant. Iſta Symptomatum Syndromæ Medicis Calculi in Veſica latentis ſuſpicionem injecit quem cum Cathætere explorare libuiſſet, nullus Inſtrumento in Veſicam aditus, ſed præcluſa ad Urethræ in Veſicam Reflexionem via, ita ut non obſcura apparerent ὑπερσαρκώσεως meatum obſidentis Indicia.

Virga inarrigendo incurva erat à multis Menſibus, ita ut coiret difficillimè.

Inter numeroſum iſtum accidentium Cumulum quæ vel Athletico Corpori peſſundando ſatis erant ſexto ante fatalem diem Menſe in parte Hypogaſtrii ſiniſtra inter albam Lineam vel Veſicæ regionem ſupra Pubem & Ilia efflorescere cœpit Tumor inſtar Juglandis primò, qui paulatim auctus ad Pugni Magnitudinem vel potius Latitudinem excrevit deſinens in obtuſum Acumen. Mollis erat, & qui fluctuatione quæ Attrectationem ſequebatur, Aquam ſubeſſe certò indicabat, ſicuti Liber inter Tuſſiendum vel reſpirandum Muſculorum Abdominis motus Materiam ſub iiſdem contineri; Tumoris Circumſcriptio eandem non inventris Cavitate vagam ſed in quadam Cyſti concludi arguebat. Si durius impreſſa manu tractaretur Tumor Veſica in conſenſum Tracta dolebat & micturiebat, id quod à partium Vicinia & Veſicæ inter duas Peritonæi Tunicas ſepultæ cum Tumore Connexione fieri credebatur. Subſidebat nonnunquam, at paucis Diebus redibat in Priſtinum ſtatum duxit. In Miſero iſto ſtatu æger vitam languidam Menſibus aliquot traduxit, donec inſtante ultima & ſtatuta Hora ſic accelerata, deploranda omnibus Literatis tanti Viri diſſolutio fuit. Contigit ut ſereno Die Animi recreandi, & Corporis exercendi Gratia Rheda vectus decem Anglica Miliaria percurrerit. Reverſus domum noctu minxit frequentiſſimè, aucti Dolores, aucta δυσουρία cum στραγγουρία, Urinæ cruentæ, cum Sedimento Mucoſo, quod maximæ & vitreæ Pituitæ tenacis quantitati aliquid Puris admixtum habebat.

Putatum inter Muſculos & Peritonæum.

Fotu at potius mictione.

[Acceleratus fuit Viri piiſſimi interitus.]

Invaluit inter Meiendum deſidendi Cupiditas excluſi Calculi exiles quamplurimi, aucta uno verbo omnia. Invaſit Febris, quæ antea per inæqualia intervalla licet levia, non tamen ſine aliquo Horrore & inordinatis Rigoribus occupaverat. Pugnatum iis quæ Acrimoniam Lotii temperare, Mucum incidere, ei facilem Venitione viarum exitum procurare valebant. Vano ſane Labore, ſiquidem Urinæ tunc olidas turbidas inſtar

Lixivii aut Cereviſiæ profluxerunt, ſine Levamine; cum Mictionem illicò novum exciperet denuò Meiendi deſiderium, Ardorem internum ſibi moleſtiſſimum dicebat æger, & calidiſſimæ *reddebantur* Urinæ, etiam ad tangentis manum. Mucus erat dimidia Lotii pars, aliquando etiam quidquid *reddebatur*. Mucus erat tam tenaci Filo cohærens ut vix divelli poſſet, & ex Matula in Pavimentum lubrico & continuo contextu efflueret. Notatu a. dignum eſt quod poſt *redditam* ingentem iſtius albugineæ Pituitæ quantitatem, hoc Symptoma per duos aut tres Dies inducias dabat, nova Congeſtione facta denuò ut ante recurrens. Tam diris Cruciatibus Excarnificatum tenue Corpuſculum ad dies *xx.* duravit. Continua Febris lenta Uſtrina tabefactum, perpetua effluentia Lotii, & fuſæ Alvi Vacuatione Pumice ſiccius *redditum*. Urinæ Fœtore quem ipſe *Anhelitus* Oris Spiritus redolebat infectum. Donec tandem fœlix Anima uta ſui Carceris impatiens cui ab ipſis Conformationis primordiis iniquis Conditionibus *alligata* fuerat vocante ſupremo Rerum omnium Conditore ad ſuam migrans Originem, Corpus Humo, Amicis Lachrymas. Literatis raram Eruditionem, omnibus Probis *ſingularem* & eximiam Pietatem imitandam reliquit, Die Veneris 1 *Julii*, 1614. Ætatis Anno 57.

Secto Cadavere poſt exquiſitam *ſingularum* partium Perſcrutationem ſequentia fidelibus Oculis objecta fuere.

Urethræ inditus Cathæter argenteus nulla Arte, nulla vi valuit in Veſicam adigi, ita ut ſecta per Perinæi Longitudinem Urethra manifeſtò apparuerit ὄγκος σαρκῶδης, ſive σαρκοειδὲς σῶμα, meatum occupans foris intrò reſiſtens, ſed ab interna parte foras obſequentius.

Collum Veſicæ cingentes Collo Veſicæ appoſitæ adſtites Glandulæ proſtatæ dictæ quadruplo majores quàm naturalis ferret Conformatio.

Veſicæ Corpus contractum inſtar minimi Digiti craſſum, ſpiſſum, interna ſui parte rugis quamplurimis & veluti Cuniculis exſculptum, quorum caudonulæ lapillis infinitis rotundis ſcatebant. Collum interius quod declive levi Canaliculo ſine ulla Protuberantia naturaliter in Urethram deſinit, introrſum tumens, elatum inſtar Podicis Gallinæ, vel Colli interioris Uteri, ita ut in ambitu eſſet veluti Sulcus ſeu Cavitas per quam circumduci poterat Digitus, cujus Magnitudinem facilè admittebat Colli Orificium per Urethræ retractionem ſurſum factam formatum quæ Virgæ in arrigendo incurvationem invehebat.

Ad ſiniſtrum Latus perforatum fuit Veſicæ Corpus & pervium rotando Foramine quatuor Digitorum Apices admittente in ſaccum ſive ἔκφυσιν Veſicæ, vel addiditiam Veſicam, quæ Urina turgens, Capacitatis erat ad Veſicam ſextuples. *Habuit* iſte Saccus Tunicas tres ſeu Membranas cum Veſicæ Membranis continuas, non contiguas, ſpiſſas admodum, (neque ἀπονευρώσεις comminiſcatur aut ſomniet.) cum inſignibus Nervis Venis & Arteriis. Situs talis ut totam Hypogaſtrii partem ſiniſtram occuparet uſque ad Oſſa Iliarum, inſtar Veſicæ in ipſa Peritonæi duplicatura latitans. Figura inæqualis, ita ut infra Foramen infirma ſacci pars propenderet plurimùm, ſicuti ſuperior Peritonæo *affixa* complexa firmiter multum ſupereminebat. Utraque Veſica Lotio turgens pleniſſime, at in addititiæ fundo infra Foramen Penſili *Sentina quædam* ingens & Saburra Putris & olidi Muci ſive Phlegmatis vitrei vel Tartarei Albuminis quod cum tanto niſu & dolore à miſero ægro profundebatur, Veſica naturalis neque ulcerata, neque Inflammationis per ſe ferens Veſtigium. Addititiæ interna membrana eroſa, variis in locis atque ob Inflammationem rubra, livida, nigra Gangræna proximaque Mortis certiſſima & inevitabilis cauſa fuiſſe videtur.

Ureteres Lati, Urina turgidi. Siniſter inter ſacci Tunicas gliſcebat profundius, uterque a. deſinebat in Veſicam veram paulò ſupra Collum.

Ren dexter totus Purulentus, Siniſter ſanus.

Partes cæteræ ſanæ, exceptis Pulmonibus quos corruperat, & denigraverat ferina & perennis fluxio à Capite in ipſorum Bronchia & ſubſtantiam contiuò ſtillans, quam prodebat ordinaria Tuſſicula, & in ultimo hoc Morbo conſueta Raucedo ingeminata, etiam uſque ad aliquam difficultatem Vocis edendæ.

Vitioſæ iſtius Conformationis in humero ſitu & meatu menſtrum quoniam Doctorum Animis exercendis ſatis eſt, atque amplum aperit Campum diſquiſitioni Medicæ, in hac lubet expatiari Planitie, cum ut credant ἰητρῶν παῖδες quotidie nova occurrere, quæ ſub antiquorum ſpecie nobis imponere poſſunt & conjecturæ acumen fallere, tum ut in obſervando ſeduli (ſiquidem mihi viſum aliquid Analogon) in prædicendo & judicando cauti. In operando religioſi atque à Periculoſa Feſtinatione alieniſſimi eſſe diſcant. Fatendum ignotam tot malorum Cauſam, & deceptos fuiſſe Medicos omnes, quorum alii Calculum pergrandem adeſſe, alii Vulnus in Veſica, quidam Tumorem aquoſum partem inter Muſculos & Peritonæum exiſtentem occupare autumabant. Rara non ſunt Artis, & in Conjecturis quantumvis artificialibus parum eſt fiduciæ. Errorem ſuum confiteri ingenui eſt, in rebus inauditis & nulli viſis decipi non turpe, obſervata (licet prognoſeos potius quàm Therapeiæ Idonea) poſteris pandere non inglorium.

Equidem ab ipſis Conceptionis & *Generationis* primordiis *Facultatem* Vim πλαστικὴν in hoc ſubjecto inſolenti utique & gravi Errore luſiſſe Arbitror dum concurrente nimia ad Veſicam fingendam à Parentibus decidua materia eam cum ἐκφύσει & foramine in *ipſam* ducente formavit, eodem plane modo quo Lienes duos, Teſticulos tres, ſextum Digitum *in aliquot Corporibus* non ſemel vidimus. Ita Seminum con-

Hoc additamentum.

confuſorum, & Sanguinis materni affluentis ſuperflua quantitas una cum vegeto Calore Formas è Poteſtate oblatæ materiæ educente Menſtra gignit. Porrò credibile eſt iſtud additamentum primis Annis vel exile admodum fuiſſe, vel etiam ipſi Veſicæ ſic agglutinatum, ut vel nihil excipere, vel exceptum ſtatim retundere in naturalem Alveum valeret.

Incrementi autem ſeu Dilatationis ipſius primordia tum cœpiſſe veriſimile eſt cum Vir pius Penſo graviſſimo nimium intentus Dies Noctesque Libris aſſidens per multos Menſes tranſegit, tunc ſiquid Lotii reddendi immemorem quotidie imò quavis Hora reddebat, Animi à Naturalibus ad ſublimia Avocatio, ita ut à Corpore veluti abſtracta Mens, nec incommoda ſentiret, neque Muneribus neceſſariis vacare, vel ad Corporis vilia Officia ſe demittere dignaretur. Si ii quibus ægrotat Mens Dolorem non ſentiunt, quidni Veſicæ Pondus negligetur quoties in ferventioribus Studiis Calor & Spiritus ad Rationis Arcem vi quadam rapti Cerebrum totum ſibi vendicant, neglectis niſi quantum ad Vitam ſat eſt ut ita dicam ignobilioribus partibus? Id videre eſt non tantum in Melancholicorum, ſed & in Pia Religioſorum, nec non in amantium ἐκστάσει. Jam verò motus Principium ſat eſt. Indies aucta fuit iſta Dilatatio, Vireſque acquiſivit eundo, & concavum iſtud Corpus Membranoſum ſuapte Natura ductile & facilis Extenſionis, Repletione crevit inter Peritonæi Tunicas deorſum verſus primò ni fallor ob contenti fœculenti Pondus, deinde ſurſum ſitam nactum Dimenſionem. Ad lævam Hypogaſtrii primò extuberavit levius, deinde inſigni erupit Tumore, quod videlicet ad inferiora Dilatatio Obice Oſſium Ilion & Pubis impediretur, quæ ad Laterum Mollitudinem erat facillima. Neque verò impune tulit iſtam Extenſionis Libertatem ipſa naturalis Veſica, cujus Membranas cum additamenti Tunicis continuas hic licentioſius expanſis in ſe retrahi, comprimi & tandem corrugari neceſſum fuit. Sed quod gravius eſt cum Fibrarum tranſverſarum & obliquarum beneficio ſuccedat quantitate gravis Lotii expulſio, Partis autem Organicæ Perfectio in legitima Conformatione conſiſtat, Solutionem iſtam continui Actionum Læſio quæ inutilem Veſicam reddidit conſequuta eſt. Itaque per Urethras à calidiſſimis Renibus ex toto Corpore emulctum Serum deducebatur quidem in Veſicam. Sed cum ea in ſe comprimi non poſſet niſi ad expulſionem partim naturalem partim voluntariam inæqualitudo, antequam Meiendi inceſſeret Voluntas. Saccum ſive ἔκφυσιν oportebat repleri etiam uſque ad Moleſtiæ importunum ſenſum, & Conſequutione neceſſaria indies paulatim magis ac magis reſtagnante in lacum Lotio dilatari. Hinc factum eſt ut intra paucos Menſes à Dilatationis principio in magnam excreverit Amplitudinem, quum Excrementi quantitas, & *excernendi* facultatis Imbecillitas *quotidie* æquali paſſu invaleſcerent.

Interioris Membranæ Veſicæ Corrugatio Urethram intrò traxit, & Collum ipſum Corrugatum in formam Podicis Gallinæ extulit, quæ cauſa una ex multis erat difficultatis in Meiendo, Unica autem ni fallor incurvationis Virgæ in arrigendo, cum Urethræ Membrana minus ſequax, Cavernoſa Corpora in Arcum reflexa retineret. *Idem ab Inflammatione Tumorem abbreviantem procurante in Gonorrhea contingere ſolet.* Calculos in Veſicæ rugoſis Carniculis infinitos creavit Urinæ tartareum Sedimentum. Ita ſiquidem & naturaliter in hoc ſubjecto plurimo *turgebat* Sale, & iſtius Terreæ Portionis Separatio, ſive Tartari Coagulatio promovebatur, imò perficiebatur mora, quam Excrementum Languore imò Impotentia Expultricis ob Organi vitium, in Cavitate facere cogebatur, ac proinde ſui ipſius Inſpiſſationem, & Homogeneorum ab Heterogeneis ſeparationem vi Caloris nunquam feriantis experiri. Cur verò in imo Sacci fundo nullus Calculus, etiam prægrandis, quum ei generando plurima Materia ſuppeteret Coagulationi etiam proxima. Nempe quod in iſto Eurippo intus lævi nonCuniculoſo perpetuus quaſi eſſet Urinæ meantis & remeantis æſtus, cujus Fluctibus pars eluebatur. At ut generetur per additionem partium Calculus quiete Opus eſt & Nuclei veluti Principium, cui nullum in Agitatione continua erat Fundamentum. Adde quod defuit iſti Concretioni tempus, ei ſiquidem Mors exiſtentiam præripuit. Ulcus Veſicæ qui ſtatuerunt decepti fuere, excreto Purulento confiſi quod à Rene dextro Putri Inflammato, & Calorem intolerandum Lumborum excitante profluebat, Ulceratus ſane erat ſaccus Salſuginoſi Tartari & fæculente veluti Lotii putris & ſtatione fœtidi Amurcæ Acumine, quæ materia cum in hujus additamenti declivi atque infra Foramen multum propendente ac demiſſo fundo diutius ſtagnans hæreret Eroſionem periebat à qua immunis erat Veſica per quam momentaneus ſaltem huic Excremento dabatur ob ejus Anguſtiam tranſitus.

Liquor omnis multò magis ſalſus ad latera ſui vaſis deponit tartarum.

Mucum autem ſeu Mucilaginoſum Phlegma vel Fæcem Tartaream plurimam continebat ἔκφυσις veluti iners, actioniſque omnis expers additamentum quod præter eam ſeparationem quæ ab ipſa Urinæ ſubſtantia fiebat, Conditione etiam ſuæSubſtantiæ membranoſæ(non minus quam ipſa Veſica,vel Calculo irritata,velUrinæ mordaciSale corroſa)fundebat viſcidum Excrementum, eodem plane modo quo puncti Lymaces *ſalivam tenacem* ex proprio Corpore in ſe contracto expreſſione rejiciunt. Viſcida eſſe ſolent Spermaticarum partium, inprimis verò Membranarum recrementa.

His poſitis & diligentius perpenſis, haud obſcurum eſt quænam fuerint Symptomatum cauſæ quibus Vir tantus ad acerbam & crudelem uſque necem Excarnificatus fuit. Meiendi difficultatem peperit, in Veſica unitatis Solutio, Fibrarum interruptio, Colli ad interna præter Naturam extuberantia. Urethræ contractæ Anguſtia & à Caruncula in δυσουρία familiari Obſtructio.

Violentia omnis dolorificam reddit actionem.

Dolorem invexit Urinæ Acrimonia atque in ea contentus Mucus cum Calculis; & Niſus quem Muſculi Abdominis cum magna Compreſſione partis facere cogebantur. Glandem a. in omni δυσουρία potiſſimum affici vult Terminus ſenſus, qui ad Extremitates deſinens veluti conduplicatur.

Sed cur inter Meiendum Oleti faciendi Cupiditas, quæ ut plurimum grandioris Calculi Veſicam occupantis eſt ſignum Pathognomonicum?

Cur Ano incumbens Pondus? Quod fallaci conjectura vel oculatiſſimis Medicis impoſuit? Nempe ab ingenti Proſtatarum Tumore quarum Corpus inter nitendum Inteſtinum rectum premebat, & gravitate moleſtum Naturam ad exonerandam Alvum ſollicitabat, idque eò violentius quo pari niſu per Muſculorum Abdominis introrſum factam Contractionem, comprimendo Urina & craſſiores Fæces exprimantur. Tumor a. iſtarum Glandularum an naturalis fuit in Homine cui vaſa Spermatica ampla & qui plurimos ſuſcepit Liberos? An potius eum fecit Urethræ contractio, Colli Veſicæ violenta ſurſum Attractio, quæ Latitudini addit id quod demit Longitudini, an Dolor, Calorve quorum proprium eſt ad partem affectam trahere, multò magis ad Glandulas quæ laxæ, molles, ſpongioſæ, ad recipiendum pronæ ad expellendum ſunt ineptiſſimæ? Tot tantorumque malorum Hydram non potuit non conſequi Mors, quæ iſtorum multorum accidentium, populoſa Caterva ſtipata lento Pede Virum fœlicius extingui digniſſimum tandem jugulavit. Febriles Acceſſiones non ſine Rigoribus inordinatis commiſit Renis Suppuratio atque Inflammatoria diſpoſitio membranoſi Corporis quæ ad Habitum deducta lentam Febrem cum Pulſu duro introduxit, Calorem internum ingentem, inexhauſtam ſitim, Urinarum Fervorem, Fæcum liquidiſſimarum Fœtorem ſummum fecit, & Linguæ uſtulatæ nigredinem, quam augebat ſicut Raucedinem faciebat Pulmonum διαφθορά. Parti non Principi imò ſuperflua inuſta noxa, & ab Inflammatione Gangrænæ Principium tardiuſculos habuit greſſus, at certos nimis in ſubjecti Perniciem. Nunc quæritur an noti affectus vel ſtatui vel ſperari potuiſſet Curatio, vel ſaltem Fati procurari aliquantula Dilatio. Curationi adverſatur Conformatio Partium & Remediorum inferendorum difficultas, ne dicam Impoſſibilitas. Forſitan ſi patuiſſet Urethræ via, per apertum Canalem Injectiones Syphone pleno & amplo factæ Veſicam addititiam ſive Saccum perbellè olutum, Faribus mundatum, ab Inflammatione vindicaſſent. Forſan ſitus in egerenda Urina talis ut in declivi locatum fuiſſet Foramen, prono in latus & ex alto propendente vel incurvato Corpore profuiſſet, cum Manus Tumorem Hypogaſtrii introrſum prementis adminiculo. Forſan Topica ipſaque Enemata aſtringentia dilatatam Membranam priſtinæ reddidiſſent Dimenſioni. At fauſtis ægri rebus, res ſucceſſit & bonæ Medicorum exiſtimationi, nemini Famæ favit Eventus, quippe Tumoris circumſcripti, Aquam in Cyſti extra Abdominis Capacitatem continentis Apertionem Ars ſuadebat, in qua certum interitus videtur fuiſſe Periculum & Aphoriſmo Veſica diſciſſa, &c. Verum ſi Ventriculi Vulnera aliquando fuere Ferruminata, ſi Inteſtina ſic diſſecta, ut per lateras Fiſtuloſum Ulcus Fæces potius exprimi quam vi Expultricis excerni neceſſe habuerint. Si in Cyſtotomia Hypogaſtrica ipſa Veſica naturalis uno & altero Exemplo diſſecta, & fœliciter conſolidata fuit, quid in deſperato caſu non potuiſſet tentari, forſan audacibus cœptis faviſſet Fortuna, & Vulnerariis aſſumptis injectis admotis, Symptomata præcavendo, membranoſum Corpus *in ſeipſum ad ſua Principia* verſus Carceres retractum, in ſuos Limites redeunte Peritonæo coaluiſſet, & nodo veluti impacto Veſicam exactiſſimè clauſiſſet. Dicta tamen iſta ſint potius Speculationis quam *Perſuaſionis aut* Conſilii ergó. In ancipiti Caſu vel deſperato Anceps expediri ſatius eſt Remedium quam nullum, ſed id cum Præfatione quæ aſſiſtentes Medico conciliet, & certificis Famam ſartam tectamque tueatur.

Affinis aliquatenus videtur huic caſui novo & inaudito Hiſtoria ſequens, cujus ſubjectum oblatum mihi Lutetiæ Medicinam facienti Anno 1603. Mihique etiam nihil planè de vitioſa Veſicæ D. *Caſauboni* Conformatione ſuſpicanti in Mentem venit paucis ante ipſius obitum diebus.

Andreas N. Juvenis Germanus Bipontinus aſcitus in familiam D. *Johannis Riverii* nunquam ſatis laudandi *Henrici* 4. *Gall.* & *Navarr.* Regis Archiatri, ipſique à Cubiculis cum ab ipſa infantia ad Annum uſque Ætatis quem tunc temporis agebat 30. perpetuam ſenſiſſet in excernenda Urina ſine Dolore difficultatem, ſeu potius Tarditatem, tandem à contracta generoſa Virulenta, & male curato fœdo Ulcere cum frequenti ϛραγγȣρία paſſus eſt in Urethra ὑπερσαρκωειν, cujus fungoſa Carne exeſa Cathæreticis blandis, & conſumpto tuberculo Urinarium meatum occupante, nihilominus perſeveravit Meiendi difficultas cum copioſa purulenti Sedimenti Urinam lacteam reddentis Profuſione. Poſt aliquot Menſes quorum ſpatio indies ingraveſcebant iſta incommoda, actus cum magna Febre, tantus Lumborum Dolor ut vix ferendo eſſet æger. Nocte intempeſta ſubortis aliquot ſæviſſimis Rigoribus, & ſubſequuta Syncope in momento Dolor planè evanuit, unde cum ruptus Renis abſceſſus cum Muſculorum Lumborum introrſum crederetur, Vulnere profundo ultra Peritoneum apertum *ſiniſtrum* Latus infra Renis regionem, ſed fruſtra, aucta Febris, quæ numeroſa Symptomatum ſerie ſtipata Hominem tandem ad extremam Maciem ſive Maraſmum deductum confecit. In diſſecto Cadavere inventi Renes purulenti; *alter* pene in Pus colliquatus Uretrem exhibebat circa exortum latiſſimum. Veſica anteriore ſui parte integra apparebat, poſtica vero quà recto Inteſtino incumbens Os ſacrum ſpectat ita perforata erat ut exterior Membrana rotundo Foramine dehiſcens internæ ejuſdem tunicæ viam faceret quæ diſtenta erat, & propendens in imam Pelvim inſtar Marſupii. Hujus Cavitas Pugni capax erat, Pure illo plena, quod à Renibus quotidie fluere, & in iſtam veluti ſentinam labi veriſimile erat. Foramen autem ſaltem minimum Digitum admittebat. Inter Medicos & Chirurgos præſentes diſceptatum hoc ne vitium à prima Conformatione tale, an verò per διάβρωσιν à Gonorrhea fœda excitatum Ulcus iſtam viam interiori Tunicæ per exterioris Corpus aperuiſſet. Connexio partium & continuitas eas mutuò trahit in Conſortium, & in Gonorrhea venenata ut plurimum prævia Intemperie, ulceroſa Diſpoſitio gliſcit in Vaſa Spermatica ipſoſque Renes, nec non in Veſicam & Ductus urinarios, unde præter infinita alia accidentia, purulenta Initio, etiam immunibus ab Ulcere proſtatis, & varicoſis appendicibus conſequi ſolet.

XVI. Junii.

Nunc certiſſima ſunt Calculi in Veſica latentis τεκμήρια. Frequentiſſima Meiendi cupiditas. Dolor ad Apicem glandis ſub finem Mictionis. Viſcidiſſima Materia in maxima quantitate fundo Matulæ adhærens. Magnum verò Calculum ſubeſſe indicat Pondus ad Anum, & in Mictione deſidendi appetitus.

Non adfuit Calculus, ſed duplex Veſica quarum altera Urinam retinens nec expellere potis, mucum coacervabat & tandem ulcerata, inflammata & pone ad Gangrænam reducta, ægrum confecit.

Ergo Lithotomo opus eſt.

Ἡ πεῖρα σφαλερή.

Interim verò ut Dolor demulceatur, & Muco facilior pateat exitus, ſit frequens Clyſter.

℞ Fol. Malv. Alth. Violar. parietariæ an. M. i ß. Florum Chamæmel & Melilot. an. P. iii. Semin. Lini ℥ ß. Semin. Alkek. ʒ v. Ficuum, par. iii. Hordei P. ii. Fiat Decoctio in ſero Lactis. Cape de Colatura ℔ i. in qu. diſſolv. Catholici ℥ i ß. Mell. Roſ. Sacch. Rub. an. ʒ x Thereb. ℥ i. Butyr. ℥ ii. Vitell. Ovorum N°. ii. Ms. Fiat Clyſter injic. tertio quartove quoque die.

Multa videntur quæ non ſunt, & internis affectionibus difficiles ſunt conjecturæ ἡ κρίσις χαλεπή.

Sit frequens Semicupium cum emollientibus. Atque in Semicupio ſumatur Emulſio Semin. & Frig. maj. Amygdal. Sem. Pap. Lactuc. Alkekengi.

Vel ℞ Succi depur. Parietar. Vini albi an. ℥ i ß. Olei Amygdal. dulc. Rec. extr. ſine Igne ʒ x. Syrupi de Althea ℥ i. Ms.

Semicupii Vicem obtinebit fotus Veſicæ & Perinæi cum Emollientibus & Raphano toto in quadrupla Proportione cæteris admixto.

℞ Conſerv. Florum Malv. utriuſque an. ℥ ii. Semin. Melon. mund. in Aq. Roſ. Infuſ. ℥ i ß. Amydgdal. rec. mund. ℥ i. Semin. Lactuc. Papav. alb. Alkek. an. ℥ ß. Pulver. Glycyrrh. ʒ iii. Gummi Pruni Ceraſorum Arab. an. ʒ ii. Ms. & cum Syrup. de Alth. & Nenuph. Fiat elect. de qu. cap. Inſtar. Juglandis ſingulis Matutinis ſuperhauſt. Cereviſia limpidiſſima vel Ptyſana. Memento, Circa Lunæ decurſum purgetur Bolo. ℞ Caſſ. ℨ vii. Diaphœn. ℨ ii. Pulv. Glycyrrhiz. & Gummi Arab. an. ℨ ſs. Ms. Fiat Bolus ſum. cum Syrup. Viol.

Iſta ſcripta ſunt cum crederem ſubeſſe in Veſica Calculum magnum, qui tamen non erat, ſed plurimum parvi.

Iſta tantum ſunt Blandimenta quæ Viam præparent ad veram Curationem quæ in Sectione conſiſtit. Fiat autem poſt Æſtivos Calores initio Autumni; niſi fortè ſævitia Doloris Operationis occaſionem præcipitet.

♂ Foramen amplum & quatuor digitorum capax à vera Veſica in ſaccum pervium.



Figura Veſicæ in mortuo repertæ.

Vitioſa iſta conformatio à natura.

Saccus cum Veſica continuus habens Membranas tres cum inſignibus Venis, Nervis & Arteriis.

Saccus iſte Peritonæo adhærens ad Hypogaſtrii partem ſiniſtram verſus Ilia Tumorem magnum in Ventre faciebat, qui abſceſſum aquoſum ementiebatur.

Domina de *Langerach.*

Melanchol. Hypochondriaca.

Annorum 46. Macilenta admodum. Pallida.

A tribus aut quatuor Annis non fluunt ei Menſes.

Contiuò magno Capitis Dolore laborat, cum Vomitu, & magno Stomachi cruciatu, & laterum Dolore.

Melancholica admodúm.

Parum dormit. Niſi diluculò ſurgat, augetur Capitis Dolor.

Ex Medici Literis.

Melancholia Hypochondriaca flatulenta cum Catarrho.

Obſtructio pertinax Meſenterii, & Lienis cum Intemperie frigidâ.

Quo modo Corpus adeo ſiccum poteſt eſſe tam frigidum in hac ætate. A debili Calore pauci excitantur Vapores.

Ventriculus frigidus malè coquit, Sanguinis crudam & liquidam materiam Hepati subminiſtrat, ſerum eſt Fluxionum aptiſſima materia.

Vapores multi in Cerebrum frigidum, unde Stillicidia in partes ſubjectas.

In ſummâ, Medicus vult omnia in hoc Subjecto eſſe frigida, id quod mihi perſuadere nequeo.

In Dorſo intolerabile Frigus, & gravis Dolor.

A Fluxione frigidâ in Ventriculum, circulare Augmentum δυσπεψίας.

Flatus totum Corpus pererrantes à Frigore.

Prognoſticon. Malum curatu impoſſibile, mitigatu per difficile.

Victûs ratio. Ne cœnare deſueſcat, ut ſolet.

NB. Nimiâ utitur Abſtinentiâ, cum paulò liberaliori Victu nutritur, meliùs habet.

Bibat Cereviſiam paululùm amareſcentem, ut plurimum verò Vinum Gallicum album aut rubellum.

A Cibo claudat Stomachum Cydoniato cum Saccharo & Cynamomo.

NB. Calidiſſima ſubinde aſſumit, ut Aquam Vitæ cum Speciebus, Aquam Cynamomi, Vinum

num Hiſpanicum, &c. nec tamen habet meliús.

Præſcribit Medicus Vinum Medicatum cum Cortice Tamariſci Fol. Roriſmar. Cynam. Sacch. Pilul. de Hierâ cum Agarico ſumend. quarto quoque die.

Cucuph. pro Capite.

Saccul. pro Stomacho.

Iſta Ordine perpendenda in hoc Subjecto.

Macies univerſalis.

Capitis Dolor continuus.

᾿Αγρυπνία.

Catarrhus.

Stomachi Dolor, Frigus, Flatus.

Laterum, ſive Hypochondriorum Dolor.

Melancholia ab Hypochondriis.

Obſtructio Meſenterii & Lienis.

Menſium retentio ante Tempus.

Frigus intolerabile in Dorſo.

Flatus totum Corpus pererrantes.

Theoria.

Ut Morbos cognitu difficiles reddit eorum Complicatio, ſic eorum Curationi obeſt Subjecti delicatioris Imbecillitas, & qui multorum Annorum decurſu veluti Familiaritatem contraxit Habitus.

Ut Morborum διάγνωσιν obſcurat eorundem ſive Connexorum ſeu Conſequentium Complicatio; ſic eorum θεραπείαν, remorantur Subjecti delicatioris Imbecillitas, multorum Annorum decurſu contractus Habitus, & diverſorum Affectuum uno eodemque veluti momento æqualiter Opem poſcentium, in variis partibus nobilitate certantibus ὑπάρξις. Medicum ægro adeſſe oporteret, ſolidum ad collapſæ Veletudinis in Reſtaurationem daturum Conſilium, quo ex præſentium diligenti inſpectione, præteritorum exacta & fideli ἀκροάσει, & futurorum Inveſtigato atque ex Artis Theorematis eruto Præſagio, artificio ſuo jaceret Fundamentum, Inſtrumentorum Sanitati conducentium Applicationi aſſignaret Ordinem & bona Spe longi & Chronici Morbi præſentiâ dejectum languentis Animum erigeret. Quæ omnia cum in præſentiarum denegata nobis ſint magnâ Locorum Intercapedine, ſiquidem id quod forſan poſſumus, non licet, ſaltem id quod licet ex ὑποθέσει depromemus in nobiliſſimæ Ægræ compendium. Tenue iſtud & ſummâ Macie reſiccatum, ut audio Corpuſculum inæquali admodum partium Intemperie, Conformationis vitio, obſtructione multiplici, & pervicaciſſimâ, & Unitatis Solutione quam Dolor moleſtus indicat graviſſimè conflictatur. Vix aliquid in eo ſanum exhibet mihi Relatio. Unde haud mirum eſt, ſi aſſiſtens Medicus hanc multiplici & quotidiano proventu repullulantem malorum Hydram inexpugnabilem eſſe pronuntiarit Inter ea, quæ graviter affligunt, moleſtiſſima ſunt, Capitis continuus Dolor cum ἀγρυπνία, Catarrhus ab illâ φόχρου ϗ ὑγρου Metropoli in ſubjectas Partes fluunt. Stomachi Dolor, Frigus, à flatibus Tenſio, Laterum dolorifica laſſitudo. Naturalium ductuum & Viſcerum nutricatui famulantium ἔμφραξις. Menſium ante Tempus Suppreſſio, Frigus intolerandum Dorſum occupans, & totum Corpus perrantes Flatus, quibus omnibus cauſas aſſignare, Remedia decernere propoſitum nobis Operæ pretium. Tot Affectuum adverſis Frontibus, inter ſeſe pugnantium Conglobatio, Melancholiæ Hypochondriacæ Ideam conſtituit, quæ ſuapte Natura, & Humoris eam committentis vitio, νούσος ἐστί δυσκινὴ τό παντος ϗ ὅδεας χρονιοπάτας ποιεῖ. Centrum habet in Hypochondriis, unde materia morbifica, Calore ut plurimum & ſiccitate peccans Lentore & Tenacitate pertinax Malignitate noxiâ, totum Corpus, partes verò principes in primis per earum Propagines, Nervos, Arterias, Venas percellit. *Hipp.* 4. De Morbis N°. 14.

Caput & Splen maximè ſunt Morbis obnoxia, Ægrotant enim & ab his quæ à Naturâ inſunt quum plura quàm opportunum eſt acceſſerint, ægrotant item ab aliis Humoribus, ad eum Humorem qui à Naturâ ineſt ſeſe admiſcentibus. Lien ferè diræ iſtius Fæcis Minera, cujus Vis non tam mole quàm Activitatis ſummâ qualitate æſtimanda venit. Et quemadmodum virulenti à Sabinâ Ichoris modicum per leviuſculum Vulnus momento ſeſe inſinuans. Vitæ Fontem petit, & vel robuſtiſſimum Corpus proſternit illicò, ſic Fermenti Melancholici exigua Portio cæteros Humores inficit, atque in ſui conſenſum trahit, unde Corpus totum affligi, Functiones lædi, Facultates dirui, Harmoniam univerſalem diſſolvi, Sanitatem denique labaſcere & tandem deſtrui neceſſe eſt Hepatis αἱμάτωσιν. Molienti à fœculento craſſamento, & terrenâ maſſâ liberando deſtinatus eſt Lien, cujus partem maximam Arteriarum numeroſis tubis Parenchymati ſuo affixarum miniſterio, attenuat, digerit, concoquit, Partem in multis, ad Sedis Venas deponit, Acidum Serum per vas breve eructat in Ventriculum, torpentem Appetitum excitaturum. Jam ſi exoluto partis robore ſive Tono, Humoris appellentis Quantitate, aut Qualitate, Functionum omnium Opifex nativus Calor obrutus jaceat, & muneri ſuo deſit, Interturbari oportet omnia, ſuperfluorum Succorum augeri in immenſum creſcere molem, atque ex conſequenti partibus omnibus Vim fieri & accedere perniciem. Sic Ventriculus non coquit in hac ægrâ, Cruditates congerit Chylum introrſum vix acria, vix quidem elaboratum Hepati ſubminiſtrat, cujus viſcidior pars impingens in ipſo Limine Ægræ mobilis, Naturæ minus grata in Meſenterii Meandris hæret, ejuſdem glanduloſa Corpora obfarcit, Hepar impurum generat Sanguinem, Fermentatio plenum magnaſtui parte liquidum, alendo & continendis partibus, ineptum, unde Macies, ſicut ab Obſtructione Menſium defectus, & forſan à materiæ laudabilis penuriâ. Nunc quanam Intemperie naturales partes teneantur dignoſcendum, quippe hinc pendet deſumendæ Indicationis, & aſſignandi Remedii certitudo, atque in eo totius Curationis

Galenus ex Platone vi. de loc. affect. ad finem, ignavia quidem exoluit, proprii autem officii exercitatio robur augere ſolet.

tionis Cardo vertitur. Spiritibus naturales meatus pertranſiri nequeuntibus Infrigidationes fiunt ob Stationem inquit ſummus Dictator. Hoc ſenſu ſi velimus Calorem nativum torpere ab Excrementorum congerie, & ſegnes Spiritus (qui ſunt ex Impetum facientibus) pigrè ferri per obſtructos meatus, Lubens Frigiditatem talem conceſſero, nec inficias ibo Ventriculum Pituitâ turgere cujus ipſe partem generet, partem à Cerebro circularis Affectionis conditione, & ſitus ſui Lege recipiat. Verùm quoties in Mentem recurrit Humoris Melancholici natura qualitas cùm à naturali ſtatu receſſit in propoſito affectu cum *Diocle* apud *Galenum* partes circa Ventriculum Calore ne Ardore dicam Arbitror, atque in ſplenico Ramo Cavis Hepaticis, ipſoque Liene ſtabulari Fœcem atram, in qua ſiccitas, ſumma Calorem, conceptum auget, cujus intenſior redditur gradus à Stomacho frigidis mucis oppleto, ſicut viciſſim Pituitæ Frigus per Antiperiſtaſin à Calore circundante inſignius evadit.

Huc accedunt Temperamenti univerſalis Siccitas, Macies, Capitis Dolor, infeſtæ Vigiliæ, quæ Caloris potiùs quàm Frigoris Soboles ſunt, præſertim in ſubjecto Hypochondriaco. Neque me movent per Corpus divagantes flatus Catarrhus & forſan continua Salivatione. Melancholici vulgò Sputatores & Flatulenti. Quidquid in Corpore vago motu agitatum erumpit, & quà data porta ruit, Flatus non eſt, ſi Flatum velimus eſſe aeream ſubſtantiam à Calore debili in Humidum viſcidum agente per ejuſdem Rarefactionem ſuſcitatam. At ſi cum *Hippocrate* differentiam ſtatuamus inter Spiritum & Aërem, multas Exhalationes ſeu potentiſſimos Spiritus in Corpore vago & violento motu cieri & maximos effectus producere comperiemus. Fermentatio compacti Corporis attenuationem, ejuſque Caloris Ope incrementum factum inſinuat. Calore in ſubſtantias agente non poſſunt non excitari Spiritus, qui rarefacti, Carceris impatientes huc illuc tumultuariè feruntur & quærunt exitum. Hi ſunt ut plurimum Melancholicorum flatus, ab acido & ſalſo, vel à pontico & amaro permixtis ſuſcitati quibus diſſipandis, qui calida adminiſtraverit non tantùm luſerit Operam, ſed etiam auctâ causâ effectum ſtrenuè promoverit. Strictim hæc circa quæ ingenioſis latius conceſſum Philoſophari. De Catarrho fluxio à Capite Pectus & inferiores partes laceſſens hoc Nomine inſigniter quodcunque ab inferioribus partibus elatum ſublime petit ut recidat, aliam induat néturam neceſſe eſt, pro elementorum inter ſeſe (ob Cognationem) familiari tranſmutatione.

Lib. de Flatibus.

In Melancholicis pauci ſunt Flatus à cruditate Ventriculi, multi Spiritus a Fermentatione humoris offeri.

Coagulatio Fumum condenſans diſtillationi Anſam præbet. Jam vero æquè congelantur Aqua & Oleum, frigidum & calidum. Unde patet Diſtillationem omnem non eſſe frigidam Frigore Cerebri, ut Alembici congelantur Fumi craſſeſcunt, at (ut orta Principiis ſuis atteſtantur) tenuis fluxio Acris & ut conjicio ſalſa plus Caloris habet quàm

Cerebrum frigidum poteſt calidos vapores condenſare, ſicut capitellum Capreum additâ etiam aquâ Oleum coagulat.

Frigoris. Adde quod profuſa Salivatio quæ Melancholicos angit maximâ ex parte à Ventriculo eſt, in quo circumjacentium partium Fervore attenuata Cruditas elevatur atque Aere concepto, Spumæ inſtar elementari motu ſurſum fertur, & Fibris Æſophagi retrorſum agentibus in Fauces & Palatum rejectatur. Exhalationibus Sulphureis potiùs quàm Vaporibus aqueis accenſendum eſſe id quod ab infimis partibus ad ſuperiorem Arcem aſcendit, indicat, continuus & mordax Capitis Dolor cum ἀϋπνίᾳ, quæ Symptomata producit Meniyngum irritatio ab acri & fuliginoſo Fumo, quem indeſinenter inferior Sentina exhalat. Frigus Torporem inducit non Vigilias, atque in Cerebri involucris non tantus eſt Dolor à Tenſione quantus ab Acrimoniâ. Inſtabit forſan ut propoſita deſtruat externarum partium Frigus, ut quod occupat Intercapulium. Caloris proprium eſt ad ſe trahere & in Febribus multis iiſque peſſimis interiora uri, exteriora algere cernimus οἱ θερμοκόιλοι ψυχροσάρκοι λεπτοὶ ἐπυρλιβοὶ ὀξυθυμώδεες.

Addo etiam ſæpiſſimè Humorem in fluxu tenuem & calidum, ubi ad partem à Fonte Caloris remotam appulerit, & craſſeſcere & tandem frigeſcere. Ex his per me ſtatutum ſit, nobiliſſimam hanc ægram Ventriculum habere frigidum, Hepate calidum & vaporoſum, Obſtructionibus ſcatere Lienem, Meſenterium, Uterum: Cerebrum Frigore in eâ opprimi. Melancholicum ſuccum Calore Siccitate Lentore κακοηθεῖα, moleſtum Lienem primariò, deinde per ἐπιγένεσιν totum Corpus occuparetur ſingula Genio defraudari, & commiſſos in primâ Coctione Errores cæteris in diſpendium verti ex quibus Fontibus ſcaturiant omnia quæ ipſam crudeliter divexant Symptomata. Iſtis ut medeamur ex Artis Legibus. In contrarium ducendæ Intemperies obſtructa reſecanda ſunt, craſſa attenuanda, ſuperflua per loca conferentia poſt Præparationem debitam ἐπικράσει, vacuanda, roborandæ partes, recreandi Spiritus, at præ omnibus malignitas Humoribus inſita atterenda & domanda eſt, quippe quæ ſola cætera omnia exaſperat, exacerbat, & quâ ſuperſtite, leniri quidem poteſt Morbus, verùm ex toto tolli nequaquam.

Quamdiu humectantur Melancholici tamdiu curantur. Victus itaque refrigerans, mediocriter humectans, plurimùm aperiens, incidens præſcribatur. Veſcatur manè Elixis Carnibus Juniorum Animalium, Juſculis etiam alteratis Borragine Bugloſſa Trifolio acetoſo Portulaca Endivia Cichor. Agrimon. Pimpinell. Chærephyll. Pomis redolentib. ut Curtipendul. per Taleol. ſect. Paſſulis Corinthiacis, Capparibus à ſale mundatis. Veſperi cœnet, parciùs tamen, & Stomacho exhibeat εὔχυμα εὔπεπτα, Carnes, vid. Perdicis, Pulli Gallinacei, Vituli, Avicularum montanarum & Campeſtrium, & ſimilia edulia, A quibus benignus vapor elevatus Cerebrum oppleat & blandum Somnum conciliet. Optimè repurgato Corpore Ova Sorbilia vel Tremula in Aquâ fracta cum Succo Limonum vel

Aurantiorum erunt optima & boni Nutrimenti. Piſces ſi quando appetat, eligantur ex Dulcibus Aquis Saxatiles. Trutta, Perca, Gobio, Lucius. Ex Mari Solea, ſeu Lingulaca. Bulliant in Vino cum Holeribus corrigentibus, vel in Sartagine frigantur cum Butyro recenti & conditi ſucco Mali Medici vel Aurei comedantur. Panis ſit albus, levis, benè fermentatus, benè coctus, additis Seminibus Aniſi, Fœniculi & Coriandri.

Potus ordinarius ſit Cereviſia lupulata medicata cum Radicibus Chinæ lign. Lentiſcino Rad. Filicis fœminæ, & pauco Saſafras.

℞ Rad. Chinæ ℔ i. Rad. Filic. fœmin. ſicc. ℔ ii. Raſur. Lign. Lentiſc. vel ejus loco Cortic. Radic. Tamaris ℔ ß. Ligni Saſafras ʒ iv. Nuc. moſchat. per fruſta Sectas N°. iv. Cereviſ. lupul. Libras 8. ſive Galon. x. Fiat Fermentatio, ut Artis eſt.

Vinum Gilvum, ſive Rubellum, Limpidum, tenue Oligaphorum concedetur etiam ſitienti Ventriculo, modò diluatur optime Aquâ Fontanâ Decoctionis Radic. Filicis fœmin. & gramin. cum raſur. Ebor. & Cornu Cervi. Abſtineat ab omnibus impenſius calefacientibus, Vino generoſo Malvatico, Hiſpanico, Aromatibus omnibus, liquoribus Igneis quales ſunt Aquæ ardentes quas ſub Cardiaci Specie, ut audio, illa ſæpiùs haurire ſolet, iſtis licet aliquantulum levari in inſtanti videatur Natura, paulò poſt tamen auctâ cauſâ morbificâ Morbus ipſe exacerbatur, vitet ſalſa, acria, lacticinia ad tempus, præcipuè Caſeum, Pinguia, Fructus crudas. Uno verbo, quæcunque vel Humores accendere, vel Meatus opplere, vel Cruditates augere nata ſunt. Aëris Inclementiam in quolibet Exceſſu fugiat. Corpus ante paſtus Deambulatione exerceat, & licet forſan primis Diebus motus gravis ſit & moleſtus, ne torpeat tamen Otio, ſed paulatim Membra motioni aſſueſcat, & Calorem Nativum ſegnitie languidum excitet ac Ventilatione refocillet. Præclarè *Plato*, Ignavia exoluit, proprii autem Officii exercitatio Robur augere ſolet. Vigiliæ & Somni ut Corpus benè habeat neceſſaria eſt viciſſitudo, & Somnus dum placida irretit Senſus omnes laqueo, Reſtaurationi diſſipationis triplicis ſubſtantiæ, & Spirituum recreationi ac renovationi favet. Non mirum eſt ſi ægra quæ aut parum aut nihil dormit, penè μαρασμῶδης & exſuccum ægrè trahat Corpuſculum. Itaque omni Arte procurandum, ut dormiat. Id præſtabunt à Capite factæ revulſiones per Enemata, Frictiones Tibiarum & Pedum earundem partium, Coctiones cum emollientibus, refrigerantibus & nonnunquam cum Hypnoticis. Vapores frigidi ex Aquis Roſarum, Solani, Betonicæ & Aceto Roſ. In Cubiculo per Ebullitionem excitati Hedera Pulvinari ſuppoſita, Frontalia ex Betonica viridi Roſis rubeis Floribus Nenupharis Papaveris erratici, Violarum, Seminib. Lactuc. Papaver. Nucleis Perſic. Amygdal. amari Nuce Moſchat. Linteo duplici incluſis & humectatis vapore Oxycrat. ex Aq. Betonic. & Aceto Roſ. In Lamin. Canden. projecti. Tandem etiam ſi res urgeat, ad interna

terna erit deveniendum, & exhibenda primò leviora Hypnotica, Syrupi de Nenuphare de Papavere utroque, eorundem Conſervæ, mox potentiora & quæ nunquam fallunt, inter quæ primas tenet Laudanum fideliſſimè à perito artifice præparatum, optimè repurgato Corpore ad gr. ii.iii. iv. cum Confectione Alkermes aut Theriacâ tutò exhibendum. Multus ſum circa Somni provocationem, quippe irritus erit Labor medicationis, niſi alternas Vices motus & quietis Natura experiatur. Ut Pars ſanetur, quiete Opus eſt. Neque à continuo motu quidquam poteſt expectari propter continuum & irreparabile SpirituumHumor um effluvium & ſolidæ ſubſtantiæ ultimam Colliquationem.

Pathematis παθήμασι exercetur Animus in ſolius Corporis perniciem, in quod admittendis Actionum Characteriſmis pronum, cuditur iſtarum agitationum faba; Ut Arcus tenſione indeſinenti enervatur, ſic Organa per quæ ſuas Functiones edit Anima, ſi irrequietò citantur motu flaveſcunt & tandem inutilia reddita fatiſcunt. Fugienda Inprimis Ira, brevis Furor, & Mœſtitia, maleſuadum Phantaſma. Denique providendum, ut naturales ductus excernendis ſuperfluis deſtinati pateant, & quod egerendum eſt Naturæ beneficio ac Robore foras exigatur. Nutritionis Excrementa craſſiora per Alvum ſecedunt, tenuiora, liquidiora, per Veſicam Aſſimilationis per habitum, Cerebrum per Nares & Palatum, venoſum genus per Uterum in muliebri Corpore expurgatur. Curandum, ut quantum fieri poterit Natura hiſce ſatisfaciat Muniis, ſi deſit parte adjuvetur.

Porrò quæ iſtis intentionibus abundè factura ſunt, ſatis in ſequentibus Ordine deſcribentur.

Remedia.

A Diæta ut ad Remedia Pharmaca progreſſus fiat; aliud eſt ſoli Præcautioni aliud Curationi incumbere; Corpus nobis proponitur quod multiplici indiget Remedio, non tantum ad arcenda futura, ſed ad averruncanda præſentia accidentia ſiquidem debet quædam intercedere proportio inter Morbi longi Exiſtentiam & Remedia, certè non levibus aut paucis iſtud malum ceſſurum videtur. At quoniam in omni Medicatione potiſſimum æſtimandæ Vires & ἰδιοσυγκρασίας habenda ratio, quam pauciſſima fieri poterit, eaque non evanida ſed valida ſeligantur. Nunc ſternendum curationi Fundamentum, quod niſi bonum ſit, quidquid ſuper ſtruxerimus corruet.

A Purgatione itaque univerſali ſumatur exordium, ad cujus efficaciam optandum eſſet tempus Vernum, Electionis vid. non Autumnale & penè Hybernum ſive ad quod adigimus à neceſſitate. Ante omnia injiciatur Clyſter leniens emolliens circa Veſperam, ut præparetur Corpus ad Purgationem ſequentibus Diebus exhibendam.

℞ Radic. Filic. Fœm. Rub. Tinct. Cichor. Gramin. Fœnicul. Cortic. Rad. Cappar. & Tamaris an. ℥ i. Polipod. quern. ℥ iii. Fol. Agrimon. Fumar. Chamædr.

mædr. Chamæp. Betonic. Epithym. Cuſcut. an. M. i. Florum Geniſt. P. iii. Flor. iii. Cordial. an. P. ii. Semin. Cardui bened. & Citri an. ʒ iii. Cortic. Citr. exter. rec. ℥ ſs. Cappar. à ſale mund. ʒ vi. Fiat omnium Decoct. & Colatura, in quâ infunde & decoq. Fol. Sen. mundat. Vino albo odoro Nutritorum ℥ i ſs. Agar. rec. Trochiſc. ℥ ſs. Medull. Semin. Cartham. ℥ ii. Macis ʒ i. Facta expreſſione & colat. reduc. ad ℥ xii. Diſſolv. Syrup. de Fumar. comp. de Epithymo & Roſ. pallid. ſolut. an. ℥ i. Ms. Fiat Apoz. pro tribus Doſibus, matutinis, ſumendis diebus alternis, Horis tribus ante Juſculum.

In pleniori ſubjecto cogitarem de Phlebotomiâ, quam diſſuadet Corporis exſucci Macies, virium debilitas, & tempeſtatis conditio.

Optarem, ut poſſet repurgatum Corpus Balneo Aquæ dulcis tepentis & Lactis mergi ter quaterve citra Sudorem & Faſtidium.

Nihil æquè Melancholicorum Intemperies corrigit, Humores liquat, & Medicamentis in intimos Corporis receſſus aperit viam; Futilis eſt Catarrhi objectio, cujus cauſâ vaporoſâ ſublatâ effectus concidet. Tempeſtas arte emendanda, & in Conclavi clauſo Ver ipſaque Æſtas effingantur.

Poſt Balneum applicentur Margini Ani Hæmorrhoidalium venarum Oſculis Hirudines, quæ aliquot uncias Sanguinis atri & fæculenti exſugant; Menſtruæ Purgationis vicaria erit iſta Evacuatio, quam per Uterum provocare velle in Corpore ſicciſſimo eſt Oleum è Pumice elicere conari.

Hæmorrhoidum apertio ſæpius iteranda elective peccantem materiam educet & ægram non fruſtabitur levamine ex Aphoriſ-

mo Nephriticis & Melancholicis, ſi Hæmorrhoides aut Varices ſupervenerint Morbus ſolvitur.

Ipſis Diebus Balnei & interim dum Chalybeata Remedia præparabuntur, exhibeatur manè Juſculum Carnium Pulli & Vituli, quale deſcriptum eſt, in quo diſſolvatur ʒ i. Cremonis Tartari albi Chriſtallini cum Chalybis Limatura elevati. Niſi fluat Alvus, ſubducatur Enemate vel potiùs alternis Noctibus Horis 2. à Cœnâ ſumatur ʒ ſs. Pilul. Macri. Ita diſponetur Corpus ad Chalybeata, non niſi præmiſſis univerſalibus tuto uſurpanda. Eorum in hoc Morbo tanta Vis eſt, ut ſine ipſis factum ſit nihil, utpote quæ ſola malignitati reſiſtunt eamque delent funditus. Variis modis exhibetur Chalybs in Ventriculo debili & delicato ſubjecto liquida forma ſub Vini aut Syrupi ſpecie præferenda, donec corroboratus Stomachus ipſam ſubſtantiam admittere poſſit. Ergo,

℞ Radic. Filic. Fœmin. ℥ ii. Rad. Chinæ ℥ iii. Petroſelini Apii Aſparag. Fœnicul. Ruſci Alth. an. ℥ i. Cortic. rad. Cappar. & Tamariſ. Rub. tinct. rad. Fragar. an. ʒ vi. Radic. Cichor. ℥ iii. raſ. Corn. Cervi ʒ x. Fol. Chamædr. Chamæp. Betonic. Ceterach. Rutæ Muror. an. M. i. Summit. & florum Roriſmarin. P. iii. Semin. Alkek. ℥ ſs. Semin. Coriand. ʒ vii. Nuc. moſchat. N°. iv. Chalybis per Sulphur uſti ad rubedinem exactiſſimè lævigati in tenuiſſimum Pollinem ℥ viii. Vini albi Rhenani optimi ℔ xii. Omnia ſiccata & conciſa cum Chalybe & Vino miſceantur in Phialâ, quæ ultra medias vacua, apprimè clauſa locetur ponè Furnum Piſtoris, vel in Hypocauſto, per Dies xv. aut xx. Vas quotidie agitando. Capiat poſt iſtud tempus de hoc liquore ab ℥ iii. ad vi. ſingulis matutinis, ſuperambulando per Horam unam aut alteram, Horis 4. ante Prandium, continuando per Menſem integrum.

℞ Portionem iſtius Vini, quod cum dimidio ſui pondere Sacchari albiſſimi reducatur in Syrupum, de quo capiat Cochlearia duo Horis *iii.* à Cœna vel per ſe vel cum Syrupo è Succo Pomorum redolentium & Nenupharino, Horâ Somni in ingreſſu lecti *i.*

Juxta iſtius Remedii effectum (cui plurimùm confido) poterint etiam, vocatis in Conſilium Medicis præſentibus, exhiberi Tabellæ cum Chalybe. Longus ipſius uſus innoxius eſt, & ad Menſes aliquot in pervicaci Morbo utiliter protendi poteſt. ℞ Confectionis Alkermes ℥ ſs. Raſur. Cornu Cervi primarii recentis ʒ vi. Oſſis de Corde ejuſdem ʒ ii. Cortic. exter. Citri cond. ſicc. ʒ iii. Magiſterii Perlarum & Corallorum dulcis an. ʒ ii ſs. Carab. alb. ʒ i ſs. Sacchari albiſſimi ℥ iv. Chalybis ut ſupra præparati ℥ ii. Fiat omnium Alkool. & mixtio, ex quâ additâ paucâ muccag. Semin. Malv. & Alth. extract. in Aq. Cynamomi formentur Tabell. Ponderis ʒ iii. Capiat unam ſingulis matutinis per Menſem vel diutius ſuper hauſto Vini albi tantillo ſuperambulando.

Alvum Melancholicis ſemper fluidam eſſe expedit, maximè quum utuntur Chalybe, qui niſi exeat, & Excrementa, atro Color inficiat, noxius eſt. Igitur alternis Diebus vel tertio quoque, paulò ante Cœnam exhibeatur Pilularum ſequentium Doſis.

℞ Gummi Ammoniaci in Vino hiſpanico diſſoluti ℥ ſs. Aloes ℥ i. Pulver. ſubtiliſſ. Sen. & Tartar. alb. an. ʒ iii. Myrrhæ ʒ ii. Croci ʒ i. Salis Gem. ℈ iv. Ms. & cum extracto Senæ liquidiuſculo parato cum Aquâ Fumar. Fiat maſſa Pilul. de qu. cap. ʒ ſs. vel ℈ ii. ut dictum eſt.

His per Menſem unum & alterum obſervatis & factitatis, (quod ad præſens bonum breve eſt ſpatium) Morbi faciem immutatam iri certum eſt. Tunc paucis contenta erit nobilis ægra, frequens ipſi erit Clyſter, quod inferior Sentina commodè & citra Corporis Perturbationem vacuabitur, & à Capite retrahentur Fumi. Ejus hoc ſit Paradigma ℞ Fol. Malvæ, Altheæ, Violar. Parietar. an. M. i. Betonic. Meliſſ. Artemi. Majoran. an. M. ſs. Florum Chamæm. & Melil. an. P. ii. Semin. Aniſ. & Fœn. an. ʒ ii. Fol. Sen. ℥ ſs. Fiat Decoct. in ſero lactis & Colatura, in quâ reducta ad ℔ i. Diſſ. Catholic. ℥ i ſs. Mell. Roſati ℥ iii. Sacch. rub. ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter admittendus ſemel in Septimanâ.

Æqualibus intervallis ſemel item in Hebdomade capiat præſcriptas Pilulas Horâ dictâ, Ventriculum roboret & Coctionem promoveat Pulvere digeſtivo ſequenti, quo incipiat uti ſi lubet ſtatim à primâ Purgatione.

Pyrotica maximi ſunt Momenti, inter primam & ſecundam Vertebram poſteriori Collo applicita à proximo Ventre

Cerebro potenter evacuant. Brachio atteratro inter Bicipitem & Deltoeidem, Derivationem Humoris à Capite fluentis & ejuſdem vacuationem complent. Interioribus Tibiis κατίξιν, revellunt à ſupremâ arce, uno contenta ſit ad *Irion* vel Humerum. Iſta ſufficiant, nec turbetur Nobiliſſima ægra Remediorum Numero, pauciora præſcribi nequeunt, potentiora quorum Vires numero æquipolleant in tali corpore non debent. Perſeverantiâ opus eſt in Re difficili. Cadit icta ſecuribus Ilex, & malo Nodo malus impingendus eſt Cuneus. D. O. M. Cœptis noſtris benedicat, atque ægræ conſtantiam, nobis ſanum Conſilium, Remediis Virtutem munificâ manu largiatur. Dat. *Roſtonii*, Die 15. Octob. 1614.

Mr. *Leconte* de *Monteroſe*.
21 Octobris 1614.
Roiſton.

Melanchol. Hypochondriaca.

Annorum 38.

Temperam. natur. bilioſ. Sanguin. per accid. Melanchol.

Omnia habet Melancholicorum Symptomata ad unum.

Cerebrum frigidum, humidum, humidâ aut frigidâ Tempeſtate pejus habet, gravior eſt & magis triſtis.

Aliquando Caput calidum ſentit, atque operto Capite benè habet, quùm videlicet calidi & ſicci Fumi ab inferiori Sentinâ elati ad ſuperiores partes repunt, & Menynges excalfaciunt.

Lien rotundus, plenus, durus. Scatens Humore Melancholico, atque ibi Morbi Centrum.

Meſenterium præſertim ſiniſtrâ ſui parte durum, ejuſque Glandulæ tumidæ, quæ dum tractantur ſentitur Dolor.

Hepar molle.

Aſtricta Alvus, facillimè tamen movetur.

Urinæ ſæpiſſimè tenues & aquoſæ, aliquando coloratiores. Nonnunquam cum Contentio inſtar Phlegmatis, Muci vel flocci Lanæ.

Nonnunquam difficulter profluit Urina initio mictionis, quæ poſtea cum incepit optimè redditur: Sed id potius à Virtutis læſione quam ab Obtructione ſive Morbo in Meatu Sputator Flatulentus ἄνα καὶ κάτω Colicam accuſat an ob Flatus an ob Arenulas. Sæpiùs ex Medici præſcripto haurit fumum Tabaci, unde evomit pituitoſa, bilioſa, viridia cum Levamine.

Theoria.

Tanta eſt partium Corpus humanum conſtituentium inter ſeſe Affinitas, præſertim verò τόν ἀρχῶν, καὶ τῶν πεφυκότων, ut Membro uno affecto cætera facillimè trahantur in conſenſum, & in Calamitatis, Parilitatem congermaneſcant. Ξύρροια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα ἅπαντα, & aliquando ignobiliſſimæ atque à nutritionis, Vitæ, Animæ Fontibus ac ſedibus remotiſſimæ partis læſio, principia ipſa adoritur, & tandem univerſo, toti non leve faceſſit negotium. Ut plurimum autem ea eſt Generationis Morborum ſeries, ut Procatarticæ cauſæ internas moveant, (antecedentes & conjunctas) quas immediatè Diſpoſitiones contra naturam conſequuntur, ſuis Umbris (Symptomatis nempe conſpicuæ,) quæ quantumvis latentem licet πολύμορφον Hoſtem detegunt. Infima regio naturalibus dicata muniis, cæteris dignitate quamvis minor, neceſſitate tamen æqualis, omnium quæ in toto Corpore fiunt veluti Baſis & Fundamentum, ſuperioribus contentorum atque impetum facientium materiam ſubminiſtrat, ipſiſque continentibus porrigit unde & ſubſiſtant, & proprium reſarciant effluvium, cujus naturaliter ipſis incumbit neceſſitas dum omnes Phyſicum agens agendo repatitur. Ita fit, ut quandiu naturalis Oeconomia legitimam ſervat Harmoniam, cæteris impendiò proſpectum ſit, atque illa quæ fit in ipſo centro motuſque principio, tot Heterogeneorum ſuccorum ope Coctionis per alterationem unio, vel minimis particulis faceſſat in compendium, dum ſingulæ vis illius ſecretricis inſitæ beneficio, humorem ſibi familiarem attrahunt. Ut ex adverſo, ſiquod ſit in iſto veluti Corporis Limine diſſidium, ſiqua functionum perverſio, proculdubio ad ipſa uſque & vitæ & Mentis penetralia gliſcit malum τὸ ἀσύμφορον πολεμεῖ, καὶ μαχεταῖ. καὶ διαλλαονεῖ ἀπ' ἄλληλων. Sanitatem his limitibus circumſcribit *Hipp.* Lib. de Veter. Med., dum Hominem tunc demum omnium optimè diſpoſitum aſſeverat, ubi concoquit & in quiete eſt, neque ullus in Corpore humor cæteris excellentior apparet, ut è contrà ſiquis eorum ipſe per ſe exiſtere, vel ab aliis ſeparari incipiat, tunc Morbos infert & lædit hominem, Concordiâ creſcunt omnia, Diſcordiâ dilabuntur, & quæ dolorem infert contrariorum in pari qualitatis gradu ſibi adverſantium pugna, eadem & Mortem Dolorum Morborumque omnium Lineam ultimam accerſere poteſt. Porrò quemadmodum in rebus publicis magis formidanda & penè irreparabilia ſunt ea diſſidia atque inevitabiles fere Conſpirationes, quarum cauſa, Ignis ſub Cineribus latentis inſtar, diutius Animis Plebis inſederunt, quæ tandem Furore percita in Civitatis Principes inſurgit, graſſatur, ſævit, & Torrentis modo obvia quæque diruit, proſternit, rapit. Sic peſſima ea Corporis mala, quæ inferiori Sentinâ ſub velo Voluptatis Pedem fixere primò, mox paulatim (dum Principes Laborum ſecuri inteſtino Hoſti obſcura Incrementa, proditoriè capeſſenti maturè deturbando minùs invigilant) augentur Viribus, Temperiem immutant, Conformationem vitiant, ſolvunt Unitatem, Formæ ipſi Dentem imprimunt, & Tyrannidem exercent tandem, iis Victis quorum erat imperare. Certe ſiquis affectus inter tot conjuratos qui Naturæ machinantur Excidium, Morbificarum Cauſarum per Cuniculos inſidias ſtruentium, & juxta propoſitam Seriem procedentium, ſuoſq; effectus inſignes præ ſe fert Charicteriſmos, is eſt quem Melancholicum ab Humore ipſum committente, Hypochondriacum à Partibus affectis ſeu ſede Morbi flatuoſum à Symptomate appellamus, importuno iſto, & ſedis diuturniſſimæ ægrorum & Medicorum (ut vocant) Tormento conflictatur Vir illuſtriſſimus, cujus Temperamentum univerſale naturaliter à Calore ad Siccitatem declinans, adventitiâ licèt humiditate Corpus fuerit turgidulum, ex Sanguineo bilioſum, ex accidenti in Melancholicum degeneraſſe Arbitror. Bilem Atram in quovis Corpore generare apta ſunt Alimenta craſſa, eaque calida, Animi Pathemata & edaces curæ, quæ Imperium habent in Spiritus & Humores, Morbi fervidiores, ut Febres cæteraque id genus, atque ex *Hipp.* Ætas à 25 ad 46. Atrâ Bile maximè abundat ob Caloris tunc in intenſiſſimo ſiccitatis gradu exultantis abundantiam. Signa Morbum prodentia in nobili hoc Subjecto, ſunt ſputatio frequens & profuſa limpidi & tenuis Ichoris. Rugitus in Hypochondriis, vago Sonitu obmurmurans, Flatus plurimi ſus deque prorumpentes, ab aſſumpto Cibo Ventris tenſio, & in ipſa Coctione ſpirandi difficultas, quæ per intervalla aliis etiam Temporibus pro vario Humorum vapores producentium motu recurrit. His omnibus juncta pertinax Alvi aſtrictio. Naturæ per Hæmorrhoidales Venas ſeſe exonerare tentantis conatus, & quæ Pathognomonica ſunt apud *Hipp.* metus, Animi naturali robori & innatæ fortitudini vim faciens & mœſtitiâ ſine manifeſtâ cauſâ, quæ reluctanti Lachrymas exprimit & cogitabundo ac Solitudinis amantiſſimo ſuſpiria extorquet. Horum Symptomatum ſub facie varia quotidiano proventu pullulantium & veram omnibuſque innumeris abſolutam Melancholiæ Hypochondriacæ Ideam facientium cauſæ in Morbis quærendæ ſunt, ut Horum in Humoribus. Morbi vel ſolitarii vel impliciti iique aut connexi aut conſequentes. Hic Complicatio difficultatis Mater, & durationis nimium firma Radix, & fæcundâ Sobole eluceſcit.

Append. de natur. human.

Cordis palpitatio.

Incubus.

Ventriculus Intemperie frigidâ laborat, unde ipſius Actionum Læſio, Imbecillitas, ad coquendum tarditas, βραδυπεψία, et neceſſariâ conſequutione Excrementitiorum Succorum Collectio, quorum alii à cruditate ſunt pituitoſi, frigidi, viſcidi, alii à Ciborum Corruptione porracei, vitellini, virides, flavi, prout circunſtantium partium nimius Calor, vel obrutus languet, vel per ἀντιπερίστασιν Ventriculi Frigus adauget, vel denique Chylum Corruptione, & ex ingeſtorum propriis qualitatibus per calidum & acrem exaſſat. Primæ Coctionis Vitia nunquam emendantur, unde fit, ut impurus Chylus dum per Meſeraicos Tubos in Hepar attractus ſugitur, ſuum deponat in Meſenterii Glandulus ὀπογγῶδεις, recipiendis Humoribus aptiſſimis Sedimentum, quod ſiquidem ab inerti Parte & pauci Caloris non conficitur, addititione partium tandem in Molem creſcit & Tumores illos rotundos & renitentes creat, quos altius impreſſa & penitiùs in Viſcera Manus adacta ſentit in ſiniſtro Meſenterio. Ita poſt primam Coctionem Ventriculi Parietes muco delibuti manent; Meſaraicæ venæ earumque Diſtributioni appoſiti Adenes Obfarctu premuntur. Notatu dignum, Liquorem omnem dum per Canales aliquos fluit pro ratione conſiſtentiæ & Tenuitatis ac Puritatis gradu plus minuſve deponere fæcis, Sedimenti Salis Tartari ad Latera Cavitatum continentium vel partium ſuſcipientium, Quod liquidius eſt ad Hepar repit. Iſtud plus æquo calidam & ſiccam ex introſâ materiâ Sanguinem fervidum, atræ Fæcis & fermenti Melancholici plenum generat, cujus mitior & dulcior pars ad Nutritionem totius Corporis cum multo Sero (imò nimio ut ex nocturnis ſudoribus patet) per Venas diſtribuitur, terrenum Craſſamen tum per Portæ propagines, Ramumve Splenicum ad Lienem amandatur. Viſceris hujus munus eſt ſuccum iſtum conficere, prius attenuatum ope Spirituum & Caloris per numeroſas Arterias eò confluentium. Mox peractâ per varias Alterationes ejus Coctione ſuperfluum ab eâ reſiduum, tenue quidem & liquidum Acidulum in Ventriculum deponere per Vas breve appetentiam excitaturum. Aqueum ſalſum ſecernere in Aortam & Emulgentes per Cœliacum Ramum, craſſum vero in Hæmorrhoidales Venas Cacochymiæ depletrices fœliciter & ex naturæ præſcripto ſuccedunt iſta rebus ſeſe naturaliter habentibus & parte exiſtente ſanâ. Verum cum in nobiliſſimo viro Lien laxior ſit, & in naturalibus Facultatibus infirmus, recipit facilè, oppletur, obſtruitur, diſtenditur in Rotundum, tumet, indureſcit nec potis eſt Onere ſuo, ut par eſſet Sanitatis Leges poſtulant, ſeſe expedire. Sic ægrotat, ut notat *Hipp.* 4. de Morbis, & ab his quæ natura inſunt cùm plura quam apportunum eſt acceſſerint, & ab aliis Humoribus per Venas amplas & multas advenientibus, & naturalibus Humoribus ſeſe admiſcentibus. Jam verò Plenitudinis aliquis Terminus qui cum æqualis ſit in ægro noſtro Lien ἀναρρύστος eſt καὶ καταρρύπτος, & partes ſuperiores ac inferiores interpolatis Vicibus fatigat, circulari autem affectione (quam duplicem hic agnoſco, Capitis & Ventriculi, Lienis & Hepatis) Lienis vitium cujus in Jecore ſuccreverunt primordia per ἀναδρομὴν in ipſum recidit, dum Humor quantitate peccans ad Scaturiginem refluus in Vaſis hæret, quæ inter iſta Viſcera excurrunt. Ibi Calorem concipit præternaturalem, aſſatur, craſſeſcit, Acrimoniam contrahit, & Malignitatem induit à Putredine dum naturali formâ planè degenerans, in Succum qui toto Genere eſt præter Naturam transſmutatur. Hinc repetenda & in iſto Foco quærenda Cauſa omnium Agitationum quæ exercent Melancholicos περσίζει τὸ συμφέρον τῷ συμφόρῳ, & contra, unde non mirum eſt, ſi appellente ad iſtud Fermentum per quotidianam Alimenti ingeſtionem variarum ſubſtantiarum ſæpè contrariarum, Succo, mox blandienti & demulcenti acquieſcat, mox verò irritanti reluctentur Humores, ſicque ingentes excitentur Turbæ, dum Frigida pugnant calidis, Humentia ſiccis. At quod majoris, imò mixini eſt in Medicinâ momenti, dum acidum ſalſo, ſalſum amaro, acidum Pontico permiſcetur, quid iſtæ poſſint Permiſtiones,

nes, norunt ii quos Ars docuit & Corporum ſubſtantias ſeparare, & per earum ſeparatarum conjunctionem miras Spirituum & Ignis in Corporibus latentis, at invento Fomite in Momento erumpentis effectus contemplari. Ab iſta Ζύμωσει, Borborygmi & rugitus qui in quibuſdam Melancholicis ἐνγαςρημύθους ementiuntur. Inde Cordis Palpitatio, cum Cor maligno Fumo percellitur, & Spiritus vitalis à Corde per Diaſtolen expreſſus, à terrâ Fuligine, vi ad fontem repellitur. Inde Incubus oppreſſo per ſummum Diaphragmate præcipuo Reſpirationis Inſtrumento. Inde & forſan Veſicæ ad Urinæ Expulſionem Permictionis initia tarditas, dum Vapor melancholicus nervos ſenſus motuſque Inſtrumentum deferentes Stupore veluti ſuffundit. Neque n. Arbitror Urinæ vias aut Calculo obſtrui, vel Arenulis Mucove oppleri, cum nihil tale excretum repræſentet, neque ſit Actionis Læſio quæ talem cauſam in meatu hærentem poſſit inſinuare.

Quos ſub nomine Spirituum, ut Flatus Ventriculi quos cruditas facit ſub Aeris ſpecie agnoſcemus cum Hip. *de S.*

Spiritus animales.

Colicum Dolorem, de quo conqueritur æger & quem Vulgus confundit cum Nephritico, ad Flatus refero, Renes ne inculpatâ frui Sanitate exiſtimo. Partes infimæ ſi laborant, ſuis non caret pars ſuprema incommodis, licet pleraque omnia ſint per δευτεροπαθείαν.

Caput, inſtar Cucurbitulæ Medicæ, impoſitum Corpori, facilè ab inferioribus trahit & ſemper plenum eſt attractæ Humiditatis; in quibus reliquum Corpus eâ ſcatet. Idem & Splen eadem de cauſâ maximè ſunt Morbis obnoxia. Cerebrum in hoc ſubjecto frigidiſſimum & humidiſſimum; calet aliquando ex accidenti, dum ad ſummam Regionem fertur Exhalatio per μετεωρισμόν. Pluvio cœlo gravius eſt, quod Auſtrina tempeſtate augeatur ejus Intemperies, & Humores atri moveantur, ut forſan Vere & Autumno. Ita ad nativæ Complexionis vitium, accedunt ea quæ aliunde adveniunt caliginoſi nempe Fumi, qui volentis nolentis Mentem exagitant, licèt ſeſe fortiter apponente Ratione nondum torpent. Ita Animi mores utplurimum ſequuntur Corporis Temperamentum ſæpe cum graviſſimis incommodis. Quorum ut præſentiam tollamus & præcaveamus Incrementum iis quæ Medica Ars ſubminiſtrare poteſt mediis, ſerio ac ſedulò providendum, ut & Corporis benè ſit & Animo & utriuſque procuranda Actionum Libertas, quæ duo hæc Hominem conſtituentia, componentia ſui Juris eſſe ſinat. Id fiet, ſi Intentiones ſequentes complectantur, calida Intemperies contrariis alteretur, in ipſo centro in quo conduplicatur obſtructa reſerentur. Obſarcientia fluida reddita per ductus convenientes διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων educantur, mox via Epicratica, mox paulò validius ſi Opus fuerit. Ventriculus repurgatus roboretur Coctioni primæ ſolidum ſternatur Fundamentum. Hepatis temperetur Calor, Lien repurgetur, ejus emendetur laxitas quæ in eo & circa eum ſtabulatur, atra Bilis evacuetur, corrigatur. Inprimis & ſecundis qualitatibus præſertim verò in κακοηθεῖα, quæ cæteris omnibus Stimulum addit. Renes

Lib. de Vet. Med.

4 *de Morbis.*

& Veſica cum cæteris ſine peculiari curâ nitida terſaque ſervetur. Cor adverſus maligni Fumi appulſum & Invaſionem muniatur, unà cum Cerebro, quod inſigniter per propria emunctoria vacuetur, ſiccetur, roboretur. Iſtis ad optatum finem perducendis ſubſervient victûs ratio, Medicamentum, Manus.

In debitâ rerum ſex non naturalium adminiſtratione διαιτητικὴ, conſiſtit. Applicationis earum Scopus ſit refrigerare, humectare, aperire, incidere, attenuare. Gravantium Excrementorum Generationem impedire, vel ea generata conſumere, vacuare. Calorem nativum Functionum Opificem ſuſcitare, Spiritus recreare, ipſi denique Naturæ ſternere ac procurare plenam agendi Libertatem circa res dictas ita ſe gerant Vir Illuſtriſſimus.

Aër qualis tales Spiritus. Ideò eligatur purus, ab omni qualitatum exceſſu alienus, ne vel Frigore condenſet nimium & Exhalationem prohibeat, vel Calore torreat, vel diſſolvat Humiditate, vel Siccitate exaſperet.

Veſcatur Cibis boni Succi & coctu facilibus. Carnibus juniorum animalium, Pulli, Perdicis, Vitul. Hœd. Agn. Avicularum Montanarum & Campeſtrium. Mane ut plurimum Elixis, Veſperi aſſis & parcè quidem utatur. Alterentur Juſcula Borrag. Bugloſſ. Oxylap. Agrim. Pimpin. Calendul. Meliſſ. Charephyll. Endivia, Cichorio, cæteriſque Oleribus quæ aperiendi, ſine Calore intenſo vi polleant. Conceduntur Ova Sorbilia, & Tremula in Aquâ fracta condita Omphacio vel Aurantiorum ſucco. Inter Piſces ſaxatiles, Perca, Lucius, Trutta, Gobio & ſimiles; inter Marinos Singulaca ſive Solea, Rhombus & qui duræ Carnis ſunt. Piſcibus autem veſcatur raró. Abſtineat ab acribus, ſalſis, piperatis, aliiſque Aromatibus conditis, omnibus eduliis craſſi alimenti & difficilis diſtributionis Lacticiniis, Caſeo veteri, Vino craſſo & nigro, generoſo, Hiſpanico, Malvatico, uno verbo omnia fugiat quæ Sanguinem exaſſare, incraſſare, fervidiorem reddere poſſunt. Potus ordinarius ſit ex Cereviſiâ tenui, limpidâ, optimè defæcatâ; Vinum aliquando Gilvum ſumat tenue Oligophorum, & ſi per Appetitum liceat, dilutum decocto rad. Filic. Fœm. raſur. Cornu Cervi & Eboris. Panis probè fermentatus, benè coctus ſit, albus, levis, non nimium recens Alimenti magna eſt vis, quippe cum Humorum & Spirituum ſit Materia iis ſuas impertit qualitates, ita ut perpetuò in rerum natura orta ſuis Principiis atteſtentur.

Vide Gal. *lib.* 3 *de loc. aff.* 2 *cap.*

Motu ad Sanitatem opus eſt, ſiquidem Ignavia enervat Vires & Excrementum congerie quotidie in majus creſcente calor conſopitus languet. Stagnantes Aquæ putreſcunt. Sic & Sanguis dum immotus manet, & eâ, quæ Exercitium procurat Flabellatione caret. Itaque exercendum moderatè Corpus paulò ante Paſtus, Deambulatione, Pilâ, Venatione, Equitatione. Pulmo manè Cantu & Vociferatione, agitandus. Micatio digitorum Manus habiles reddit; univerſalis frictio matutinis horis celebrata, Habitum reſerat, Fuliginoſa diſcutit, & Calori eſt pro Ventilabro, quem æqualiter per omnia Membra diffundit. Multùm intereſt quid, quando, & quantum. Veneris dulces illecebræ, in Melancholicis torpentes ſuſcitant Vigoris igniculos. Indulgendum ei aliquando, rariùs tamen, atque id in coitu advertendum ex *Celſo*, ejus frequentiam non numero cenſendam ſed naturâ, ratione Ætatis & Corporis; eumque non inutilem eſſe quem Corporis neque Languor, neque Dolor, ſequitur.

Matutinis Horis convenit, poſt Coctionem, pleno Ventriculo nunquam.

Somni & Vigiliarum ſint alternæ Vices. Gelidæ Mortis imagini majorem temporis partem dare pituitam auget, Calorem ſuffocat. Spiritus ſegnes reddit, unde Facultates elangueſcunt. Vigiliis Corpus macerare pariter noxium, quippe iis diſſipatur Calor, ſiccantur partes, acriores evadunt Humores, Mens ipſa percellitur & morbificarum Cauſarum melancholicis Impreſſionibus magis patet. Moderatè omnia, ſucceſſivè, horis commodis atque ad id deſtinatis, Vigilandum & dormiendum. Somnus qui ſequitur Cibum immediatè Caput gravat & præcipitat Concoctionem.

Excrementis nimiâ quantitate naturæ moleſtis Corpus exinaniatur arte, ſi ipſa officii immemor hebes reſtitet. Craſſa per Alvum deturbentur, liquida per Veſicam educantur & per habitum digerantur. Ventriculus aliquando vomitu, Lien per Ani venas, Cerebrum per Nares, & Os repurgentur. Quò Natura vergit eò ducere oportet per vias convenientes. Iſtorum autem exequendorum Inſtrumenta in ſequentibus deſcribentur.

Denique, ſiquidem Affectus melancholicus ipſas Animæ facultates principes ſemper tandem aduritur, & Mentem caligine ſuffundit, videat Dominus ut quandiu Ratio Clavum tenet, illa ſubalternis ſuiſque veluti miniſtris abſolute imperet, Phantaſiæ præſertim quæ per communis Senſus commercium occaſionem captat uſque externorum objectorum Ideas per αἰσθητήρια ſenſoria ſeſe inſinuantes arripit quibus Mentem excruciet. Iram fugiat, quod indomitum furoris Oeſtrum hominem ſibi ipſi eripit, eumque digniſſima forma ſi non ſpoliat, ſaltem non ſine Dedecore immutatum exhibet. Mœſtitia malum fecit averruncanda hæc & Diis vovenda inferis, fugabitur, & Lætitiæ locum dabit, ſi ſublatis internis cauſis, Animus per varietatem gratorum objectorum quotidiè deducatur, & blandi iſtius veluti Philtri jucunda Titillatione ſubinde demulceatur. Solitudo maleſuada eſt Melancholicis, Cane pejus & Angue fugienda. Politicum animal Homo ad conſortium natus eſt. Muti Doctores Libri, licèt Melancholicos ſolentur, iis tamen non incumbendum nimis. Humorem peccantem alunt, & ſub dulci atque proficuâ fraude, ita cautus obrepit Hoſtis, præſertim ſi ægri, ut ſolent, eos Libros verſent, in quibus proprii Morbi deſcriptionem inveniant. Inde quippe naſcuntur dubia, quibus veluti pedicis inextricabilibus irretitus Animus, nunquam ſeſe expedire valet. Unde fit ut ſuſpicioſi & ancipites perpetuò vivant melancholici. Remediis parùm fidant, & ſic curationem non remorentur ſaltem, verumetiam ex toto impediant. In re Medicâ fide etiam Opus eſt, & peritis in arte credendum: Sinant ægri, ut Medici perpendant ac ſuperent difficultatum Salebras, neque ſeipſos in propriam Perniciem vanis & inutilis curioſitatis Figmentis rodant atque torqueant. Omnibus & ſingulis iſtis in quorum Obſervatione forſitan maxima & præcipua curationis pars ſita eſt ſi facilem καὶ τὰ δεοντα ποιεόντα ſe præbuerit Illuſtriſſimus Vir, ſperandum, imò certò credendum eſt Remedia huic Operæ pretio additura Colophonem.

Eorum alia præparantia ſive & alterantia, alia vacuantia, non unius generis, nec æqualium aut virium aut actionum, aliæ denique partes opis indigas roborantia per Toni reſtitutionem & malignitatis agreſſoris extinctionem. Omnium deſcriptiones & admittendorum, aſſumendorum, apponendorum, faciendorum ordo ſequitur, ſumma cum diligentia obſervandus. Quippe ex *Hippoc.* Curationum Animæ ſunt Temporum opportunitates, atque in eo potiſſimùm laborare debet Medicus Naturæ miniſter, traducens σοφίην ἐις τὴν ἰητρικὴν ut quod moleſtum eſt opportunè tollat, tunc enim id à quo Homo ægrotat auferendo, ſanum facere Natura ſua ſponte novit. ἰητρικὴ τὸ λύπεον ἀπαλλάσνει καὶ ὑφ' οὗ πονέει ἀφαιρέοντα. Ὑγιέα ποιεῖν ἡ φύσις αὐτομάτη πάντα ἐπίσταται.

Remedia.

Purgatio Verna & Autumnalis.

Clyſter, tunc Purgatio Verna & Autumnalis.

Apozem. in 3 Doſ. lax.

Phlebot. dextr. Vere; ſiniſtr. Autumn.

Balneum Vere.

Hæmorrhoid. vel Saphæna.

Serum Lactis cum Fumar. Agrimon. Scabioſ. & Succ. Pom. redol. Vere.

Aquæ Spadenſes, Briſtolienſes quæ conſtant ex ♂ & ⊕ vel ⦶.

Chalybeata ſi Reiteratione Opus ſit Autumno, quia tunc Humor Melancholicus præcipuè movetur.

Nunc ut ad iſtam Regulam Corpus debitè præparetur.

Clyſter.

Apozema in tres Doſes vel duas ſaltem, ut quod Aquæ moverunt educatur, & Corpus ad continuationem martialium Remediorum præparetur.

Phlebot. ex Baſil. ſiniſtrâ.

Apertio Hæmorrhoid.

Vinum Chalyb. Opiat. Chalyb. per aliquot Septimanas.

Uſualia ſunto omnibus nunc & in poſterum intermiſcenda.

Clyſter ſemel in Septimanâ.

Pilulæ cum Gummis ſemel in Septimanâ, & qualibus intervallis.

Syrupus magiſtralis ſemel in Menſe, circa Plenilunium, vel paulò antequam Humor Solitos habeat Paroxyſmos ſuos.

Paſſulatum paulò ante paſtum Vinum ex Senâ, aut infuſum Senæ in Juſculo matutino quoties Alvus per ſe non fluat.

Pulvis digeſtivus Horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus.

Syrup. de Pomis redolentibus meus cum Conf. Alkerm. Tabell. vel Opiat. Cardiac. ad Palpitationem, eâ urgente ſumendo.

Ad Caput Frictiones cum Sacculis repletis ſimplicibus Cephalicis.

Maſticatoria mané.

Suffitus, Avicul. Cypriæ, de Tabaco.

Chirurgica.

De Phlebotomia.

De Hæmorrhoidum provocatione.

De Cauteriis.

My Lady of *Exeter*. 23 Novemb. 1614.

Melancholia Hypochondriaca.

Juvenis Annorum.

Melancholica, Lienoſa, Hypochondriaca, cum mœrore, & metu, Suſpiriis crebris, Lachrymis ſine cauſa, *&c.*

Menſes profluunt, ſed valdè pauci, malè colorati.

Nupſit ſeni.

Horis quatuor à Prandio, in diſtributione Alimenti rugitus, tenſio Ventris, ructus, à Fermentatione Humoris atri ſtabulantis inter Lienem & Hepar, nec non in ipſis hiſce Viſceribus, qui appulſa Alimenti novi excitatus, ebullit & moleſtiam faceſſit.

Dolet Lien, turget, non tamen tumet, nec eſt durus.

Hepar benè habet.

¶ Meſenterium cum toto Hypogaſtrio plenitudine & obſtructionibus, ſicut omnes partes naturales, laborant.

Tument Pedes circa Veſperam, ſibique timet Domina Comitiſſa ab Hydrope. Non mirum eſt tumere Pedes ſuppreſſa pene Evacuatione Menſtruorum, unde fit ut Sanguis ad Scaturiginem refluus ſucceſſivè partes omnes plus æquo repleat & Serum ſuperfluum in aſſimilatione tanquam alendo & partibus continendis inutile ſeparatum reſtagnet in Carnes eaſque Oedemate veluti diſtendat.

Naturaliter quidem eſt Melancholica, ſed iſtud incommodum invaluit poſt Febrem malignam, in qua nec miſſus fuit Sanguis, nec refrigeratus (quam benè viderint Medici) ſed totum Corpus excalfactum impenſius exhibitione Cardiacorum calidiorum, ut hic moris eſt, ni fallor mali.

Urinæ variæ, utplurimum tamen crudæ & tenues.

Agenda.

Obſtructa, reſera, Humores præpara, purga per ἐπίκρασιν.

Atrum Succum in Liene extingue, Menſtrua provoca, ſed id aperientibus non calidioribus καταμήνοις. Ventriculum, Hepar, Lienem, Caput robora, Tibias fove & ſicca.

Malè hactenus fecerunt Medici, qui cum exiſtimarent Tumorem Tibiarum ab Hepate provenire, irrito Labore ei roborando ſaltem ſtuduerunt, exhibentes Rabarbarum, quod in hoc affectu non convenit, ſiquidem Aſtrictione ſua Humores impingit altius & Obſtructiones auget.

Menſes provoca, & ſiquod ſuperfluum eſt per loca conferentia naturaliter profluxerit, limoſa & paludoſa inferiorum partium conſtitutio emendabitur per ſe.

NB. Poſt Purgationes quas antea ſumpſit, circa Veſperam intumeſcere ſolebant Tibiæ plus ſolito, & ſingultus Ventriculum exagitare ſub Veſperam cum Dolore. Videntur autem valida fuiſſe Medicamenta, cum is & ſæpius ab iſtis Alvus copioſè ſoluta fuerit. An quod Humorem peccantem non adorta fuerint, præſerim ſi habuerint Rhabarbarum.

An quod eum altius aſtrictione impegerint? An ſingultus à deſiccatione ob Evacuationem an à malignitate Medicamenti?

Cave ab irritantibus.

Prognoſticon. Curabitur Deo dante & poteſt præcaveri Hydrops, dummodo ſe præbeat dicto audientem & debita facientem cum adſtantibus & externis.

Remedia.

℞ Fol. Malvæ Mercur. parietar. Violar. an. M. i. Polypod. ℥ ii. Flor. Chamæm. Melil. an. P. ii. Geniſtæ, Sambuci Hyperic. an. P. i ß. Seminis Aniſi Fœnic. an. ʒ ii. Baccar. Lauri ʒ iii. Fiat Decoct. addendo ſub finem Fol. Sen. mundat. ʒ vi. In colatura reducta ad ℔ i. Diſſolve Catholici ℥ i. Hier. picr. ℥ ß. Mellis Mercurialis Sacchari rubri, an. ℥ i ß. Salis Gemm. ʒ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciendus manè jejuno Ventriculo pridie purgationis ſequentis.

Hoc Medicamentum copioſè purgavit, (cum non multis tamen torminibus) & eduxit primò viſcidiſſima, deinde Aquam nigram cum maximo levamine, ſine dejectione virium, & ſine ſubſequente ſingultu.

℞ Conf. Alkermes ℈ i. Magiſter. Perl. & Corall. dulc. an. gr. v. Lap. Bezahar. gr. vii. Ms. Fiat Bolus exhibendus poſtridie Purgationis manè ſuperhauſto Vini albi tantillo.

℞ Radicum Altheæ Polypod. an. ℥ iv. Rad. Bryon. Enulæ Ireos florent. Garyophylat. an. ℥ ii. Cortic. median. Ulmi & Fraxini an. ℥ iii. Fol. Chamædr. Ceterach. Fumar. Hyperic. Chamæmel. Abſynth. Menthæ Meliſſ. an. M. ii. Artemiſ. matricar. Nepit. Rutæ an. M. i. Flor. Geniſtæ Ebuli Sambuci Centaur. min. an. P. iv. Semin. Aniſ. Fœnicul. Coriandri an. ℥ i. Baccar. Junip. ℥ ii. Lign. Rhod. & Saſafr. an. ℥ ii ß. Cortic. Aurant. & Citri an. ℥ iii. Fiat omnium Decoctio, in duabus partibus Aquæ Fabror. & una Vini albi, addendo ℥ viii. Aceti Scyllit. pro fotu regionis Lienis & Umbilici uſurpando è Spongiis latis intinctis & expreſſ. manè per horam integram.

℞ Vini Splenitici Chalybeati ℥ iv. Capiat Hora dimidia poſt fotum ſenſim augendo. Uſque ad ℥ vi. per quatriduum ſuperambulando Horis 4 ante Prandium.

℞. Aq. Fontanæ puriſſimæ ℔ i. Aquæ fragorum Scabioſ. Bugloſſi Pomorum redol. an. ℥ iv. Florum Betonic. rub. P. iv. Roſ.

rub. P. i. Flor. Borrag. & Viol. an. P. ii. Ligni Saſſafr. ʒ ß. Santal. Citrin. ℈ i. Affuſis guttis aliquot Spiritûs Vitrioli extrahatur Tinctura ut Artis eſt, quæ ſi nimis ſaturata ſit diluatur additione aquarum. ℞ Hujus Liquoris ℥ iv. Vini albi limpidiſſimi & impermixti ℥ ß. Syrupi de Pomis redol. magiſtralis ℥ i. Syr. de Moris rubri Idæi ℥ ß. Ms. Fiat Julep. exhib. poſt Prandium ea hora qua Ventriculi dolor & calor ſolet occupare.

NB. Valde exigua & ſaltem perceptibilis ſit aciditas.

In iſtis perſeveret Domina per quatriduum.

Tunc repetatur Purgatio præſcripta præmiſſo pridie circa Veſperam Clyſtere niſi Alvus per ſe fluat.

Iterum per dies quatuor repetantur Vinum Chalybeatum & Fotus cum Julepis, vel ſi Ventriculus Vinum reſpuat paretur Juſculum.

℞ Radic. Fœnicul. Aſparag. Ruſci Fœnicul. an. ℥ i. Cappar. à ſale mund. Cicer. rub. ʒ vi. Rad. chin. ℥ ß. Semin. Alkek. ʒ iii. Raſur. Cornu Cervi & Ebor. an. ʒ ii. Uvar. Chorint. ʒ v. Includantur Ventre Pulli qui conſutus elixetur cum fruſto Carnis vitulinæ addendo ſub finem coctionis fol. Bugloſſ. Chærephyll. Calendul. Meliſſ. Oxylap. an. P. ii. Poma redol. per Taleol. ſecta cum Corticibus N°. ii. Reduc ad debitam Cocturam in Colatura ℥ vi. Diſſolve Cremoris 🜿 Chalybeati minoris ʒ i. Magiſterii Perl. & Corallorum dulcis an. gr. x. Ms. Exhibeatur poſt Fotum ut de Vino dictum eſt.

Denique tertio iteretur præmiſſo Enemate purgatio. Seq. die Hirud. applicentur Hæmorrhoid. His finitis veniendum ad potentiora Chalybeata quibus interim dum utetur applicatum geſtet Lieni Emplaſtrum ex Gummi Ammoniaco diſſoluto in ſuccis Cicutæ & Abſynthii & Aceto Scyllitico mixto cum quarta parte Emplaſtri Diachylon. Ireati & ſexta de Mucilaginibus vel Sparadrap.

℞ Conſerv. Florum Calendul. Geniſt. Meliſſ. an. ℥ i. Roriſmar. condit. Conſ. Alkerm. an. ℥ ß. Cortic. Citr. & Arant. exter. ſicc. an. ʒ iii. Rad. Chelid. major ʒ iii ß. Fol. ſicc. Fumar. Veron. maris Chamædr. Rutæ an. ʒ ii. Magiſter. Perlar. & Corall. dulc. Ocul. cancr. præpar. an. ʒ ii ß. Lapid. Gagat. præparati ʒ v. Bezoar. Orient. Ambræ griſ. an. ʒ i. Cynamomi inter ℈ v. Croci martis aperientis ℥ iii. Cremor. chalyb. majoris ℥ i. Ms. & cum Syrupo de Pomis redolentibus magiſtrali. Fiat Electuar. inſtar Opiat. Doſis ℥ ß. Mane ſuperhauſto Vini Abſynthitis tantillo, exercendo validè Corpus Horis 4 ante Prandium, per xv. xx. xxx. Dies, vel plures ſi opus fuerit.

Alternis diebus vel tertio quoque die, horâ unâ ante Cœnam capiat ℈ i. vel ʒ ß. Pilularum præſcriptarum pro Do. *Rouſſel* vel donec paratæ fuerint.

℞ Stomachi cum Gummis ℥ ß. Pulv. Senæ ſubtiliſſ. ʒ ii. Crem. Tartari Chaly. ʒ i. cum Syrup. roſ. comp. cum Agarico vel de Abſynth. Fiat maſſa Doſis ʒ ß. in iii Pilul. deauratis.

Iſta ſi ut decet adminiſtrentur proculdubiò benè habitura eſt Domina, quod ſiquid poſtea agendum reſtet de ſequentibus erit pro re nata cogitandum.

Clyſter frequens qualis præſcriptus Pilulæ uſuales ante Cœnam.

Balneum aqu. dulcis Lac Aſinæ tempeſtate idonea.

Syrupus de Pomis magiſtralis, Horis pomeridianis ad ſedandam Fermentationem.

Tabellæ Cardiacæ cum Conf. Alkermes & lapid. Bezoar. ad reprimendos fumos, & roborandum cum Corde Cerebrum longè à Cœna ingreſſu Lecti.

Niſi fluant Menſes ex voto, iis apparentibus ſectio Saphænæ.

Pilulæ noſtræ Catamlwæ, &c.

Victus ſit refrigerans mediocriter, & leviter humectans, aperiens, &c. Fugiat quæcunque Sanguinem aſſare & Obſtructiones augere poſſunt, &c.

Potus ordinarius ſit Cereviſia ſequens.

℞ Rad. Chinæ optimæ ℔ i *ſs*. Rad. filic. fœmin. ℔ i. Rad. Fœniculi Amaræ, dulcis, Ononidis an. ℥ iv. Ligni Saſafr. ℥ v. Raſur. cornu Cervi, & Eboris an. ℥ i *ſs*. Nuces Moſchat. N°. viii. Cereviſ. lupulatæ fortioris Galon. x. Fiat ut artis eſt.

Rad. fragar. rub. tinctor. an. ℔ *ſs*.

Quod ſi poſt Defæcationem ingratus videatur potus aut validior, admixto triente Cereviſiæ non Medicatæ poterit temperari.

Adde ſucci Cochlear ℔ vi. Succi Naſturcii & Beccaburg. an. ℔ iii. Cereviſ. Galon. xvi.

My Lady Counteſs of *Exeter*. 21 Decem. 1614.

PUrgato ſæpius Corpore per Medicamenta in præcedentibus Paginis præſcripta exhibitus fuit Chalybs xv. circiter diebus ante Eruptionem Menſtruorum, primis diebus iſtud Remedium miras excitavit in Corpore turbas & Humorem efferum movendo atque in ipſum agendo vaporibus Caput vexavit Noctu orti pavores ἀγευπνία moleſtiſſima, ſemel Vomitus. Ita ut Domina ferè de ſalute deſpararet. His ita urgentibus Menſes profluxere, in majori Copia quam ſoliti ſunt, rubri, ſubſtantiæ laudabilis. Eo ipſo die ceſſaverunt omnia Symptomata; perrexit in uſu Chalybis Domina, tertio quoque Die, & ſæpiſſimè Diebus alternis Pilulas Stomachicas cum Gummis aſſumens, à quibus tam bellè habuit, ut accidentia omnia Hypochondriaca evanuerint, Læta ſit, benè dormiat, edat cum appetitu, & Tibiæ quæ antea tumidæ erant vitio Hepatis à Liene & Utero refluum Sanguinem ſuſcipientis, & Cachexiam invehentis, detumuerint. Notatu digna Hiſtoria quæ docet Chronicos affectus eos præſertim quos Humor melancholicus committit (cujus propoſitum eſt difficillimè movere & Sedes diuturniſſimas facere) longa & diuturna Remediorum Serie eſſe expugnandos, Impedimenta autem Curationis pertinacium Morborum plerumque

ab

NB. *Natura & remedium dum veluti Athletæ validi pugnant cum Morbo, id ſine labore fieri non poteſt. Tunc animis opus, tunc Pectore firmo.*

NB. *Chalybem ſumpſit per 30 dies media hyeme frigidiſſima tempeſtate.*

Hip. *Lib. de atra Bile.*

ab ægris pendere. In omni magno & difficili Morbo diligentem oportet eſſe Medicum, ægrum dicto audientem, ſedulum, in agendis promptum & religioſum confidentem. Aſſiſtentes verò (quorum Culpa plerumque omnibus magnis Curationibus injicitur remora) non importunâ Loquacitate, Scrupulis, vel intempeſtivâ ſedulitate, quâ nihil eſt magis inſulſum.

Reſtat ut dum præſens Hyems elabetur Ventriculus, Hepar, Lien, Uterus, corroborentur, arceatur occaſio recidivæ per ſublationem ceteræ efficientis quæ eſt intemperies apta ad atram Bilem generandam. Meatus aperti ſerventur.

Natura denique per vias convenientes omni Excrementorum vel ſuperfluitatum genere liberetur.

Remedia.

Quotidie manè capiat Juſculum ſequens. ℞ Radic. Chinæ ℥ ſs. Rad. Petroſelini, Fœniculi, Gramin an. ℥ i. Raſur. corn. Cervi & Eboris an. ʒ ii. Cappar. à ſale mundat. Florum geniſt. condit. an. ʒ v. Uvarum Corinth. Paſſul. an. ʒ vi. Includ. Ventre Pulli qui coquatur cum fruſto Carnis Vitulinæ addendo ſub finem Coctionis Fol. Borrag. Bugloſſ. Endiv. an. M ſs. Summit. Meliſſ. P. ii. Florum Cavendulæ P. i. Poma redolentia in fruſto ſecta cum Corticib. N°. ii. Poſt ſufficientem Cocturam fiat per Pannum ſtamineum Colatura in cujus ℥ vi. diſſolve Magiſterii Perlarum & Corallorum dulcis an. gr. xii. Detur Horis *iii.* ante Prandium leviter ſuperambulando.

Siquis in Tibiis Oedematoſus Tumor appareat, operæ pretium fuerit in Juſculis Cremorem Tartari diſſolvere, eum inquam qui Chriſtallinus eſt, & per diſſolutionem præparatus.

Siqua Cruditas vel flatus aliqui Coctionem interturbat & in Ventriculo fluctuet Blenna pituitoſa, Pulvis digeſtivus ſquens paretur.

℞ Semin. Aniſi & Fœnicul. dulcis an. ℥ ſs. Semin. Coriandr. ʒ iii. Magiſter. Corallorum & Perlarum dulcis an. ʒ ii. Roſ. rub. ℈ iv. Cortic. Arant. & Citr. cond. ſicc. an. ʒ vi. Cynam. ʒ ii ſs. Ambræ griſ. ʒ ſs. Sacchari albiſſimi quadruplum Pondus omniumMs. Fiat Pulvis ſubtiliſſ. utend. è Cochleari horâ dimidiâ poſt ſingulos Paſtus.

Sperandum imò credendum eſt fore ut Sublatione cauſarum maligni Humoris Melancholici affectus ceſſent ſi quæ tamen vel reſtitet, vel recurrat per Humoris efferi Fermentationem inflatio vel Stomachi ardor infeſtet, cum Flatuum impetu erumpentium copia, ſit in promptu.

Syrupus meus magiſtralis de Pomis redolentibus cum Ambra de quo capiat Cochleare unum & alterum infeſtanteRugitu & urgente Inflatione (quod vulgò contingere ſolet in diſtributione Cibi Horis quatuor vel quinque in Paſtu) capiat item in ingreſſu lecti loco Tabellarum, præſertim ſi Vigiliæ moleſtæ ſint ob Vapores Cerebrum & malignitate, & ſiccitate percellentes.

Quarto vel quinto quoque die ante Cœnam capiat ℈ i. vel ʒ ß. Maſſæ Pilularum Stomachicarum cum Gummis more ſolito. Intermediis Diebus, niſi fluat Alvus ſollicitetur Enemate prunis lax. Sena in Juſculis, &c. Sic fluere ſinatur.

Mr. *Rouſſel.* 26 Novem. 1614.

Melancholicus, Hypochondriacus.

Lienoſus, Melancholicus, Hypochondriacus, Pondus & Compreſſionem ſentit in Thorace, & Dorſo, partim à fluxione quæ fit à Capite, partim à compreſſione quam Lien creat ob Fermentationem atri ſucci introrſum manifeſtiſſimo ſenſu elevatus. Fluctuat in ipſius Ventriculo maxima Pituitæ viſcidæ, limpidæ, veluti vitreæ copia, quam quarto aut quinto quoque Die manè evomit, provocando nauſeam Ramulo Roriſmarini, idque cum ſummo levamine. Ejicit autem hoc mucoſum Excrementum, non tantum vomendo, ſed & ſpuendo, & ſcreando, & extuſſiendo, unde conjicere eſt maximam ejus partem exprimi & expelli partim ex Cerebro, partim ex Pulmonibus.

Aliquando poſt Prandium evomit ℔ *ſs. pituitæ ad Os ſtomachi fluctuantis removente Cibo.*

Signa ſtabulantis in iſtis partibus Pituitæ ſunt, Puncturæ in Apice Linguæ, quæ illicò poſt ejus Evacuationem evaneſcunt πτυελισμὸς & limpidiſſimi muci ſeu potius Ichoris copioſæ exſpuitio. Fluctuatio in Ventriculo, dejecta appetentia, Mœror, Iracundia; poſt acceptam unam vel alteram Buccellam Excreatio magni alicujus Phlegmatis poſt rejectionem ructus liberè procedunt, qui antea hæſitabant, & veluti ſuffocato Spiritu retrocedebant in Oeſophagi & Faucium anguſtiis. Paſſus eſt iſtam Vomitionem per intervalla dicta jam ab Annis 25. Quæcunque dantur Medicamenta Cathartica non attingunt cauſam iſtius Sentinæ, ita ut viderim poſt quatuor aut quinque Purgationes ipſum perendiè Cathartici Pelvim plenam evomuiſſe.

Aliquando (ſed ſummo cum conatu) educit ex intimâ Saburrâ fæcem atram acerrimam, quæ in tranſitu Fauces exurit.

Centrum mali eſt in Liene, unde ad ſuperiora ἀναθυμιάσεις Iſtius viſceris vitium Concoctionem lædit in Ventriculo, unde magnus Cruditatum proventus. Cerebrum per ſe valdè frigidum faceſſitur continuo Vaporum appulſu, Pulmones ratione ſitus declivis facillimè Fluxionem ſuſcipiunt. Et ſi id fiat ſenſim & ſine inſigni noxâ, quippe id quod excernitur præcipuè manat à Ventriculo & Cerebro.

Agenda.

Focum ſive Mineram iſtius Excrementi doma, & atrum Succum emenda in ipſo Liene, alias Operam luſeris.

Ventriculis Intemperiem humidam & frigidam corrigito.

Caput ſiccatum inſigniter roborato, ita tamen ut id conſideres tanquam Terminum ad quem.

Maximoperè abhorret à Catharticis, quæ blanda etiam, ipſum ſatis benè movent.

A Vino Abſynthite habet peroptimè, à quo ſedatur flatuum internus rugitus, & Fermentatio opprimens Diaphragma.

Remedia.

℞ Fol. Malv. Alth. Violar. Mercurial. an. M. i. Epithym. Ceterach. Fumar. an. M. i ß. Flor. Chamæmeli Melilot. an. P. ii. Semin. Aniſi & Fœnicul. an. ʒ iii. Fol. Sen. ʒ vi. Fiat Decoct. & Colatura, in qua reducta ad ℔ i. Ciſſolve. Cathol. ℥ i. Hier. picr. ℥ ß. Mell. Mercurial. Sacch. rub. an. ℥ i ß. Salis Gemmæ ʒ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciendus ſemel in Septimana.

℞ Foliorum Scordii Meliſſ. Menthæ Cardui bened. Fumar. an. M. i. Flor. Anthos Geniſtæ Centaur. min. an. P. iii. Sum. Abſynth. vulg. P. ii. Semin. Fœnicul. & Aniſi an. an. ℥ ß. Cortic. Citr. exter. flav. ſicc. ʒ iii. Ligni Saſafras cum Cortic. Baccar. Juniperi recentium an. ℥ i. Fiat omnium Decoctio in Aq. Fontanâ, addendo ſub finem decoct. Fol. Sen. mund. Vino albo odoro nutr. ℥ iv. Fol. Ellebori nigri veri præparat. ℥ ii. Cremoris Tartari chalybeati ℥ i. Poſt aliquot Ebullitiones factas in Vaſe fictili vitreato, omnia Vaſe probè tecto ſinantur per Horas 24. macerari, deinde fiat Expreſſio & Colatura, in qua diſſolve Aloes è Veſica ℥ iv. Gummi Ammoniac. prius in Vino Malvatico, vel Succo Abſynthii & Fumariæ diſſol. & Coagul. ℥ i. Mirrhæ ℥ ß. Succi Spinæ Cervinæ Inſpiſſati ℥ ii. Salis Abſynthii & Gemmæ an. ʒ ii. Coagul. ad conſiſtentiam Pilularum, addendo Olei Cynam. & Aniſi an. ℈ i. Capiat ℈ i. vel ʒ ß. ſemel in Septimanâ, Hora una ante levem Paſtum, Prandium ut plurimum, nonnunquam Cœnam. Satius tamen erit vacuo Ventriculo.

℞ Croci martis aperientis ʒ ii. Abſynthii vulgaris P. i. Pontici, ſive marini P. ß. Ligni Saſſafras ʒ i ß. Vini albi Gallici tenuis ut Andegavenſis ℥ xii. Infund. per Horas 24. Fiat per Filtrum cum Pilis cervinis Colatura pro ii. Doſibus manè ſumendis continuando per octiduum. Si deſit Vinum Andegavenſe ſumatur Vaſconicum cum quarta parte Aquæ ſtillatitiæ Pomorum redolentium. Poſt iſtius Medicamenti aſſumptionem ambulet, dilato ad quatuor horas Prandio.

℞ Conf. Alkermes ℈ i. magiſter. Perlar. & Corall. dulc. Ocul. Cancr. præparat. Lapid. Gag. præparati an. gr. v. vel Lapidis Bezoar. gr. vii. Ms. Fiat Bolus ſumendis in ingreſſu lecti Horis *iv.* à Cœna levi. Pro effectu iſtius Vini ſi ſit opus uſu Chalybis in ſubſtantia paretur Opiata ſequens.

℞ Conſerv. Flor. Betonic. & Anthos an. ℥ i. Cortic. Citri condit. ſicc. ℥ ß. Conf. Alkermes ʒ iii. magiſter. Perl. & Corall. an. ʒ ii ß. Ocul. cancr. præparat. ʒ vi. Lapid. Gagat. præparat. ʒ v. Croci martis aperient. ℥ iii. Cortic. Saſafr. Cynam. inter. an. ʒ ii. Macis, Ambræ griſ. an. ʒ i. Lap. Bezoar. utriuſque. an. ℈ ii. Ms. & cum Syrup. Chalybeato, vel de Pomis redolentibus fiat Elect. Inſtar Opiat. de qu. cap. inſtar. Juglandis, id eſt, circiter ℥ ß. Quotidè manè per 20 aut 30 dies ſuperambulando ſtrenuè Horis *iv*. ante Prandium. Dum utetur hoc Remedio nunquam reſtitet Alvus, ſed ſubducatur alternis diebus vel Clyſtere præſcripto, vel Pilulis etiamſi per ſe (modicè tamen aut lentè) fluat.

Si recuſet Opiatam perſeveret in Uſu Vini Abſynthitis Chalybeati, vel quotidiè manè mandat Baccas xv. xx. xxx. Juniperi præparat. cum Vino Malvatico & Ambra griſ.

Victus ſit modicè ſiccans, non nimis calfaciens, incidens, attenuans, aperiens, vitet Vina generoſa, lacticinia, Aromata, Piſces, ſalſa, &c. pro Potu autem ordinario ſit Cerviſia ſequens.

℞ Radic. Chinæ ℔ i. Zarzparillæ ℔ *ß*. Radic. Fœniculi ℥ iv. Ligni Saſaf. ℥ ii. Nuces moſcat. N°. vi. Cereviſ. fortior. Galon. viii. Succi Cochlear. ℔ vi. Succ. Naſturcii & Beccabung. an. ℔ iii. Ms. Fiat ut Artis eſt.

Sufficient primò Succi Cochl. ℔ iv. aliorum an. ℔ ii.

Monſieur *Rouſſel*.

Melancholicus, Hypochondriacus.

PAretur Cereviſia Medicata Antiſcorbutica præſcripta in præcedentibus Ephemeridibus, quâ utatur quam ſæpiſſimè poterit in die.

Horis quatuor à Prandio circa tempus quo Ventriculi morſus ſentire ſolet.

Exhibeatur Julep. Cardiacus ſequens.

℞ Florum Betonicæ rubræ P. iv. Roſ. rub. P. ii. Flor. Violarum & Bugloſſ. an. P. iii. Aquæ Fontanæ puriſſ. ℔ iv. Corticis Pomorum redolentium M. i. Corticis exterioris Citri flavi ℥ *ß*. Aqua reddatur acidula ſ. q. Succi Limonum, atque addatur Vini albi Andegavenſis ℔ i. Extrahatur Tinctura ut artis eſt. Fiat Colatura ad cujus ℔ iii. add. Syrupi de Pomis redolentib. ℥ vi. Syrupi Mororum rubi Idæi ℥ iii. Ambræ griſ. Nodulo incluſæ ℈ i. capiat ℥ iv.

In ingreſſu lecti ſi Vigiliæ ſint moleſtæ proderit ſumere Syrup. de Pomis & Nenupharini circiter ℥ i. longè à Cœna. Manè ſi Flatus moleſti ſint, poſt vacuatum vomitu Ventriculum à Pituita gravante (ſi tale incommodum ſentiatur) capiat ℈ i. Ambræ griſeæ ex Ovo ſorbili.

Ut plurimum ſorbeat Juſculum in quo diſſolutus ſit ℈ *ß*. Magiſterii Perlarum dulcis.

Semel aut bis in Septimanâ capiat immediatè ante Cœnam ʒ *ß*. Pilularum Stomachicarum cum Gummis.

Iſta fiant donec commodior Tempeſtas innoxium uſum Chalybis concedat.

Monſieur *Rouſſel*.

Purgat. ℞ Senæ ℥ *ß*. Tartar. ʒ ii. Agar. ʒ i *ß*. Sem. Aniſ. ʒ i. Fiat Decoct. & Colatura, in quâ reductâ ad Doſin diſſolve conf. Hamech. ʒ ii. Syrupi roſ. pallid. comp. cum Agar. ℥ i. Syr. de Pomis ſolut. ℥ *ß*. Conf. Alkerm. ℈ i. Ms. Fiat Potio exhibenda Horis *iv*. antè Juſculum cum debitâ cuſtodiâ.

℞ Folior. Malv. Violar. Parietar. Atriplic. an. Faſcic. i. Folior. Salic. dulcamaræ an. Faſc. i ſs. Flor. Primul. Ver. Violar. an. M. iv. Roſ. M. vi. pro Balneo quo tepidulo utatur per 4 in die ſine Faſtidio aut Sudore.

Poſt Baln. aperiantur Hæmorrh. affixis Hirudinibus.

℞ Radic. Scorzoner. condit. ℥ ſs. Conſer. Viol. & Flor. Garioph. & Primul. Ver. an. ℥ i. Conſ. Abſinth. ℥ ſs. Conſ. Alker. ʒ iii. Pulv. elect. Aromatis roſ. & Dierrod. an. ʒ i. Cortic. Citr. & Arant. condit. ſicc. an. ʒ i ſs. Magiſt. Perlar. & Corall. dulc. an. ℈ iv. Oculor. Cancr. præparat. Lapid Gagat. præparat. Raſur. dentis Eq. marini an. ʒ i ſs. Pulv. Fumar. ℥ ſs. Cremor. Tart. magiſtralis ℥ i. Ms. & cum Syr. ex Vino fiat elect. de quo cape ʒ ii. Croc. Mart. aperient. ℈ i. Detur manè per quatriduum ſuperhauſt. Vini Abſynth. tantillo cum debito regimine. Augenda erit quantitas croci Martis ad ʒ ſs. ℈ ii. ſenſim procedendo uſque ad ʒ i. pro effectu & Viribus.

℞ Maſſ. Pill. Stom. cum Gummis ℥ ſs. Pulv. ſubtil. Folior. Sen. & Ellebor. nigr. præparat. an. ʒ i ſs. Crem. magiſtralis ℈ i. cum Succo inſpiſſato Fumar. vel extracto liquidiuſculo ſen. Fiat Maſſa cap. hor. una ante Cœnam ʒ ſs. tertio quoque die.

Mr. *Rouſſel.*

Cras capiat Pilulas præſcriptas ante Cœnam.

Bidui ſpatio ingrediatur Balneum, quod ſit ſaltem tepidulum, idque bis vel ter pro occaſione & Viribus.

¶

℞ Conſerv. rad. Cichorii ℥ i. Conſ. Viol. & Flor. Bugloſſ. an. ℥ i ſs. Conſ. Nenuph. & Roſ. an. ʒ vi. Ocul. Cancr. præparat. ʒ v. Corall. rub. præparati Marg. præparat. in Magiſterium an. ʒ iii. Lapide Gagatis præparati ʒ ii ſs. Pulv. Fumari ℥ i. Ms. & cum Syr. de Pomis redol. Fiat Opiata pro Chalybe. ℞ Hujus ʒ ii. Croci martis aper. ℈ ii. ʒ i. capiat ut dictum eſt.

Ab aſſumpto Bolo, ebibat Cyathum ſeri Lactis, ut artis eſt, cum Succis clarificat. & ambulet.

Mr. *Green.* Nov. 27.

Melancholia Hypochondriaca.

MElancholicus, Hypochondriacus in ſupremo gradu.

Conqueritur de cruditate Stomachi, de Cordis Palpitatione.

De Capitis Plenitudine, Vertigine, Hallucinatione, & Viſis, ſive obverſantibus maculis, nunc rubeis, olim griſeis, & primò nigris. De Nebula quâdam Oculis perpetuò objecta, & Caliginoſis Spectris.

De ἀγρυπνία.

Nihil intentatum reliquit, atque ut vagum eſt & incertum Melancholicum Hominum genus quævis adhibuit Remedia, ſed tumultuariè & ſine ordine, ac cum ſummâ Inconſtantiâ, & Lenitate inſigni, unde non mirum eſt ea quæ aliàs ſummo futura fuiſſent uſui, ipſi fuerint inutilia propter Confuſionem. Curationum animæ ſunt temporum opportunitates in quibus, captandis

dis qui non fuerit diligens, atque in adminiſtrandis Ordine Remediis Sedulus Operam Luſerit.

In Melancholicis παθήμασι urgendum uſque & uſque, & conandum ut id quod primis Remediis motum fuit ſequentibus promoveatur; ultimis radicitùs tollatur. Malo Nodo malus Cuneus impingendus eſt.

Purga validè per inferiora, ut ἀνάρροπος Humor malignus, Arces Vitæ & rationis, tetris vaporibus impetens, κατάῤῥοπος fiat & ad ignobiliores partes retrahatur.

A Capite trahito Elleboratis.

In ipſo Liene maligni Fermenti Fomitem extinguito & Vapores frangentibus pugnato.

Cor & Cerebrum roborato, uti & Ventriculum.

Somnum inducito.

Humectato, refrigerato.

Pridiè Purgationis injiciatur Clyſter commun. emoll. & leniens, circa Veſperam levi Cœna ſubſequente.

℞ Radic. Filic. Fœmin. Pæoniæ maris Bugloſſ. an. ℥i. Polypodii quern. ℥ ii. Rad. Apii Fœniculi Cort. Rad. Capp. Tamar. Glycyrrh. rec. an. ℥ß. Fol. Chamædr. Ceterach. Scabioſæ Meliſſ. Betonic. Chamæp. an. M. i. Florum Geniſtæ Calendul. Betonicæ rubræ Citranguli Anthos Primul. Veris an. P. ii. Semin. Fœnicul. dulc. Coriand. an. ʒ ii. Sem. Card. Benedic. & Citri an. ʒ iii. Raſur. Cornu Cervi primar. recentis & Cran. Humani non ſepulti an. ℥ß. Lumbric terreſtr. lot. & ſiccat. ʒ vi. Croci martis aperient. Nodulo incluſi ʒ vi. Fiat omnium Decoctio & Colatura, in qua clarificatâ infunde & decoque Fol. Senæ mundat. Vino albo odoro nutritor. Semin. Carthami medullati an. ℥ iii. Fol. Elleb. nigri in Pane hord. præparat. ℥ i. Facta expreſſ. & Colatura reducta ad ℥ xx. Diſſolv. Syrup. Roſ. pallid. comp. cum Agarico ℥ iii. Oxymel. Ellebor. Juliani ℥ i. Ms. Fiat Apozem. pro iv. Doſibus matutinis ſumendis diebus conſequentibus vel alternis juxta Operationem & Vires. Idque cum debita cuſtodia, Horis iv. ante Juſculum.

Poſt primam Doſin utile eſſet tundere Baſil. ſiniſtram ad ℥ vii.

Poſt ultimam Saphænam ad eandem quantitatem duobus verò tribuſve ab iſtâ Phlebotomiâ diebus affigere Hæmorrhoidibus Hirudines.

Sic evacuatum Corpus, per biduum triduumve curetur Juſculis & victu humectante, & refocillante interim parentur ſequentia Remedia.

Extract. Serr.

℞ Scammonii purificati ℥ i ß. Pulpæ Colocyntid. ℥ i. Fibrarum Radicum Ellebori nigri veri ℥ ß. Cynamomi electi ʒ iii. Zinziberis ℈ i. Fiat cum Spiritu Vini extracto, Loco frigido, Exhalatio autem in Vaſe vitreo lati Orificii ad Baln. vaporoſum quàm citiſſimè fieri poterit à gr. x. ad xiv.

Cave à Napello, vel Aconito. Experire per Sternutationem.

℞ Radic. Elleb. albi ℥ ii. ab iis evoca Spiritum Vini ad ſiccitatem in B. Mox novum Spiritum affunde, Tincturam extrahe, Coagula ad extracti conſiſtentiam.

℞ Extracti primi gr. xii. Extract. Ellebor. gr. i. gr. i ß. gr. ii. ad ſummum fac. Nucleum, exhibe ſemel in Septimanâ per Menſem.

Diebus verò intermediis utatur quotidiè Pilulis ſequentibus.

℞ Croci Martis aperientis ℥ i. Crem. Chalybeati ℥ ß. Lapid. Gagatis præparat. Diaphor. Antimon. vulgaris Pulver. Fumar. & Flor. Centaur. min. an. ʒ iii. Pulver. Fol. Sen. & Elleb. nigr. in Pane præpar. Aloes in Succis Fumar. & Abſynth. diſſolut. & coagul. an. ℥ i ß. Ms. & cum extracto liquidiuſculo Senæ fiat Maſſa Pilul. de quâ cap. quotidiè ad ʒ ß. ad ℈ ii. & ʒ i. Superhauſto Vini albi aut Cereviſiæ Tenuioris tantillo ſuperambulando Horis tribus ante Prandium.

In iſtis perſeveret donec Menſis ſit exactus.

Iiſdem diebus quibus iſtis Pilulis utetur Horis 4 à Prandio, item in ingreſſu Lecti capiat ℥ i. Syrupi de Succo Pomorum redolentium magiſtralis.

Niſi dormiat, aliquando, ſed rarò, dentur gr. ii. vel iii. Laudani cum Confectione Alkermes & Cochleario uno Syrupi de Pomis præſcriptis.

Extracto in generatis iſtis Præſidiis integro Menſe, neceſſe eſt ut magna in melius ſuccedat alteratio, extincto & extracto penitùs, maligno atræ Bilis circa Præcordia (præſertim verò in Spongioſo Lienis Parenchymate) ſtabulantis Fomite: Itaque reſtabit tantum ut partes quæ diu malam Afflictionem perpeſſæ ſunt, roborentur. Vid. Ventriculus, Lien, Cor, Cerebrum.

Si quando Flatibus turgeat, & Cruditatibus ſcateat Ventriculus, conveniet Electuarium tale.

℞ Pulveris ſubtiliſſimi Saſafras ℥ i. Semin. Coriand. præparati ʒ iii. Cortic. Citr. & Arant. Condit. ſicc. an. ʒ iii ß. Ambræ griſ. ʒ i. cum Saccharo ultra Syrupum cocto cum Aqua Naffæ, Fiat Electuarium quod reddatur acidulum ad Saporis gratiam ſ. q. Spiritus Vitrioli, vel ſi habeatur Aciditatis reſiduæ ex Ablutione Pulveris Emetici, capiat inſtar Piſi, urgente neceſſitate.

Grana Juniperi matura, in Vino malvatico infuſionis Ambræ & Moſchi macerata & ſiccata.

Tabellæ manè ſumendæ quando libuerit, quoties Cor Palpitatione, Lien Inflatione, & rugitu infeſtabitur.

℞ Conf. Alkermes ℥ ß. Corticis Citr. exter. condit. ſicc. ʒ vi. Semin. Coriandr. præparati Ligni Saſafr. an. ʒ ii. Oſſ. de cord. Cervi, magiſter. Perlarum & Corall. dulcis an. ʒ i ß. Lapidis Bezahar. Oriental. & Occident. an. ʒ ß. Spodii ex Cornu Cervi ʒ i. Croci martis aperientis rubicundiſſ. ℥ i. Sacchari in Aqua Naff. in roſatum cocti ℥ viii. Ms. & cum Gumm. Ceraſorum, vel Prun. diſſol. in Aq. Cynam. Fiat paſta ex quâ formentur Tabellæ Ponderis ʒ ii. Capiat unam manè ſuperhaſto Aquarum Meliſſæ & Borraginis tantillo, ſuperambulando.

Bis in Septimana, niſi Alvus per ſe fluat, & ſi Caput Vaporibus tentari non deſinat, injiciatur Clyſter.

℞ Decoct emoll. Carmin. & Cephalici cui Incoxeris ℥ ß. vel ʒ vi. Fol. Sen. ℔ i. Cathol. ℥ i. Hier. ℥ ß. Syrup. Roſ. cum Agarico ℥ ii. Vini ex Croco metall. ℥ iii. Ms. Injiciatur manè Jejuno Ventriculo.

Caput quotidiè manè diligenter pexum diu fricetur Saculis farctis rad. Ireos Flor. Cyperi, Pæon. maris, Cran. human. ad albed. uſto, Succino, Fol. Salv. major. Roriſmar. Roſ. Rub. Flor. Primul. Veris, Betonica multa, Sena, Agarico, Hermodactylis.

Purgetur immiſſo in Fauces Roriſmarini vel Lauri ramulo ita ut Pituita multa prolectetur, vel Maſticatorio ex Maſtiche, Cubebis, Cardamomo.

Obſervet in primis bonam victûs Legem, ſine quâ factum eſt nihil. In potu ordinario, ſive Cereviſia tenui, ſeu Vino Gilvo Oligophoro optimè diluto ſemper maceret Flores & Summitates Borraginis, Bugloſſi, Linguam cervinam, & Summitates Roriſmarini.

Pr. Dom. Comitiſſa de Cherosbury. *Melancholica quæ ſibi datum Venenum imaginatur, illud autem compoſitum ex*

☿ *2to O——O* ⊕ & Opio, quia ſentit veluti Corroſionem in Ventriculo, Fumos fœtidiſſimos inſtar Sulphuris, aut Cadaveris, Excrementa ipſius Argentum denigrant, Sputa, Urinæ, Stercora. Dicit etiam Aurum Ori immiſſum dealbari.

Cardiacis hic res peragenda eſt, & videndum ut dum huic Opinioni indulgetur fraude piâ & apud Melancholicos conceſſâ, curatio Melancholiæ morbi non negligatur.

In primis & ante omnia ut ægræ Menti benè ſit concinnandum Cardiacum, ſive præparanda univerſalis Antidotus, contra omnia Venena, de quâ hoc prædicandum, Hominem ſemel aſſumpto hoc Remedio poſſe per *xv*. Dies immunem eſſe ab Impreſſione cujuſcunque Veneni.

℞ Conſervæ Florum Betonic. Primul. Veris, Betonicæ rubræ an. ℥ *ſs*. Conſ. Roſ. rubrar. Confectionis Alkerm. an. ʒ iii. Cortic. extr. Citr. ſubtiliſſ. trit. ʒ ii. Magiſterii Corallorum & Perlarum cum Ol. Sulph. præparati & dulcor. Ocul. Cancr. per Succ. Limon. præparat. an. ʒ ii *ſs*. Terræ Strigonienſis & Lemniæ an. ʒ i. Chriſtal. rupis pellucid. in Aq. Ulmar. & Scordii calcinati & in Porphyrite lævigati in Alkool. ʒ iii *ſs*. Auri ferientis ſublimati ʒ *ſs*. Lapis Bezoar. Oriental. & Occident. an. ʒ i *ſs*. Rad. Contrayerva ʒ vi. Antidot. Saxon. Viperin. ad Pondus omnium Ms. excip. Syrupo de Pomis magiſtral. inſequentibus deſcribendo, fiat Elect. inſtar Opiatæ, de quo capiat nunc tribus matutinis conſequentibus, ad quantitatem Avellanæ ſuperhauſto Aquarum Cardui bened. Ulmariæ & ſcabioſæ cum Syrup. de Pomis dulcorat. momento.

Prætexendum eſt neceſſarium eſſe ut ter aſſumatur hoc Medicamentum ad extinguendum præcedens Venenum. In poſterum ſatis fore ſi bis ſaltem in Menſe aſſumatur.

His factis ad Morbum veniendum. Optandum eſſet ut Domina vellet Corpus ſtrenuè purgare. Quoniam autem omnia reſpuit Medicamenta præter Pilulas quaſdam conſuetas. Saltem ſit frequens Clyſter ſequens.

℞ Fol. Mal. Alth. Violar. Parietar. Atripl. an. M. i ß. Fol. Artemiſ. Meliſſ. Chamæm. fiat Melilot. an. M. i. Hordei integr. Roſ. rub. Furfuris macri an. P. ii. Fiat Decoctio in Jure Omaſorum & Capitis Vitulini vel Arietini, addendo ſub finem Fol. Sen. ʒ vi. Semin. Aniſ. & Fœnic. an. ʒ ii. In Colaturâ reductâ ad ℔ i. Diſſolv. Cathol. ℥ i. El. lenit. ℥ ß. Mell. Mercurialis, Sacch. rub. an. ℥ i ß. Lapid. Brunell. ʒ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciendus bis in Septimanâ.

Semel in Hebdomadâ purgetur Pilulis ordinariis, quibus inter cætera Cardiaca addatur Bezoar. vel Granis Angelicis, ſive Pilulis ſequentibus.

℞ Foliorum Meliſſ. Card. benedict. Scabioſ. Ulmar. Scordii Agrimon. Fumar. Ceterach. an. M. i. Florum rec. Primulæ Ver. Calendul. Pæon. Veton. Rub. an. P. ii. Cortic. Citr. Flav. ℥ ß. Cortic. Aurant. flav. ʒ iii. Semin. Codiandr. & Aniſi an. ʒ ii ß. Fiat omnium Decoctio in Vino albo Rhenano & Aquis Cichor. & Bugloſſ. Colatur.

Sæpius per Filtrum triplex acta reducatur ad Mellaginem.

℞ Fol. Sen. mundator. ℥ iii. Incid. minutiſſ. & Irror. pauco Vino albo, Rhab. electi ℥ i. Irror. Succo Limon. macerentur per biduum in B. In eâ quantit. Infuſionis novæ Roſ. pallid. vel Muſcatellin. quæ ſupernat. iv. Digit. mox fiat Expreſſ. fortis & Colatura, in qua diſſolve Aloes Zuccotor. ℥ ii. Cremoris Tartari per diſſolut. præparati ℥ i. Ms. & adde Mellaginis præſcriptæ ʒ x. Coagulentur lentiſſimo Balnei vaporoſi calore ad conſiſtentiam Pilularum, Cape de hac maſſâ adhuc calente ℥ i. add. Pulver. ſubtiliſſ. Sen. ʒ ii. Jalap. ʒ i. Salis Perlarum Lap. Bezoar. Orient. an. ʒ ß. Olei Cynam. & è corticib. Citri an. ℈ ß. Ms. Capiat à ʒ ß. ad ʒ i. ſemel in Menſe.

Maſſa autem ſine Pulvere Senæ & Jalap poterit ſum. à ℈ i. ad ʒ ß. Semel in Hebdomadâ, Horâ unâ ante Cibum.

Præmittenda erit Purgatio ſemel atque iterum ante uſum Juſculorum ſequentium, quæ Humorem Melancholicum præparabunt & retundent ejus Acrimoniam. Sumantur autem per Menſem integrum nunc interjectis Clyſtere & Pilulis prout Medicis præſentibus neceſſarium videbitur.

℞ Rad. Chin. ℥ ß. Radic. Filic. Fœm. Cortic. rad. Tamaris recent. Rad. Fragar. Oxylap. Cicer. rub. an. ℥ i. Raſur. Cornu Cervi & Ebor. raſur. Cornu Alces an. ʒ iii. Includantur omnia Ventre Galli decrepiti, qui conſutus elixetur cum Carne vitulinâ, addendo ſub finem coctionis Fol. Borrag. Bugloſ. Summ. Lupul., Fragariæ, Violar. Agrimon. Pimpinell. Charephyll. an. P. ii. Florum Primulæ Veris P. iv. Pom. redol. minutim. inciſa cum Corticibus N°. ii. Poſt Corticem fiat Colatura, in cujus ℥ vi. Diſſolve Cremoris Tartari per diſſolutionem facti ʒ i. Cap. Horis *iv*. ante Prandium, ſuperambulando.

Poſtquam Domina uſa fuerit per *x*. aut *xv*. Dies Cremore Tartari ſimplici, veniat ad Chalybeatum, incipiendo à ℈i. & augendo ad ʒ i. ne vid. nauſeâ ſubvertatur Ventriculus.

Pro re natâ in Juſculis diſſolv. Nitrum, Sal Tartari, magiſterium Tartari, Spiritus Tartari.

Semel aut bis in Septimanâ Operæ pretium fuerit addere iſtis Juſculis Infuſionem ʒ ii. vel iii. Fol. Sen. ſeorſim factam in Vino albo Rhenano infrigido.

Horis pomeridianis urgente præſertim Stomachi ardore ab Humorum acidorum Acrimoniâ, atque infeſtante ſiti & calore circa præcordia ſumat Cochlear. unum vel alterum ſequentis Syrupi de Pomis magiſtralis.

℞ Succorum depuratorum, Fragorum, Mororum rubi Idæi, Limonum Aurant. acid. an. ℥ iv. Aquæ Roſarum ℔ ii. Corticis Pomorum redolentium minutim conciſi ℥ iii. Radic. Tormentil. & Scorzon. an. ℥ i ß. Santali Citrin. in tenuem Scobem reduct. ℥ i. Granorum Kermes recentium non evanidorum ʒ x. Flavedinis Citri ℥ ß. Florum Betonic. rubræ Roſ. rub. Pæoniæ Borrag. Bugloſſ. Viol. an. P. iii. mixta. Omnia digerentur in B. in Phyalâ vitreâ optimè clauſâ per biduum, mox fiat per Chartam bibulam colatura. ℞ Succi Pomorum redolentium vulgò dictorum *Pipins* depuratiſſimi ℔ iii. Infuſionis præſcriptæ ℔ i. Sacchari Maderenſis & Candi an. ℥ xvi. Ms. & lenta in B. Exhalatione, per ſuperflui Liquoris diſtillationem fiat Syrupus, ad cujus ℔ i. adde ſub finem, Aquæ Naſſæ ℥ ii. Indatur nodulus continens Moſchi Orientalis gr. iv. Ambræ griſ. ℈ ß. & Filo appenſus relinquatur in Syrupo.

Poſt Paſtus flatuum copiâ Ventriculum diſtendente, atque ad juvandam Concoctionem capiat Pulverem digeſtivum.

℞ Lamin. Panis candidiſſ. in Vino Malvatic. quater infuſ. ſiccat. & pulverat. ℥ i. Semin. Aniſ. & Fœnicul. dulcis an. ʒ iii. Sem. Coriand. præpar. ʒ ii. Cortic. citr. & Aurant. condit. ſicc. an. ℥ ß. Rad. Chin. ʒ vi. Coral. rub. præparati Margar. præparat. in magiſter. dulc. an. ʒ ii ß. Cynam. inter. ʒ i ß. Ambr. griſ. ʒ ß. Roſ. rub. ℈ iv. Sacchari albiſſ. quadruplum Pondus omnium Ms. Fiat Pulvis ut Alkool. utendus è Cochl. Horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus. Aſſumptionem Juſculorum utiliſſimè excipiet uſus Opiatæ ſequentis, quæ etiam commodè & fœlici cum ſucceſſu uſurpari poterit diebus Juſculorum aliquando. In Ingreſſu Lecti, urgentibus Melancholicis Symptomatis.

℞ Conſerv. Florum Betonic. rub. Citranguli, Galegæ, Roſar. rubr. an. ℥ i. Radic. Scorzoner. condit. & flaved. Citr. cond. an. ʒ x. Conſ. Alkermes ʒ vi. Martis aperientis ℥ i ß. Pulver. Serpent. & Contrayerva an. ℥ ß. Gagat. præparati, Succini albi præparati. Oculorum Cancr. præparator. an. ʒ iii. magiſterii Corall. utriuſque & Perlarum. Raſur. Cran. hum. Oſſ. de Corde Cervi an. ʒ ii. Cornu Monoceratis Rhinoceratis, Lapid. Bezoar. an. ʒ i. Balſam. alb. ſicc. ʒ vi. Auri ferientis ℈ iv. Chriſtalli præparat. ut ſupra ʒ v. Ambr. griſ. i. Moſchi Oriental. ʒ ß. Ms. & cum

Syrupo de Pomis præſcripto fiat Elect. inſtar Opiatæ de quâ cap. ad quantitatem majoris Avellanæ pro Doſi.

Aſthmate Pectus præmente & difficultate ſpirandi Pulmones infeſtante à malignis vaporibus leves Arterias occupantibus, ac replentibus, ſint in promptu Tabellæ ſequentes in Ore tenendæ ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur.

℞ Pulp. Rad. Tuſſilag. & Alth. ſimul coct. in Aqu. Ulmar. & Card. Pulp. Paſſul. an. ℥ß. Pulv. Roſ. rub. & Flor. Betonic. Limon. Succ. irror. an. ʒ iii. Corall. rub. præparati & margar. reduct. in magiſter. an. ℥ ii ß. Ocul. Cancr. præpar. ʒ iii ß. Lap. Bezoar. Orient. ʒ i. Terræ Strigon. & Lemn. an. ℈ ii. Ambræ ℈ i. Moſchi ℈ ß. Sacch. albiſſ. ℥ x. Ms. & addita paucâ Aquâ Naffæ & Roſ. Fiat Paſta, ex quâ formentur Tabellæ Hypoglottides ad uſum.

Victûs ratio.

Sit aperiens in activis qualitatibus, media humectans mediocriter.

Veſcatur ἐυχύμοις ἐυπέπτοις, abſtineat ab acribus, ſalſis, piperatis, acidis.

A Piſcibus etiam.

Bibat ut plurimùm Cereviſiam, aliquando Vinum rubellum, Oligophorum dilutum decocto Rad. Filicis Fœminæ.

Paretur Cereviſia Medicata Antihypochondriaca, Antiſcorbutica, de quâ cap. bis terve in die hauſtum Vinum paulò ante paſtus.

℞ Radic. Chinæ per Taleol. ſectæ ℔ i. Rad. Sicc. Scorzoner. Hiſpan. Dulcamar. Pentaphyll. Tormentill. an. ℥ iii. Filic. Fœmin. ℥ vi. Fol. ſicc. Agrimon. Beton. Veronicæ utriuſque Meliſſ. Scabioſ. Ceterach. ana M. i. Raſuræ Cornu Cervi & Eboris, Succini præparati an. ℥ ii. Cortic. flav. Citri ℥ i ß. Ocul. Cancri præparat. ℥ iii ß. Nuc. moſchat. per fruſt. Sect. N°. iv. Succi Cochlear. ℔ vi. Succi Naſturt. & Beccabung. an. ℔ iii. Cereviſ. lupulatæ fortioris Galon. viii. Fiat ut artis eſt, & poſt Defæcationem capiat ut dictum eſt, præſertim autem ante Prandium & Cœnam. Poſſit pars iſtius Cereviſiæ Cathartica reddi, additis foliis Senæ & Ellebori nigri in Pane Hordeaceo præparatis.

My Lord *Fenton*. 1614.

Poſt Febrem duplicem tertianam Notham 12 Septimanarum, Scorbutus & Hydropis initium.

HEpar ipſi à natura præcalidum, imbecillum, à morbo læſum, atque debilius redditum.

Lien durus, obſtructus, Succo melancholico turgens.

Utrumque Viſcus Ventriculum afficit, partim in ejus Cavitatem Humores pravos eructans, partim interturbat facultatibus naturalibus, Concoctione, Attractione, Expulſione, Excrementorum proventum fovens.

Obſtructa, reſera potenter.

Succos fluidos redditos vacua.

Serum ducito per Urinas.

Melancholici ſucci malignitatem atterito.

Viſcera naturalia potentiſſimè roborato.

Ita fiet ut πτυελισμὸς ille qui ægrum mirum in modum infeſtat, ceſſet ex ſiccata Humorum Excrementitiorum in naturalibus ſtabulantium Sentina.

Victus ſit humectans, ut repleatur longa Febre exſiccatum Corpus. Refrigerans, ut intemperies calida in partibus relicta tollatur. Aperiens, ad ſolvendas Obſtructiones. Veſcatur Cibis boni ſucci & coctu facilibus. Bibat Cereviſiam Antiſcorbuticam, hic quippe Morbus ex abſcedentibus & inflatis Gingivis, atque ex Tibiis nigris & lividis maculis perſperſis innoteſcit. Aliquando aliquid Vini rubri Aqua ſæpius Chalybeata diluti. Aër ſit purus temperatus. Vigilet & dormiat ſucceſſivè Horis idoneis. Corpus exerceat. Animi Pathemata fugiat. Alvum ſervet fluidam. Habitum reſeret Balneo, uſurpando poſt ſublatum Hydropis metum.

Corpus repleat Lacte Aſinino, exhibendo poſt omnia Remedia.

Remedia.

Clyſter. Juſculum cum Sena & ♀ Pilul. Stomach. cum Gummis.

Juſcula cum Tartar. Chalyb. per octiduum, alternis diebus vel tertio quoque Pilulæ ante Cœnam.

Infuſio Croci Martis aperientis in Vino albo, cum Abſynthio, rad. Cichorii & pauca tormentilla per xv. aut xx. dies manè ſuperambulando horis iv. ante Prandium intermixtis Pilulis uſualibus.

Si iſta juverint, ceſſandum ab aliis Remediis, ſin minus tranſeundum ad Chalybem in ſubſtantia, interſerendo Cathartica. Tepica tibiarum.

His peractis Balneum Lac.

Per Menſem unum aut alterum bibat Potum medicatum Antiſcorbuticum.

Formulæ.

℞ Decoct. Emoll. ℔ i. Cathol. ℥ i. Mellis Roſ. Sacch. rub. an. ℥ i ß. Salis Gemmæ ʒ ii. Ms. Fiat Clyſter, injiciendus ante omnia circa Veſperam levi Cœna ſubſequente.

Poſtridie Clyſteris dentur Cochlearia iii. vel iv. Infuſionis duplicis Fol. Sen. fact. in Vino albo per Horas 24, idque in Jure Carnium.

Aut ſi ab iſto Medicamento abhorreat, duobus diebus conſequentibus capiat Hora dimidia ante Cœnam ʒ ß. maſſa Pilularum Stomachicarum cum Gummis.

℞ Radic. Chinæ ℥ ß. Radic. Gramin. Fœniculi Aſparag. an. ʒ vi. Paſſul. Chorinthiacarum cappar. à ſale mund. Cicer. Rub. an. ʒ v. Semin. Carthami pleni ℥ i ß. Includantur Ventre Pulli qui conſutus elixetur cum fruſto Carnis Vitulinæ, addendo ſub finem Coctionis Fol. Cochleariæ & Naſturcii Aq. an. M. i. Fol. Agrim. Pimpin. Borrag. Bugloſſ. Oxylap. an. P. ii. Summit. Chærephylli & Flor. Calendul. an. P. i. In Colatura diſſolve Cremor. Tartari Chalybeati ʒ i, ʒ i ß. ʒ ii. Ms.

Exhib. per octiduum ſuperambulando Horis *iv.* ante Prandium.

Primus hauſtus in Prandio ſit poculum Cereviſiæ ſequentis, quæ etiam commodiſſimè uſurpabitur pro potu ordinario.

℞ Cereviſiæ lupulatæ fortioris Galon. vi. Radic. Chinæ ℔ i. Ligni Saſafr. ℥ iii. Macis Nuc. moſchat. an. ℥ ß. Succi Cochleariæ ℔ iv. Succ. Naſturtii & Beccabung. an. ℔ ii. Fiat fermentatio ut artis eſt, deinde Tranſvaſatio poſt Defæcationem.

Dum ſumet iſta Juſcula, diebus alternis, vel tertio quoque die capiat Pilularum Stomachicarum cum Gummis Doſin paulò ante Cœnam.

℞ Croci Martis aperientis ʒ ii. Abſynthii Pontici P. ii. Rad. Cichor. ſicc. ℥ i. Rad. Tormentillæ ʒ i. Flavedinis Citr. ſicc. ʒ ß. aut ℈ i. Vini albi Andegavenſis ℥ viii. Infund. per Horas 24. in frigido. Deinde fiat Colatura quæ propinetur manè ſuperambulando ut ſupra contin. per Dies *xv.* aut *xx.*

Niſi fluat Alvus ſubducatur, vel Enemate, vel Pilulis uſualibus, vel addita pauca Sena in Infuſo v. g. ʒ i. aut ʒ ii. quoties opus videbitur. Interim ne negligantur Topica tibiarum Sudor. In Ebulis. Fotus ex iis quæ Aquas diſſipant & Flatus diſcutiunt Coctis in Lixivio, addito Vino & Sale Ariſtol. Bryon. Cucum. Aſin. Gentian. Enul. Ebul. Sambuc. Abſynth. Chamæmel. Centaur. min. Linim. ſalis pauli.

Emplaſtrum Sparadrap. Callopi, *&c.*

Sudor in Laconico, aut per Vaporem cum Lapide Pyrite & Aceto.

Quod ſi opus ſit validioribus Chalybeatis. ℞ Conſerv. rad. Cichorii Cortic Citr. Summ. Meliſſ. Abſynthii utriuſque an. ℥ i. Pulver. Rad. Chelidon. major. ʒ vi. Rad. Tormentill. ʒ iii. Pulv. Fumar. & Chamædr. an. ʒ v. Pulv. Flor. Centaur. min. ʒ iii ß. Succini præparati Ocul. Cancri præparat. an. ʒ iv ß. Magiſter. Perl. & Corall. dulcis an. ʒ ii ß. Tart. Chalyb. nigri ℥ i. Croci martis aperientis ℥ ii. Ms. & cum Syrup. de Abſynthio fiat Elect. inſtar Opiat. de qu. cape inſtar Juglandis manè, ſuperhauſto Vini Abſynthitis tantillo, ſuperambulando Horis 4 ante Prandium ut ſupra.

Si tantum opus ſit Corroboratione, detur Tinctura Corallorum & magiſterium perlar. in Juſculis. Syrupus Rubeus Rinerii potenter roborat Ventriculum item Spiritus Vitrioli mixtus cum Sacchario roſato, vel biſcocto Arantiorum, ita ut fiat veluti Electuarium liquidum, Capiat bis terve in die inſtar Piſi.

Ambra griſea cum floribus Benjoin. ex Ovo Sorbili Pilulæ ex Gumm. Guajaci Aloe Myrrha, Ambra griſ. Balſamo Peruviano.

Sal Abſynthii in Juſculis.

Aquæ medicatæ Spadenſes, pugnenſes, forgenſes.

Sti. Vincentii Briſtolienſes.

His exactis ſiquæ intemperies reſtet emendanda, & replendum ſit Corpus, nec tumeant Tibiæ, Operæ prætium fuerit uti Balneo cum refrigerantibus & emollientibus & tandem Lacte Aſinino cum Saccharo Roſato.

Marchioneſſa *Wintonienſis*. 29 Aug. 1614.

Cancer Uteri ulceratus.

IN ipſo Uteri Corpore tumor magnus, duriſſimus, inæqualis, indolens, licèt ulceratus.

Ulcus ſentitur & percipitur digito, occupans oram ſiniſtram Cervicis internæ Uteri; Cavum eſt, atque cùm immittitur Digitus vel attrectatur Ulcus, Sanguis copioſus, aquoſus erumpit.

Tumor totus ſiniſtram partem Uteri occupat, protenditur uſque ad ſinum Pudoris, cujus etiam magnam partem diſtendit.

Indolens eſt tumor, & quæ effluit Sanies vel Ichoroſus Sanguis non fœtet.

Dolores ſummi cum jacet in dorſo & ſiniſtris Coxis; cùm ſurgit, Dolor in Lumbis, Iliis & ad inferiora dolorificum Pondus.

Nullæ in Utero puncturæ, dolores nulli.

Tumor ſub meatu urinario, in egerenda Urinâ ardor, & frequens meiendi cupiditas.

Urinæ turbidæ & confuſæ.

Tota dextra pars Abdominis dura, tenſa, & inter attrectandum dolorem percipit.

Ante biennium paſſa eſt Menſium fluxum immodicum per aliquot Menſes; curata fuit: Nunc ante ſex Menſes cruoris repetiit fluor, qui vix potuit ac ne vix quidem ſiſti. Nulli in Utero vel Lumbis dolores, niſi poſtquam data aſtringentia ad ſiſtendam Hæmorrhagiam. Nunc Lumborum & Ventris dolores, tum Flatus plurimi Ventriculum diſtendentes, tum palam facta, quæ antea latebat, Calamitas, & ad Mortem uſque perſeveratura eſt.

Conqueritur tantùm de Dolore Dorſi, Coſtarum, Lumborum, Ventriculi diſtenſione à Flatu, dejecta & penitus proſtrata appetentia.

Hic notandum, partes Utero connexas, vel conſentientes dolore affici, Uterum nequaquam.

Lumbi & Spina dolent ob Ligamenta Uteri nervoſa, ob nervos, qui à Medullâ Spinali orti in Uterum implantantur. At cur pars Spinæ ſuperior? Nota, Nervorum diſſectionem & diviſionem fieri in partibus ſuperioribus, ita ut Medulla Spinalis ſit inſtar caudæ equinæ.

Dolor eſt ad originem. Ventriculus afficitur per conſenſum ob ſextum Par Nervorum, quod utrique parti inſeritur.

Hepar languet, & omnes Facultates naturales labaſcunt, cùm ob continuum Sanguinis effluxum & caloris nativi diſſipationem à perpetuâ Hæmorrhagiâ, tum à malignis Vaporibus qui exhalant ab Utero, ita non nutritur Corpus & paulatim contabeſcit.

Cor afficitur à tetrâ exhalatione, unde Vires afflictæ jacent. Tractu verò temporis ſuccedent Animi deliquia & Syncope valdè periculoſa.

Cur non fœtet Ulcus? An quia perpetuò fluente Sanguine eluitur? An quia in iſto effluxu, Sanguis non poteſt putreſcere? An quia Sal faciens Cancrum iſtum, non eſt ſepticus & Ulcus Gangrænoſum non facit id, quod tamen tandem fatiſcente Calore ſuccedet: Quando incepit Tumor?

mor? Puto ſtatim poſt primam Hæmorrhagiam ante biennium, valdè refrigeratâ parte, quæ humoris ad ſua vaſa fluentis, ipſumque Uteri Corpus opplentis partem congeſſit, forſan etiam per aſtringentia tunc exhibita altiùs impactum fæculentum Sanguinem retinuit, unde Tumoris Principium qui paulatim auctus eſt, tandem in iſtâ muliebris Corporis putri & fœda Sentinâ malignitatem contraxit, & Ulcere excitato à diſſoluto ſale apertus eſt.

An Ulceratio tribuenda fluxui Ichoroſi Sanguinis recurrenti, qui continuò præterlabens per duos treſve Menſes primò partem ſuperficie tenùs excoriavit, à quâ veluti effloreſcentiâ auctum paulatim Ulcus, quod ad tantam devenit Magnitudinem ut ipſa etiam vaſa majora eraſerit?

An cur non dolet? An quia ipſum Uteri Corpus caret ſenſu, & ſine dolore & diſtenſione in graviditate, & Hydrope Uteri fert, & omnes Fœtus motus ac ſubſultus patitur, an quia ſunt etiam corroſivi ſales, ſine Dolore effectum ſuum prodentes, ut videre eſt in Cauteriis ſive Pyroticis plurimis, Pulvere meo ad Carunculam, ipſoque Arſenico præparato. An quia pars diu afflicta malis omnibus occalluit?

Morietur. Deploratus & incurabilis affectus ſoli Prognoſtico eſſet relinquendus.

Doloribus conficietur, contabeſcet. Metus eſt ne ingens Hæmorrhagia ab exeſo majori Venæ aut Arteriæ ramo, ipſam citiùs è medio tollat.

Dolor non poteſt ſedari niſi exhibitis Opiatis, ut Trochiſc. de Carabe cum Laudano manè expergefacta. Pruritum per totam autem ſentit, & veluti Acuum puncturas cum Sudatiunculâ cutem ſcalpere cogitur. Vide Dioſcoridem de effectu Opii, qui talis eſt.

Memento Domicellæ *Coinart*, *Lutetiæ*, quæ ſine ullo dolore Uteri, ſed cum ſummis cruciatibus Lumborum, Dorſi, Coxarum interiorum, Natium, cùm Sanguinem funderet per Uterum, inventa eſt habere Cancrum ulceratum occupantem Corpus, & Os Uteri. Ab exhibito imprudenter ☿ â quodam imperito Chirurgo ſalivationem paſſa eſt. Uterus in Gangrænam incidit, & cum ſummo fœtore & diriſſimâ tormentorum carnificinâ miſerrimè vitam finiit. Item memento, Dominæ *Cenami*, cui ſolò Laudano, & applicatione ☿ ii Calomel. diu proſpectum miſerè tamen interiit.

Item Uxoris cujuſdam Satellitis è cuſtodiâ Regis Londini, quæ dolores habuit in Lumbis, Dorſo, Natibus, Coxis, multos. In Utero, & tamen Cancro Uteri poſt aliquot Menſes è vivis exceſſit.

Cancros occultos (id eſt, vel non apertos, vel Uteri) non tangere melius. Si enim tangas, moriuntur citiùs; ſi non tangas, diutiùs perdurant.

Utero inflammato & Ulcerato, crebra meiendi cupiditas & Urinæ ardor, item Teneſmus ſuccedere ſolet.

Licet Medici veri ac rationalis ſit, Morbos præſentes curare, futuros

turos præcavere, incurabiles non attingere, ne infamentur Remedia quæ multis fuere ſaluti; quoniam tamen ſatius eſt anceps & dubium experiri Præſidium quàm nullum, & Chriſtiana Charitas nos vetat ægris Opem poſcentibus denegare auxilium, iſta ſunto Obſervantiæ noſtræ nobiliſſimæ Dominæ voluntati potiùs quàm ſpei morem gerentis Argumenta, quæ ad teterrimam diriſſimi Morbi Hydram leniendam potiùs quàm extinguendam & averruncandam proponuntur.

Victus ſit boni ſucci, Alimenta quæ facilè coqui, & citò diſtribui poſſint, exhibeantur, ut citò diſſipati Spiritus citò reſarciantur.

Gelatina ex Carnibus & Cornu Cervi.

Juſcula. Conſummat. Piſtum, Intritum, Jus carnium diſtillatum per deſcenſum, expreſſum, colatitium reſtaurans.

Panatellæ, Ova Sorbilia.

Emulſiones, Amygdalogala. Hordeatum album condimentum.

Alebery, Bierenbrod. calid. frigid. Macis ale.

Lac vaccinum recenter mulctum cum Saccharo roſato.

NB. Etiam ſi Domina perpetuò de Flatibus conqueratur, non ſunt tamen exhibenda calida quia iſti Flatus ab Atræ Bilis fermentatione fiunt, non à Pituitâ. Vapor Flatum facit, & Spiritus quantumvis tenues & Ignei, tamen ſub Aëris ſpecie vago in Corpore cientur motu *Hippocrati* ἐνορμίοντα Impetum facientia.

Cereviſia cum teſtâ Panis & paucâ Nuce Moſchatâ.

Hypoſſetala cum Oxytriph. Carduo benedicto & ſcabioſâ.

Tinctura Roſarum, Florum betonic. rubræ Borrag. Bugloſſ. ſcabioſ. Brunelli.

Hydromel. medicatum cum iiſdem floribus Elatine Symphyto ſcabioſa Florib. Brunell. ex parte unâ Mellis, & viii. partib. Aquæ; Fiat Fermentatio etiam cum tincturâ Florum Lupuli, aut fermento ad accelerandum.

Paſſulatum ex Aquâ Chalybeatâ calente projecta ſupra Paſſulas Damaſcenas. Fiat Fermentatio donec vinoſum habeat Saporem.

Vinum Gilvum Oligophorum Aqua duodecies Chalybeata in Ollâ ferreâ dilutum, vel Aquis *Spadenſibus*.

Serum Lactis clarificatum, cum Syrupo de Pomis redolentibus magiſtrali.

Aquæ *Spadenſes* cum Sacch. aut Syrupo de Pomis Aquæ in *Wellenborough.* prope *Aſhby* in comitatu *Northampton.* conſtantes ex Ferro multo, Vitriolo pauco, & Alumine, aut Nitro Atramentum ſapiunt, & Alveum, atque Lapides Marchaſitâ æneâ plenos rubro Colore inficiunt intra paucas horas.

Remedia interna.

1. *Malignitatem retundentia.*

Pilulæ ex Diaph. ʒ Maſtiche Thure Sandar. Benjoin. Laudano. Tereb. ad duritiem cocta, ſuccino. Glycyrrhiz. exceptis, Balſamo Peruv. ita ut ſit mollis maſſa quotidie mané.

Opiata Cardiaca Chalyb. cum Gagat. Pulv. Fumar. Bezoar. Spod. raſur. Cornu Cerv. Oſſ. de Cord. ejuſdem Marg. Corall. Magiſt. Terr. Strigen. Veſperi per ſe vel cum Laudan. Adde Diaſcordium.

Vulneraria in quibus Principatum tenent Tapſus, Scrofular. Filipendul. ſcabioſ. Tormentill. Herb. Roberti. Elatine, Veronica Symphyt. majus Brunella Spong.Bedeg. Garyophyllata. Ex his cum Chinâ, & Liquore Chalybeato parentur Juſcula. Hydromel. Cereviſia. Quid ſi addantur Antiſcorbutica quæ Atræ Bilis malignitatem retundere, & diſſolutum ejuſdem Salem per Urinas deducere valent?

2. *Vires inſtaurantia.ſi Syncope adveniat, vel proſtratæ Virtutes langueant.*

Aqua Cardiaca, cum Animalium, ut Vituli & Agni Cordibus, Gelatina cornu Cervi ſucco Carnium, ſuccis Ulmar. Scabioſ. Card. Bened. Pomorum. Vino albo generoſo vel Hiſpanico,pauco Cynam. Nuce Moſchatâ. Santalo Citrino. Additâ paucâ Theriacâ, vel uſus tempore guttis aliquot Vini rubr. generoſi aut Hiſpanici.

3. *Dolorem ſedantia.*

Laudano nihil præſtantius, quod vel per ſe poterit exhiberi ad gr. i. ii. iii. iv. quia aſſuetudine tandem natura ejus uſum ſpernet, vel cum Conf. de Hyacintho aut cum Opiat. præſcript. vel cum Diaſcordii ℈ i. benè fermentati,ita ut non fœteat aut Galbanum ſapiat. Abſtinendum ab Opio, quia Venenatum, Caput valdè ferit, pruritum excitat.

Torpidum reddit Corpus, & extrema ipſa, Artus totos ſtupidos, unde Domina Manus, Coxas, Tibias, Pedes, manifeſtè frigida Membra ſentit & torpentia.

Laudanum tutò poteſt dari quotidiè, etiam ad plures Menſes ut in Doctore *Falaiſeau* bis in Die ſumebat, & tandem non dormiebat, ſed ſedebatur Dyſenteriæ dolor.

4. *Purgantia.*

Clyſter cui incoxerint Plantago, Solanum, Papaver erraticum, Agrimon. Herba Roberti, Idque in Lacte, aut Jure Capitis Vitulini, detur in parvâ quantitate, ℥ viii. cum Syringâ, aut veſicâ, Syphone brevi. Urgente ſummo dolore in eo diſſolvantur gr. ii. iv. vi. viii. Laudani. Nihil addatur pingue, ſed ſoli Ovorum Vitelli injiciatur hic Clyſter,quoties Alvus pigra reſtiterit. Præterquam quod enim Domina manifeſto pejus habet adſtrictâ Alvo, Clyſter etiam rationem obtinet fotus pro Utero.

Paſſulæ purgantes vel Pruna laxans loco Clyſteris, ſi vel eum reſpuat, vel difficulter ob compreſſionem Inteſtini recti à Tumore Uteri factam admittat.

Syrupus magiſtralis, ut de Pomis ſolutivis, de Fumariâ, de Epithymo Auguſtavus, Violarum ſolutivus, cum Mannâ.

Si Vires inſtaurentur & majorum Remediorum capax ſit (id quod tamen vix confido fore, quia ubique luctus, ubique Pavor, & plurima Mortis Imago) Pilulæ ex fol. Sen. nigræ Tartaro chalybeato Pulvere Rhabarb. Jalap. exceptis extractis Rhei Senæ & Abſynth. ad cujus ℈ i. add. gr.

x. xii. xv. xx. Pulveris Calomelanici. Addantur etiam, ſi opus ſit, gr. ii. extracti Alhandal. Corrig. Ol. Aniſi & Macis, & dentur tertio quoque die aut quarto.

At in iſtis non properandum, nam generoſa Remedia validas Vires poſtulant.

Externa Remedia.

1. *Dolorem ſedantia.*

Semicupium quod adversâ fronte pugnet cum qualitatibus Thermarum, quas malis ſuis rebus præter rationem contra Medicorum ſanum Conſilium adiit nuperrimè Domina. In Lacte & Aquâ coquantur Solanum Plantago, Hyoſcyamus, Tapſus barbatus, Piloſella, Herba Roberti, Roſæ, Semin. Lini & Pſyllii Cydon. & urgentibus doloribus, eo tepido mergatur dimidium Corpus in Linteo ſuſpenſum; repetendo ſæpiùs in die, iſta Narcotica & dolorem ſedabunt, & tumorem emollient, & Sanguinem ſiſtent, nec oberunt Viſceribus.

At ne Sanguis fluat. ℞ Fiat Injectio aſtringens & viſcida, in Uterum jacente Dominâ, & ſtatim claudatur ſpongiâ pudendum, ita ut iſta Injectio in ipſâ Matrice permaneat, quandiu erit in balneo.

Caveat à Frigore.

2. *Hæmorrhagiam prohibentia.*

Injectio cum Croco Martis Succis Urticæ mortuæ ſive Lamii Plantaginis, Sophiæ Chirurg. Papav. Rhead. Laudano Sumach. Hypocit. Acacia. granat. Cataplaſma Lumbis ex Argillâ Aceto & ſucco Plantag.

3. *Tumorem emollientia, & malignitatem retundentia.*

Ventri Emplaſtrum cum Cicutâ Ammoniaco Plumbo. Antimonio Diachyl. Ireato vel albo Diacalcith.

Lumbis & Oſſi ſacro Empl. Diacalcith.

Nigrum ducis cum Pulvere Plumbi crudi Antimion. Cynnab. Tuthia Chriſtal. Succis ſolam. Plantag. Cicutæ quibus abluatur Empl. Diapalma priùs diſſolutum in Ol Roſ. Decoctionis Lumbricorum Ranarum viridium, Cancrorum vel Lymac. Fiat Nutritum meum, quo excipiantur Pulveres & cum ſ. q. Empl. Diacalcith. Fiat Emplaſtrum.

Ad nutritum Acetum præparetur cum Cicutâ, Solano, Hyoſcyamo, Cynogl. Plantag. &c.

4. *Ulcus ſiccantia.*

Aqua ſtillatitia ex ſuccis vulnerar.

Symphyt. Stercor. Vacc. Cancr. Ranis Limacib. in qu. diſſolv. Aloe, Sal ſaturni, Tapſimel. Licium, præparata cum pauco Alumine.

Injectio vulneraria, ut decoctum Ariſtol. vel Aqua Sclopetar. cum Cancris, Ranis.

Aqua calcis.

Aqua aluminoſa.

Phlegma Vitrioli, & Aluminis.

Suffitus ſiccus per Embotum ex Aviculis Cypriis quæ conſtent ex Thure Maſtich. Sandarac.

Styrac. Benjoin. Ladano. Antimon. crudo & ſalicis Carbone, cum Aq. Naffæ & Roſ. & Gummi Tragacanth.

Formulæ.

℞ Terebentinæ ad duritiem in Aquis Roſarum & Plantag. coctæ ℥ ß. Maſtiches ʒ ii. Sandarac. Olibani an. ʒ i ß. Benjoin. Ladani an. ʒ ß. Glycyrrhiz. ℈ iv. Fiat omnium Pulvis ut Alkool. excipiendus ſ. q. Balſami Peruviani nigri,ita ut fiat Maſſa mollis, cui addatur dimidium Pondus Diaphor. ♁ vulgaris albiſſimi & fixiſſimi, Capiat quotidiè manè ℈ i. in ii. Pilul. deaurat. Horis tribus ante Alimenti aſſumptionem.

℞ Maſſæ primæ ℥ ß. Diaphor. ʒ ii. Fiat maſſa mollis ſervanda in Pyxide argenteâ, aut vitreâ.

℞ Coſerv. florum Citranguli & Roſ. rub. an. ℥ ß. Conſ. florum Nenuph. & Anthoſ. an. ʒ iii. Cortic. exter. Citri & Aurant. condit. an. ʒ ii ß. Lapid. Gagatis præp. Chriſtal. præpar. ʒ ii. Magiſterii Perlarum & Corallorum an. ʒ i ß. Oſſis de Corde Cervi, Succini albi præparati an. ℈ iv. Terræ Strigonienſis, Lap. Bezoar. Orientalis an. ʒ i. Croci martis aperientis ℥ ß. ʒ vi. ℥ i. Ms. & cum Syrupo ex Moris rubi Idæi, vel flor. Betonic. rub. fiat Electuar. Inſtar Opiatæ, de qu. cap. circa Horam Somni inſtar majoris Avellanæ, vel per ſe, vel, ſi opus ſit ad demulcendos dolores, cum gr. i. vel ii. Ladani.

℞ Corda recentia & adhuc palpitantia per fruſta ſecta Vituli & Agni an. N°. iii. Gelatinæ ex Cornu Cervi cum Vino albo & Aq. Fontan. parat. ℔ iv. Succi ſtillat. Carnis Vituli,Capri & Perdicis ℔ iii. Succ. ulmar. ſcabioſæ, Card. Bened. an. ℔ i. Succ. Pomorum redol. & Cydon.an. ℔ i ß. Vini Hiſpanici generoſiſſ. ℔ ii.Ms. atque in Vaſe duplici Vitreo fiat per B. M. Diſtillatio,ſervetur hæc Aqua Vaſe Vitreo probè clauſo.

℞ De hoc Liquore ℔ iii. Theriacæ veteris & probatæ ℥ i. Cortic. Citri exter. recent. ℥ i ß. Cortic. Arant. ʒ vi. Cynam. Macis an. ʒ ii. Ms. digerantur in B. M. per biduum,& vel fiat diſtillatio, vel ſi validiorem Liquorem poſtules per Chartam Emporeticam filtratio. Detur Cochleare unum, urgente Syncope, additis Guttis aliquot Vini generoſi.

℞ Foliorum Plantaginis Agrim. Solani an. M. i. Fol. Herbæ Roberti & Elatines an. M. i ß. Roſ. rub. florum Nenuph. an. P. ii. Fiat Decoctio, vel in jure Capitis Vervecini aut Vitulini vel in Lacte recent. mulcto, de qu. cap. ℥ viii. Vitellos Ovorum N°. ii. Mucilag. ſem. Pſyll. & Cydon. extr. in Aquâ Roſ. & Plantag. ℥ ii. Sacchari Roſati ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter. Injic. quoties videbitur neceſſarium præſenti Medico.

Si Dolores valdè urgeant, diſſolv. in hoc Enemate Ladani gr. ii. iii. iv. vel plura.

℞ Fol. Sen. mundatorum ℥ iv. concidantur minutim, irrotentur Vino albo odoro & macerentur per Horas *xxiv*. in eâ quantitate Aq. Endiv. & Fumariæ vel Aq. Fontan. limpidiſſ. quæ ſupernatet quatuor digitis, addendo Tartari Vini albi ℥ ii. poſt unum vel alterum fervorem levem; fiat Colatura, in quâ macera per Diem Prunorum Acidodulcium aut Perforatorum ℔ i. idque ad levem Calorem. Cùm inflata fuerint, Liquor à prunis ſeparetur, & addendo Sacchari albiſſ. ℥ vi. Mannæ Calabrinæ lotæ & in ſero lactis clarif. diſſolut. ℥ iv. Reduc. in Syrup. qui affundatur Prunis cum fruſtulis Cynamomi & Macis. Capiat quoties Alvus non fluet Pruna duo, tria, quatuor, ſex, cum Cochleari uno Syrupi Horâ dimidiâ ante Paſtum.

℞ Juris Omaſorum & Pedum Vervecinorum, vel ſi deſit, Aquæ fontanæ q. ſ. In qu. decoque Tapſi Barbati totius faſciculum unum. Fol. Solani, Plantaginis, Veronicæ Piloſellæ, Herbæ Roberti, Scrofular. Cynogloſſ. an. M. iv. Fol. Salicis vitis, Nymph. an. M. iii. Roſ. rubear. P. viii. Fiat Colatura, cui addatur tertia vel dimidia pars lactis pro ſemicupio, quo utatur tepido, atque in eo inſideat Sacco farcto foliis Tapſi, Solani, Plantag. & Roſ.

℞ Gummi Ammoniaci in Succo Cicutæ diſſoluti & impiſſati ℥ iv. Maſſæ Emplaſtri Diachylonis Ireati ℥ iv. Pulveris ſubtiliſſ. Plumbi Crudi & Antimonii an. ℥ ii. Pulveris Radicum Cicutæ ℥ i. ☿ albi Fuci aut Calomel ʒ vi. Ms. & addit. ſ. q. Ol. Roſ. Decoctionis Rad. Scrofular. Ranarum, Vermium, Limacum, & ſi opus ſit pauca Sera flava in eadem decocto præparata. Fiat Emplaſtrum extendendum in Alutâ debitæ Formæ applic. partibus dictis.

℞ Succorum Solani, Cicutæ, Hyoſcyami Plantaginis an. ℔ i. Maſſæ Emplaſtri Diacalcitheos ℔ i ß. Olei roſati, Ung Populeon. an. ℔ ß. Coquantur ſimul omnia, additis Ranis viridib. N°. xii. Cancr. Fluv. N. vi. Limacib. ſine teſtâ, N°. xv. Verm. terreſtr. ℥ iv. Coq. inquam, ad Succorum Conſump. & Animal. Putrillaginem. Deinde fiat per Canapatium expreſſio: Cape de hoc Emplaſtro ℔ ß. Pulveris ſubtiliſſ. Antimon. & Plumbi crudi an. ℥ ii. Tuthiæ præparatæ ℥ i. Cynnab. Chryſtalli præparati, id eſt, poſt multiplicem extinct. In Alkcol. reduct. an. ℥ ß. Ms. Fiat Emplaſtrum, addendo ſi opus ſit Terebentin. parum ut adhæreat, Applicetur Lumbis & Oſſi ſacro.

Tapſimel. ℞ Succi Tapſi barbati depurat. ℔ ii. Succi Caprifolii ℔ i. Succi fol. Liguſtri Herbæ Roberti an. ℔ ß. Succ. Plantaginis Elatines an. ℥ iv. Mellis roſati dimidium Pondus omnium, coquantur ſedulo deſpumando ad conſiſtentiam Mellis. Adde pro ℥ xvi. ℥ ß. Aluminis rupis. Serv. ad uſum dictum.

Ordo Agendorum.

Pilulæ ſpecificæ quotidiè manè per Menſem; Opiata Cardiaca, ſive vel cum Ladano pro neceſſitate quotidiè horâ Somni.

Clyſter alternis diebus, vel quoties Alvus non fluet.

Si recuſet & Alvus non fluat, vel etiam ſi fluat, Pruna laxantia ad minimum bis in Septimanâ Horâ dimidiâ ante Prandium. Quòd ſi ægram tædeat tot Medicamentorum, eo Die intermittat Pilularum uſum.

Ladanum tantùm urgente Dolore, qui ſic poſſit demulceri, vel Semicupio, vel Clyſtere cùm Ladano, eò melius.

Semicupium ſemel in die ad minus circa Veſperam, tùm cùm magis infeſtant dolores.

Injectio fluente Sanguine.

Emplaſtra continuò geſtentur, ante ingreſſum Balnei tamen removeantur.

Suffitus fiat ſemel in die poſt Semicupium.

Victûs ratio continuò obſervetur.

Pro Domina Lumley *Regimen obſervandum in uſu Aquarum Spadenſium.*

UT Repentinæ omnes, ſic magnæ & univerſales mutationes Naturæ infeſtæ ſunt & periculoſæ. Vix tutum εὐπαθέστατον, Illuſtris iſtius Dominæ Corpus vel levioribus Medicamentis exagitare, cum ob acrium Humorum mobilitatem tum ob Animi omnia tuta timentis impotentiæ plenam Vacillationem. Multo minus ſecurum, univerſam maſſam generali & per cuncta meabili Remedio movere, niſi ea quæ tranquilitatem & placida polliceri ac præſtare poſſunt Halcyonia præmittantur. Minerales Spadenſium Aquarum Scaturigines adire cogitat, & ferri Vitrioli ac Nitri Spiritibus prægnantes latices potare, quorum æquum eſt ut eum ſperet atque expectet effectum, quem Ventriculi Imbecillitas, pertinax Viſcerum Obſtructio, Hepatis & Renum intemperies calida, in his congeſtæ Arenulæ, Melancholica fæce partes principes tetra ἀναθυμιάσει fatigante turgens Lien; Uterus denique laxus, & putris ac præcalidæ Sentinæ fumo ſuperiora percellens, in ſuum compendium ab Arte poſtulare poſſunt. Hoc unum Operæ-prætium, ut debitè præparatum Corpus naturalibus iſtis Lymphis everrendum & ſalutariter eluendum tradatur. Aliàs enim certiſſima noxa ſub boni ſpecie dolo malo incautum ægram, niſi obruat, ſaltem adorietur.

Tempus quod ad 15. Diem *Maii* uſque intercedit huic præparationi dandum eſt, ut & minus perturbetur Navigatione natura, Humorum Sarcina liberata; & minus reſtet negotii poſtquam Domina ad Fontes appulerit. Conqueritur nunc de calore ſummo, circa naturalia Viſcera, præſertim ad Uterum, & Chalybis liquidi uſum immeritò accuſat, cum ceſſante per Annorum decurſum Menſtrua Purgatione Symptoma hoc Mulieribus ſit admodum familiare, ut exſucci Corporis ἰδιοσυγκρασίαν taceam. Mergatur Semicupio tepidulo ex Aqua & Lacte, quibus incoxerint emollientia & Hyſterica Frigida. Purgetur tamen ante uſum Balnei Infuſo Sena & Caſſia & Syrupis Violarum & de Pomis ſolutivo, quod Medicamentum à Balneo iteretur. Lac Aſininum cum Saccharo Roſaceo propinetur manè, & ſervetur optima victûs Lex refrigerans, humectans, aperiens. Iſta fiant ad Diem uſque diſceſſus. Poſtquam autem longum iter emenſa ad Fontes pervenerit, Duorum, triumve Dierum quiete Corpus curet, &

& inſtauret Spiritus, nutriatur Cibis ἐυχύμοις ἐυπέπτοις, diei Horas ita partiatur ut paulatim diluculo ſurgere aſſueſcat: Manè quippe bibendæ Aquæ, ùt ante Prandii tempus totæ præterfluant, & Ventriculus ſpatium habeat quo ſuo expeditus Onere poſſit ſeſe recolligere ad appetendum Cibum. Injiciatur Veſperi Clyſter ſaltem eluens, emolliens, refrigerans, poſtridiè vero in Aurora Medicamentum propinetur ex decoct. Hepatico Splenitico purgante ex ℥ *ſs*. Fol. Sen. cui colato addantur per Noctem pulpæ Caſſ. recent. extract. Seſcuncia vel ℥ ii. Manè fiat Colatura, in qu. diſſolv. Syrupi violati ℥ i. Syrup. reg. Sabor. ℥ *ſs*. Forſitan longa quæ præceſſerit præparatio, & exacte obſervata ab Excrementitiorum Succorum generatione alieniſſima victûs ratio iterandi Medicamenti Cathartici neceſſitatem ſubtrahent, quam ſi ab excretis judicet aſſiſtens Medicus, eadem potio, interpoſito uno vel altero Die, tuto repetetur. Tunc demum bibendæ erunt Aquæ hoc ordine, ut ſereno Cœlo & ſudo (pluvioſâ quippe tempeſtate à potu abſtinendum) ſummo manè Domina primis Diebus curru vehatur, poſtea ſi Vires ferant Pedibus eat ad ſuperiorem fontem, qui in Monte ſcaturit, Nomine *Savenir*. Paulatim humectanda eſſe Viſcera & Medicatis Aquis aſſueſcendum pedetentim nocet, itaque primo die contenta ſit Cyathis tribus, quorum ſingulis quinque Uncias capiat; ſuperambulet, & quatuor ab Aſſumptione horis Prandium capiat. Quieſcat ad quintam. Uſque Pomeridianam mox, leviter ambulet, parcè cœnet & maturè lectum petat. Secundo die quatuor hauriantur Cyathi. Tertio quinque, & ſic deinceps augendo, donec juſta quantitas inventa ſit quæ & facile pertranſeat, & Stomacho nullo modo ſit gravis, de quantitate quippe nihil certi poteſt ſtatui niſi reſpectu diſpoſitionis ſubjecti bibentis. Nonnulli Homines quatuor ſaltem Libras hauriunt fœlici & optato eventu, alii duodecim vel ſedecim nullo incommodo ſorbent. Penes ægram & Medicum, ſit hujus Articuli deciſio. Inventa quantitate in ea conſiſtendum, & extendendus Aquarum uſus ad Menſem integrum, plus vel minus pro ἐυφορίᾳ & effectu. Ita tamen ut paulatim cum ad finem & conſtitutum temporis terminum ventum erit minuatur Potus, donec ad tres Cyathos res redierit. Unde ſumptum Exordium intra dimidiam horam ad ſummum, tota Aq. Doſis ebibatur, poſt duos vel tres Cyathos ambulando, ut citior procuretur diſtributio. Quoniam vero frigidus iſte potus ſæpe Rigorem movet, Linteo calente foveatur Ventriculi Regio, aut Pelle Vulturis quæ adminicula magis probantur quam ſi Aqua calefiat, ut multis placet. Siquidem hoc pacto Spiritus evaneſcunt, & Virtutibus ſuis ſpoliatus Liquor, nihil eſt niſi Aqua Nubis.

Urinas movent Aquæ ut plurimum, in nonnullis Alvum ſubducunt & pellunt fæcem Melancholicam, in aliis prorumpit Sudor. Natura ſibi quærit vias, cujus miniſter Medicus prudens, obſervabit Motus, eique quibuſvis artibus feret ſuppetitias. Antequam vacuata ſit epota quantitas non prandendum, quod ex Menſura, & Urinarum mutato ex Aqueo in flavum Colore, atque adeo ex Ventriculi ab omni Pondere liberi diſpoſitione innoteſcet. Sunt qui bis in die, Horis vid. matutinis & pomeridianis bibunt, id quod improbatur mihi, eo Argumento quod indigeſtus Cibus in Venas vi adigatur tenuiſſimo iſto Evericulo, & Cruditatibus Viſcera contra Artis legem & Sanitatis præcepta obfarciantur. Idem forſan dici poſſet de more qui invaluit in diluendo Vino iſtis Aquis in ipſis paſtibus, cujus tamen ſi rationem, & in ipſis loci Incolis experientiam Medicus viderit, in hunc uſum ſumatur Aqua fontis in medio pago ſalientis nomine *Le Pouhon*. Eo facilius in hanc deſcendo ſententiam, quod medicati potus ſoleant præſcribi in Anglia & cum Cibis propinari, quodque adeo Cereviſiæ vices ſupplendæ ſint Vino diluto, cum præſertim non ſit tutum merum exhibere. Cibi coctu faciles & boni ſucci eligendi, Carnibus aſſis veſcendum, à Fructibus omnibus abſtinendum; atque huic inſiſtendum Diætæ à principio ad finem.

Porrò nequid deſit quod Illuſtri Fœminæ ſatisfacere poſſit, utque formidoloſo Subjecto omnis eximatur Scrupulus hæc ſunt Symptomata quæ bibentes vulgo male habent. Aquarum in Corpore hæſitatio, tarda earundem egeſtio, aliquando omnimoda retentio. Alvi adſtrictio, Capitis Dolor, Flatus ructu erumpentes, à Potu Calor & Siccitas, quibus omnibus ſequentibus mediis ſubveniendum.

Mirum non eſt ſi primis diebus aut parum aut nihil egeratur Aquæ, Corpus prius humectari, Calorem retundi, Venas oppleri neceſſe eſt, licet in pleriſque prima ipſa die effluant præſertim ſi Corpus ut decet ἔυεργον redditum fuerit. Innoxiè id contingere inde conjicies ſi nullum faceſſat ægræ negotium hæc retentio, & perges audacter, ut ex adverſo ceſſabis, ſi quid contrarium acciderit. Tranſitum Aquarum promovent Syrupi Violarum & de Floribus Malvæ primis Cyathis admixti, ſicuti Cochlearia duo aut tria Vini albi Renani. Eas in Meſaraicis moratu trahentes educent Manna cum Syrupo Roſarum ſolutiv. Clyſteres item cum Syrupo eodem diſſoluto in decocto emolliente & carminante. Exercitii tanta vis eſt ad Liquorem iſtum exigendum foras, ut ſine ipſo factum ſit nihil, niſi Vires ſufficiant Deambulationi, Equitatio, vel ſaltem Vectio ejus ſit Vicaria. Quidam Lecti Calore Opus habent ad Aquarum diſtributionem. In Arena capiendum Conſilium. Reſtitantem Alvum ſubducetur Enema è jure Pulli cum Caſſia & Catholico Paſſulæ purgantes. Pilulæ ex Ammoniaco Aloe Roſata Extracto Senæ, *&c.* Quamvis vix credibile ſit adſtrictum fore Alvum in hac Domina cui vel leviſſimum alterans eſt pro Cathartico.

Caput Vaporibus & fumoſo Mineralium Spiritu oppletum aliquando dolet: Sed fugax iſte dolor momento faceſſit, dummodo Aquis liber ſit exitus, cui cum præſcripta ſint media, ad Flatuum diſſipationem tranſeo, ut plurimum inter bibendum ingeſto Liquori flatus occurſant & moleſtiam faciunt, diſcutiantur Manſo poſt ſingulos hauſtus Semine Fœniculi Coriandri Aniſi Saccharo condito, vel Cortices inſtar Cynamomi parentur ex Saccharo, Seminibus prædictis Cortice flavo Citri Cynamomo, exceptis Muccagine Gummi Tragacanthæ extracta in Aqua Cynamomi. Denique Calor & Siccitas ſi potui ſucceſſerint (quod tamen non eſt neceſſarium) temperabuntur Balneo Aquæ dulcis egelido, & potu Lactis Aſinini, cum ordinaria victûs Lege refrigerante & humectante, quibus addatur longus & quotidianus uſus Syrupi è Succo Pomorum & Violati. Licet minus pertimeſcendum ſit hoc incommodum quippe pauci Spiritus mineralis ſiccans qualitas vincitur maxima Mole Aquæ ipſum diluentis. Hactenus ſumma rerum juvit ſequi Veſtigia. Mitte ſapientem & nihil dicas. Hoc unum eſt ut Domina activa paſſivis debite applicari ſinat, & patienter eas ferat turbas quas novi & inuſitati Remedii appulſus primo ſolet excitare, ſub certa ſpe quam Animo concipere debet, fore ut tandem ſedati æſtu & pacatis Fluctibus, priſtinæ reddatur valetudini & tam longi atque difficilis itineris fructum non levem, ſi non inſignem, imo, perfectum dicam experiatur. Dat. *Londini* Die 21 *April.* 1615.

Sir *Henry Nevill.* May 14. 1615.

Hydrops Pectoris.

OBeſus, naturaliter Sanguineus, bilioſus, arthriticus, in Cachexiam pronus, ad Hydropem proclivis.

Ex accidenti, ob mœrorem penitius conceptum Melancholicus.

Ante ſeptem Menſes repentè Cordis compreſſione & Animi deliquio correptus, ita ut parieti incumbere, & Vicinis adminiculis inniti coactus fuerit. Ab eo tempore malè ſemper habuit.

Tunc manifeſtè ſenſit Vaporem à Liene aſcendentem ad Cor, & Caput. Lienoſus, Epiplocomiſta.

Hypochondria ſatis mollia, ſiniſtrum plenius, ejuſque Attrectatio dolorifica.

Partes nutritiæ omnes obſtructæ, Color faciei ſubflavus.

Hepar nullam habet duritiem.

Urinæ utcunque laudabiles, quoad Subſtantiam & Calorem, quoad contenta Nephriticæ, ſabuloſa Saburra plenæ.

Perpetua ſpirandi difficultas & Tuſſis ſicca, partim à Compreſſione Diaphragmatis, quam invehunt naturales partes obfarctæ, partim & præcipuè à vitio Pulmonis quem viſcida materia plenum & Aſthmati proximum aſſero. Quid ſi in lævibus Arteriis aliquod præter Naturam contineatur? Quid ſi in ipſo Pulmones ſubſit Vomica?

Quid ſi Pulmonum Hydrops,

in Homine præſertim Hydropi obnoxio?

Cor validè pulſat, & Arteriarum motus velox & plenus.

Caput amplum, diſtillationum ferax.

Agenda.

Hepati & Lieni conſulito.

Obſtructa reſerato, ſuccos peccantes attenuantibus præparato, præparatos per ἐπικρασίν ducito. Atrum Succum domato, Aquam per Urinas potius quàm per Sedes vacuato, item per Sudores.

Omnia roborato.

Caput ſiccato.

Pulmonem obfarctu liberato, & ſiquid levi in Cavitate Thoracis lateat, id per habitum digerito.

Remedia.

℞ Florum Irid. P. iv. Leucoii rubri, Aquilegiæ Coerul. Veronic. maris Teucrii an. P. iii. Flor. Fumar. P. ii. Roſ. rubear. P. i. Aquæ Fontanæ, Infuſionis Battituræ Ferri, vel (ſi primò deſit) Sextæ extinctionis Chalybis filtratæ ℔ ii. Vini albi tenuis ℔ *ſs.* Macis ʒ *ſs.* Spiritus Vitrioli q. ſ. ad gratam Aciditatem, Fiat Tincturæ extractio, & per Chartam Colatura in cujus ℔ i *ſs.* Diſſolve Syrupi capillarium ſequentis ℥ iv. Fiat Julep. pro iv. Doſibus ſumendis iiſdem Diebus quibus utetur Juſculo præſcripto, Horis *iv.* à Prandio, duabus ante Coenam.

Potus ſit decoctum Chinæ dilutum in quo maceretur continuò Nodulus continens battituram ferri, cum Hor. decocto, diluatur Vinum ultra medias.

Exacto iſto quatriduo purgetur iterum, ut dicetur, Syrupus Capillarium. ℞ Radic. Petroſel. Fol. aſparagi Eryng. mundat. an. ℥ iv. Fol. recent. Linguæ cervinæ Polytric. Adianti, Rutæ Murariæ an. M. iii. Ceterach. M. iv. Iſtis omnibus conciſis in amplâ Pelvi affund. Aq. Fontan. calentis quod ſupernatet iv. Digit. Fiat Infuſio per Horas 24. Deinde Colatura, quæ cum dimidio Pondere Sacchari reduc in Syrup. addendo ſub finem Nodulum qui contineat Santal. Citrin. Cynam. inter. an. ʒ ii. Serva ad uſum.

A præcedentibus Remediis quoad univerſum Corpus utcunque melius habuit, Color Faciei floridior evaſit. Reſpirandi autem difficultas in eodem, imò & aliquando in pejore ſtatu remanſit, forſan à concepto per ſummum tempeſtatum æſtum frigore, nocturnis Horis, dum ſtragula à Corpore rejicit. Ut pergamus in Curatione.

Iteretur Clyſter præſcriptus, injiciendus manè jejuno Ventriculo pridiè Purgationis.

℞ Radicum Gramin. Filic. Foem. Petroſelin. Foenicul. an. ℥ i. Polypod. querni ℥ ii. Folior. Chamædr. Epithym. Fumar. Chamæpyt. Ceterach. Scabioſ. an. M. i. Flor. Anthoſ. P. iii. Semin. Card. Bened. ℥ *ſs.* Corticis Citri cond. ſicc. ʒ iii. Fiat omnium Decoct. in Colatura infunde & decoque Fol. Sen. mundat. Vino albo odoro nutrit. ℥ i *ſs.* Cremoris Tartari albi ʒ ii. Medull. Sem. Carthami ℥ ii. Expreſſioni addatur Infuſio ℥ *ſs.* Rhabarb. ſeorſim facta in Aq. Cichor. cum ʒ i. Cynam. Reducantur omnia ad ℥ viii.

In quibus diſſolve Syrupi Roſ. pallid. comp. cum Agar. ℥ iii. Spiritus Vitrioli q. ſ. ad gratam Aciditatem Ms. Fiat Apozema pro *ii.* Doſib. Matutin. Sumendis diebus alternis Horis tribus ante Juſculum.

Singulis Doſibus addatur ʒ ß. Jalap. in Alkool. ſubtiliſſimum reducti.

Paretur interea Vinum Chalibeatum tale.

℞ Radic. Cichorii Tarax. Petroſel. Fœniculi ſiccar. an. ℥ i Rad. Enul. Ireos fl. an. ʒ vi. Rad fragariæ Anonidis an. ℥ ii. Fol. Chamædr. Scabioſ. Meliſſ. Veronic. Maris ſicc. Abſynth. utriuſque an. ℥ ß. Semin. Alkek. Milii. ſolis an. ʒ iii. Raſuræ dentis Hyppopotam. ʒ vi. Vini albi optimi & tenuiſſ. ℔ viii. Limaturæ ♂ cum 🜍 & Acet. diſtill. præparatæ ſive Croci Martis aperientis ℥ vi. Fiat Infuſio ut Artis eſt, capiat de Colatura ℥ iii. primò deind. ℥ iv. ſummo manè Horis 4 ante Prandium Corpus exercendo Serratione, vel deambulatione ſi per Pedes liceat, aut Equitatione poſt Serrationem.

℞ Fol. Sen. mundat. minutiſ. inciſ. ʒ ii. Infund. in frigido per Noctem in Vino albo Rhenano. Expreſſio reducta ad minimam quantitatem admiſceatur in Vino prædicto alternis diebus. Corpus Horis Pomeridianis exerceat, Horâ unâ ante Cœnam, ut ſupra.

Quod ſi ab admixtione Senæ abhorreat, & Pilulis uti malit, Diebus alternis Hora dimidia ante levem Cœnam capiat Pilulas ſequentes.

℞ Maſſ. Pilul. Stomachic. cum Gummis ℥ ß. Diaphoretici ♁ Hartmanni ℈ iv. Ms. Fiat Maſſa, de qu. cap. ℈ ii. aut ʒ ß. ut dictum eſt. Si prima Doſis imbecillior fuerit, ℞ Maſſæ iſtius gr. xxv. Extracti Alhandal. gr. ii. Olei Aniſi gutt. ii. Fiat. formentur Pilulæ deauratæ N°. ii. ſumendæ Hora una ante Cœnam. Superhauſto Cereviſiæ, aut Vini tantillo. Horis pomeridianis ſi magna ſit ſitis levetur bono hauſtu Liquoris ſequentis, qui frigidus exhibeatur.

℞ Vini albi Rhenani maturi, non acidi aut crudi ℔ iv. Reddatur acidiſſimum Spiritu Vitrioli. Mox inſtilletur tantum Olei Tartari ut Aciditas omnis evaneſcat, & denuò dulceſcat Liquor. In quo Infunde Florum Bugloſſ. & Borraginis recentium an. P. iv. Roſ. rub. P. ii. Poſt extractam tincturam rubicundiſſimam, Fiat Colatura, in cujus ℔ ii. Diſſolve Syrupi capillarium præſcripti Syr. Violat. recent. an. ℥ ii. Ms. Fiat Julep. ad uſum.

Iſtis utatur juxta ordinem præſcriptum per dies xx.

Quoniam autem urget ſpirandi difficultas parentur Tabellæ tales, utendæ Noctu præſertim.

℞ Pulpæ paſſul. extract. per decoctionem in Ptyſam vulg. pulp. rad. Altheæ an. ℥ ß. Lactis Sulphuris optimè præparati ʒ ii. Pulver ſubtiliſſ. Glycyrrhiz. ʒ iii. Ireos florent. ʒ ii ß. Sacchari albiſſ. ℥ viii. Ms. & additâ paucâ Aquâ Naffæ, vel Roſ. Fiat paſta ex qua formentur Tabell. in Ore tenendæ ſenſim deglutiendo id quod diſſolvetur.

Urgente autem Paroxyſmo paretur Syrupus acetoſus talis, utendus è Cochleari, vel Bacillo Glycyrrhizæ contuſó.

℞ Eryſimi roris ſolis, ſcabioſæ an. M. ii. Pulmonariæ M. iv. Tuſſilaginis totius M. iii. Paſſul. Jujub. an. ℥ i. Dactylorum mund. par. v. Fiat decoct. & colatura quæ cum dimidia parte Sacchari reducatur in Syrupum, ut Artis eſt.

Paretur Oleum Sacchari cum Aqua Vitæ debiliori, ut Artis eſt.

℞ Syrupi præſcripti ℥ iv. Olei Sacch. ℥ ii. Olei Sulphuris q. ſ. ad gratam aciditatem, utatur ut dictum eſt.

Fumum Tuſſilaginis ℥ *ß.* Marrubii, Hyſſopi, an. ʒ i. addito pauco Tabaco ʒ ii. & Olei Aniſi tantillo, attrahat per Tubum, & per Nares reddat, ſedulo exſpuendo Pituitam quæ liquabitur.

Caput quotidie manè pectat, fricet Collum item & Nucham.

Fauces & Uvulam titillet ramulo Lauri, aut Roriſmarini, ad Pituitam à Capite & Pulmonibus educendam.

Ordo eorum quæ nunc agenda ſunt.

Clyſter manè jejuno Ventriculo pridiè purg. Apozema in *ii.* Doſes exhib. Diebus alternis. Vinum Chalybeatum per dies *xx.*

Alternis Diebus vel addatur Sena Vino, vel dentur Pilulæ.

Poſt meridiem detur Vinoſus Liquor cum ⊕ & ♀ eoque extinguatur ſitis.

Urgente δυσπνοῖα pro libitu utatur Tabellis Syrupo pectorali acetoſo.

Fumus per Fiſtulam.

Capitis frictio.

Uvulæ Titillatio quotidie manè.

Super omnia Exercitium.

Remedia iſta præparentur.

Clyſter cum Vino ȝ Apozem. 2.

Pilulæ cum Diaph. Vinum Chalybeatum Julap. cum Vino.

Tabellæ.

Syrupus acidus.

Pulvis ex Tuſſilag. ℥ i. Marrub. Hyſop. an. ʒ ii. Tabac. ʒ iii. Irror. Oleo Aniſi.

Ita præſcripta fuerunt & *Londinum* miſſa Die 28. Maii. 1615.

Vinum Chalybeatum præſcriptum quoniam valde eſt ingratum, & abhorret æger, tale præparetur.

℞ Radic. Sicc. Petroſelin. Fœniculi fragariæ Anonidis an. ℥ i. Fol. Sicc. Scabioſæ Meliſſ. an. M. ii. Semin. Alkek. ℥ ii. raſur. Dentis Equi Marini ℥ i *ß.* Nuc. Moſchat. N°. iv. Cynam. ℥ *ß.* Caryoph. ʒ ii. Chalyb. præparati ℥ vi. Vini albi ℔ viii. Fiat Infuſio ut artis eſt, utatur poſt bidui Macerationem, relicto magmate cum Vino.

Aut ſi ſimplicius malit in rem præſentem paretur tale.

℞ Croci Martis aperientis ʒ ii. Cynam. ʒ *ß.* Caryoph. N°. iv. Vini albi optimi ℥ vi. Fiat Infuſio per Horas 24. Colatura ſit pro una Doſi.

Tertio quartove quoque Die addatur Infuſio ʒ ii. Fol. Sen. mundat. minutiſſimè inciſ. qu. macerentur in frigido. In Vino pauco per Noctem Colatura admiſceantur Vino Chalybeato.

NB. Hæc Cathartici quantitas exhibita movit Alvum undecies copioſè, licet blandè.

Iſtis Remediis per Dies xvi. uſurpatis, licet aliquantulum imiminutus fuiſſe videatur affectus, recurrit tamen Aſthma, intumuerunt Tibiæ cum Coxis, ipſumque Abdomen, in quo Manè & Veſperi ſit Fermentatio tanta, ut diſtenta Cute præſertim circa Ventriculum, opprimatur Diaphragma, & ſuccedat major reſpirationis difficultas. In ſumma, præ foribus eſt Hydrops periculoſiſſimus.

Adjuvantibus & nocentibus Indicatione ſumptâ movemur ad validiora eſſe tranſeundum, & aliam inſtituendam curandi methodum, quæ craſſos, & penè impenetrabiles Humores non ſolum educat, ſed etiam domet, Flatus potenter diſcutiat.

Pilul. ☿les. 3 Clyſter cum Vino.

Pilul. Senioris nigræ cum Diaphor. per octiduum mané.

In ingreſſu lecti Elect. Diajunipera & de Saſſafras ad fermentationem tollendam. Aliquando Mithridatium Liquor cum Mithridatio aut Theriaca infeſtante Flatu.

Tabellæ cum Oleis Saſafras & Aniſi.

Poſt iſtud octiduum, purg. cum Mercurio, vel cum ʒ ii. Seminis Ebuli ex Vino albo aut cum ʒ ß. Aggreg. & gran. ii. Elaterii. Add. Ol. Caryophyll. guttis ii.

Diæta ſudorifica & victus tenuis ac ſiccans per Dies *xv*. aut *xx*. vel plures. Intermiſceatur purgatio quæ videbitur commodiſſima ex Elleb. ☿ ♁ Tartar. Ebulo Elaterio.

Sudor provocetur in Laconico, aſſumpto Diaphoretico Hartmanni.

His factis Chalybis in ſubſtantia conveniet cum Exercitio ad roboranda Viſcera. Item quæ ex Corallo.

Poſt Purgationem ante Diætam, cogita de apertione Hæmorrhoidum.

Poſtridie cujuſlibet Purgationis detur Mithridatium, aut Theriaca vetus ad ʒ i. mané.

Vinum album cum ramentis & Cortice Fraxini ad 40 vel 50 Dies, Potum mirabiliter deobſtruit & Urinas pellit, Injiciatur Enema in præcedentibus deſcriptum cum Vino Hyacynthimo.

℞ Maſſ. Extracti Panchimagogi Serrei grana xii. ☿ Calomelan. ℈ i. Olei Aniſi & Saſafras an. Gutt. ii. Ms. Formentur Pilulæ N°. ii. deauratæ quas deglutiat poſtridiè Clyſteris ſummo manè ſuperhauſto Vini albi tantillo, dilato ad *iv*. Horas. Juſcula ſi vomat, poſt ſingulos conatus ſorbeat aliquid Juſculi, vix tamen vomet.

Pro iſtius medicamenti Operatione, interpoſito uno vel altero die reiteretur uſque ad tres Vices. Diebus intermediis capiat manè ʒ i. Mithridatii, ſuperhauſto Cereviſiæ medicatæ præſcriptæ tantillo. Poſt iſtas Doſes quieſcat per diem unum & alterum, atque eo tempore Corpus moderatè exerceat, & Cibis boni Succi & coctu facilibus foveatur, ac Vires inſtaurentur.

Affigantur Hirudines Ano.

℞ Maſſ. Pilul. Rufi & de Hierâ an. ʒ ii. Foliorum Ellebori nigri in Pane præparatorum ℥ i. Diaphoretici vulgaris optim. ℥ ß. Ms. & reducta omnia in Alkool. excipiantur Extracto, liquidiuſculo Senæ, vel ejus defectu Syrupo Roſ. comp. cum Agarico, fiat Maſſa, de quâ cap. manè ʒ ß. vel ℈ i. per octiduum ſuperhauſto Cereviſiæ medicatæ momento Hor. 4 ante Prandium.

℞ Baccarum Juniperi recent. maturar. ℔ i. Corticis citri exter. ſicci ℥ i. Cortic. Arant. ℥ ß. Santal. Citrin. ʒ iii. Macis. ʒ ii. Vini Canarini, vel Malaga, ℔ ii. Aq. Fontanæ puriſſ. ℔ iii. Coquantur ad mediæ partis Liquoris conſump. Deinde fiat per Canapatium denſum fortis expreſſio; Pulpa lento Calore reducatur ad conſiſtentiam mediocriter ſpiſſam de qu. cape Elect. ex Saſafras an. ℥ i. Mithridatii Conf. Alkermes an. ℥ ß. Pulveris Electuarii Diambræ, & Aromatici roſati Gabriel. an. ʒ ii. Ms. Fiat Elect. de qu. capiat. ʒ i. In ingreſſu lecti ſuperhauſto Cereviſiæ dictæ tantillo, idque octiduo præſcripto.

Interdiu ſi infeſtent Flatus utatur Saccharo Aniſato, additis Guttis aliquot Olei Saſafras. Poſt iſtud octiduum quieſcat per diem unum aut alterum, vel ſi ab iſto proceſſu benè habeat, in eo adhuc per Dies aliquot perſeveret; ſin minus, interpoſitâ quiete iteretur Purgatio vel cum Pilulis ☿ lib. aut cum ʒ ii. Ebuli, quibus via ſternatur ad Diætam ſudorificam pro re natâ præſcribendam.

Vir iſte, magnus, bonus, pius, pro more patrio in Remediis parum conſtans, cùm ab aſſumpta unica Pilularum Doſi habuiſſet optimè, ita, ut ſe dimidia ex parte diceret curatum, neglectis omnibus præſidiis Hydropicus factus, Aphthis obortis ſommolentus, an Heloſus, poſt intermiſſa trium ſeptimanarum ſpatio mea Remedia mortuus eſt.

Calida Hepatis Intemperies.

1615.

ILluſtriſſimum Hiſpaniarum Regis ad *Galliæ* Regem Legatum multis abhinc Annis variè exercet Morbus, cujus ut ob inexplicabilem penè complicationem inveſtigatu perdifficilis Idea, ſic tam pertinax ipſius affectus conditione, partium laborantium nobilitate & durationis tempore præſentia, ut non minor curationem comitetur difficultas, connexorum & conſequentium Morborum ea vulgò eſt diſpoſitio ut & ægro & medico Laboris plenum negotium fæceſſant, dum vel neglecti atrocius ſæviunt vel ſegniùs curati aut non evulſi radicitùs, redivivo Fomite ex minimis reliquiis cum Poſtliminio ſubinde repullulant. Cor vivifici Caloris Fons igneus fovet ſuo ſinu, quem in exceſſu æſtuantem diffundit per Arterias, unde perpetuâ veluti Febris Uſtrinâ nobiliſſimus æger conſumitur. Eandem intemperiem experitur Hepar, Sanguinis Officina, quem Venæ continent fervidum Sero acerrimo & plurimo, præter Sanitatis Leges, dilutum, quo cum nec nutriri nec contineri aut tanquam Alimento, Succo repleri partes valeant, continuò exſiccari & tandem marceſſere Corpus neceſſe eſt, cujus interim habitus acrem & mordacem Calorem Manui tangenti objicit. Tracti in calidæ & ſiccæ intemperiei conſortium Renes potenter à toto Corpore Serum rapiunt, cujus torrentem excipit Veſica ad novam Sarcinam indeſinenti Opere ſubinde Hiani dum inexhauſta Sitis (qualis Hepatis intemperiem ad φλόγωσιν accedentem & Diabeticam Paſſionem conſequi ſolet) novum jugiber potum uſtulatis Viſceribus abunde ingerere, eaque perenni flumine irrigare cogit. Non tam expellit quàm ſinit elabi aquoſum iſtud Excrementum Renum imbecillitas, quorum vitiatus tonus & languida retentrix per raras laxaſque Papillularum Carunculas Sanguis tenuis Lotio permixtus extillet poſt Exercitium, cujus proprium eſt calorem augere, & dato motus Principio ad debiliores partes Humores una cum Spiritibus amandare. Hinc cruenta mictio, per reſudationem ob Venarum Rarefactionem & contenti Sanguinis tenuitatem. Porrò cum exceſſus omnis actionem lædat atque inculpata functionum diſpoſitio à Commoderatione qualitatum quæ mediocritatem parit, pendeat, quidni Ventriculus Corde, Pulmonibus, Hepate, Liene, vel ex ſeſe vel ratione contentorum percalidis circumſeptus, afficiatur, & ſua Munia male obeat, Alimenta exaſſando potiùs quàm elixando? Hæc Radix affectus Melancholici ab Humore retorrido quem per Splenicum ramum ab Hepate ſugit Lien, ejuſdem fœculentum Craſſamentum ſuoParenchymate occultans ac retinens à cujus ſubſtantiâ & qualitatibus quarum partes omnes nutritiæ ſunt Participes earundem obſtructio & κακοπραγία à Fermentatione, Hypochondriacâ omnia Symptomata, flatus, rugitus, ſuſpiria, metus, mœſtitia & cætera quæ iſtam malorum Hydram & dirum tam Medicorum quàm Ægrorum tormentum conſtituere comitari ſolent.

Talis eſt Corporis, Medicam opem poſtulantis, conſtitutio, in cujus curatione primum illud eſt, ut Ætnæus Ardor, qui ſubjectum ſiccitate εὐπαθέστατον à Capite ad Calcem miſerrimè depopulatur, maximâ ex parte temperetur, & retuſus contraria, reducatur ad naturalis Caloris Limites, qui humido perfuſus Conſervationi non Deſtructioni natus eſt. Hoc ſi conſequuti fuerimus, Cor grato fruetur refrigerio, neque per Pulmones attractus Aër in ipſoLimine veluti inflammatus Ardore Fuliginum exhalantium inutiliter in nobiliſſimi Viſceris Ventriculos ſeſe inſinuabit. Extinguetur Sitis humectato & refrigerato, cum ſuis Vicinis, Ventriculo, præſertim ſedato inſatiabili attractricis Facultatis Renum appetitu. Alvus, quæ ſicca nunc eſt, fluet in totius Compendium. Spiritus liberè naturales ductus pererrabunt, procurato ipſis per Obſtructionum Solutionem libero commeatu. Denique refractorius Hoſpes (Atram Bilem dico) eruetur ex ſuis Latebris, & repurgato Liene teterrima & ipſis Vitæ principiis infeſtiſſima fæce, Melancholia Morbus Virum nobiliſſimum infeſtare deſinet.

Sic emendabitur tota Sanguinis Maſſa in ipſo Hepatis Centro αἱματώσις, & ſublatis ſuperfluis

Natura purum Vitæ Theſaurum partibus impertietur, quæ dulci Succo turgidulæ benigno fruentur Alimento, nec ejus vel minimam partem per jam confirmatos Renes rejectabunt. Utinam verò iſta juxta prædictas Indicationes tam benè præſtari, quàm vel dilucidè explicari, vel officiosè optari poſſint. Artificis eſt, ea quæ ex Arte pendent præſidia proponere, Ægri dicto audientem eſſe, & cum Medico concurrere ad Morbi debellationem. His poſitis, inveteratum ac proinde ægerrimè mobile & Sedis diuturniſſimæ Malum ſequenti Methodo aggrediamur.

Victus ſit refrigerans, humectans, modicè aperiens. Juſcula alterentur multâ Borragine Bugloſſ. Oxalide, Oxytriphyllo, Plantagine, Agrimon. Pimpin. Fructib. Berber. Pomis Curtipendul. vel aliis Odoratis, iſtas Sorbitiones manè aſſumat & in Prandio.

Frequens ſit hordeatum liquidiuſculum cum Seminibus Cucurbitæ, Melonum, Lactucæ, Plantag. Portulac. Papaveris albi quorum Emulſio extrahatur, Fiat cum Aquis Magiſtralibus Nenupharis, Plantaginis, Roſarum. Detur iſtud Alimentum, vel loco Cœnæ, vel Horâ Somni. Bilioſis & ſiccis naturis inædia nocet, obſtructis Viſceribus, & voraci Calori gravis repletio, ſæpiùs & parcè alere Alimentis φλεγματωδέστατοις optimum.

Veſcatur Carnibus Juniorum animalium, Elixis ut plurimum, aliquando Aſſis, dummodo adhuc ſucculenta ſint, Condiantur ſuccis acidulis Limonum, Arantiorum, Granatorum, Aceto-roſato, vel parato cum floribus Vetonicæ rubræ, aut Moris rubi Idei. Piſces ſaxatiles non erunt noxii, Ova nidoroſum ſuccum generant &facilius corrumpuntur; ſi tamen ea aliquando appetat, ſorbeantur tremula, in Aquam fracta, addito pauco Omphacio vel Succo Limonum. Lacticima mala,ut & Confectiones omnes Saccharatæ. Ex fructibus ſeligenda Poma redolentia: Quæ vel cruda, dummodo matura, vel cocta quovis tempore erunt ex uſu. Inter horarios fructus præferenda Fraga, Mora, rubi Idæi, non putria, Pruna Damaſcena, Ceraſa acidodulcia, quæ conceduntur eâ Lege ut aliis Alimentis non admiſceantur,ſed ſola cum Pane comedantur, Viſcerum Ardor ingens grata iſta refrigeria liberius ægro concedenda eſſe ſuadet; Acetariis inferenda ſunt Endimia Cichorium lactuca, Portulaca, Pimpinella, Flores Borraginis, Bugloſſ. Violarum, quæ irrorentur Aceto roſaceo, & Aqua Roſarum, & Saccharo conſpergantur. Iſta Edulia ſint veluti cæterorum norma, quæ ab eorum recedent qualitatibus à menſa Domini exulare jubeantur.

Potus eò magis curioſos nos eſſe jubet, quo moroſior ægri Stomachus quoſlibet quoſvis obvios Liquores non admittat. Etiam in Aquæ delectu, inauditos habet ſcrupulos, ultra exquiſitiſſimi Senſus Guſtus acumen ſupra modum delicatulus. Variæ ſequuntur potulentorum Potionum Formulæ, ex quibus quæ maximè ſapient, vel placebunt Palato ſeligendæ, eædem nonnunquam immutandæ, ne continuitas aut familiaritas in contemptum tandem vel nauſeam pariat.

Paſſulatum. ℞ Paſſularum vulgarium, (aut ſi generoſiorem potum quæris, Damaſcenarum vel Muſcatellinarum) ℔ i. Aquæ optimæ ℔ viii. Iſta proportio ſervetur pro quantitate parandi Liquoris, Uvæ indantur Dolio mundo, quod ſi Vinum album ſapiat, melius erit. Aqua fervescat in Cabo, fervens Uvis affundatur, ita ut Dolium plenum ſit, claudatur optimè Subere & Argillâ, & ſinatur fieri fermentatio per xv. aut xx. Dies. Liquor depuratus, vinoſus bibatur.

Addito Aceto gratior evadet, gratiſſimus admixtis Succis Ceraſorum, Fragorum, Ribis, Mororum, Rubi Idæi, Pomorum curtipendulorum.

Utiliſſimus ſi cum Uvis flores ſicci, Primulæ Veris, Borraginis, Buglofſi, Violarum, in primis autem Betonicæ rubræ ſive Garyophyllatæ Coronariæ Dolio includantur.

Tinctura Roſarum. ℞ Roſarum rubrarum P. iv. Florum Betonicæ rubræ P. vi. Florum Viol. Bugloſſ. Borragin. an. P. iii. Aquæ optimæ cum Spiritu Vitrioli acidulæ ℔ vi. Vini albi tenuis Oligophori ℔ i ß. Fiat Infuſio ad Tincturæ extractionem, rubicundiſſimæ; Cape de Colaturâ ℔ ii. Syrupi acetoſitatis Citri, Agro di Cedro, vel Syrup. ex Succo Ribes aut Ceraſorum acidorum ℥ ii. Ms. Pro Potu uſurpando præſertim extra paſtus. Sine Vino etiam parari poterit, additis Succis depuratis v. g. ℞ Aq. Fontanæ vel alterius optimæ ℔ iv. Aq. ſtillat. Fragorum & Pomorum redolentium an. ℔ i. Succorum depuratorum. Ribes Ceraſorum acidorum, an. ℔ i ß. Succi Mororum Rubi Idæi & Frag. an. ℔ i. Florum Betonic. rubr. P. viii. Flor. Borrag. & Bugloſſ. an. P. iv. Roſ. rubrarum P. iii. Fiat Infuſio & Colatura, cum quâ procedendum ut ſupra. Guttæ aliquot Spiritus Vitrioli vel Acetoſitatis Sulphuris inſtillatæ cæteris erunt pro Vehiculo, & Calori extinguendo non erunt inutiles.

Potus Divinus. ℞ Aquæ optimæ ℔ vi. Sacchari albiſſimi ℥ v. Succi Limonum ℥ iii. Aq. Roſarum ℥ iv. Spiritus Vitrioli q. ſ. ad gratam Aciditatem. Ms.

Liquor ex Betulâ, fracto initio Veris Cortice, exceptus, additis Fragis Flor. Primul. Veris, Taph. Barb. Betonic. rubræ.

Aqua addito Vini tantillo & inſtillatis Guttis aliquot Acetoſitatis Sulphuris aut Vitrioli.

Decoctum Radicis Agrimoniæ, vel totius Plantag. & Acetoſellæ Sylveſtris eſt inſtar Vini gilvi reddatur Acidulum ſuccis Arantiorum, Citri, Granatorum, Ribis, Berberis. Vel ex eodem decoct. cum Succis depuratis Fragorum, Ceraſorum, Mororum, Rubi Idæi. Fiat veluti Julep.

℞ Aquæ. ℔ vi. Sacchari ℥ iv. Scobis Santal. Citrin. ʒ i. Succi mali Medici acidodulcis ℥ ii. ferveant paululùm & colato.

Lapis Brunellæ ἄδιφον Remedium ſingulare ejus ʒ ß. ℈ ii. ʒ i. Diſſolvatur in Aq. Hordei, refrigerat potenter, & licèt Urinas moveat, attamen non aperit vaſa, Sanguinem reprimit per ejuſdem Coagulationem ſeparationi Seri à Fibroſâ Sanguinis parte ſuccedentem Pomaceum defæcatiſſimum. Cereviſia tenuis limpidiſſima & depuratiſſ. ut Anglicana.

Quod ad cætera reliqua τῆς διαιτητικῆς Capita attinet. Aëre fruatur Dominus libero, ab omni intenſiori Exceſſu qualitatum activarum aut paſſivarum remoto, Inſolatum vitet, & potius ad frigidum, & humidum declinet quàm ex adverſo.

Quietem colat, donec confirmati Renes Sanguinem fundere deſinant, vel minus inflammabiles Spiritus motum Corpus perferre poſſint ſine noxâ. Somno Corpus reficiat, à quo ſi vel melancholici Vapores vel Calor ἀονωδὴς ipſum avocent, Arte etiam provocetur. Ladano ad Granum unum vel alterum cum Conſerva Roſarum exhibito, Semine Papaveris in hordeato Diacodio, *&c.*

Animo majorem quàm Corpori (quoad per negotia publica licebit) tranquillitatem imperet, & fugiat omnia violentiora Animi Pathemata. Rationem Senſibus imperitare oportet, & objectis Facultates rapido motu cientibus reluctari.

Denique Excrementorum omnium procuret facilem per loca conferentia & convenientes ductus evacuationem, cum copiosè urina perfluat per διαβήτην Sudores ſiſti, non minus quam fæces ſiccari ex Aphoriſmo neceſſe eſt, unde unicus reſtet Scopus, ut ad Alvum diverſatur Serum aliquâ ex parte quo Natura à Conſuetudine pravâ avocetur & Alvus reddatur lubrica in maximum totius Corporis beneficium, ſit frequens Clyſter emolliens, leniens, Inteſtina humectans. ℞ Caput Vitulinum, coquatur in Sero Lactis recent. addendo Hordei integr. Furfuris an. M. i. Foliorum Malv. Alth. Violar. Atriplicis, Acanthi an. M. i ß. Lactucæ, Solani, an. M. ß. Flor. Nenuph. P. iv. Flor. Chamæm. & Melil. an. P. ii. Semin. Frig. maj. ℥ i. Semin. Lini ℥ ß. Sem. Aniſi & Fœnic. an. ʒ ii. Fiat Colatura, de quâ cape ℔ i. Catholici Electuarii lenitivi recent. parat. an. ʒ vi. Mellis violati Sacch. alb. an. ℥ i ß. Aq. Roſ. ℥ ii. Vitell. Ov. N°. i. Miſc. Fiat Enema.

Eccoprotica ſunt, Caſſia immediatè ante Cibum, ſumpta cum Syrupo violato. Paſſulæ laxantes aut Pruna laxantia præparata cum Senâ, Mannâ Calabrinâ & Sacchoro, ut Artis eſt. Aqua vel Omphacium ex Senna in Juſculo. Folia Mercurialis cum radice Violarum in Juſculo. Iſta ſufficiant ex infinito cenſu collecta, quæ in diverſas formulas à Medicis aſſiſtentibus compingi poterunt pro ægri appetitu.

Liconiam autem Corpus aliquando Pharmaticâ magis ſtrenuâ & ſolemni Purgatione indiget, celebranda ſingulis, aut alternis Menſibus, vel ſaltem ad ſingulas Tempeſtatum mutationes paretur Syrupus Magiſtralis ſequens

℞ Radic. Violar. ℥ iv. Polypod. ℥ vi. Fol. ſicc. Fumar. Ceterach. an. ℥ i ß. Epithymi Cuſcutæ an. ℥ i. Fiat omnium Decoct. & Colatura, in quâ infunde per Horas *xxiv*. Caſſ. Fiſtul. recenter è Cannâ extractæ ℥ viii. Mox poſt unum aut alterum Fervorem levem fiat Colatura ſeorſim reſervanda. ℞ Fol. Sen. mundat. minutiſſ. inciſ. ℥ vi. Irrorentur

Vino albo odoro, mox infund. per biduum ad leviſſimum Calorem Balnei roris Tepiduli in eâ quantitate Aq. ſtillat. Pom. Redolentium & Fumariæ, quæ ſupernatet vi. digit. Deinde fiat Expreſſio quæ cum Colaturâ prædictâ miſceatur, addendo Infuſionis Roſarum pallidarum ℥ viii. Mannæ Calabr. puriſſ. ℥ v. Syrup. de Fumar. compoſ. & de Pom. ſolut. an. ℥ vi. Ms. & in Alembico vitreo, lentiſſimo calore fiat Exhalatio ad conſiſtentiam Syrupi, de quâ cap. ℥ ii. iii. iv. cum Ptyſanâ vulgari. Quod ſi imbecillius videatur hoc Remedium, ℞ Polypod. ʒ vi. Fumar. M. ß. Fiat Bugloſſ. P. ii. Sem. Aniſi & Fœnic. an. ʒ i. Glycyrrhiz. ʒ iii. Pulp. Tamarind. ℥ ß. Paſſul. par. iii. Fol. Sen. ʒ iii. Fiat decoct. & Colatura: In quâ reducta ad Doſin. diſſolv. Syrupi dicti ℥ i ß. ℥ ii. plus minuſve pro operatione & viribus, quarum æſtimatores æqui erunt Medici præſentes.

Corpora purganda fluida facere oportet, inquit Hipp. Hoc eſt, præparandi ſunt tenaces Succi antequàm Catharticis exturbentur. Primum inter præparantia Locum obtinent Chalybeata Remedia, quorum alia dari debent ut Corpus reddant ἐυροῦν in liquidâ ſubſtantiâ; alia verò ut Virtute ſpecifica doment & corrigant Atræ Bilis malignitatem, quam reſtibilis Lienis in iſta generatione fœcunditas ſubinde ſuppeditat. Ad primam Claſſem referantur Aqua rubiginis ferri, Aqua ad Humorem Melancholicum ex profeſſo diſtillata, in quâ vel ſæpiùs extinctus fuerit Chalybs vel diu macerata Squama ſive Battitura ferri. Infuſio Croci Martis aperientis facta in Vino & Aquis Pomorum & Fragorum, Syrupus de Pomis cum Scoriâ ferri. Vinum vel Pomaceum Chalybeatum cum triplo Aquæ Fumariæ vel Pomorum. Fumariæ tanta vis eſt in hoc affectu ut nunquam ſit omittenda; quidquid tandem Medicamentoſum ad ejus profligationem præparetur.

Majorum virium & ad virulentiam efferi Succi, pertinaciſſimaſque obſtructiones ſpecificum Remedium ſecundæ claſſis fuerit, Crocus Martis aperiens, ſeu Chalibs exactiſſimè præparatur in ſubſtantiâ mixtus cum Conſervâ Fumariæ, & Cichor. Confectione Alkermes, magiſterio Corallorum, Perlarum Lapid. Cancrorum & Gagatis; quæ omnia excipiantur Syrupo ex Succis Fumar. Cichor. Bugloſſ. At quoniam ſuſpecta eſt in hoc Remedio Siccitas, ſuperbibatur Serum lactis cum Syrupo de Pomis redolentibus. Siccitas eſt Lima caloris, cui corrigenda inſervient præter Serum Caprillum cum Fumariæ & Pomorum Succis præparatum, Lac Aſininum, Balneum egelidum cum Emollientibus & refrigerantibus, additâ etiam tertiâ Lactis parte. Aquæ Spadenſes refrigerando obſtructiones ſolvent, partes roborabunt, ſuperfluum educent Sanguinis Serum, ſiqua Siccitas metuatur, emendabitur Syrupis violato & de Pomis.

Symptomata nonnunquam nos à Morbi Curatione avocant. Cruenta mictio demulceatur, vel etiam ſiſtatur emulſionibus Semin. Papav. albi Lactucæ, Portulacæ, Plantag. fact. in Aq. Roſ. Plantagin. Portul. infuſionis Maſtiches. Addatur Gumm. Arabicum, Epithemata refrigerantia Lumbis, Hepati, Cordi, ſubinde applicentur. Renum regio ungatur quotidiè ratione Dipſaci litu ex duabus partibus Ung. Nutriti parati cum Aceto decoctionis Lythargyri colato, & Oleo roſato Camphorato, & parte unâ Pópulei recentis. Emplaſtro ex Ung. Nutrito cum Hyoſcyami. Cicutæ, Camphoræ, Spodio, Oſſibus humanis ad Albedinem calcinati eædem erunt Vires. Narcoticorum vel melius aſſumptorum ſic commodus incidet uſus, in quibus Medicus videat ne ſuperet vel tranſgrediatur modum, neve ea niſi urgente neceſſitate ex Galeni præcepto adminiſtret. Prudentia eſt in omni negotio, at præſertim in re Medicâ firmiſſimum gubernaculum, cui aſſiſtere oportet Virum Doctum, quem Dominus curationi ſuæ præfecerit. Chirurgiæ etiam hic locus eſt. Aperiantur ſæpius affixis Marginis Ani Hirudinibus Hæmorrhoides, tundatur earum Vicaria Saphæna, Aliquando ſecentur ſuperiores Venæ, ſed parcâ manu, hic ſiquidem non tam larga & profuſa evacuatione quàm ſpirituum in Vaſis tumultuantium aliquantula Flabellatione opus eſt. Plura, vel magis particulatim ſcribere vetat eorum qui valetudini Illuſtriſſimi Legati invigilant doctrina ſingularis, qui ex iſtis ea ſeligent, quæ profutura crediderint, vel ea detrahent aut immutabunt, quæ ſuaſerit occaſio. Siquidem Animæ curationum ſunt temporum opportunitates, quas mihi abſenti captare eſt impoſſibile.

Datum *Salisburii*, Calendis Auguſti 1615.

Theo. Mayerne.

R. M. B. M. P.

D. Craig, *Theologiæ Profeſſor, Salmurii, laborans profuſiſſimo Hæmorrhoidum fluxu, Ani Inverſione, quæ procidentiæ ſucceſſu, & Nephritide ab arenulis. Ann.* 38.

EVacuationum omnium ſeu naturalium ſive earum quas Ars in humanis Corporibus molitur commodiſſimus terminus circumſcribitur, utilitate & facili tolerantiâ. Ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ut ex adverſo πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, τὸ δὲ κατ᾽ ὀλίγον ἀσφαλὲς, omne nimium naturæ inimicum, quod paulatim fit tutum, & nihil quidquam quod modum naturæ exceſſerit bonum οὐ πλησμονὴ οὐ λιμὸς οὐδ᾽ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅτι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

Evacuationum omnium quas vel Natura vel Ars in humanis Corporibus molitur, commodiſſimus terminus circumſcribitur utilitate & facili tolerantiâ, ut ſecuritas modo qui mediocritatem ſervet, ſiquidem omne nimium Naturæ inimicum. Melancholicis Hæmorrhoides aut Varices ſuperveniere, bonum; At unà cum atro Succo totum pene Sanguinem effundi & quà data porta ruere, Spiritus exhauriri & calorem nativum continuò fluxu diſſipari, peſſimum, & Tabis Hydropiſve prænuntium. Virum ornatiſſimum, qui medicam poſtulat opem, malè multis abhinc Annis habet Symptoma in excreto, profuſiſſimâ nempe Hæmorrhagiâ per Venas in rectum Inteſtinum deſinentes, cujus torrens tam crebris intervallis erumpit vel intermedium tempus reficiendo Corpori & inſtaurandis Viribus non ſufficiat. Quod ſi Natura Theſauri ſui avara & tenax vitæ Fomitem aliquanto plus ſolito retinere conetur, ſuccedit major Calamitas, & priore pejus incommodum; Vertigo, *viz.* Syncope, circa Umbilicum Tormina, Periculum denique eorum omnium quæ decubitum Humoris melancholici ad partes concomitari ſolent, ex Aph. 56. Sect. 6. *In Morbis melancholicis ad partes Corporis decubitus humorum ſunt periculoſi: Aut N. Apoplexiam, aut Convulſionem, aut Furorem aut Cæcitatem ſignificant.* Quæ non niſi denuò prorumpente Sanguine ſedantur aut ceſſant: Ad pluſquam decennalem iſtam affectionem ſubſequuta eſt olìm Ani procidentia ab Humectatorum per continuam Irrigationem Ligamentorum & Muſculorum recti Inteſtini laxitate, quæ nunc deſiit in ejuſdem inverſionem. Cæteris accuditur à longo decubitu Nephritis, cujus poſt ſæviſſimum Morbum implacabilem expertus eſt Carnificinam. Iſtorum omnium cauſæ inveſtigandæ ſunt in partibus naturalibus, quarum Intemperies, & multiplex conformationis vitium morbificarum cauſarum ſunt fæcundiſſima primordia. Hepar calidiſſimum & ſicciſſimum Sanguinem talem generat, quem Sero plurimo dilutum per Venarum Tubos diffundit fluendo ratione Caloris, Tenuitatis, Acrimoniæ aptiſſimum, alendo Corpori ineptiſſimum; unde non mirum eſt, ſi deficiente in qualitate & quantitate Alimentario ſucco Corpus emacietur μαρασμώδης. Fervidi Sanguinis fæcem attrahere, & conficere deberet Hepatis vicarius Lien, in quo latere ſuſpicor Vitia plurima, & reprehendenda eſſe molem exiguam, Parenchymatis laxitatem functionum naturalium, & facultatis præſertim Concoctricis & Retentricis errorem. Unde fit ut quamvis attrahat vel ab Hepate amandante multum, ſed ſucceſſivè ſuſcipiat, parum tamen contineat, minus conficiat aut digerat, minimum retineat, ſed quamprimum vel expellat, vel ſinat elabi Atrabilarium Succum, cui præter maniſeſtas qualitates etiam accedit Naturæ infeſtiſſima malignitas, quæ expultricem irritans eſt veluti omnium præſentium malorum aculeus & calcar huic Sanguini permixto. A Liene expurgando dicati ſunt Hæmorrhoidales ſurculi à ſplenico Ramo oriundi, qui cum in Ano nimis patulo Orificio hient, haud mirandum, ſi poſt evacuatam iſtam Sanguinis veluti Amurcam, optimus Sanguis neceſſariâ conſequutione ob Venarum ſibi invicem connexarum σύρροιαν effundatur. Nobis curationem ſuſcepturis non levis incidit Scrupulus, quippe ſi differatur, inevitabilis pernicies præ foribus eſt: Si perficiatur, neque id periculo vacat, ut indicat Humoris retenti ad Cor & Cerebrum ἀναδρομή. Vertiginis & Syncopes cauſa, audiamus *Hippocratem* 4. Epidem.

Alcippus cum haberet Hæmorrhoidas, à curatione prohibeatur, curatus inſaniit; Febre acutâ ſuccedente ceſſavit. Ideò Aphor. 12. Sect. 6. A diuturnis ſanato Hæmorrhoidibus, ſi una non ſervatur aperta, Periculum eſt Aquam inter Cutem vel Tabem advenire. Iſta docent nos potius ſollicitos eſſe debere de cauſarum fluxum excitantium correctione, quàm de ipſius Fluxus cohibitione. Siquidem ſublato irritamento & corroboratis partibus per quas ſuccedit fluor, Natura reliquum facilè præſtitura eſt.

Porrò cauſæ ſunt, partium vitiatus Tonus κακοπραγία ab intemperie, Sanguinis fervor, tenuitas κακοηθία. Quocirca omne tulerimus punctum ſi corroboratis & contemperatis Hepate, & Liene, Sanguini refrigerando, incraſſando per Seri diverſionem, & per ſpecifica corrigendæ atque extinguendæ AtræBilis malignitate incubuerimus, non neglectâ eâ curâ quæ Ani partibus relaxatis, ejuſque vaſis minus convenientibus debetur. Renum affectus Symptomaticus eſt, qui vel propria Remedia poſſet, vel quibuſdam ad alia mala exhibitis aut curabitur aut ſaltem demulcebitur. Harum intentionum Inſtrumenta iſta ſunto.

Victus ſit refrigerans, humectans.

Corpus nunc vix feret Exercitium, à quo Hæmorrhagia excitatur, accenſis Spiritibus, exercendum tamen moderatè ante Paſtus, vel deambulatione levi, vel equitatione Intollutario Equo commodiſſimè badiſante. Abſtinendum à vitâ tam ſedentariâ, atque ea concipienda, ſpes non irrita, fore, ut poſtquam confirmata fuerint Viſcera, non tantum ſit Hæmorrhagiæ periculum, atque citra noxam æger perferre poſſit motus Corporis etiam vehementiores.

Procurandum in primis, ut Excrementis omnibus naturalia pateant emiſſaria, & ne afflictæ parti detur afflictio major, ſumma eſt habenda cura ut Alvus perpetuò fluida maneat. Decernantur itaque Eccoprotica pro ratione ſegnitiei Alvi, & diſpoſitionis ægri uſurpanda.

Syrupus Violarum ſolutivus, vel de Pomis, ſolutivus, cum Mannâ, Sennâ, Polypod. Tamarind. Caſſiâ.

Senna in Juſculis cum Manna, Semen. & Rad. Viol. in Juſculo Mercurialis folia.

Pruna vel Paſſulæ Cathartic. ℞ Fol. Sen. mund. ℥iv. Concidantur minutiſſ. irror. æqu. part. & ſ. q. Vini albi tenuis & Succi Limon. mox Fiat Infuſ. in Aq. Fumar. & Endiv. per horas *xxiv.* in B. M. Deinde fiat expreſſio in qu. Macera per biduum ad lentum Calorem Vaſe probè clauſo Prun. Damaſcen. ℔ i. poſtquam intumuerint, effundatur ab iis reſiduum Infuſionis, cui add. Mannæ Calabrin. puriſſ. ℥ iii. Sacchari violat. ℥ iv. Syrupi è Caſſiâ præſcripti ℥ iii. reduc. ad debitam conſiſt. Syrupi, in quo ſerventur Pruna mane ſumend. N°. 3. 4. 5. Horâ unâ ante Prandium. Melior erit operatio ſi ſumantur Cochlearia duo, vel tria Syrupi cum Prunis.

Iſta ſufficiant ad purgandum, quæ aliquoties iterata, frequentiâ ſuâ aliorum Activitatem compenſabunt.

Sed hæc levia, licet bona; neque enim in ipſis tam inveterati Morbi curatio quærenda eſt; quam ſitam Autumno in Marte & Corallis.

Vinum Chalybeatum, potentius erit præſcripto Syrupo, eritque uſurpandum ſi eventus voto non reſpondeat. ℞ Croci Martis aperientis ℥ viii. Rad. Cichor. Cort. rad. dulcamar. an. ℥ i. Rad. Tormentill. ℥ i *ſs.* Santal. Citrin. ℥ *ſs.* Raſur. ductis Hyppopot. ʒ vi. Semin, Plantag. ℥ i *ſs.* Semin. Alkek. ʒ x. Vini albi Rupellenſis ℔ iv. Aq. Cichor. Agrimon. Tapſi barb. an. ℔ i *ſs.* Tincturæ Corallorum ℥ i. Succi Cydon. depur. ℔ i. Fiat Maceratio, infimo vaſe vitreo probè clauſo per Dies *xv.* Ante uſum capiat manè ab ℥ iii. ad iv. Horis *iv.* ante Prandium, Corpus leviter exercendo, idque per duos, tres, quatuorve Menſes, pro ratione effectus, & diſpoſitionis Ventriculi.

Potentiſſimum verò erit Ferrum in ſubſtantiâ. ℞ ſquamæ ferrique juxta Incudem fabrorum reperitur ℔ i. teratur ſubtiliſſ. & agitetur cum ℔ i. Aceti Roſ. acerrimi ad Aceti Conſumptionem, ſiccetur in Umbrâ, ter repetatur iſte labor, & Pulvis ſervetur ad uſum.

Tanta vis eſt ferri, & prædicta Squama utiliter macerari poſſit in Potu ordinario, Nodulo incluſa. In ſummâ, in omnibus ſive Medicamentis ſive Alimentis (liquidis præſertim) ſi ferrum addatur, Operæ pretium fuerit.

Ab efficaci hoc Remedio fiat tranſitus ad Corallum, cujus Syrupus, Magiſterium dulce, Tincturas primas obtinent in depurando Sanguine, ſiſtendo ejus impetu, corroborando Hepate.

Nunc decernenda quædam ad partem affectam; geſtet in Caligis appenſum ad regionem Ani Sacculum plenum Radicum Scrofular. majoris & Chelid. min. Filipendul. Amulcum. ex Dente Equi marini in digito medio manus ſiniſtræ.

Inverſus Anus abluatur decoct. Virgæ aureæ Sanguinar. unicæ Pervinc. Sangui ſorb. parato in Aqua chalyb. conſpergatur Cornu Cervi ad Albedinem Calcinato, & reponatur. Suffitus ex eodem decocto cum dimidiâ parte Aceti projectis in Scoriam ferri candentem ſæpiùs excipiatur in Sellâ perforatâ quotidiè Manè & Veſperi. Lumbi cum Oſſe ſacro liniantur Unguento populeo, Alabaſtrite, Camphorato: Oſſi ſacro applicetur Empl. ex ♂ ♄ Camphora, Cicuta, Populeo.

Irruente profuſius Hæmorrhagiâ mittatur Sanguis ex alterutro, vel utroque Brachio.

Phlebotomia etiam utiliter celebrabitur tanquam πϱοφολακτικὸν ter quaterve in Anno. Satius ſiquidem in pari quantitate vacuationis, Sanguinem retrahi ad ſuperiora, quàm impenſiùs neglecto fræno vel quovis Obice per inferiora prorumpere.

Applicentur Cucurbitulæ regioni Hepatis & Lienis. Bibat Lapidem Brunellæ ad ʒ i. In Aquis hordei Roſarum & Plantaginis. Perſicaria plantis Pedum applicetur, Lumbis Cataplaſma ex Argillâ emollitâ ſuccis Plantagin. Portulac. Sophiæ & Aceto roſaceo.

Fiat Injectio in Anum ex iiſdem Succis, inverſa ſede applicetur

tur Oſculis Vaſorum hiantibus ἴσχαιμον ex Colchotare ⊕li dulci & Oſſibus Humanis ad Albedinem calcinatis. Tandem veniendum rebus deſperatis ad Ignem & urendæ Venæ candente Ferro. Iſta ſi fiant, & tam ab ægro quàm à Medicis qui ipſius valetudini inſtaurandæ invigilant Ordine & Tempore debito præſtentur, non ſolùm non vexabitur doloribus quos Colicos vocat, Vertigine, & Animi deliquio, verum correctâ ex Fundamento antecedente causâ, conjunctæ moleſtæ eſſe deſinent, & ſublatis Morborum Corporibus Symptomatum Umbræ fœliciter evaneſcent, quod Omen Benedictione ſuâ fauſtum eſſe velit Deus optimus maximus, cui ſoli ſapienti & omnipotenti, ſit Honor, Laus, & Gloria in Secula ſeculorum. *Amen.*

Dat. *Greenwichi* Nonis Octobris, 1615.

Theo. Mayerne.

My Lord Maxwell. 7 *Dec.* 1615.

EXanthemata in facie. Naſi Rubor.

Vitia iſta hæreditaria, etiam extenſa ad Fratres & Sorores.

Hepar præcalidum. Sanguis vaporoſus, impurus, non vacans terrena fæce aduſtiſſima.

Temperam. Sanguin. bilioſum.

Temperandus Sanguis, & mundandus atque procuranda laudabilis in ipſo Hepatis Parenchymate, αἱμάτωσις.

Subeſt aliquod vitium non in temperie tantum, ſed & in tota Viſceris ſubſtantia.

Via ad Salis nativi Corruptionem, & Balſami alterationem Ratione eſt præcavenda.

Unicum ad iſtam Intentionem præſidium in ♁ cujus Spiritus Sal, Subſtantia fixa, ſive Diaphoreticum, aut Flores fixi, primas tenent ad Sanguinis depurationem.

Mercurius depurat, ſed non per Cutis Emunctorium tam potenter. Ebullitionem tamen prohibet, Viſcera temperat, & acrem Tartarum educit per Sedem, ſeparans impurum craſſius à puro ſit pro purgante.

Sanguinem purificantia ſimplicia.

Cuſcuta Ventriculo gravis longo uſu, niſi addito Aniſi momento. Lupulus, Fumaria Ophyogloſſ. Quæ ex ♀ Tincturæ Flor. refrigerantium & Cordialium Vetonic. rubr. cum Ol. 🜍 ⊕.

Fervorem Sanguinis temperant Phlegma Aluminis Vitrioli in Potu. Item Aq. Sperm. Ranarum poto.

Ordo Agendorum.

Vere & Autumno Purgatio univerſalis.

Clyſter, Apozema Hepaticum Spleniticum, in tres Doſes purgans cum Sena, Caſſia, Manna, Rheo, Syrupo Roſ. pallid. ſolut. & de Fumar. ſolut.

Juſcula cum Hepaticis Crem. Tart. Spiritu ⊕li. Oleo Sulphuris Lapide Brunellæ, quo nihil præſtantius ad refrigerandam & impediendam Humorum ζύμην, per octiduum.

Purgatio iteretur, vel fiat cum Diaprun. Sol. & Diaphœn. Confect. Hamech. Add. Calomel. ℈ i.

Aperiatur Vere Baſilica dextra, Autumno Siniſtra ad ℥ viii.

Balneum tepidulum ab eo Apertio Hæmorrhoid. & Saphen.

Serum lactis clarificatum cum Fumar. Cichor. ſucco Pomor. per xx. aut xxx. Dies.

Deinceps quotidie Manè & à Prandio Julep ex Aquis Fumar. & Pomor. redol. cum Syrupo magiſtrali parato ex eorundem Succis depuratis & Saccharo, addito Santalo Citrino.

Vel Julepi ex Tincturis Extract. cum Aq. Fumar. Chicor. Pomor. dulc. Syrup. Violat. & de Pom.

Sit fluida Alvus, quæ ſi reſtitet, ſubducatur Enemate crebro, cujus etiam commodiſſimus effectus erit revulſio ad inferiora omni Arte tentanda.

Cucurbitulæ crebræ Nuchæ & Scapulis cum Scarificatione.

Hirudines pone Aures ad primas Naſi.

Apertio Ranulorum mirè exonerat Caput.

Topica.

Sudet ſemel in Septimana facies, inclinando Caput tectum ſupra Decoctum Furfuris Melilot, Saponariæ, Urticarum, Chamæmeli, Heder. terreſter. Chelid. maj. paratum in Aqua & Lacte, excipiatur Fumus per Horam integram veſperi ante levem, vel etiam nullam Cœnam eaque Veſpera caveat ab Aëre.

Puſtulis applicetur Emplaſtrum de Ceruſſa & Dyachyl. album addito ☿o albo at Fuco aut Calomel. idque interdiu fiat, at id majoribus & pertinacioribus Puſtulis. Minora Exanthemata ut & Jonthi tangitur Nodulo ex Sale ♄ Camphora, Alumine uſto, Baurace, lapide Brunell. madefact. in Aq. Sperm. Ran. & Nenuph.

Vel extrahatur, cum Aq. Sperm. Ran. & Phlegmate Aluminis muccago Sem. Pſyllii & Cydoniorum, & additis Speciebus prædictis Linimentum Puſtulis induendum.

Aut cum Aceto forti extrahatur muccago, & additis Floribus Sulphuris Pulticula applicanda noctu.

Aqua Coſmetica mea præſcripta pro Do. *Harrington.*

Aqua Myrrhæ ad abluendum faciem mane.

In pertinaciori affectu proſunt ☿lia, quibus tamen utendum raro, metu Dentium & fœtoris Anhelitus.

Noduli cum ≏to. dulci & ♄ exprimendi in Puſtulas.

Omphacium cum ſublimato, vel Aqua Coſmetica cum eodem.

Pomata cum Fuco Ung. Citrinum cum eodem.

Bona Victûs Lex, abſtineat à calidis omnibus.

Potus pomaceum, Cereviſia cum Antiſcorbuticis.

Paſſulatum cum Hepaticis Ptyſana, Vinum dilutum. At vide eas qui Aquam bibunt, ſi iſtis Exanthematis conflictentur pejus ſe habere quam ſi Vino mero utantur, an quia à Vino Humores tenuiores redditi facilius per Cutem difflantur quam ab Aquæ frigore denſati. An quia circa præcordia frigida fluctuans per ἀντιπερίστασιν validius propellit ad habitum ſuccos calidiores ?

Materia Succi Glycyrrhizæ compoſ. ad affectus Pulmon. & Pector. frigid. & promovendam Expectorationem.

Mel Paſſularum. Succus Glycyrrh. ſine Pulp. rad. alth. Empyreumate.

Sapa Cydonior. aut mira ſi tenuis Fluxio.

Sapa Vini.

Pulvis Saſſafr. Coriandr.

Pulv. Cort. Arant. & Citr. exter. condit. ut a. e.

Saccharum cand. Craſſiuſcul. trit.

Ambr. griſ. Moſch.

Ol. Aniſ. & Cynam.

Ol. Sacchar. cum Aq. vit. vel Aq. Cynam. parat. Aqua clareta ad diſſolut. Succi Glycyrrh. Hydromel. Malvatic.

Compoſitio.

℞ Sacch. cand. ℥ iii. Aq. vit. communis ℥ vi, Ms. incendantur & continuò agitando fiat Oleum ut Artis eſt.

℞ Paſſular. ab Arillis mundatar. ℥ iv. Bulliant ad Crepaturam in Ptyſana vulgari vel Hydromelite malvatico.

Trajiciatur Pulpa per Linteum vel Setaceum & cum reſtibili decocto lenta coctura reducatur ad Mellaginem.

℞ Rad. alth. Recent. mund. ℥ iv. Bulliant ad Putrilaginem in eodem Liquore, & fiat Trajectio atque Inſpiſſatio, ut Artis eſt.

Sapa defrutum. Reſinet non aduſt. Sit in promptu.

℞ Glycyrrh. Anglic. recentis per Taleolas ſectæ ℥ iv. Diger. in Vino albo tenui per Horas 24. Mox bulliant per Horas 2 aut 3. Fiat Expreſſio & lentiſſimo Calore per Exhalationem coagulatio ad conſiſtentiam Pilularum. Si addatur aliquid Succi Limonum,Granatorum, aut Cydonior. Gratius erit Acidodulce medicamentum.

℞ Cortic. exterioris Citri & Arant. tenuiſſime Cultro acutiſſimo delibrati q. v. Saccharum cum Aqua Naffæ aut Roſarum, coquatur in Elect. ſolid. cui adhuc calenti & liquido admiſceantur Cortices, mox in Charta ſiccentur, atque cum Opus fuerit in Pulverem reducantur.

Formulæ.

℞ Succi Glycyrrh. ℥ iii. diſſolv. in Oleo Sacchar. ad conſiſtent. Syrup. Adde Mellis ſive Pulpæ Paſſular. ℥ ii. Pulp. Radic. Alth. ℥ i. Sapæ ℥ i *ß*. Pulv. Cortic. Arant. & Citri ſubtiliſſ. an. ℥ *ß*. Pulv. Saſſafr. Corticis vid. vel Meditallii ʒ iii. Ambr. griſ. ʒ *ß*. Moſchi Orientalis gr. x. lentiſſimo Calore. Fiat Maſſa.

Ut diutius in Ore hæreat, nec ita facilè diſſolvatur, dum adhuc mollis eſt, addantur Fruſtula Sacchari candi ſerv. in Pixide.

In Aſthmate & Ulcere Pulmonum poterunt utiliter & commode admiſceri huic Ecchylomati Flores aut Lac Sulphuris vel Rubinus cum Oleo Juniperi primo, vel Aniſi, deinde cum optimo Vini Spiritu ſ. a. extractus.

Aliter. ℞ Succi Glycyrrhizæ in Oleo Sacchari diſſoluti ℥ ii. Pulp. Paſſul. ℥ i. Mel. Parat. ex Ficubus Dactylis & Jujubis in Ptyſana vulgari ad Putrilaginem coctis & expreſſis ℥ ß. Ms. & lentiſſimo Calore continuò agitando fiat veluti Electuar. vel potius Maſſa conſiſtentiæ Succi inſpiſſati, Opii Hypocyſtidos Acaciæ.

Jam ſi opus ſit incraſſare materiam fluentem in Pectus. ℞ Hujus Succi ℥ i. Margar. & Corall. in Magiſter. reduct. an. ʒ ii. Boli Armen. Terr. Sigill. an. ℈ i. Gumm. Arab. & Tragac. an. ℈ ß. Sapæ Cydonior. inſpiſſat. ʒ iii. Fiat Maſſa, cui neceſſitatis tempore poterunt addi Grana aliquot Philonii Vechici aut Laudani dulcis.

Si craſſa ſit Blenna, ut in Aſthmate.

℞ Succi glic. ℥ i. Lactis vel rub. Sulph. cum Oleo Aniſi aut Saſſafr. & Spiritu Vini parat. ʒ ii. Ireos flor. ʒ ii ß. Pulv. Glycyrrh. ſubtiliſſ. ʒ iii. Cortic. Citri. & Arant. condit. ſicc. an. ℈ iv. Echylomatis Enul. Campan. ʒ i ß. Ambr. griſ. ℈ i. Moſchi gr. v. Olei Cynam. ℈ ß. Ms. Fiat Bolus.

Ita præſcripſi pro Fratre Domini de *Villiers* violentiſſimè tuſſiente. ℞ Succ. Glycyrrh. ℥ i. Diſſolv. in Aq. Roſ. Add. Pulp. Paſſul. ʒ vi. Coq. ad Conſiſtentiam Electuar. Add. Pulv. ſubtil. Glycyrrh. ʒ iii. Magiſt. Perlar. & Corall. dulc. an. ʒ ii. Ireos florentiæ ʒ i. Ms. & lentiſſimo Calore continuò agitando fiat Maſſa, ex qua hujuſmodi Arom. gr. ii. Moſchi diſſolv. in Aq. Roſ. ſub finem addendo. Utatur interdiu.

Mr. le *Natier Greffier* ou *Chaſtelet*. 15 Sept. 1615.

Aſcites.

VIR 50 Annorum, ex Bilioſo Melancholicus, ante quatuor vel quinque Menſes cæpit palleſcere & Faciem habere tumidam; liberius attamen antea vixit & Baccho Venerique indulſit ſtrenué. Ante ſex ſeptimanas lapſus in Hydropem Aſcitem, ſine Virium proſtratione, ſalvo Somno & Appetitu, præſente Siti, non tanta tamen quin ſibi ipſi imperet. Pulſus laudabilis, Urinæ primo inſtar fæcum Vini, nunc claræ rubræ, cum contentis divulſis ac ſuſpenſis. Magna Abdominis diſtenſio.

Hepatis qualitas non potuit explorari, ob Muſculorum & Cutis diductionem.

Peripheria totius Corporis circa Umbilicum & Lumbos hodie 16 Septemb. habet triplicatam, iſtius Chartæ longitudinem, cum Pollicibus viii. Pollices meos 41.

Hæmorrhoides aliàs fluxerunt, quæ nunc à Medicamentorum aſſumptione ceſſaverunt.

Theoria.

Debilitatum multiplici Compotione Hepar, & Calor nativus liquidior factus, unde præcedens Cachexia per aliquot Menſes; cui ſucceſſit Hyderus. Circa Cava attamen Hepatis, ipſumque Meſenterium Fæces iſtæ quaſi vinoſæ Coacervatæ ſunt; quæ impediunt & diſtributionem Chyli per Meſaraicas & Venam αἱματώσιν ob effœtum Calorem. Multiplicatur autem indies iſta Colluvies, unde à viſcidâ materia & languido Calore Flatus multi inInteſtinis obHepatis ἀτονία, loco Sanguinis laudabilis Seri multi qui per Diapedeſin effluit in Abdominis Capacitatem exoneratio.

Praxis.

Primo, craſſiora & δυσκινητώτερα amovenda, ut his ſublatis impedimentis Seroſorum fiat facilior & liberior tranſcolatio.

Incide, attenua, purga, aperi Aquas per Sedes, & Urinas educitò, & imprimis Hepar robora, cæteraque omnia Viſcera.

Data tria Apozemata aperientia & purgantia cum Ebuli Semine Medulla Carthami, Sena, Agarico & Syrup. Roſ. Rub. Pall. ſolut.

His educta tartarea Fæx copioſa, & qualis potuit optari.

Fotus humidi juxta prædictas Intentiones.

Pil. Coch. min. ℈ ii. Panchymag. gr. x. mirabiliter operatum Medicamentum, & educta viſcida, ſeroſa, viridia, liquida, copioſa, illico ab aſſumtis Pilulis factus Fotus ſiccus è Sacculis calefactis ad Vaporem Aceti extinctionis Laterum candentium.

Hoc ipſo Die 16 Septembr. Filo notata Corporis Peripheria.

Riverius vult Fotum fieri cum Scutella lignea, Sarmentorum Cineribus calidiſſimis oppleta, ſuperpoſitis idoneis Herbis & Linteo, quæ inverſa apponatur Abdomini diu & ſæpe.

Secundo, Clyſteres ſæpius injici ex ʒ ii. Pil. Coch. min. in Vino alb. per noctem infuſ. addita poſtridie ſ. q. Juſculi Omazorum vel Capitis Vervecini.

Tertio, purgari ſæpius per intervalla Corpus Pilulis Coch. min. cum Panchymagog.

Quarto, intermediis Diebus dari Pilulas ex Gum. præſertim Ammoniaco Chalybeatas.

Pena Quercet. Turquet.

Dentur primò tria Apozemata præſcripta, quibus potuiſſet addi Soldanella.

Fiat Fotus longus per plurimos Dies.

Paretur Hydromel Enulatum bibendum ſingulis matutinis ſupra Tabellam.

Vel detur Pilula una aut altera ex ſequenti Maſſa ſuperhauſto Juſculo diſſolutionis Magiſterii, ſive Arcani Tartari. Juſculum ſit aperiens, cum Cicerib. Rad. Petroſel. Fœnic. Aſparag. Capparib.

℞ Gum. Ammon. in Aceto Scyllit. diſſolv. ℥ *ß*. Aloes ʒ iii. Pulv. Fol. ſen. & Crem. Tart. an. ʒ ii *ß*. Rhab. Electi ʒ ii. Fæcul. Irid. & Bryon. an. ʒ i *ß*. Myrrh. Croci an. ʒ i. Salis fraxini Abſynth. Corall. Tartar. an. ℈ ii. Nitri per Sulphur. fixi ℈ iv. Ol. Aniſ. ʒ i. Syrup. de Abſynth. q. ſ. Fiat Maſſa, Doſis ℈ i. vel ʒ *ß*.

Tertio die ſemper injiciatur Clyſter præſert. primo, deinde ubi Aquæ potentius erunt vacuandæ, is qui ſit ex Infuſione Antimonii in Vino albo cujus Infuſionis v. gr. ℥ ii. admiſceantur Clyſteri.

Sexto repurgetur Pilulis vel ſequenti Infuſo.

℞ Rad. Bryon. ſiccatæ ℈ ii. Mechoacan. ʒ i. Sem. Ebuli ʒ ß. Infund. in B. affuſa Seri Lactis per Oxymel. clarificati ſ. q. & addita ℥ i. Sacch. Cand. per triduum, fiat Colatura qua exhibeatur.

Poterit bis vel ter ſequentibus vel alternis Diebus juxta Vires dari Pilularum cum Panchymag. Doſis.

Succus fol. Ebuli Clarific. & cum Saccharo dulcoratus Aquas potenter ducet. Item ejus Semin. in Vino alb. infuſ. per Noctem & ſequenti Aurora propinatum. Extractum Eſulæ minoris ex ſucco per B. depurato & inſpiſſato ut ſcis.

Oleum expreſſum è Semine Ebuli ad ℈ i. vel ʒ ß. è Juſculo aperiente.

Toti Ventri applicetur Emplaſtrum tale.

℞ Picis navalis ℥ vi. Reſin. Colophon. an. ℥ iii. Gummi Elemi ℥ ii. Caranna Tacamah. an. ℥ i. Styrac. Calamit. Benjoin. an. ℥ ß. Ligni Aloes Santal. Citr. an. ʒ iii. Baccar. Lauri Stercoris Columb. an. ℥ i ß. Sulphuris vivi Pulv. Cochl. contuſ. an. ℥ ii ß. Spodii Cortic. Ovor. trit. an. ʒ vi. Olei de Euphorbio q. ſ. ut fiat Emplaſtrum vel Terebenth. ut Urinæ moveantur Ceræ q. ſ.

His ita per aliquot Septimanas viciſſim factitatis veniendum erit ad Diuretica, qualia ſunt,

Arcanum Tartari cum Oleo ejuſdem & Oleo Vitrioli mixtis & in B. coagulatis.

Tinctura Tartari ex Sale cum 🜈 debiliori extracta.

Arcanum Theophaſtri ex vincetoxico.

Nitrum Juſculis & Clyſteribus.

Cataplaſmata valde Diuretica & Hydragoga Ventri applicita ex Rondeletio.

Sal Urinæ & Vitrioli in Juſculis, vel Sal Armon.

Denique roborandum Hepar, cui interim toto Curationis decurſu conſulendum Epithemate, Litu, Tinctura Corallorum.

Poſt prædicta autem conveniet Vinum Chalyb. vel Pulvis noſter Chalybeatus, vel Vitriolum Martis diſſolutum in Juſculis, aut in magna copia Aquæ Hepaticæ & Diureticæ diſtillatæ.

Extractum roborans ex Santalis Spica Nardi, Abſynth. Centaur. min. Ligno Aloes, Ligno Rhod. Enulæ Radic. Filicis fœm. ſucco depurat. Cichor. Salib. Perlar. & Corallorum.

Sitis fallatur Syrupo acido rubro.

Paſſulis Aceto incoctis, addito Saccharo.

Nitro fixo.

Flatus diſcutiantur Pulvere digeſtivo.

Proximæ Æſtate, ſi Deus dederit, aut Vere adeat Aquas Vitriolatas, at Spadenſes vel Pugnenſes. Victus ſit Euchymus. Bibat parum Vinum Oligophorum diluto decocto Graminis & Filic. Fœm. vel etiam decocto Rad. Chinæ.

Datus fuit ter Pulvis ſequens.

℞ Cremoris Tartari ʒ i. Sal Tartari magiſt. Corall. an. gr. x. Scammon. gr. xii. Ms. pro una Doſi, quæ exhibeatur in Juſculo. Operatio ad quinque Vices.

Clyſter ex decocto Hydragygo & Fermentato diſſoluto in Urina Pueri.

Pilulis uſualibus addit. gr. iii. Trochiſ. Alhandal. & exhibit. mane Medicin.

Bis ſumpſit Panchymag.

Ortus Alvi fluxus ſatis copioſus, per multos Dies perſeverans.

Tormina, quod vid. in loco Seri ſuccederent Flatus inteſtina diſtendentes.

Emplaſtrum Ventri applicitum primò diſcutiens, deinde aſtringens. Rhabarbarum in ſubſtantia datum.

Detumuit valde Venter, à fluxu tamen debilitas. Hæmorrhoides apertæ Sanguinem fuderunt. Bellè ſatis res habebat, noluit amplius noſtris uti Remediis & ſe tradidit mulieribus & Pharmacopæo.

Vixit tamen ultra Menſem, quem complet poſt meum diſceſſum hic Dies quo iſta ſcribo Novembris 6. & adhuc vivit.

Quendam advocavit, à quo ſumptis Remediis intra triduum interiit.

Monſ. *Caſtrin.* 16 Decemb. 1615.

Melancholia Hypochondriaca.

ANTE Annos duos correptus Doloribus, & debilitate Articulorum, præſertim Genuum cum Tumore ædematoſo & flatulento, omnia adhibuit Remedia, cum univerſalia, tum particularia, Purgationes, Diætas ſudorificas, Hydrargyroſin, Cauteria in Brachiis & circa Articulationem Genuum. Hactenus ignorata videtur Morbi cauſa, quod nullum fuerit Remedium. Nuper ante Menſem detumuerunt Genua & illicò correptus fuit dolore ſummo circa Hypogaſtrium & Lumbos, idque poſt Diætam ſudorificam, Dolor autem pungens inſtar Aculeorum augetur poſt Paſtum, & Noctu erumpunt multi Flatus per ſuperiora inſipidi. Rugitus in Ventre.

Dolor in Hypochondr. dextro inter attrectandum.

Augetur Dolor ſi ſubſiſtat Alvus.

Medici Colicum dixerunt hunc affectum. Mox Nephrit. Mox Bilioſ. & Paralyſin. Artuum interminati ſunt. Præſcripſerunt Semicupia, Clyſteres, Fotus, tandem Flagellum Medicorum hunc nominarunt Morbum, & alternis diebus Mannæ ʒ ii. è Juſculo ſorbend. ceperunt. *Duretus* terminum Curationis dedit biennium, & ſingulis Diebus dixit ſumendum aliquid Hieræ.

Attamen nullo modo levatus æger, ejulans Opem poſtulat fruſtra.

Occluſis Pyroticis, quæ in Brachiis geſtabat, pejus habuit, idcirco denuo applicata fuerunt Medicorum conſilio.

Ad Aquarum Potionem relegatus peſſimè habuit; nunquam niſi calidis levatur, inprimis Vino generoſo, imo copioſe exhibito.

Excremento omnis Generis, viſcida, præſertim, & bilioſa, aliquando æruginoſa.

Nulla Febris, Pulſus ſatis validus.

Urinæ primis Diebus dolorum, cum Acrimoniæ ſenſu pro fluerunt & difficultate, nunc ſubalbicantes in fundo Mucum habent pro Hypoſtaſi.

Theoria.

Ventriculus frigidus & Natura, & à Medicamentis debilior male coquit, unde uberrimus Pituitæ vitreæ in primis viis proventus, præſertim in Meſenterio à coagulato in anguſtiſſimis Meatibus craſſiore & viſcidiore Tartaro.

Hepar calidum ſiccum generat retorridam Bilem, quæ facile in atram degenerat. Bilis hæc, ut Arbitror, duplex eſt; Vitellina, flava, rubra, craſſa, & æruginoſa ſive porracea, quæ vitreæ Pituitæ permixtæ ægrè ad ipſa ſeparantur, unde fit ut auctâ ejus frigiditate, plurimi generentur Flatus, dum vid. viſcidum Corpus è calido attenuatur. Hinc fit ut Dolores ſint tam pertinaces & ſubinde recurrant, quoties efferantur iſti ſævi Humores, ob annexum craſſius Tartarum ægrè loco nobiles. Excitati verò fuerunt à Palindrome Humoris à naturâ in debiliores & ignobiliores partes olim relegati, Genua vid. quæ hoc adveniente incommodo detumuerunt. Vulgare autem eſt, ut in Colicis Bilioſis ceſſante dolore, vel contrahantur, vel reſolvantur Artus, ut Vice verſâ. Cerebrum humidiſſ. & frigidiſſ. à centro Corporis afficitur Sympathice, in quo Cerebro congeſta & liquata Pituita labitur præceps in nervoſum genus & Articulas & quæ in fluxu eſt pertenuis, ubi conſtitit, incraſſatur & vitreſcit. Ita debilia nimio Humore imbuta Membra ſine dolore diu jam ab hoc ægro trahuntur. Lien abundat Succo melancholico. In ſumma, in hoc ægro plus eſt viſcidi & craſſi quam tenuis, plus frigidi quàm calidi, etſi altera qualitas alteri præpolleat. In quibuſdam partibus Coagulatio, in aliis reſolutio Tartari multiplicis inſipidi, acidi, amari, ſalſi.

Praxis.

Malefaciunt qui Ichores ducunt & Serum, quo velut diluitur quod actius eſt, & Naturæ magis infeſtum, ita ut intermixtum magis lædat.

Ventriculum robora omni Arte, tum ob præterita, tùm ut ſufficiat futuris.

Victûs ratio ſit calefaciens mediocriter, incidens, attenuans, aperiens.

Bibat Vinum dilutum Aq. Gramin. Filic. Fœm.

Singul. Matutin. Hydromel Malvatic. cum Toſta Panis, vel Vinum Abſynthites. Aut deglutiat grana Juniperi decem in prædicto Hydromelite per Noctem infuſa.

Guttæ aliquot Balſami rubri peruviani.

Ex Vino generoſo manè ſumantur aliquando.

Pulvis digeſtivus poſt Paſtus ex Carminantib. & roborantib. non aſtringentib. Sacculus vel Scutum.

Humorem viſcidum præpara attenuando, incidendo, Fotu univerſali Abdominis ex Enul. Irid. Ariſtol. Valerian. Cyper.

Aſar. Mentha, Meliſſ. Chamædr. Chamæp. Marrub. Nepit. Origan. Calam. Flor. Chamæm. Centaur. min. Abſynth. Ebul. Sambuc. Semin. Aniſ. Fænugr. Calam. Arom. Spicnard. Roſ. Lign. Rhod. Cortic. Arant. & Citr. decoct. in Vino & Aqua, addit. Acet. Scyllit.

Fiant Pilulæ ſingulis diebus ſumendæ.

℞ Aloes ℥ i. Gumm. Ammon. Bdell. in Acet. Scyllit. diſſol. an. ℥ ß. Pulv. Fol. Sen. ʒ iii. Crem. Tart. ʒ ii. Myrrh. ʒ i ß. Croci ℈ iv. Salis Abſynth. & Tart. an. ʒ i ß. Diaphor. ℥ ß. Ms. cum Syrup. de Abſynth. Fiat Maſſa Pil. è cujus ʒ i. form. Pil. N°. iv. Capiat ii. ſingulis Matutinis ante Jentaculum. Add. aliquando niſi ſufficienter moveant, Trochis Alhandal. gr. iii. vel iv.

Nunc deglutitis Pilulis fiat Fotus Manè, & Veſperi ante Cœnam, per horam integram quavis vice.

In poſterum cum Fotus intermittetur, poſt Pilulas ſumatur Hydromel vel hauriatur Juſculum.

Sexto quoque Die ſumantur alternatim ſequentia.

℞ Maſſ. Pil. Cephal. Gal. ℈ ii. Ambr. griſ. gr. iv. Balſam. Peruv. gutt. i. Fol. Auri N°. iii. Aquil. gr. viii. x. xii. xvi. pro Operatione & Viribus.

℞ Conſerv. Roſ. & Viol. an. ʒ i. Diaphæn. ʒ iii. Aquil. ut ſupra. Ms. Fiat Bolus.

℞ Diaphæn. ʒ iii. Pulv. Sen. ʒ i. Aquil. ut ſupra, Ol. Aniſ. gutt. ii. Ms. Fiat Bolus.

℞ Elect. Diacanth. & de Succ. Roſ. an. ʒ ii. Aquil. ut ſupra. Ms. Fiat Tabell. Addit. Ol. Aniſ. Sumat tribus Horis ante Juſculum.

Ita vacuabuntur Humores mixti, & ab hoc unico Remedio puto pendere iſtius Morbi Curationem. In Horum verò exhibitione alternata pergendum ad perfectam uſque Sanitatem.

Si doleat Stomachus ei conſulatur Fotu idoneo, & abſtinendum à Medicamentis per aliquot Dies, item roborantibus jam præſcriptis.

Acres Humores dulcorentur & evocentur Clyſtere tali, bis in Septim. injecto circa Veſperam.

℞ Decoct. Malv. Alth. Fl. Ebul. & Samb. ℔ i. ⊖. ♀. ℥ ß. vel ʒ ii. primo Butyri. rec. ℥ ii. Tereb. Venet. ʒ vi. Injic.

℞ Decocti præſcripti ℔ i. Ferment. veter. in Urina Pueri diſſolv. ℥ ii. Mell. Roſ. & Anthoſ. an. ℥ i ß. Ms. Iſte Clyſter erit magis detergens, præſertim ſi incoquantur Abſynth. & Centaur. minus.

Hepati Conſule Emplaſtro ex Ammoniaco, Santalis, Spodio, Roſis, Taraxaco, Abſynth. &c. cum Ol. Roſ. & Unguento Roſ. ac Cera.

Vel applicito ſæpius Cataplaſmate crudo ex Cichor. Tarax. toto Abſynth. & Ol. Roſ. cum Farin. Hord. Coct. ad Pulticulam in Oxymelite.

Si urgeant Dolores detur Laudanum ad gr. vi. quotieſcunque Opus fuerit.

In Clyſterib. diſſol. ʒ ii. Philon. Roman.

Caput exſiccetur Frictionibus, Suffitu, Cucuph. Errhin. Apophlegmat.

Vide num poſſint eſſe ex uſu Aquæ Spadenſes ad eluendam Bilem impactam Tunicis Inteſtinorum. Memento in Italia

Aquas minerales (ut Florentiæ Tettueianas) per Clyſteres injici in Colicis affectibus & Dyſenteria.

Si Paraliſis contingat, conſulatur Nervis, Balſamis, & Unguentis Chymicis, ſed ſemper habeatur ratio Centri.

Quid ſi Tibiis applicentur Cauteria ut revocetur Materia ad Articulas?

Abluantur Tibiæ nervalibus. Frictiones aſperæ deorſum.

Factæ.

Laudanum ſumpſit, vomuit Pituitam vitream ſæpius, dormivit tamen, & reſtitit Dolor inſtar Nummi Capitati Latus circa Inguen dextrum, Febris.

℞ Conſ. fl. Anthoſ. ʒ i *ß*. Diaphæn. ʒ iii. Confect. Alkerm. ℈ i. Pulv. Panchymag. gr. viii. Ol. Aniſ. gutt. iv. Ms. Fiat Bolus ter ſubducta Alvus, & fluxerunt liquida, viſcida quædam. Evanuit fere totus Dolor, ſurrexit, ambulavit, hilaris fuit.

Potus ex Hydromelite Malvatico Aquâ diluto. Flatus pauciores.

Quievit, fluxit Alvus ter, vel quater, & prodierunt eadem Excrementa ſingulis Diebus; Dolor evanuit magis ac magis. Rugitus tantum, præſertim in Latere ſiniſtro Ventris ubi patitur Enterocelen. Surrexit & melius habuit facta μεταστάσις materiæ ad Genua, ut aliàs in quibus conſuetam ſenſit Imbecillitatem. Optimè habet ab uſu Hydromelitis diluti cum decocto Aniſi, Fœniculi, *&c.*

Reiteratus Bolus præſcriptus, qui deinceps ſæpe feliciori indies ſucceſſu fuit exhibitus, & extracta Copia Bilis æruginoſæ. Optimè nunc habet 26 Jan. 1604.

Genua obvolvi juſſi hoc Sparadrap; quo applicato illicò ſummum ſenſit debilitatis in illis partibus fixæ levamen. Nullus fuit ad tempeſtatis mutationem, Dolor aliàs familiaris & manè ſine Scipione incedit.

℞ Emplaſtri Triapharmaci ℔ ii. Styrac. Calamit. Spicnard. Ladan. an. ℥ i *ß*. Camphor. Ceruſſ. Litharg. Aur. Pulti Olei Spicæ Petreoli Ol. Oliv. an. ℥ i. Ceræ novæ ℔ *ß*. Ceræ alb. ℥ vi. Liquentur omnia, & addatur Camphora in Oleis diſſoluta. Fiat Sparadrap. ſ. a. Hic æger multis Remediis agitatus, tandem ſæpe aſſumpto Vomitorio ex Mercurio Vitæ convaluit. Notanda hic vis Revulſionis per Vomitum in Articulorum Doloribus.

Madam de *Tourly*.

26 Aug. 1616.

Stomachi Intemperies frigida, cum Meſenterii Obſtructione.

Annorum 32. Temperam. Bilioſ. valde, Capitis oppletio à Vaporibus & Stupor Dolorque gravis, ad minimum laborem, quo tempore eſt debilior.

Frigus glaciale in Vertice diſcurrens & ſæpe circa Aures.

Ad tempeſtatem humidam laſſitudo omnium Membrorum, & fluxio ingens, præcipuè in ſiniſtram Faciei partem.

Totum Latus ſiniſtrum potiſſimum patitur.

Aliquando Sputatio ad plures Dies, ſentit Humorem ſalſum & acrem qui delabitur in Stomachum, eamque valde debilitat, & exſpuere cogitur Aquam limpidam fatuam, quæ tamen erat ſalſa in Gutture.

Oculorum Ardor & in Palpebris rubedo tempore fluxionis.

Bene mungit naturaliter, bene guſtat, bonus odoratus, Oculi Hebetes, ſed gentilitium eſt malum.

Summa Oris Amarulentia mane.

Diſtortus & gibbus Thorax in ſiniſtrâ parte, ante & retrò. Spiratio proinde difficilis. Nunquam Sanguinem ſpuit.

Poſt ultimæ quadrageſimæ Jejunium fluxio in Pulmones & Tuſſis per tres Menſes continua cum Sputo flavo, viſcido.

Nunc manè tuſſit & exſpuit Phlegma flavum.

Rauca Vox in expergiſcendo.

Familia obnoxia Fluxionibus in Pulmones.

Pallida Facies, macilentus habitus naturaliter.

Oppreſſio hinc inde & Dolor præcipuè in ſiniſtra parte Thoracis quæ eſt gibba.

A tribus Annis Dolor circa Xiphoidem qui ad poſteriora pertingit, & ſub Coſtis mergitur, durat per duas Horas. Levatur Linteis calidis, reſtat Laſſitudo.

Stomachus frigidiſſimus: Frigus verò actuale ſentitur ab eſu Fructuum, vel Aquæ potu, ita ut manu tegere cogatur.

Rugitus in Hypochondriis.

Ructus multi non fœtidi. Crepitus multi.

Varia & inconſtans Alvus; Fluxio & omnia accidentia, Laſſitudo ſæpius ſuperveniente Alvi fluxu levatur; imò cum urget Laſſitudo ſumptus duobus vel tribus Clyſterib. curatur.

Suſpiria magna ſine cauſa, & voluntate.

Interturbatur ſæpe coctio.

Nullus dolor Hepatis aut Lienis.

Hypochondria ſatis mollia dextrum tamen paulo durius.

Meſenterium leviter obſtructum.

Calor in Volis & Plantis poſt Laborem Animi, vel Corporis, Vigiliæ & Jejunia acuunt Sanguinem.

Lumborum dolor poſt Fluxionem & Catarrhum ſummus, & Laſſitudo ſuccedens, ac quaſi Divulſio partium ſub Umbilico, tunc parum mingit per triduum, tandem curatur Urinæ tenuis & Aqueæ copioſo Fluxu.

Nullæ ut putat unquam Hæmorrhoides.

Ebullitiones Sanguinis crebræ ab Animi Metu.

Sæpius Teneſmus & Sanguinis excretio cum Torminibus, Febre Sudore poſt Iracundiam.

Quinquies feliciter peperit.

In Matrimonio bene fluxerunt Menſtrua ſine Dolore copioſè.

A Viduitate ſingulis Menſibus fluunt, ſed cum Dolorib. Lumborum, Crurum, &c.

Madet ſemper ferè habitus.

Bis tantum bibit in quovis Paſtu, ſitit tamen poſt Animi metus.

A Ptyſanæ Potu friget mirè Stomachus.

Urgente Fluxione Fremitus in Membris & Frigus.

Caſſia quæ inter omnia Medicamenta ſola prodeſt inſigniter.

Phlebotomia prodeſt.

Cathartico validiori multùm commoveatur, ac debilitatur.

Theoria.

Afficitur Stomachus Intemperie frigida, Hepar callidâ ſiccâ, & cum Meſenterii Obſtructione.

Generatur in Hepate bilioſus ac ſeroſus inſigniter Sanguis, qui ad Renes majore ſui parte tanquam ad proprium Emunctorium vergens ſæpius, diſtenſione partes vicinas fatigat, unde Lumborum Dolor, qui ægrè ſolvitur niſi vacuato copioſo Sero, niſi maluimus hanc eſſe expurgationem totius Venoſi generis. Cum vid. Sero turgent Venæ, Natura noxium Humorem ad loca conferentia expellente.

Laborat verò Cerebrum Intemperie frigida, humida, & perpetuo Vaporibus, vel à Stomacho non coquente, vel ab Hepate exaſſante oppletur, unde Frigus ſummum in Vertice, & ſæpe ſputatio importuna ac notanda Fluxio in Pectus Natura malè affectum, & Conditione loci male diſpoſitos Pulmones; fluunt autem & facilius & copioſius Humores, quippe tenues generantur à Sanguine Bilioſo à quo quicquid elevatur Principii Naturam redolet Guſtu amaro & ſalſo.

Sputum verò tam copioſum à Stomacho potius quàm à Cerebro; Symptomata plura Melancholicæ Hypochondriacæ, Sputatio, Rugitus, in Hypochondriis, Dolor in Colo & circa Umbilicum; fit verò hæc varietas ab Humorum Concertatione, calidi quidam ſunt, quidam frigidi.

Illi ab exuſta Bile, hi ab ingeſtis potiſſimum.

Metuenda Tabes.

Praxis.

Præcipuè conſideranda & omni Arte amolienda Fluxio in Pulmones, ab inferioribus tamen eſt incipiendum.

Purgetur ſæpius Opiata ex Medulla Caſſiæ, Pulpa Paſſul. Infuſion. Sen. Agaric. & Mannæ loco Sacchari idque ſingulis Menſibus propinato per triduum ante Catharticum jure Galli decrepiti cum Pectoralibus.

Nunc inſtituatur univerſalis Purgatio ex Bolo Apozemate, Potione vel Bolo.

Mox per *xv*. Dies ſumat mane Juſculum Galli farcti Hordeo Paſſulis ʒ ii. Chin. additis Hepaticis & Diureticis frigidis ut Sem. Melon. *&c.* ac Pectoralibus.

Mergatur Balneo ex emollientibus & Lacte.

In egreſſu Balnei totum Corpus liniatur Oleo valdè recenti, idque per quatrid.

Bibat Lac Aſin. per multos Menſes, & idem proceſſus obſervetur Vere & Autumno quotannis.

Affligatur Pyroticum Brachio dextro. Fiant Frictiones partium inferiorum, manè præſertim, & totius Spinæ.

Clyſteres crebri, ut alternis Diebus.

Pilulæ Macri ex Aloe & Succo Caulium. Aloe aut præp. cum ſucc. Violar. & Roſat. addit. Pulver. Majoran. & Maſtich.

Epithemata refrigerantia & roborantia, Hepati applicita, ſæpius ut cum fiet artificioſa Purgatio, proderunt Manè & Veſperi.

Stomachus Scuto roboretur, deglutitis Granis Piperis vel Bacc. Junip. in Aqua Clareta Cinamomi infuſis & ſiccatis mane. Pulvere digeſtivo ex aſtringentibus & quibuſdam mediocriter calfacientibus. Singulis matutinis ſumat Fruſtum Biſcocti Aniſat.

Cerebro conſulatur Emplaſtro ſuſpenſorio applicito Suturis, ſuffitu Operimentor. Capit ex Maſtiche, Sandaraca & Roſis, magis enim odorata nocent.

Pectendum Caput & fricandum Sacculis farctis Betonica, Sena, Agarico & ſale torrefacto.

Maſticatoria ex Maſtiche in Aq. Vit. liquat. & Pulv. Macis pauco ac Benjoin. Ad Pulmones. Conſerva Roſarum noctu, cum pauca Terra ſagillata.

Pilulæ è Styrace. Electuarium è Styrace eadem hora. Si major ſit fluxio, Laudanum. Tabellæ ſuſpenſoriæ.

Syrupus reſumptivus. Tabellæ è Pulp. Rad. Alth. extracta in Ptyſan. Pulpa Paſſular. Saccharo Roſ. Pulv. Rad. Liquirit. cum paucis Floribus Benjoin. Corall. teneat ſæpius in Ore.

Litus Thoracis ex Butyro, Axungia Gallinæ Ol. Amygdal. dulc. Mucilag. Sem. Alth. Ele.

¶

Hordeata crebra cum Emulſ. Sem. Melon. Victus ratione refrigerans, humectans, aperiens nihilominus leviter.

Incraſſantia ſæpius ex uſu ſunt.

Diureticis agendum cùm premuntur Renes fluxione.

Juſcula optima. Potus ſit Vinum Oligoph. Rub. optime dilutum.

Fructus multi nocent. Ut Piſces. Fugiat Jejunia, Vigilias, Animi Pathemata.

Mr. le *Commandeur* des *Gouttes*. 29 Octob. 1616.

Melancholia Hypochondriaca cum Scorbuto conjuncta.

Melancholicus, idque plurimum, moroſus, iracundus, juvenis Annorum 33.

Natus parentibus admodum Arthriticis, Jure hæreditario Affinitatis, iidem & Melancholici Vitæ bellicæ, & Navigationibus aſſuetus. Eques melitenſis.

Ante quatuor Annos ab impuro amplexu contraxit Ulcus in Præputio, quod nunquam fuit calloſum.

Curato per Chin. Zarz. alterum Ulcus ad frænum cum Callo. Ulceri ſucceſſit in Columella, Amygdalis, Lingua, & Labiis Gingiviſque excoriatio cum Summo Ardore, veluti Ignis cum Aphthis.

Invaſit quartana, tradidit ſe Medico qui per Hydrargyroſin concitatâ Salivatione, quartanam curavit, remiſerunt aliquantulum Symptomata venerea, ſed deinceps ut ante recurrerunt. Nullo Remedio ceſſavit Ardor oris.

Iterum unctus diutiſſimè ſpuit, non tamen ut ante; ſudavit ſæpius iteratis Vicibus ſine magno Levamine, vel potius cum nullo.

Effloruerunt per Tibias & Coxas maculæ rubræ inſtar morſuum Pulicum, cum flavis latiſque Notis ſive Morphæa. In Brachiis eædem Maculæ, ſed pauciores.

A continuo Pituitæ Fluxu, & perenni Sputatione (qualis eſt Melancholicorum Ptyeliſmus) intumuerunt Glandulæ Amygdalares, quæ maximæ, fiſſæ multis in locis, attamen non ulceratæ conſpiciuntur.

Lingua craſſa, cum multis Venis nigricantibus, Ardor perpetuus in Linguâ, Faucibus, Gingivis inſtar Salis aut Piperis.

Catarrhus ſalſus admodum.

Capilli madent, & pingues ſunt. Cerebrum humidiſſimum.

Delicatior eſt, miſſo Sanguine facilè Animo linquitur.

Maculæ rubræ evanuerunt poſt uſum Balnei & regimen Humori Melancholico debitum, non tamen tam citò, ſed tribus quatuorve Menſibus poſt iſtorum adhibitionem.

Ab eo tempore fatetur ſibi fuiſſe melius.

Apertæ Ranulæ fuerunt circiter ℥ vi. Sanguinis cum Levamine.

Idæa iſtius Morbi complicata eſt ex.

Diſpoſitione pravâ relicta poſt longam Impreſſionem Virulentiæ Venereæ, quæ cum ſumma partium debilitate, Hepatis præſertim & Cerebri, durat etiam poſt extinctum Venenum.

Melancholia Hypochondr.

Scorbuto, à quo Maculæ rubræ & Oris affectus, quem Catarrhus ſalſus, & ferina Diſtillatio fovet.

Catarrhi cauſa naturalis ſubminiſtratur ab Hypochondriis, in quibus æſtuat atra bilis, & Cerebro excrementis abundante.

Efficiens eſt Hypochondriorum Ardor. Ventriculi Cruditas ab Imbecillitate. Cerebri Humiditas & Caloris Nativi in eodem ob prægreſſam Luem.

Terminus.

A quo	Hepar. Lien. Ventriculus. Cerebrum.
Per quem	Æſophagus. Venæ Arteriæ. Cavitates Cerebri.
Ad quem	Fauces. Tonſillæ. Gingivæ, Dentes. Lingua. Et olim Artus.

Scorbuto maxime obnoxii ſunt Melancholici & inter eos quicunque Vitam marinam degunt, & Cibis nauticis veſci coguntur.

Ipſe in unica Navigatione (præter alias plurimas) abſumpſit Menſes octodecim.

Agenda juxta Indicationes.

Humores præparato, & intemperiem Viſcerum corrigito.

Balneo Aq. dulc. tepent. cum emollientibus & refrig. per plures Dies uſurpato.

Juſculis cum Chriſtallo utroque & Antiſcorbuticis manè ſumend. in B. vel etiam aliis Diebus.

Julepis cum Succo vel Syrupo de Pomis redol. & Aq. Veron. Pomor. & Succ. Antiſcorbutic. longe à Prandio.

Lac aſininum cum Sacchar. roſ. emulſiones. Hordeata liquidiora.

Sero Lactis clarif. cum Succ. Fumar. Pomor. Cochlear. Beccabung. Naſtur. Aq. dulcor. Syr. Viol. Nenuph. Veron. Rubr. Moror. rubi Idæi. Huc referendæ Aquæ Spadenſes, Pugnenſes & ſimiles prægnantes Ferro, Nitro, Vitriolo, de quibus inter evacuantia.

Evacuatio univerſaliter & particulariter.

Per Alvum Clyſterib. Apozemate Melanagogo & Phlegmagogo cum Elleboro.

Pilulis de Elleboro Bovii.

Electuario uſuali pro ſingulis Menſibus cum Conf. Hamech. Tamarind. Sena Tart. martialis Fol. Elleb. præp. Lapid. Lazuli.

Extracto Panchymagogo Elleborato.

Pilul Stomach. cum Gummis Maſtichin. & de Foliis Ellebori.

Per Urinas Lapid. Brunell. Aquis Spadenſib. vel ſimilibus. Encauſſ. plurimum proſunt ad eluendam Meſenterii Saburram, & Fæcem per Alvum deturbandam.

Per habitum, Diæta moderata cum Diaphoretico, memento hic Syrupi St. *Ambroſii* ex Milio. Vide Chyrurg. Andr. Alcazuris, vel præparetur Decoctum Sudorificum temperatum ſatisfaciens tribus affectionibus infeſtantibus, ex Chin. Zarz. Veron. Fumar. Primul. Veris & Antiſcorbutic. Raph. Ruſtic. parva Cochlearia batava & noſtrata. Naſturcio & Beccabung.

Laconico & Stuffis ter quaterve & ſæpius quotannis uſurpandis, poſt qu. applicentur Cornicul. infinitis locis Corporis, cum levi Scarificatione.

Ante & poſt Sudorem ingrediatur Balneum.

Ad evacuantium Caput pertinent,

Venarum apertio pro neceſſitate molienda ex Brachio, Pede, Hæmorrhoidibus, Ranulis, *&c.*

Hirudinum applicatio ad Jugulares.

Cucurbitulæ & Cornicul. cum Scarificatione.

Veſicatoria pone Aures & poſteriori Collo ſi fluxio ingraveſcat.

Pyroticum Brachio ſiniſtro. Nuchæ.

Frictiones univerſales manè, incipiendo à partibus inferioribus.

Ad Os ne attrahito Maſticatoriis vel ſimilibus.

Malignitatem atterito Veneream Melancholicam, Scorbuticam.

Cereviſia uſuali cum China, Zarza Antiſcorbuticis.

In iſtis malignitatem atterentibus conſiſtit totius curationis magiſterium.

Syrup. de Pomis Magiſtrali cum ſuccis Antiſcorb. ſumend. è Cochl. à Prandio & nonnunquam in ingreſſu Lecti addit. Syr. Nenuph. & Viol.

Electuario Chalybeato, vel Vino, vel Pilulis ex Chalybe & Catharticis per plurimos Dies conſeq. adminiſtrand. poſt Diætam ſudorificam. Sale Antimonii. Pilulis cum Diaphoretico ♁ vulgari, Veronica, Fumaria, Fol. Ellebori, Tartaro, cæteriſque Sanguinem depurantibus. Cremore 🜿 ♂ diſſoluto in Juſculis Hepatic. Splenitic. Antiſcorbutic.

Corroborato Hepar, Lienem, Ventriculum.

Tabellis Cardiacis.

Pulvere digeſtivo humiditatem abſorbente cum Chin. Saſſafr. Corall. Perl. Spodio Oſtreis præp.

Gummi Guajaci factitio cum Succino Balſam. ſicc.

Calida iſta raro.

Baccæ Juniperi præp. cum Ambra & Vino Hiſp.

Cerebrum, Cucufa capillata perpetuo geſtanda ad arcendum Frigus, Hyemati tempeſtate vel dum eſt in Mari.

Pileo cum Pulvere Cephalico.

Suffitu Operimentorum Capitis.

Auriculis Cypriis pro alteratione Aeris Cubiculi.

Vide de uſu Tabaci Medicati cum Succino Ol. Boriſmar. Marjoran. &c.

Illico poſt aſſumptionem Os abluatur Lacte vel Aqua Roſarum.

Ori & Tonſillis Conſulito.

Lotione & Gargariſm. cum aſtringentib. & antiſcorbuticis.

Tangantur Tonſilla ſucc. Caprifol. cum Alum.

Tabellis Hypoglottid. aſtringentib. & ſiccantibus ex Rad. Tormentill. Biſtortæ Chinæ Spodio Pulvere Cydon. Corall. Perlis, Acacia, Hypociſtid. Succ. Berberis, *&c.*

Alumine liquido cum Mell. roſat. parato.

Ægyptiaco diſſolut. in Aq. Roſ. & Plantag.

Suffitu & Succino ſæpius Ore excepto per Fiſtulam.

Huc referenda Apertio Ranularum & applicatio Hirudinum ad Jugulares Venas è directo Tonſillarum.

Hypoglottid. cum Glycyrrh. & Mucilaginoſis ad leniendam Gutturis Aſperitatem noctu, & cum ſiccantur Fauces ab exercitio, Loquela & ſimilibus.

Ordo Agendorum.

Nunc quoniam jam ſævit Hyems, non eſt locus Balneo.

Juſcula alterantia per quatrid. cum Antiſcorbut.

Horis pomeridianis Julep.

Quarto Die circa Veſperam Clyſter leniens, emolliens, Purgatio blanda.

Diæta ſudorifica per Dies *xvi.* ſudet tamen Manè.

A Prandio Julep. Victus potius humectans, quam vel nimium ſiccans vel calefaciens. Pruna Initio Paſtus. Bellaria ſunt Paſſulæ, Poma cocta cum Aniſo, & Fæniculo. Potus ordinarius, Cereviſia Medicata.

Poſt quartum quemque Sudorem purgetur Electuario Melanagogo, Antiſiphyl. Antiſcorbut.

Poſt Diætam applicentur Hirudines Ano. Pyroticum Brachio ſiniſtro.

Electuar Chalybeat. per Dies xx. Manè, Corpus exercendo.

Iidem Diebus Pomerid. ℥ i. Syrupi appropriat.

Pilulæ Chalybeatæ purgantes per xx. Dies cum Exercitio.

Continuus Cereviſiæ medicatæ uſus.

Iſtis intermiſceantur particularia.

Poſt Diætam quæcunque ad Os faciunt.

Etiam durante Diæta ea quæ ad Caput, & Lotiones Oris & Tonſillarum. Item quæ ad Ventriculum.

Juſculum. ℞ Rad. Chin. ℥ ß. Raſur. Cornu Cervi & Eboris an. ℈ ii. Paſſul. Corinth. ʒ v. Includ. Ventre Pulli coq. addendo ſub finem Decoctionis Fol. Endiv. M. i. Fol. Oxylap. Borrag. Bugloſſ. an. P. i. Poma redol. per Fruſta ſecta N°. ii. Cochleariæ M. i ß. Naſtur. & Beccabung. an. M. ß. Macis ʒ ß. Cape de Colatura ℥ vi. In quibus diſſolv. Chriſtalli vegetabilis ſimplicis, Chriſtalli Mineral. an. ʒ ß. Ms. Capiat per quatrid. Horis quatuor ante Prandium.

Julap. ℞ Aq. Still. Pom. Redol. ℥ vi. Aquæ de Cordibus ℥ ii. Succ. Cochleariæ depurati ʒ x. Naſtur. & Beccabung. an. ℥ ß. Syrup. de Pom. Redol. & Moror. Rubi Idæi an. ℥ i. Ms. Fiat Julap. pro duabus Doſibus ſumend. Horis quatuor à Prandio, duabus ante Cœnam, iiſdem Diebus quibus utetur Juſculo præſcripto.

Purgatio. ℞ Rad. Cichor. ℥ ß. Polypod. ℥ i. Fol. Fumar. M. ß. Zarz. parill. ʒ iii. Pulp. Tamar. ʒ v. Sem. Aniſ. & Fænic. an. ʒ i. Glycyrrh. ʒ ii ß. Fol. ſem. mund. ʒ vi. Crem. Tart. alb. ʒ ii. Fiat omnium Decoctio & Colatura, cui addatur Infuſio ʒ ii. Rhab. Electi ſeorſ. facta in Aq. Endiv. cum ℈ ii. Santal. Citr. Reduc omnia ad Doſin, in quâ diſſolv. Mann. Calabr. ℥ ß. Syr. Roſ. pallid. comp. cum Agar. & de Fumar. ſolut. an. ℥ i. Ms. Fiat Potio, detur poſt præſcripta dilato ad tres horas Juſculo, cum debita cuſtodia.

Quieſcat per diem, mox accedat ad Diætam ſudorificam.

Bolus ſudorif. ℞ Conſerv. Rad. Cichor. & Scorzoner. Hiſp. an. ʒ ß. Conf. Alkerm. ℈ i. Diaphoretic. Hartmann. gr. xv. Ms. Fiat Bolus ſumend. manè ſuperhauſto decocto ſequente.

Decoctum Sudorif. ℞ Rad. Chin. Zarz. parill. an. ℥ iv. Raſur. Ligni ſancti ℥ ii. Rad. Cichor. ℥ i ß. Scorzoner. ℥ i. Rad. Tormentill. ℥ ß. Fol. Ulmariæ Scabioſ. Calendul. an. M. ii. Fol. Buglæ, Brunellæ an. M. i. Beton. M. i ß. Flor. primul. Veris P. iv. Raſur. Cornu Cervi Primar. recent. ʒ x. Aq. Card. Bened. Fumar. Pom. q. ſ. ut ſecundum Artem parentur Doſes quatuor, ſingul. ℥ vi. Sumendæ cum Bolo per Dies *xvi.* provocando Sudores ſuperpoſitis ſaltem Stragulis.

Hujus decocti loco poterit exhiberi Syrupus St. *Ambroſii* deſcriptus ab Alkazar. Medico & Chirurgo Hiſpano, Cap. 7. Lib. de Morbo Gallico.

℞ Milii excorticati P. i. Coquatur in ℔ i ß. Aquæ pluvialis ad crepaturam, addatur tertia pars Vini albi veteris, fervefiant ſimul parùm & per Pannum fiat Colatura. Nota hanc potionem fortius multo Sudorem movere ſi Ramentum Cornu Cervini unà cum millio coquatur. Doſis ℥ vi.

Electuarium purgans. ℞ Conf. Hamech. Diaphœn. an. ℥ i.

Pulv. ſubtiliſſ. Fol. Sen. ʒ ii. ℈ ii. Crem. Tart. magiſtralis ʒ i. ℈ i. Lapid. Lazuli præp. ℈ iv. Conſerv. Roſ. Muſcatelli ℥ i. Pulp. Tamarind. rec. ℥ ß. Ms. cum Syr. Roſ. compoſ. cum Agar. & de fumar. Solut. Fiat Electuarium pro quatuor Doſibus, quinto quoque Die poſt quartum quemque Sudorem ſumendis. Die Purgationis Horis quatuor à Cathartico ſorbeat Juſculum cum Antiſcorbuticis.

Cerevisia Medicata. ℞ Zarz. parill. ℔ i. Rad. Chin. ℥ viii. Lign. Saſſafr. ℥ ii. Rad. Cichor. Oxal. dulcam. ſicc an. ℥ vi. Fol. ſicc. Agrim. Veron. utr. an. M. i. Nuc. Moſch. N°. vi. Cereviſ. Lupul. Galon. ix. bulliant Spadenſes in dimidia parte Cereviſ. mox ubi refrixerit addatur reſiduum Liquoris & pon. in Doliol. addendo Succ. Cochlear. ℔ iv. Succ. Naſtur. & Beccabung. an. ℔ ii. Fiat Fermentatio ut artis eſt; Liquor depuratus ſervetur in Ollis, ſeu Lagenis Lapid. Subere exactiſſ. clauſis pro Potu ordinario, per plures Menſes uſurpando.

Electuar. Chalyb. ℞ Conſerv. Rad. Cichor. ℥ ii. Conſerv. Rad. Scorzoner. Hiſpan. Pulp. Pomor. redol. condit. an. ℥ i ß. Conſ. Roſ. Rub. & Florum Nymph. an. ℥ i. Conſ. flor. Primul. Ver. ʒ x. Pulv. ſubtiliſſ. Fumar. Salv. Vitr. an. ʒ vi. Epithym. Chamædr. an. ℥ ß. Cochlear. Veræ Veron. Mar. an. ℥ v. Magiſt. Coral. & Perl. Dulc. Ocul. Cancr. præp. an. ʒ iii ß. Lapid. Lazuli præp. Lapid. Gagat. præp. Dentis equi Marini an. ʒ iv ß. Raſuræ Corn. Cer. primarii recent. raſur. Ebor. an. ʒ ii ß. Lapid. Bez. utr. an. ʒ i. Crem. Magiſtralis ℥ ii. Croci Martis aper. ℥ iv. Ms. Et cum Syrupo Antiſcorbutic. Fiat Electuarium inſtar Opiatæ de qu. capiat ℥ ß. quotid. manè per Dies xx. ſuperhauſto Cereviſ. Medicatæ hauſtu, Corpus exercendo Horis quatuor ante Prandium.

Syrup. Antiſcorbut. ℞ Raſur. Rad. Raphani ruſticani recent. ℥ iv. Succi cochlear. noſtrat. ℔ iii. Succi Naſtur. & Beccabung. an. ℔ ii. Succi Pomor. redol. ℔ ii ß. Fol. recent. Cochlear. veræ M. iv. Fol. Veron. Mar. & Brunell. an. M. ii. (Scabioſ.) Macerentur omnia ſimul per biduum in B. M. Vaſe Vitreo exactiſſime clauſo, mox fiat fortis Expreſſio, quæ per Reſidentiam depurentur, & per Chartam coletur. Cape de Colatura q. v. affundatur dimidiæ quantitati Sacchari Maderenſis albiſſ. pon. in B. ut uniantur & fiat Syrupus ſine Coctione.

Tertio quoque die capiat Pilulas ante levem Cœnam ex Pil. Stom. cum Gummis ʒ i. Maſtichin. ʒ ii. Cap. ʒ ß. vel ℈ ii.

Horis Pomeridianis inter Paſtus capiat Julepum refrig. ℞ Seri Lactis cum Succi Pomor. Fumar. & Cichor. depur. ℥ iv. Syrupi Flor. Veton. rubr. & moror. Rubi Idæi an. ʒ vi. Ms.

Prout iſta profuerint, vel in eorum uſu perſeveret, vel fiat ad Chalybeata Cathartica tranſitus.

Pilul. Chalyb. ℞ Maſſæ Pilul. Stomach. cum Gumm. ℥ ß. Maſtichinar. Fernel. ℥ i Pulv ſubtiliſſ. Sen. & Fol. Ellebori nigri præp. an. ℥ ß. Crem. Tart. martialis ʒ iii. Ms. & cum Surupo de Fumar. ſolut. fiat Maſſa Pilul.

℞ Hujus Maſſæ ʒ ſs. Crocis Martis aper. ℈ i. Ms. Fiat Doſis, ſumenda per ſex dies.

℞ Maſſæ ℈ ii. Croci ʒ ſs. Capiat per ſex Dies.

℞ Maſſæ ℈ ii. Croci ℈ ii. Capiat per octo Dies. Superbibat Hauſtum Cereviſiæ medicatæ.

Corpus exerceat & Prandium differat ad Horas quinque.

Iſta pro præſenti tempeſtate ſufficient, Hyemali vid.

Vere proximo utilius quam nunc uſurpabuntur, Diæta Sudorifica, Balneum, Serum Lactis, Aquæ minerales, &c.

Nunc contenti ſimus Purgatione, Juſculis Chalybeatis, Cereviſia Antiſcorbutica, Topicis ad Os & Caput, Pulvere digeſtivo.

Στοματικα. Lotio Oris. ℞ Rad. Tormentill. & Biſtort. an. ℥ ſs. Nuc. Cupreſſ. ʒ iii. Balauſt. ʒ ii. Fol. Brunell. Scabioſ. Caprifol. an. M. i. Fiat omnium Decoctio in Aqua Chalyb. ſive Fabror. Cape de Colatura ℔ i. Aceti roſati acerrimi ℥ ii. Diamoron. ℥ i ſs. Alum. rupis ʒ i. Ms. pro Collutione Oris & Gargar. ſubinde uſurp. tepidé.

Vel paretur Oxycrat. cum Phlegmate Alum. & Vitrioli & Aceto vel Spiritibus acidis Sulphuris aut Vitrioli.

Ad Tonſillas tangendas. ℞ Succi Caprifol. recent. extract. ℥ ii. Mellis roſati ℥ i. Alum. rupis ʒ i. Coq. ſimul continuo agitando Ramuſculo Roriſmarini donec inſpiſſentur. Add. Ung. Ægyptiaci ʒ ii. alb. Græci idoneo tempore collecti ʒ i. Ms. Fiat Spiſſamentum quo tangantur ſubinde Tonſillæ cum Pericillo è Spongia molli. Poſtea colluatur Os cum Faucibus Lotione præſcripta.

Tabellæ aſtringentes. ℞ Rad. Tormentill. ʒ i. Biſtortæ ʒ ſs. Oſſis interioris Sepiæ ℈ ii. Corall. rub. præp. Margar. præp. an. ℈ iv. Spodii ℈ ii ſs. Lapid. Hæmat. præp. ℈ i ſs. albi Græci cum Aq. Roſ. præp. & ſicc. ℈ v. Pulv. Roſ. rub. ʒ i. Sacch. albiſſ. ℥ iii. Fiat omnium Alkool. excip. Mucilagine Semin. Cydon. extract. in Aq. Brunell. vel Phlegm. Alum. Fiant Tabellæ Hypoglottid. tenend. in Ore ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur. Uſus ſit in nimiâ Glandularum humiditate.

Tabellæ lenientes uſurpandæ quoties nimia Faucium ſiccitas fatigabit. ℞ Pulp. Paſſ. & Rad. alth. an. ℥ ſs. Pulv. ſubtiliſſ. Glycyrrh. opt. ℥ ſs. Amygdali tritic. ℈ ii. Gummi Arab. ℈ i. Sacchari albiſſ. ℥ iv. vi. viii. Fiant Tabellæ lento Calore ſiccando ad uſum.

Pulvis digeſtivus. ℞ Rad. Chinæ ℥ i. Ligni Saſſafras ʒ ii. Coral. rub. præp. Margarit. præp. Ocul. Cancr. præp. per Lævig. in Porphyr. cum Succo Sydon. an. ʒ iii. Cornu Cervi prim. recent. præp. Dentis Equi marini an. ʒ ii. Carab. alb. Spodii an. ʒ i. Roſ. rub. ℈ iv. Cruſtæ Panis in Succ. Cydon. Macer. & ſiccat. ℥ i ſs. Sem. Coriandr. eodem modo præp. ʒ vi. Sem. Aniſ. & Fœnic. dulc. an. ʒ ii ſs. Sacchari roſati quadrupl. pondus omnium. Ms. Fiat Pulvis utend. è Cochlear. Hora dimidia poſt ſingulos Paſtus.

Cauterium Brachio ſiniſtro, ſiquidem Nuchæ non licet.

Fiat ſuffitus operim. Capitis ex Maſtich. Sandarac. Styrac. Benjoin. Roſ. rub. Sem. Nigell. Furfur. Fumus Tabaci cum Carabe attrahatur per Fiſtulam & reddatur per Nares bis terve in Septimana.

'Ανακεφαλαίωσις.

Nunc ſævientе Hyeme.

Purgetur Corpus. Juſcula vi. vel viii. cum Chriſtallis.

Purgatio cum potione Cathartica. Cauterium.

Electuarium Chalybeatum per dies *xvi.* aut *xx.*

Tertio quoque Die Pilulæ ante Cœnam.

Pilulæ Chalybeatæ purgantes per dies xx.

Horis Pomeridianis Julap. cum Sero Lactis vel cum Aq. & Syrup. Pom. redol.

Bona victus Lex. Cereviſia Antiſcorbut. ordinaria.

Mellago ad Tonſillas. Lotio Oris.

Tabellæ Hypoglottid. Aſtringentes.

Tabellæ Hypoglottid. Lenientes.

Pulvis digeſtivus.

Fumus Tabaci & Succini.

Suffitus Operimentum Capitis.

Cucuſa interbaſtata.

Perſeveret in Cereviſia medicata per totam Hyemem.

Verno Tempore.

Purgatio univerſalis perficienda tribus Apozem. Antiſiphyl. Antiſcorb. Hypochondriacis.

Venæ ſectio: Balneum.

Hæmorrhoid. & Ranularum apertio Hirud. ad Jugular.

Diæta Sudorifica per Dies *xvi.* ita tamen ut Sudor blande eliciatur Diaphoreticis potius quam Calore externo.

Poſt quartum quemque Sudorem Doſis una Electuarii Cathartici.

Serum Lactis Clarif. cum Succis ad ℔ ii. vel iii. per octid. vel diutius.

Purgatio. Aqua Spad. vel Pugnenſes.

Victus ratio quæ dicta, humectans, refrigerans, nunquam omiſſis Antiſcorbut.

Cereviſia medicata. Particularia ut ſupra.

Sub Autumnum.

Purgatio. Pilulæ cum Diaphoret. ♁ per Dies *xx.* aut plures ad depurand. Sanguinem. Antiſcorbutica.

Ad D. *Mæſler.* 1617.

Renum Calculus.

VIR excellentiſſime clariſſime Domini *Deſpina* Vicem doleo, quem à tot Diebus crudeliter exercet ſæviſſimè Calculi Renem occupantis Carnificina, ad quem deturbandum audio, & ex tuis præſcriptionibus vidi, te ſatis acriter, licet ſine optato eventu, pugnaſſe. Quotieſcunque vel grandior Lapis Cavitatem opplet, vel Ren propter Doloris continuitatem, Humomores in partem affectam attrahentis tumet, & ex conſequenti Viæ anguſtantur, (quamvis Lapis ſit exiguus) inanis eſt diureticorum, præſertim validiorum, qualia multa æger aſſumpſit, exhibitio, imò hiſce dolorem augeri ratio dictat, & quotidiana docet Experientia. Hac de Cauſa conſuetum mihi, & omnibus quas vidi practicis in omnibus magnis & continuis Doloribus, etiam ſine Febre, præſertim in Nephriticis, Sanguinem mittere. Primò ex Brachio ad Revulſionem, mox ex Pede ad depletionem, ſæpiſſime etiam ex Hæmorrhoidibus ad Vicinæ partis Exonerationem, non habita ratione Cacochymiæ aut Plethoræ univerſalis, ſed tamen particularis affectus, & urgentis Symptomatis, quod pejora poteſt invehere, & præſentem Opem poſtulat. Unica contraindicatione iſtius Auxilii quod quidem uſque & uſque inculco, ſumenda eſt à Viribus, quarum ſtatum, tu qui præſens es, certius potes expendere. Memini me plures & inter alios Scotiæ Cancellarium, qui extremum obiit diem, præ manibus habuiſſe, qui in laborioſo partu, etiam Min. Calculi, per *xv.* hæſerunt Dies, ita ut nolim certo de magnitudine Lapidis ex tempore inhæſionis pronuntiare, licet non futilis poſſit eſſe iſte Conjectura.

Circa agenda ſive æger reſpuat, aut pro Virium languore admittere non debeat, ſive & validus adhuc ex meo conſilio admittat, aut jam admiſerit Phlebotomiam, Cenſeo pergendum in uſu Semicupii, quoties indeſinenter ſæviente cruciatu neceſſitas emollientis, relaxantis Anodini Remedii (in cujus applicatione vitandus nimius Calor) uſum flagitabit. In Semicupio exhibenda ea, quæ non tàm ad deturbandum Acumine Salinæ Virtutis Calculum faciunt, quàm ad leniendas Vires & Sequacem reddendum Uretrem. Vis dicam, Arcana iſta noſtra Diuretica ex lapidibus Lincis, Judaico, Chryſtallo, cæteriſque, quorum Farragine Libri, præſertim Meotericorum, diffluunt, ut plurimum inveni fallacia, neque mihi deſunt particularia ad Calculum, magni Nominis & potenta ratione fulta, ſi ea commendare vellem; ſed en Rhodus, en Saltus. Inter Semicupia Clyſteres injicito. Id quod cito permeare volueris, per Os in ipſo Semicupio exhibeto. Aliquandiu parcito acrioribus, qui irritant ſæpiſſimè pluſquàm promovent. Bis, terve, imò ſæpius ſi Opus fuerit (ita tamen ut ſemel tum vel bis in die ſatis longo intervallo, ut manè & circa Noctem) dato Bolum Nebula incluſum ex ʒ ii. Axung. Cuniculi circa Renes collect. levi calore liquatæ, in Aqua pariet. ad albed. Lotæ, & cum Pulv. Glycyrrh. & Sacch. Chryſtal. an. ʒ *ß.* ſubactæ in formam Boli & ſuperbibatur hauſtus Vini Rhenani Saccharati vel Medicati additione ℥ i. Syrupi de Alth. Non inanis erit (ni fallor) ſimplicis iſtius Remedii exhibitio citra majoris Conatus Molimen. Perſæpe duci quam trahi mavult Natura. Nephritici pertinacius ſæviente malo, utiliter purgantur decocto Senæ & diluto Caſſiæ, addito

Diaphœn. quod Medicatum in ipſo Semicupio eſt propinandum, & ſi in eo Vires ferant exſpectanda Remedii Operatio. Quod ſi perſeveret inteſtinus Hoſtis tumultuari, & quæ validius movent per Urinas neceſſariò ſint adminiſtranda, nihil vide quod potentius operetur & tutiùs, quàm Lapis Brunellæ diſſolutus in ſatis magnâ Doſi, ut ad ʒ ii. in Potu illo Anglico, quem Poſſetum vulgò appellant, parato cum Rad. Alth. & Glycyrrh. addito etiam ipſo Syrupo de Althæa. At quoniam & doloribus & Vigiliis attritæ Vires tandem fatiſcant, neceſſarium duco Somnum conciliare, quo durante, Natura continuò in ſubjecti conſervationem prona, Calculum etiam reſumente Vires expultrice, in Uretrem propellit. Id quod non ſemel mihi videre contigit, ut inter alios quamplurimos in Generoſo Maule, qui Regi noſtro eſt à Cubiculis. Laudanum explebit hoc Munus. Diacodion, niſi in magna Doſi præbeatur, paulo videtur debilius. Hiſce curabitur, ſi curari poſſit Vir clariſſimus, quem ſorbitionibus, donec melius ſeſe habeat nutriri velim, & ut plurimum vel Zythogala præſcriptum, vel Ptyſanam ex Hordeo, & Glycch. nonnunquam tamen Vinum album, tenue, Oligophorum, & ſi habeatur Rhenanum Saccharatum bibere debere concludo.

Deus ipſe fauſtum indulgeat, & concedat Morbi finem, ut tibi læſo feliciter mederi. Vale & meo nomine ægrum officioſe ſaluta. Idem quæſo præſtato Officium apud amiciſſ. mihi Dom. *Wekelin.* eique meas tradito Literas, ad quas ab ipſo obnixè peto reſponſum. Dat. ſatis feſtinanter in Vivario *Twitnam* 12. Nov. 1616.

NB. In Parox. ex tempore fiant iſta. Clyſt. cum Tereb. Diaphœn. bened. Cax. Butyro multo. Semicup. Ol. Amygdal. dulc. cum Succo Limon. Vino alb. & decocto Parietar.

Semicup. & pro eo Fotus cum Pariet. Chamom. Raph. Ruſt. & Malv. &c. Lapis Brunellæ ad ʒ i *ß.* vel ʒ ii. ex Vino alb. & Sacch. multo.

My Lord *Dumſemling*, Scotiæ Cancellarius.
D. Seton.

Pilulæ ſubinde enaſcentes ab Intemperie Hepatis calidâ item & Calculorum rejectio.

Annorum pluſquam 60. Temperam. calid. ſicc. Bilioſ. Sanguine abundans.

In victu temperatiſſimus, Vinum dilutiſſimum ſemper bibit, raro tamen vel nunquam ſitit.

Quælibet oppoſita comedit, digerit optimè, nec ab ullo Cibo vel gravatur, vel afficitur Ventriculus. Nulli Flatus ſeſe vel per Hypochondriorum rugitum, vel per Eructationem prodentes.

Alvus utcunque ſiccior.

Semel in Anno patitur per Dies *vii.* vel *viii.* Diarrhæam Bilioſam, quam compeſcit Vino tincto, vel alio rubro auſtero, & Ovis induratis. Ab iſta Evacuatione melius ſemper ſe habent.

Molli Hypochondria, Venter demiſſus, neque ullo modo inflatus aut tumens.

Nullæ unquam Hæmorrhoides, nullum vel Hepatis vel Lienis vitium.

Nephritico dolori ab Arenulis obnoxius ab iſta Juventute. Urinas reddit cum multis Arenis rubris.

Dolor magnus eſt, ſaltem dum Sabulum per Uretres tranſit, poſtquam pervenit in Veſicam Dolor nullus.

Acrimonia quædam in Emiſſione Seminis ad finem coitus, in quo nullum unquam commiſit exceſſum.

Vitales partes bene ſe habent.

Animales non male. Cæditur tamen à Frigore externo, alias nec Tuſſi nec Catarrho obnoxius, ſæpe emungit Serum cruentum. Parùm ſpuit.

Ad Exercitia, quibus per totum Vitæ Curriculum aſſuevit habilis & promptus ſecundum rationem Ætatis & Virium.

Sæpe Volarum calore, pruritu, & ſcabie humida in Papulas, ἐφηλίδας efflorеſcente vexatur, ſicut Scabie ſicca, & Pruritu inter Coxas, & per totum habitum. Iſtæ autem Affectiones purgato Corpore, miſſo Sanguine, & poſt Unctionem cum 🜍 facilè evaneſcunt.

Aſſuefactus eſt Phlebotomiæ. Nunquam Arthritide laboravit.

Petit grata Cathartica, quibus vel curet, vel præcaveat Sanguinis Fervorem & Nephritidem.

¶

Item Remedia Prophylactica & curativa Doloris Nephritici ab Arenulis.

Theoria.

Sanus Homo, qui & benè valet, & ſuæ Spontis eſt, nullis obligare ſe Legibus debet, ac neque Medico neque Alipta egere. Hunc oportet varium habere Vitæ genus, modo ruri eſſe, modo in Urbe, ſæpiuſque in agro, navigare, venari, quieſcere interdum. Sed frequentius exercere, ſiquidem ignavia Corpus hebetat, Labor firmat; illa maturam Senectutem, hic longam adoleſcentiam reddit.

Cavendum ne in ſecunda valetudine adverſa Præſidia conſumantur.

Ut afflictam multiformi affectuum præter Naturam Syndrome valetudinem Remediis naturalibus erigere ac ſuſtentare nolle crudele eſt, ſic eandem minus Opis egentem ſub curioſa nimis præcautionis ſpecie, ſubinde ingeſtis Pharmacis validioribus importunè vexare perniciosum. Vir Nobiliſſimus firmam ſatis ſortitus eſt à Natura Corporis conſtitutionem, quæ effecit ut morbificis cauſis minus obnoxius feliciter ſatis emerſo majore parte Curriculi Vitæ, ad Senectutem inculpatæ penè Incolumitatis pervenerit. Naturale Donum Sanitatis firmavit auxitque Temperantia, quam cum ſingularem hactenus obſervaverit circa uſum omnium rerum naturalium. Haud mirum eſt ſi non admiſſis Procatarcticarum cauſarum Characteriſmis, antecedentium & conjunctarum incommodis minus in hunc uſque Diem patuerit Latus Viri ex intimis veræ Phyſicæ penetralibus Vitæ leges, & præcepta haurientis, atque in uſum revocantis. Veruntamen (nihil eſt ab omni parte beatum) ea eſt inſcripta nobis & medullitus inculpta Lex, ut cum ex contrariis conſtemus & Doloris & Diſſolutionis in imis præcordiis geramus Seminaria, quæ per Diſtentionem contrarietatis commota, inteſtino nos male mulctant diſſidio, Morbos pariunt, & tandem nobis ut ſublunaribus omnibus moliuntur atque accerſunt exciduum. Qualitates ſive Humoribus, ſive Spiritibus, ſeu partibus ipſis inhærentes, quandiu ſeſe invicem refringunt, & contemperant, placida ſunt omnia, nec ulla in Corpore agitatio, at verò ut *Hippocratis* Verbis utar, ſi acidum, amarum, ſalſum ipſum per ſe exiſtere cæperit ab iſto Divortio noxa quæ hoſtem lædit, cujus mali infauſta primordia vulgo Originem capeſſunt ab ea qualitate quæ in principiis generoſiſſimis Hominem temperatum ſaltem ad Juſtitiam non ad Pondus producturis exuberat. Ita contigit ut cùm Vir Illuſtriſſimus præcalidus ſit à Natura Fontem utrumque Caloris influentis (Cor & Hepar) fervidum nactus ſit, in quorum altero, Hepate nempe, ſupra Sanitatis Leges intemperato quærendum Centrum omnium quibus conflictatur ingraveſcente nunc ætate Affectionum. Orta ſuis atteſtantur Principiis, quidni igitur in æſtuante Parenchymate Sanguis ejuſdem Naturæ generabitur? Qui Silioſo Succo plurimo turgidus & Tartareo Sero dilutus in Venarum fluctuat Alveo? Puſtulæ ἐφηλίδες quæ in volis Manuum ſubinde effloreſcunt, ſicuti Scabies ſicca, quæ per habitum nonnunquam erumpit, fiunt à Sanguinis extra ſua Conceptacula in Cutem exudantis Ebullitione. Nephriticum dolorem (cui plerique omnes literati & quicunque diu Sedere coguntur obnoxii ſunt) cient Arenulæ vi Caloris Renum, vel potius eorundem facultate λιθοποιητικῇ in Pelvis interna Cavitate concretæ ac coagulatæ ex proportionata natura nempe craſſamento ſalſuginoſæ fæcis, quam Seri torrens iſto veluti ſale Lixivii inſtar ſupra modum prægnans ſecum vehit. Exigui iſti Calculi per Anguſtas οὐρητήρων meatus delati Dilatatione inſolenti & forſan pungente Aculeo ſævam ſolent exercere Carnificinam in Corpore præſertim ſenſus exquiſitiſſimé. Quicquid patitur ſuprema Regio, Cerebrum, Caput, φυχροῦ καὶ τοῦ πολλώθεως μητρόπολις, δευτεροπάθητικον eſt, leve proinde & fugax, quod vel per ſe vincente Natura evaneſcit, vel ne aderit quidem ſi inferiori Nutritiarum partium Sentinæ nonnunquam repurgandæ vel minimum Studium impendatur. Præſentibus mederi & futura præcavere ſi ex Arte velimus, temperandum Hepar cum Renibus, quos Viſceris Principis Vicinia trahit in Parilitatem Intemperiem. Procuranda Alvo fluiditas, cujus Saburra blandis & benedictis quoties opus fuerit eliminanda. Evertendi per intervalla Urinarii meatus, deplendum Venoſum genus, Habitus denique reſerandus, ne id quod per inſenſibilem tranſpirationem difflari poſtulat retentum partibus grave ſit, & levi de cauſa non leves affectus ſubnaſcantur. Tria ſunt Medicinæ Inſtrumenta quibus Artifex opera ſua exequitur, Diæta, Pharmacia, Chirurgia, Victus rationi quod addam, quidve in ea immutem vix habeo omnia ſecundum rationem facienti, etiamſi ſecundum Rationem non ſuccedat (multò magis ſi κατὰ λόγον) non eſt ad aliud tranſeundum Stante eo quod primo viſum eſt. Et ſanè qui bono ſemel invento melius quærit, pejus invenit, ut plurimum. Quocirca in conſueta Diæta perſeveret Vir nobiliſſimus eâ Lege ut ſaluber eligatur Aer, ab omni exceſſu quantum fieri poterit alieniſſimus. Cibi, Potus, Somnus, Vigilia, Labor, Venus, Exercitium, Quies, omnia Mediocria, nec extra ordinem. Tranquillitas Menti imperetur averruncatis importunorum παθημάτων Larvis. Superfluis denique omnibus, niſi pateant Arte, patefiant Naturales Viæ. Pharmacis paucis opus eſt ſi Alimenta eorum facultates poſſideant, ſintque Medicamentoſa quæ citra Perturbationem Corpus benignè alterent. Refrigerantibus accenſenda Juſcula, Vere & Æſtate potiſſimum uſurpanda, quibus incoxerint Oxalis utraque, Oxytriphyllon, Agrimon. Borrag. Bugloſſ. Endiv. Lactuc. Portulac. Lupul. & Aſparag. Summit. Pom. redol. Hordeum. Ea ſi Acidula reddantur Succis Citri Arantiorum, Vitrioli vel Sulphuris Spiritu. Bilis retundent Ferociam inſignius. Serum Lactis cum Succis Fumariæ, Cichorii, Pomorum mixtum, & depuratum, cum Ovi Albumine & Succo Limonum, Sanguinem mundabit, Hepar cum Renibus refrigerabit. Potum poſt univerſalia, circa Veris finem & per Æſtum Caniculæ ſumetur commodè matutinis Horis ſuperambulando, dilato ad quatuor horas Prandio. Quantitatem indicabit facilis Ventriculi tolerantia, quæ extendi poteſt ad aliquot Septimanas, præſertim ſi diſtribuatur facilè & brevi vel per Alvum, vel per Urinas excernatur, Vicem Aquarum Spadenſium ſupplebit aliqua ex parte quarum inſignis eſt Virtus in Ventriculo roborando, reſerandis viis, Jecore temperando, Renibus everrendis & Veſica. Balnei Aquæ dulcis tepidulæ uſus admodum proficuus æſtuante Cœlo: Jejuno Ventriculo ſubeundum ſolium, atque mergendum Corpus diu citra faſtidium, Sudorem, aut Virium dejectionem. Folia ſalicis, Vitis Malvæ, Violariæ, Flores Roſarum, Roſæ utiliter Aquæ injicientur, ſicuti Lactis quarta pars adjiciens. Vacuabunt citra noxam vel Corporis perturbationem Clyſteres, quorum frequentem uſum conſulo, tum quia primas Vias optimè & blandiſſimè ab Excrementis craſſioribus liberant, tum quia Renibus fomenti præſtant Vicem, cujus Ope Expultrix ſolicitata nihil ſunt diu cum Incrementi Periculo in eorum Cavitatibus ſtabulari. Enematis ordinarii ſemel in Septimana admittendi hoc ſit Paradeigma.

℞ Fol. Malv. Alth. Violar. Betæ, Atripl. an. M. i. Naſtur. Verulæ an.M. ß. Flor. Chamæm. P. iii. Flor. Melilot. Summit. Anethi an.P.ii. Semin. 4 frigid. maj. ℥ ß. Semin. Alkek. & Milii Solis an. ʒ ii. Sem. Aniſ. & Fœnic. an. ʒ i ß. Fiat omnium Decoctio, in Sero Lactis rec. Cape de Colat. ℔ i. in quâ diſſol. Cathol. Elect. Lenit. an. ʒ vi. Mell. Viol. Sacch. alb. an. ℥ i ß. Butyri recentis ℥ ii. Ms.

Operæ pretium fuerit Anniverſariis tempeſtatibus Vere & Autumno Corpus Purgatione ad Balnei Serive uſum præparare, præmiſſo pridie Clyſtere exhibeatur in Aurora potio.

℞ Rad. Cichor. ℥ ß. Fol. Agrim. M. ß. Flor. Violar. P. ii. Sem. Fœnicul. dulc. ʒ ii. Glycyrrh. recent. ʒ iii. Paſſul. par. iii. Fol. Sen. Mund. Vino albo odoro Nutrit. ʒ v. Fiat omnium Decoctio & Colat. in qua infunde per noctem Caſſ. Fiſtul. Rec. è Cann. extr. ℥ ii. Manè poſt unum vel alterum Fervorem levem, fiat Colatura, in qua reducta ad Doſin diſſolv. Syrup. de Cichor. Comp. cum Rheo & Roſ. pallid. comp. cum Agar. an. ℥ i. Ms. Fiat Potio iteranda, ſi opus fuerit, idque ſuaſerit Cacochymiæ juncta Plethora.

Intermedio Tempore ſi quæ incidat blandiorum Catharticorum neceſſitas, cujus momenta facile explorabit certoque agnoſcet Vir in proprii Corporis notitia experientiſſimus, ſint ad Manus Roſæ Damaſcenæ Saccharo conditæ, quarum ℥ i. vel ℥ ii. Superhaſto Aquæ Fontis puriſſimæ Cyatho, aut Seri Lactis non minus benigne quam abundè Serum bilioſum ducent. Juſculis incoquantur violariæ Radices, Folia mercurialis & Rumicis Rhabarbarum Monacharum Dieti. Nonnunquam Senæ Folia minutiſſime conciſa, Limonum ſucco irrorata macerentur per Hor. *xxiv*. in Aqua fontana Vino Rhenano, Omphacio, idque in frigido Liquor limpidus, effundatur, ejuſque Cochlearia duo vel tria Juſculo admiſceantur. Senæ ʒ iii. vel Semuncia Nodulo incluſa cum aliquot Garyophyllis maceretur in duabus partibus Vini albi & una Aq. Still. Cichor. aut Pomor. per Hor. *xxiv*. Citra ullum Calorem fiat Colatura, quæ dulcoretur Syrupo violato, de Pomis aut Syrupo ex Manna Calabr. cum Aq. Still. Endiv. parato, Fiat Hauſtus exhibendus Hora una ante Prandium ſine Cuſtodia. Pruna vel Paſſulæ Corinthiacæ vel communes condiri poterunt poſt bidui Macerationem in infuſo Folior. Senæ ſi ad Conſervationem Saccharum & Mannæ adjiciantur. Iſtis familiaribus primæ Regionis Obfarctus tolletur & optima ſternetur ad ſingulas Concoctiones exactiſſimè peragendus Via.

Sequitur Renum cura, quorum effectus προφυλάξιν poſtulat & θεραπείαν. Concretionem Arenularum & Calculi antevertent dicta Præſidia per materialis cauſæ diverſionem & Evacuationem ſi quid in viis hæreat, quod Medicamenta effugerit ſequentibus deturbabitur. Singulis Menſibus ſub Lunæ decurſum injiciatur Clyſter, mox tribus ultimis Lunæ Diebus conſequentibus ex

Vino albo, ſumatur Pulvis Nephrocatharticus ſequens.

℞ Rad. Pimpinell. Saxifragiæ an. ℥ i. Grano Fuſani Semin. Petroſel. Lapid. Cancror. fluviat. an. ℥ i. Semin Milii ſalis ʒ ii. Corall. rubr. præp. ʒ i. Oſſium Meſpil. ℥ ß. ex omnibus exactiſſime ſiccatis fiat Alkool, Capiat ʒ i. pro Doſi ſuperambulando Horis quatuor ante Prandium.

Una vel altera Doſis judicabit utilitatem Remedii, à quo ſi Lotium ſecedat acrius, una eademque Opera Lubricæ redditæ Viæ excepto Conſerva Florum Malvæ Pulviſculo, Medicamenti vim & Arenulas Urinamque facilius tranſmittent. Quod ſi nihilominus antiquus jam recurrat aliquando Dolor, injiciatur Enema tale. ℞ Folior. Parietar. Chamæm. Naſtur. Verulæ an. M. i. Summit Anethi P. iii. Semin. Aniſ. Fœnicul. an. ʒ ii ß. Semin. Lini ℥ ß. Sem. frig. maj. ʒ vi. Sem. Alkek. & Milii Solis an. ʒ iii. Fiat Decoctio in Colaturæ ℔ i. Diſſolv. Elect. Lenit. ℥ i. Diaphœn. ℥ ß. Mell. Mercurial. ℥ ii. Olei Amygdal. dulc. & Viol. an. ℥ i ß. Terebenth. Venet. in Vitell. Ovor. diſſolut. ʒ iii. vel ℥ ß. Ms. Semicupium paretur ex decocto Materiæ Decoctionis Clyſteris, additis Rapis craſſioribus multis & Raphanis, cum toto ſæviente Dolore propinetur potio ex Vini albi ℥ i. Aq. Parietar. ℥ ii. Succ. Limon. ℥ ß. Ol. Amygdal. dulc. rec. extr. ſine Igne ℥ i ß. Sacch. cand. ʒ ii. detur poſt Moram dimidiæ Horæ in Semicupio. In graviſſimo Caſu & Obſtructionis metu nunquam ſatis laudatur in hoc caſu Brunellæ Lapis ad ʒ i. exhibendus è Ptyſana cum ℥ i. Syrup. Viol. vel de Alth. ne omittatur. Phlebotomia unicum eſt Remedium in magnis doloribus, magnis Fluxionibus, magnis Inflammationibus. Pro re nata uſurpabitur in Corpore jam Senium ingreſſo, ita ut neque temere præſcribatur à Medicis in leviori occaſione, nec trepide à Domino urgente neceſſitate refugiatur. Ejus Vicaria erit Hæmorrhoidalium Venarum per Hirudines Margine Ani appoſitus apertio, quæ poſt autumnalem Purgationem præmiſſo Balneo erit utiliſſima. Sicut cutis vitia vix ac ne vix quidem pertimiſcenda, ſi eorum cauſæ tanta cum Sedulitate corrigantur, vel omni ex parte auferantur. Ne tamen ad ea per negligentiam forſan vel Negotiorum Impedimentum naſcitura Remedia deſint, repurgato Corpore, (& ſi per affectum Vires Annique tempus liceat) Secta vena, ſcabioſæ partus in ingreſſu lecti Linimento ſequente inungantur. ℞ Alvi Roſati Styracis liquid. an. ℥ i. Sulph. ſubtiliſſ. triti ſalis Marin. an. ʒ ii. Succi Limon. ʒ i. Agitentur diutiſſime in Mortario Marm. & ſerv. ad uſum. Vel ℞ Ung. Pomat. vulgar. Styrac. liquid. an. ℥ i. Flor. Sulph. ℥ ß. Succi Limon. ʒ ii. Ms. ut ſupra.

Sufficiant iſta in Subjecto, cui hactenus pauciora ſuffecerunt, faxitque Deus ut deſcripta Remedia ſint potius obſervantiæ ſummæ qua nobiliſſimum Virum ex Animo Colo Monumenta, quàm vel defecturum in pejus ruiturum Argumenta, vel Arma in repoſito ad quæ Morborum

rum circumſiliens agmen Medicos tanto, tam neceſſariò Patriæ charoque Capiti invigilantes concurrere aliquando cogat. Datum *Londini* Calend. April. 1616.

Dominus Comes Dumferling. *Julii* 27. 1617.

DE Temperamento illius ſatis fuſa in præcedentibus facta fuit Mentio: Eadem Symptomata Scabiei, & Calculorum minimorum ſemper perſeverant, Ideo metuit ſibi à Renum Lithiaſi.

Agenda nunc. Temperandum Hepar cum Renib. & Intemperies fervida quæ partes iſtas fatigat corrigenda eſt. Renes certis, ſtatiſque intervallis everrendi.

Cavendum niſi in graviori caſu à validioribus Diureticis, quæ vano Conatu Naturam tantum fatigabunt, & debilitatis partibus facient ad Morbificæ cauſæ Incrementum.

Remedia.

Clyſter. emoll. leniens frequenter uſurpetur. ℞ Fol. Malv. Viol. Parietar. Solani an. M. i. Flor. Camomill. P. iii. Flor. Nenuphar. P. ii. Furfur. Macri, hord. integr. an. P. i *ß*. Semin. quatuor frigid. major. ℥ *ß*. Semin. Aniſ. & Fœniculi an. ʒ ii. Fiat Decoct. in ſero Lactis recent. In Colaturæ ℔ i. Diſſolv. elect. Lenitivi ℥ i *ß*. Mell. roſat. Sacchar. rubr. an. ℥ ii. Butyr. recent. ℥ iii. Ms. Fiat Clyſter uſualis.

Purgetur Caſſia ante Paſtus immediatè circa Lunæ decurſum. Vel infuſo Senæ, Caſſiæ, Rhei, cum Tamarind. & Syrup. de Cichor. compoſ. cum Rhabarbaro. Vel paretur ex profeſſo Electuarium Lenitivum Nephrocatharcticum.

Abſtineat à Diacrydio & Colocyntide, quæ Hepati malum imprimunt Characterem.

Quod ſi nolit, ſed extracta & Medicamenta grati potius Saporis quam tutæ Operationis conſectetur, detur Jalap. ad ʒ i. ex Lacte & Saccharo. Vel eo aſſumpto ſuperbibatur Serum Lactis.

Cremor Tartari cum Scammonio per Spiritum Vini extracto inſtar Colophoniæ, illius ʒ i. hujus gran. x. xv. xx. Ex Sero Lactis clarificato, in quo calente facile diſſolvetur Cremor; vel ex Vino albo, addita pauca Aqua Cynamomi.

Aqua Scammoniata purgans Zappatæ, cum Julepo Alexandrino.

Claretum laxativum non ingratum. ℞ Folior. Sen. mund. minutim. inciſor. ℥ i. Scammon. puriſſ. per Spiritum Vini extract. ʒ *ß*. Vini Rhenani ℥ xx. Macerentur per Horas *xxiv*. Mox fiat per chartam Colatura ſuper ℥ ii. Mannæ Calabrin. per Phlegma Vini diſſolut. & blanda Coagulatione in B. præparatæ, Colaturæ addantur Cochlearia duo ſive ʒ ii. Aqu. Cynamom. vel Claretæ pro tribus Doſibus.

Scammon. diſſolutum in Sapa Cydoniorum.

Tinctura Roſar. Pallidar. recent. vel Florum Vetonicæ rubræ extracta cum Aqua Cichorei

&

& Vino Rhenano, addito Scammonio.

Serum Lactis Infuſionis Roſarum pallidarum, addito pauco Scammonio & Manna.

Infuſio Nona Roſarum pallidarum ad ℥iii. add. Mann. ℥i. ℥ß. cum Infuſione ʒii. vel iii. Senæ ſeorſim factæ in Vino Rhenano.

Temperantia ſunt Balneum Aqu. dulc. tepentis, Serum Lactis clarificat. cum Succis Cichor. Fumar. Acetoſell. utriuſque.

Aquæ Spadenſes. Vide de Abredonenſibus. Phlebotomia aper. Hæmorrhoidum.

Renes everrentia ſumantur ultima Lunæ quadra poſt Purgationem levem ex Caſſia. Vinum ex Baccis Alkekengi.

Butyrum recens cum Saccharo Cand. Superhauſto Vino albo ad medias diluto Infuſione Ligni Nephritici in Aqua Fontana.

Conſerva Florum Malvæ & Altheæ cum Pulviſculo ex Oculis Cancri, Lapide Tiburonum Herniaria Virga aurea, Oſſibus Meſpilorum, Cremore vel Chriſtallis ♀.

Juſculum cum Radice urinariæ, Petroſel. Fœnicul. Fol. Violar. Summit. Malv. Percepicr. Anglorum, Saxifraga Pimpinella Saxifraga Bulboſa, Coctis in Aqua, addito Butyro recenti.

Siquid magis urgeat, Lapis Brunellæ nulli ſecundus ad everrendas Vias Urinarias.

Liquor ex Raphano & Saccharo cando, addito Syrupo ex floribus Malvæ.

Bona victus Lex in primis, quæ Sanguinem temperet, & Renes nec calfaciat, nec debilitet.

Mad. de *Rohan*. 17 Decemb. 1616.

Hæmorrhoides ab Atra Bile.

SEquentia in Epiſtola ex Britanniâ ad me ſcriptâ, continentur.

Anni 1602 Initio bis per ſex Dies quavis vice fluxerunt copioſè Hæmorrhoides, poſt bidui dolorem, iis ſubſiſtentibus, reſtabat tantum Dolor inter ſtandum, vel incedendum.

Menſe Junio 1602. Fluxus per novem Dies, cum quo Dolores omnes ceſſaverunt, nec recurrit Fluxus, aut Dolor novem Menſium Spatio.

Menſe Martio 1603. Dolores ſummi præteritis omnibus ſæviores aucti, poſt applicationem Hirudinum & Phlebotomiam ex Brachio hi per tres Menſes continuas duraverunt, cum parco fluxu Sanguinis, qui aliquando prorumpens non ſufficiebat ad ſublevandam ægram.

Poſt tres Menſes ceſſavit Dolor abſque Evacuatione, quod tutò fieri poſſe aſſerebant Medici, Domina verò merito negabat.

Menſe exacto ſæviſſimi Dolores, quas ipſa Colicas appellabat (ob ſitum) tamen repugnantibus Medicis.

Incipiebat Dolor circa Latus dextrum & Regionem Hepatis, ac protendebatur ad ſiniſtrum, primo affligens tertio vel quarto Die per tres vel quatuor Horas, deinde quotidie per Horas *xviii.* cum Summo Vomitu.

Ultima Acceſſio fuit ſex Dierum conſequentium, quorum poſtremo

ſtremo Paroxyſmus duravit per 20 Horas.

Purgatio duplex ex Diaphœnico, Phlebotomia Brachii, à qua pejus habuit, mox Pedis, à quo melius, intermiſerunt Dolores & reſtiterunt Puncturæ lateris.

Pilul. de Hiera bis exhibitæ, à quibus apertæ Hæmorrhoides ad Sanguinis ℔ i ſs. (quæ non niſi provocatæ fluunt) his fluentibus moderatio doloris ſubſiſtentibus recurſus.

Pilul. de Hiera iterum ſumptæ eduxerunt Sanguinis ℔ i. quo cohibito punctura lateris ad Menſtruæ Purgationis Terminum uſque.

Poſt Menſium fluxionem dolor Hæmorrh. per 15 Dies, cui ſucceſſit Dolor Lateris, qui tunc ad Mammas protendebatur, & nunc urget cum Inflatione Diaphragmatis & Anhelitus difficultate. Atque hæc duraverunt ad Menſtrua uſque.

Ultima Vice fluxerunt Menſes parciores, & pallidiores ſolito.

Notandum Menſibus ſuccedere Hæmorrhoidum dolorem per 19 Dies, huic vero Lateris Puncturas ad Menſium tempus certiſſimo circuitu.

Medicus ordinarius ſuadet diverſionem Hæmorrhoidalis fluxus per Phlebotomiam, Suppreſſionem per Aſtringentia.

Conſilium petit.

De Phlebotomia Pedis aut Brachii, illam tamen huic præfert.

De mineralibus Aquis frigidis, quæ recipiunt Vitriolum Nitrum & .

De Aquis prope Rhotomagam. an de Forges? Spadenſes metuit ratione Aluminis.

Male habuit ſemper poſt Minerales Aquas, & magnus hic Dolor cæpit poſt Nivernenſium uſum, ſed tunc ingreſſa eſt Balneum.

De Pilulis Scaligeri ad provocationem Hæmorrhoidum.

Sed ſatis dolent, nec quantumvis copioſo fluxu levatur Colicus Dolor, qui ſubinde recurrit, imò major.

Probat Apertionem Saphænæ, quâ ſemel inſigniter levata eſt.

Medici non audent Venam aperire ob ingentes Hæmorrhagias.

Lac Aſinæ ſumpſit, quo irritatæ Hæmorrhoides.

Theoria.

Summe Melancholicum Corpus ſcatet Atra Bile. Vorax eſt Domina, magni Hepatis, à quo multus Sanguis, qui retorretur in præcalidis Hypochondriis, hunc totum nec attrahere nec conficere poteſt Lien, unde tenuiore ſui parte ſurſum repit & Cerebrum agitat, craſſiore deorſum fertur ad Hæmorrhoidales Venas, in quibus craſſitie & lentore hæret, Acrimonia partem exquiſitiſſimi ſenſus lancinat, unde Dolores tam diurni qui tales ſunt ob Ætatem, adde quod à partu ut antea nullum accedit Naturæ levamen. Efferus iſte Humor factus eſt ἀναῤῥοπος ante aliquot Menſes & à Liene effuſus partim in Ventriculum partim per διαπήδησιν in Tunicas Coli inteſtini fecit ingentes illos Vomitus (quibus recordandum alias tempore Graviditatis retento Menſtruo valdè obnoxiam fuiſſe ægram & ingentem Atra Bilis copiam evomuiſſe.)

Pars autem impacta Tunicis Inteſtinorum fixum illum Dolorem Lateris ſeu potius Hypochondrii dextri fovet, fit enim ſæpe, ut Bilis utraque vel æruginoſa ab Hepate, vel Liene effuſa, in Inteſtina Colicam Paſſionem mentiatur. Nunc verò etiam premit Diaphragma, unde ſpirandi difficultas & Inflatio, forſan vapore.

Mammas etiam opplet hic Humor, per patentes earum venas ad Spongioſas valde Glandulas delatus, in quibus ſi Pedem fixerit Cavendum à Cancro in iſtis partibus ab hoc Humore ſatis ordinario.

Praxis.

Omni arte efficiendum eſt ut deorſum trahatur ad ignobiliores partes Bilis Atra.

Octavo vel decimo poſt Menſtrua die tundatur Saphena, mox dextra, mox ſiniſtra ad ℥ iii. ſingulis Menſibus ad tres vel quatuor uſque.

Decimo ante fluxum Menſium qui erit medius terminus Dolorum Lateris purgatur. Non probo Diaphænicon, quippe nihil educit de cauſa morbifica, nec Rheum, quia nimis aſtringit. In Sena unicum præſidium, ſe reſpuit more Melancholicorum omnia utilia contemnentium.

Fiant tria Apozemata aperientia, Atram Bilem coquentia ex Rad. Filic. Fœm. Rub. Tinct. Aſaro Cort. Rad. Cappar. & Tamaric. Fol. Chamædr. Chamæp. Fumar. Meliſſ. Bugloſſ. Epithym. Cuſcut. flor. Geniſt. & Tamariſc. Sem. Card. Bened. Ciceri. Rub. Capparib. Cortic. Citri condit. Pom. redol. cum Oxymelit. maj. Julian. & ſimplici vel Syrupus Viol. cum Spiritu ⊕li ſumat per quatuor Dies.

Sumat interim alternis Diebus Pilulas ſequentes ante levem Cœnam.

℞ Aloes roſat. ℥ ß. Gum. Ammon. Bdell. an. ℥ i. Rhabarb. (ſiquidem nullo alio uti vult purgante) ʒ ii. Myrrh. ʒ i ß. Croci ℈ iv. Pulv. Gagatis & Succini Lapid. Lazul. an. ʒ i. Salis ♀ Corall. Artemiſ. an. ʒ ii. Ms. Fiat Pilul. cum Syr. de Abſynthio Doſis ʒ ß. Cum purgari melius voluerit, add. Therm. Alhand. gr. iv.

Fiant Fotus toti Abdomini emollientes, aperientes, præſertim dum ſumet Apozemata, idque illico ab aſſumpto Apozemate, Manè & poſt Meridiem Fotus fiat ex decocto in Aq. Chalyb. Vino albo, & Aceto ſcyllit.

Applic. Emplaſtrum Lieni ex Ladano. Cera, Gum. Elemi Ammoniaco Pulvere Ceterach.

Si maximi urgeant Dolores, Balneum cum emollientib. & refriger.

Fiant Lotiones Tibiarum cum Hedera utraque Abſinth. Centaur. Min. Artemiſ. &c. & Frictiones deorſum verſus.

Applicentur Pyrotica duo Tibiis.

Juſcula refriger. addit. Cremore ♀ & cum ⊕li. malim uti Sero Lactis cum Fumaria quàm Lacte Aſinino.

Ne applicentur aſtringentia Hæmorrhoidibus.

Mineralium Aquarum frigidar. Potus probatur ad aperiendum & eluendum, non roborandum; improbatur Calidarum Balneum.

Aquæ Spadenſes plus habent Vitrioli quam 0. ut ex reſidente Ochra patet, item ex Guſtu.

Probantur etiam Nivernenſes.

Pulvis digeſtivus. Tabell. ex Perlis & Santalis. Opiata cum Confect. Alkerm. & de Hyacyntho.

Rejecit Clyſteres, Senam, Agaricum, Caſſiam. Opiata alternatim ſumatur cum Pilulis, cui admiſc. Gagat. Succin. Sal. Perl. Cremor. Tart. ſuperhauſto Juſculo ex Borrag. Bugloſſ. Cappar. Uvis Corinth. hord.

Extract. uſual. ℞ Rhabarb. elect. ℥ iv. Rad. Ebul. ℥ iii. Turbith. ℥ i *ſs.* Medull. Sem. Ebul. an. ℥ i. Extrahe cum Aqua Cichor. & Aniſi quæ inter diſtillandum cum Oleo prodit. reduc. ad Form. Pilul. Adde extracti Olei Aniſi & Macis an. ʒ *ſs.* Salis Abſynth. ʒ ii. pro quovis Scrupulo adde Scammon. optim. Therm. Alhand. an. gr. v. Fiant Pilul. pro unâ Doſi.

Domino Comite D'*Abercorne.* 28 Septembris 1616.

Affectus Melancholicus.

ANN. nat. 41. Menſ. 1. Dies 13.

Temperamento Melancholico, Sanguine abundat, Venas habet amplas ἐπιφλέβος, Sanguis non corruptus, in ſuperficie floridus, craſſus & niger, in fundo Sero abundat.

Natus ex utroque parente Melancholico.

Pater cum ipſum ſuſcepit optimè ſe habuit, nec ægrotavit niſi 15°. poſt Anno. Mentis incommodum, *&c.* Ex Melancholico affectu ἄνοια in Patre.

Infans lactans Colicis Doloribus & torminibus obnoxius.

3 Anno Variolæ plurimæ.

15 Anno Morbilli.

23 Anno Febris, Ephemera duplex, quæ ceſſavit poſt miſſum Sanguinem, cœpit autem Febris poſt multiplicem Purgationem, invaſit cum Vertigine & deliquio levi, quæ Symptomata ſuperveniente Vomitu evanuerunt.

Duxit Uxorem 20 Ætatis Anno.

Ante Nuptias ob graviſſima Negotia mutavit priſtinum Vitæ genus & paulatim factus eſt Hypochondriacus. Vel potius invadebat ipſum per Vices ſemel, bis, ter, in Menſe, Vertigo cum Obtenebratione. Succedebat Vomitus veluti Flatus per Aures exeuntes, mox Vomitus, à quo confeſtim perſanabatur.

Ab eo tempore gravis auditus cum Iræ qualitate affectionis in Aure dextra. Exacerbatur juxta tempeſtates.

Avunculus erat ſurdaſter.

Vertigo per *vi.* aut *vii.* Annos perſeveravit. Cogebatur uti Vicinis adminiculis.

Ab octo Annis autumnali tempeſtate Flatus ab Hypochondriis per Oeſophagum ad Fauces aſcendens & deſcendens quaſi ſuffocaturus mœror. Tres Noctes inſomnes. Appetitus Proſtratio. Purgatus fuit. Miſſus Sanguis.

Imminutum quidem malum, verum per totam Hyemem vexatus Flatu Hypochondriaco, Vigiliis, Palpitatione Cordis, ſubſultu Membrorum in Somno.

Graviſſima & plurima Negotia.

Sequenti Vere Tertiana Notha per tres Menſes facta duplex.

Corpus nihilo ſecius exercebat. Per ſe convaluit magna ἀποσίτια. Sitis ingens.

Ab eo tempore ſæpius vexatur Flatu Hypoch.

Rugitus magnus in ſiniſtro Latere.

Torpet ad negotia tunc, & mœſtus eſt.

Non tumet à Cibo Ventriculus.

Nulla Fermentatio in digeſtione.

Flatus ἀνάῤῥοπος, ſed parum ejicitur, ſi plus melius ab aſſumpto Tobaco ructat facilius.

Aliquando ita intumuit à Flatibus Abdomen, ut vix potuerit contineri Veſtibus, & rupti fuerint Globuli. Multum ſpuit liquida, ſi Paroxyſmus Melancholicus invadat, ſpuit magis compacta & viſcida.

Suſpiria multa in Paroxyſmo, noctu & interdiu. Solitudinis nullo modo amans niſi in Paroxyſmo, idque ex Ratione, quia tunc credit ſe minùs aptum ad Colloquia & Conſortium.

Nunc tribus ab hinc Annis nulla Cordis Palpitatio Melancholica, Symptomata leviora.

Nulli Vomitus Spontanei.

Edulia non aceſcunt in Stomacho.

Piſces Ventriculo infeſti, *Whitings*, Eſperlans, Merlans; ſemel in Die ad minus fluit Alvus. Excrementa ut plurimum bonæ conſiſtentiæ. Illico autem ægrotat. Siſtitur Alvus. Urina minuitur. Caro concidit. Debilitantur Artus. Color faciei flaveſcit. Tunc Corpus purgat & Sanguinem mittit.

Ægrotans gaudet Domi manere, & uti familiarium Conſuetudine. Metus & Mœſtitia ipſum primò infeſtabant, nunc ipſi eſt levius.

Nunquam paſſus eſt Fluxum Hæmorrhoid. Aliquando tamen intumeſcunt Venæ per ſe quavis Tempeſtate.

Varicem habet in toto Crure dextro, ab Inguine ad Talum paulatim & per ſe ſuccrevit.

Cœpit circa Malleolum & ſic deinceps.

Nunquam laborat Teneſmo.

Semel ad minus ſingulis Tempeſtatibus habet duas aut tres Sedes, tunc purgat. Corpus & bene ſe habet.

Rarò ſitit. Potus ordin. eſt Ala aut Cereviſ. parùm Vini bibit ordinarie.

Sputum dulce, ſi ægrotet grave, gravis halitus, tunc Purgatione ſumit.

Hypochondria mollia. Nihil præter Naturam ſentit in Abdomine.

Aliquando puncturæ in Hypochondriis, nonnunquam vagi Dolores per totum Corpus à Flatu.

Laboravit ante 20 Annos Nephritide ab Arenulis cum Vomitu, *&c.* Poſt duram Equitationem Sabulæ rubr. copioſiſſ. rejecit, liberatus deinceps ſæpe ejuſmodi Arenulas reddit cum Ardore Penis.

Partes ſpirituales bene ſe habent ab Anno *xii.* ad *xx.* Tuſſis ſicca ex profunda, èx qua ope Remediorum & mutationis Ætatis curatus eſt.

Tuſſi à Rheumatiſmo per Hyemem obnoxius, præſertim nocet Pedum Humiditas.

Dormit placidè per *vii.* Horas noctu, nunquam inter Paſtus.

Senſus boni, excepto Auditu.

Memoria non ſatis bona. Junior citò addiſcebat. Citò obliviſcebatur. Præſentia optimè concipit, præterita non ita diu aſſervat. Parùm ſomniat. Non purgatur Cerebrum per Nares, ſed ſeſe exonerat in Ventriculum. Si Naribus indat aliquid provocans Pituita educitur, ſed ſtatim clauditur Etmoides. Habet tamen Naſum elatum æquilinum. Juniori rubebant Oculi. Nunc moleſta eſt in Dentes fluxio.

Furfuribus ſcatet Caput. Capilli ut plurimum madent, quo plus eo ipſi eſt melius.

Geſtat brevem Comam, pectit plurimum.

Erumpunt aliquando Papulæ in Capite.

Nulla ſenſibilis à Capite per ſpinam Fluxio frigida. Maximè ipſi nocuit nocetque Continentia, moleſta fuere Tintigo, Teſtium Tumor, Calor ingens, Capitis gravitas, *&c.*

Semel aut bis Dolore utriuſque Pollicis Pedis laboravit ante Annum. An Arthritide.

Avia materna Arthritica. Neuter parens talis fuit.

Mater ſummas paſſa Deſtillationes à Capite cum Hemicrania & Convulſionibus faciei valde Hypochondriaca.

Facilè ſudat poſt Exercitium. Item in Lecto, ſi plus ſolito tegatur.

Nihil reſpuit Medicamentorum, ſub quavis forma.

Mediocriter ſe habet ad effectum Catharticor.

Conſuetudo tamen purgandi facit ut ferat validiora.

Bene ſe habet à Balneo Aquæ dulcis tepidulo, nec unquam Animo linguitur.

Difficilius vomit. Procera Statura. Collum oblongum, *&c.*

Nunquam uſus eſt Aquis Mineralibus. Intrinſecus ſemel ſumpſit ☿. Durante Operatione male ſe habuit. Poſtea non pejus.

Habenda ratio Partium ſequentium.

Ventriculi Concoctio omni arte juvanda, atque hoc Viſcus à ſuperfluis ſedulò mundari debet.

Hepar calidius contemperandum, quippe à Calore exaſſatur Sanguis & ſic evadit Melancholicus.

Lien roborandus, ipſiuſque Parenchyma laxius confirmandum. In Tono iſtius partis cardo Curationis verſatur.

Meſeraici Tubi reſerandi & ſubinde everrendi, præſertim Ramus ſplenicus, nè à retento iſtic Atræ Bilis fermento tota Maſſa acescat.

Venoſum genus à Melancholico humore & Sero ſuperfluo ſtatis temporibus eſt repurgandum.

Nam Melancholia quæ Hypochondriaca occupat, facilè & Cerebrum repit, & per continuitatem Generationis & Actionis Venas opplet, atque fit affectus univerſalis.

Renes à ſabuloſa Saburra liberandi, licet certum ſit fore, at ſublata cauſa antecedente: Partes iſtæ hoc incommodo minus vexentur, aut nihil ſentiant incommodi.

Genitales partes evacuandæ antequam incommodum continentiæ percipiat.

Hæmorrhoides aperiendæ. Varix ſi moleſta ſit nonnunquam tundenda ad καπάῤῥυπᾶν inſignem.

Inteſtina vacuanda à Flatibus & Excrementis.

Cor roborandum, & ab eo arcendi maligni Fumi.

Pulmones adverſus in Fluxum Catarrhi per Hyemem infeſtantis defendendi.

Cerebrum ſiccandum, confortandum. Aperiendi Capitis pori. Ducenda per Nares & palatum Excrementa.

Auri ſurdaſtræ etiam providendum. Liquore tenui Cotone Moſchato, & ſi forſan irritus futurus ſit hic Labor, propter Longitudinem & Durationem Affectionis jam confirmatæ.

Habitus reſerandus Frictionibus univerſalibus.

Theoria.

Partibus Nutritiis & Cerebro à Nativitate Labes quædam inhæret, ita ut illæ concoquendo, *&c.* Segne gaude ineptæ ſint. Hoc ad recipiendum promptiſſimum & aptiſſimum.

Lien eſt Focus & Minera affectus Hypochondriaci, in quo licet nullus ſit Tumor nullâ durities, adeſt tamen laxitas quæ facit ut multum capiat fæcis Melancholicæ, quam ob mollitiem non conficit, nec attenuat, nec expurgat foraſve ejicit, ſaltem ut æquum eſſet. Ita remanet Fomentum Atræ Bilis quod primis & ſecundis qualitatibus infeſtat Ventriculum cum ipſius appendicibus Inteſtinis Flatus excitat & Fermentationes parit, dum vid. Aciditas ad Humorem ſalſum appellit, malignitate autem Cor infeſtat, Caligine ipſam Cerebri temperiem percellit, licet nondum in Mentem irrepat.

Cerebrum autem habet nativam Imbecillitatem, unde fit ut licet ratio δυσπαθεῖαν confirmet, tamen vi quaſi in familiaris affectionis Characteriſmum aliquando (licet leviter) trahatur.

Vertigo tenebricoſa fuit prænuntia affectus Hypochondriaci, vel potius ejuſdem Soboles, quæ cum ſolveretur Vomitu judicium erat δευτεροπαθεῖας à Ventriculo & Liene non minus quam aptitudinis Cerebri ad offenſæ receptionem unde ζύψωσις. A rarefactione Humorum in Ventriculo contentorum, amarorum, ſalſorum, acidorum, ad quos cùm appellit Sal acidus vitriolatus, à Liene per vas breve eructatus in Cavitatem Stomachi fit Ebullitio, & Spirituum prius quietorum atque inertium ſuſcitatio & Vegetatio. Jam verò quemadmodum acido Vitrioli vel 🜍 Spiritu ferrum aperiente; vel Tartari Salem tangente, fit Ebullitio ingens, & Spirituum elevatio, qui vas ſæpiſſimè rumpunt, propter ſui diffuſionem, & loci Anguſtioris terminos, ita in ea Fermentatione, quæ fit in Ventriculo, diſtenditur membranoſum Corpus, Thorax vi rumpitur, diſſiliunt Globuli.

Cur non eſt libera Narium via, cum tum Naſus prominens ſit & maximè elatus? Cur vel minimo præſidio aperitur, mox illicò clauditur?

An quia Cerebrum trahit ab inferioribus partibus potenter, & multum recipit, quia magnum pars valde plena difficilimè: Imo nihil expellit per anguſtos præſertim Colatorii meatus, fit autem obſtructio vel à Blenna non infarciente, ſed veluti ſuperficiem internam Ethmoidis oblinente, vel potius à Vapore. Craſſo quod magis fit veriſimilè, quam præſertim olfactum habeat exquiſitiſſimum.

Ampulla ſtricti Orificii Aqua plena nihil ſinit elati, quia vix datur ingreſſus, Aeri ad Aquam expellendam in ipſius locum ſuccedendo.

Venus Melancholicis proficua, iis præſertim quibus calidior eſt Sanguis. Ideo nocet continentia, quia non difflatur igneus ille Calor, qui Viſceribus concluſus conſopitos Humores excitat atque exacerbat.

Agenda.

Victus humectans, refrigerans, aperiens, partes principes roborans, Spiritus recreans, & facultates confirmans.

Humores præparato, craſſa attenuando, viſcida incidendo, obſtructa reſerando.

Solennibus Purgationibus per intervalla Humores præparatos educito & evacuato ſtrenué. Ἀδρωτέρως τοῖς κάτω, ſatiùs autem eſt mediocribus ſæpius repetitis quam valentiſſimis rariùs uti.

Intemperiem inæqualem Viſcerum alterantibus mandato.

Ventriculo, Cor, Cerebrum, confirmato.

Malignitatem in primis Atri Succi in ipſa minera Liene vid. Extinguito, alias Operam luſeris, quippe hæc qualitas cæterarum eſt veluti Terna.

Hunc Succum naturæ Vitæque principiis infeſtiſſimum apertis Venis nonnunquam evacuato.

His agendum de Phlebotomia. Hæmorrhoid. apertione & de Varice Cruris dextri.

Remedia.

Purgatio ſolemnis, Verna & Autumnalis.

Clyſter.

Apozema Hepaticum, ſplenitic. Antihypochondr. In tres Doſes laxat. cum Sena Fol. Elleb. nigr. Agaric. Cartham. Tartar. Syrup. Roſ. Comp. cum Agaric. de Fumar. ſolut. de Epithm. de Pom. Sol.

Actuatur ſi opus ſit Diaphœnic. & Conſ. Hamech.

Phlebotomia de Baſilica vel Median. Vere quidem dextr. Autumno ſiniſtro.

Baln. Aq. dulc. tepidul. cum emoll. & refrig. Roſ. aliiſque ſuavibus & odoratis non calidis.

Apertio Hæmorrhoidum, bis ter, quater, in Anno ad ſingulas Mutationes Tempeſtatum.

NB. Varix eſt veluti Emiſſarium aut Sentina Atræ fæcis, quam per Sedem ſatiùs eſt educi ne vel nimis tumeat, aut diſrumpatur Vena, vel fiat Ulcus, vel Arthritis ſit moleſtiſſima ob facilitatem ad ſuſcipiendum Fluxionem per ampliſſimum Venæ tumentis & turgentis Canalem. Non liganda, vix conſtringenda Varix. An aperienda Juſcula Verna æſtiva, autumnalia, cum Cremore ♀ chalybeato. Hyeme buccella Panis magis conveniet.

De Sero Lactis clarificato cum Succ. Fumar. Pomor. redol. & Infuſion. Capillar. per noctem facta ſubdito de Aquis Mineralibus, Spadenſib. & ſimilibus, Ferri Virtute prægnantibus, *Wallemburg. Tumbrig. Wanſtet*, &c.

Proximo Vere poſt Purgationem, Balneum, &c. Univerſalem Corporis curam velim.

Dominum per 20 Dies uti Electuario Chalybeato ex Conſ. Roſar. Rub. Viol. Rec. Primul, Ver. Nymph. Flor. Veton. Rub. raſur. Cornu Cervi Oſſe de Corde ejuſdem. Gagat. Lapid. Lazul. præparato Magiſt. Corall. & Perl. dulc. Magiſt. Ocul. Cancr. Pulv. Fumar. Veron. Mar. Chamædr. Croc. Martis aper. cum Syrupo de Pom. redol. Velim etiam hoc Remedium accipi Autumno, deinceps vero non niſi urgente neceſſitate. Addantur Exercitium debitum, & proba Victûs Lex.

Tota hac Hyeme totus ſit in victûs ratione ſeu Diæta. Alvum ſubinde ſolvat Enemate, & Ventriculum purget Pilulis uſualibus. Si quid impenſius urgeat, purgetur Syrup. magiſtrali; ſicque adventura Veris expectet.

Uſualia ſunto.

Enema Carnium emoll. Lax. cum Cathol. El. Lenitiv. Hiera, Mell. Mercur. quoties aut moleſtum ſentiet Flatum Hypochondriacum Ventriculi & Abdominis Tenſione; vel cum ad Caput ferri percipiet. Tunc etiam validum convenient, ut Conſ. Hamech. Extract. Colocynthid. Infuſ. Croci Metallor.

Pilulæ Stomachicæ cum Gummis magiſtral. ℞ Aloes in Succ. Roſ. Pallid. Fumar. Abſynth. quater diſſolv. & ad Solem, vel ſimilem Calorem inſpiſſat. ℥ *ſs.* Pulver. ſubtiliſſ. Fol. Sen. ʒ iii. Zagualtipan. ʒ ii. Gum. Ammoniac. in Vin. Malv. vel Hiſp. diſſol. ʒ iii *ſs.* Crem. Tart. chalyb. ʒ ii *ſs.* Myrrh. ʒ i *ſs.* Croci ℈ ii. Maſtich. ʒ i. Sal. Abſynth. & Gem. an. ʒ *ſs.* Ms. Et cum Succo Spin. Cervin. vel Syrup. Roſ. aut de fumar. ſolut. Fiat Maſſa, de qu. cap. ʒ *ſs.* ℈ ii. ʒ i. Hora una ante levem Cœnam ſemel in Septimana.

Syrupus Magiſtralis. Quo purgetur Corpus ſemel ſingulis Menſibus, vel loco alterius Cathartici, quod ſumit cum Vapores Melancholicos & tetros Fumos percipit in Cerebro. Proderit & ad affectum Melancholicum & ad præcautionem Arthritidis.

Sena, Fol. Elleb. nigr. Ver. in Pane Hordeaceo præparat. Agaric. Cort. Med. Frangul. Fumar. Epithym. Tamarind. macerent. in Aq. Stillat. Pom. redol. Fiat Colatur. per rarum filtrum, add. Succ. Spin. Cervin. Mann. Calabr. Syr. Roſ. cum Agar. Syr. de fumar. ſolut. de Epithym. de Pom. Sapor. add. Nodul. contin. ʒ i. Pulv. Diambr. Fiat Syrupus ex Arte in Baln.

℞ Fol. Sen. ʒ vi. Crem. 🜿 ʒ ii. Infund. per Noct. ad Vaporem Cinerum in ſ. q. Aq. Fumar. mane poſt levem Fervorem. Fiat Expreſſio, cui adde Syrup. Magiſtr. ℥ ii. vel iii. Aq. Cinam. ʒ i. Fiat Potio.

Electuarium purgans circumferendum loco Pulveris quo utitur. Conf. Hamech. ʒ ii. Elect. lenitiv. Diaphœn. Diapr. ſolutiv. an. ʒ i ß. Pulv. ſubtiliſſ. Sen. ʒ ß. Pulv. Cortic. Citr. Sem. Aniſ. Conf. Alkerm. an. ℈ i. Ms. Vel add. Lapid. Lazul. præparat. gr. x. cum Syr. de Fumar. compoſit.

Pulvis digeſtiv. Hor. dimid. poſt ſingul. Paſt. Syrupus de Pomis Magiſtr. ſumend. è Cochlear. quoties libuerit.

Aq. Cardiaca, Cap. Cervini. Flor. Garyoph. Naff. Pom. cum Corticib. Citri. Vino Malvatic. Aqu. Cinam. pauca Moſcho & Ambra, ad Vaporem Melancholicum frangendum.

Tabellæ Cardiacæ in Pera geſtandæ in eundem finem ex Conf. Alkerm. Saccharo cum Aq. Naffæ in roſatum. coct. Magiſt. Perlar. Corall. Ocul. Cancr. Lapid. Gagat. Oſſ. de Corde Cervi, Cornu ejuſdem in Spodium reduct. Cortic. Citr. Cond. Sicc. Lapid. Bez. Orient. & Occident. Cinam. pauco Coriand. Aniſ. Fœnicul. coquant. cum Muccag. Sem. Cydon. extr. in Aq. Naff. vel Cinamomi.

Ad Caput. Frictio plurima, & longa Pexio. Cephalicis farciantur Sacculi ex tela aſperiori, interim dum pectit Caput, Maſtichem mundat. vel Nodulos, niſi Dentibus metuat. Sedulo exſpuat id quod attrahetur.

Dentes cavi Foliis Auri vel Plumbi obturentur.

Errhina blanda ex Succo Majoranæ, Betæ, Anagallidis rubr. cum Vino albo & Saccharo.

Vel Radix Betæ infuſa in Vino Infuſionis Majoranæ & Ireos florent. Naribus indatur.

Vel Cortex Citri præparatus.

Cucufa, cum Speciebus Cephalicis. Pulvere violato pro Pileo Hyemali.

Suffitus ſiccus pro Cubiculo ex Benjoin. Roſ. except. Aq. Roſ. Naff. & pauco Moſcho.

Aviculæ Cypriæ ex iiſdem, addito Carbone, vel ex Paſtillis Aquæ Angeli.

Caſſolete pro Cubiculo, ex Aq. Angeli, Caryophyll. Cortic. Citr. fl. Lavendul. Lign. Rhod. Juniper. aceto, *&c.*

Caput Hyeme calidum ſervet.

Remedia quædam uſualia.

Elect. Chalyb. ℞ Conf. flor. Beton. Roſ. rub. an. ℥ i. Conſerv. fl. Primul. Ver. Viol. rec. Veton. rubr. an. ℥ ß. Conf. Alkerm.

kerm. ʒ v. Raſur. Corn. Cerv. Rec. Magiſtr. Perl. & Corall. dulc. an. ʒ iii. Magiſtr. Ocul. Cancr. Lap. Lazul. & Gagat. præparator. an. ℥ ß. Pulv. Fumar. Veronic. Mar. Chamædr. an. ʒ vi. Cort. Arant. & Citri an. ʒ ii. Croci Mart. aper. ℥ iii. cum Syr. de Pom. Fiat Elect. Doſis ℥ ß.

Pilulæ uſuales. ℞ Aloes crud. ℥ i. Gum. Ammoniac. in Succ. Abſynth. diſſol. ℥ ß. Pulv. Sen. ʒ iii. Crem. ♀ ʒ ii. Myrrh. ℈ iv. Croci ℈ ii. Sal. Gem. ʒ i. Ms. cum Syr. de fumar. addend. Ol. Aniſi & Cynam. an. ℈ i. Fiat Maſſa. Doſis ℈ i ß. ℈ ii. ʒ i. Hor. dimid. ante Cœnam ſi velis acuere, adde gr. iii. vel ii. Extr. Alhandal. Cap. Hora una ante Cœnam levem.

Syrupus Magiſtralis. ℞ Fol. Sen. ℥ iv. Fol. Ellebor. nigri præparator. ℥ ii. Agarici ℥ i. Cort. Med. Frangul. ℥ v. Fol. ſicc. Fumar. Epithym. an. ℥ i ß. Pulp. Tamar. ℥ iii. Cynam. Caryophyl. Nuc. Moſch. an. ʒ i. Extrahatur Tinctura in Aq. Pom. redol. Fiat Diſtillatio in B. ad conſiſt. Julap. Add. Mann. Calabrin. ℥ iv. Syr. de Spin Cerv, ℥ iii. Syr. Roſ. cum Agar. de Fumar. ſolutiv. de Epithim. & Regis Sapor. an. ℥ v. Fiat Syrupus, cui indatur Nodulus continens ʒ ii. Pulv. Elect. Diambræ. Uſus tempore.

℞ Senæ ʒ vi. Crem. Tart. ʒ ii. Infunde per Noct. in Aq. Pomor. & Fumar. Manè Fiat Ebull. & Colat. in qu. diſſolv. Syr. præſcrit. ℥ ii. Aq. Cynamon. ʒ i. Ms. Fiat Potio.

Elect. Purg. ℞ Conf. Hamech. ℥ i ß. Elect. lenitiv. Diaprun. ſolutiv. Diaphœnic. an. ʒ ix. Pulv. Sen. ʒ iii. Pulv. Cortic. Citri, Sem. Aniſi Conf. Alkermi. an. ʒ ii. Lap. Lazul. præparati ʒ i. Ms. cum Syr. de Fumar. ſolut. Fiat Elect. Doſis ℥ i. vel circiter.

Pulvis digeſtivus. ℞ Sem. Aniſi & Fœniculi dulcis an. ℥ ß. Coriandr. præparati ʒ iii. Cortic. Citri & Arant. Condit. ſicc. an. ʒ ii ß. Margarit. Corall. præpar. an. ʒ i ß. Cinam. inter. ʒ ii. Roſ. rub. ℈ iv. Confect. Alkerm. ℥ ß. Sacch. albiſſim. quadruplum Pondus. Omnium fiat Alkool. utend. è Cochlear. Hora dimidia poſt ſingulos Paſtus.

Aqua Cardiaca. ℞ Cornua Cervi moll. per taleol. Sect. Extrahatur Aq. in B. M. Cape de hac Aqua ℔ i. Aq. Naffæ & Roſar. an. ℥ vi. Aq. Pom. redolent. ℔ ß. Aq. Cinam. ℥ iv. Vini Malvatici ℥ v. Succi Cidonior. depurat. & Citr. an. ℥ iii. fl. Vetonic. rubr. P. viii. Cortic. exterior. Citr. recent. ℥ i. Extrahatur Tinctura longa Infuſione. Fiat Colatur. per Chartam. Add. Nodulus continens Ambr. griſ. ℈ i. Moſchi gr. iv. Capiat in Paroxyſmo Melancholico.

Tabellæ Cardiacæ. ℞ Confect. Alkerm. ℥ ß. Magiſter Perlar. & Corall. dulc. an. ʒ ii. Ocul. Cancr. præparator. Lapid. Gagat. præparat Spodii ex Cornu Cervi an. ʒ i ß. Oſſ. de Corde ejuſdem Cortic. Citr. Condit. ſicc. an. ʒ i. Cinam. inter. ℈ iv. Lapid. Bezoar. utr. an. ℈ ii. Semin. Fœnicul. dulc. & Coriandr. an. ʒ ß. Sacch. in Aq. Naffæ ad duritiem coct. ℥ v. Ms. & cum Muccag. Sem. Cydonior. Extract. in Aq. Cynam. Fiat Tabel. lento Calore ſiccand. has continuo geſtet in Pera, iiſque utatur inſtante Vapore Melancholico.

Pruna laxantia. Paſſulæ, *&c.*

Addentur Lotio ordinaria, Emplaſtrum ad conſtringendas Arterias, Turunda pro Aure lateris dolentis.

My Lord Abercorne.
12 Junii, 1617.

MElancholicus Hypochondriacus Vitio hæreditario. Dum vult Vim inferre Morbo aſſumpto Elleboro Humorem efferum exacerbavit, atque incidit in graviſſima Pathemata; Vigilias, Adſtrictionem Ventris, Metum, Mœſtitiam indicibilem, Calorem totius Corporis fervidum, cæteraque quorum ſtipari ſolet Caterva affectus Melancholicus. Quibus ut occurrerem laxata ſæpius per Enemata blandiora Alvo, exhibui magnam copiam Seri Lactis per ſex Dies conſequentes mané. Cœpit temperari Humor; Calor imminutus, Fluxit utcunque Alvus. Sudavit. Melius dormivit, ſibi melius eſſe faſſus eſt.

Seri Compoſitio. ℞. Seri lact. recent. ℔ iv. Succ. Bugloſſ. Fumar. Pomor. redolent. an. ℥ iii. Succ. Limon. ℥ ii. Fiat Clarificatio cum Ovi albumine ſecundum Artem, in Colatura diſſolv. Manus Chriſti perlatæ ℥ iv. Ms. Capiat totam iſtam quantitatem Manè, ſuperambulando Horis 4 ante Prandium.

Purgandum nunc leviter Corpus, ut Reliquiæ Seri blandè educantur ℞ Polypod. Quern. ℥ *ß.* Glycyrrh. recent. ʒ iii. Fol. Fumar. Epithym. an. M *ß.* Flor. Anthoſ. & Beton. an. P. *ß.* Paſſular. Exarillar. par. iii. Pulp. Tamarind. ʒ iii *ß.* Semin. Aniſ. & Fœnicul. dulc. an. ʒ i *ß.* Fol. Sen. Mund. minutim. inciſ. Vin. alb. odoro nutritor. ʒ vi. Tart. alb. ʒ ii. Fiat omnium Decoct. & Colatura, in quâ reducta ad Doſin. diſſolv. Mann. Calabr. puriſſ. Syrup. Roſ. pallid. compoſ. cum Agaric. an. ℥ i. Ms. Fiat Potus exhib. Manè Horis 3 ante Juſculum. Si opus ſit bis terve hoc medicamentum iteretur.

Acuatur etiam Diaphœnic. ʒ i. aut Diaprun. Sol. & Confect. Hamech. an. ℈ ii.

Balneum cum emoll. & refrig. addito Lacte bis in Die per triduum.

Electuarium Cardiacum. ℞ Conſ. Flor. Borrag. & Bugloſſ. recent. an. ℥ *ß.* Conſerv. Roſ. rubr. ʒ iii. Conf. Alkerm. ʒ ii. Oſſis de Corde Cervi ℈ ii. Cort. exter. Citri ſicc. ſubtiliſſ. Pulver. ʒ i. Margar. cum Succ. Limon. præpar. Lapid. Gagat. cum Aq. Roſ. præpar. an. ℈ iv. Lapid. Bezoar. Oriental. ʒ *ß.* Ms. & cum Syrup. de Pomis redol. de Cort. citr. vel Flor. Veton. rub. Fiat Electuar. de quo cap. Manè & Veſper. Inſtar minor. Juglandis longè à Paſtib. ſuperhauſto Aq. Borrag. & Bugl. in B. M. ex ſuccis extract. momento.

Adeat quamprimum Aquas Spadenſes, eaſque ex Arte potes per ſex Septimanas.

Interim ut conſuletur adſtrictioni Alv. utatur nonnunquam Caſſiæ Medulla, eam è Siliqua & Nucleis lambendo mediatè ante Paſtum.

Sæpius Enemate & Jure pingui cum emollientib. Furfur. Ficub. addito Catholico & Melle Violaceo. Paſſulæ laxantes parentur ſumendæ paulò ante Cibum.

De Phlebotomia. In poſterum raró tundantur Venæ ſuperiores, Vere & Autumno Saphæna, ſæpius affixis Hirudinib. Hæmorrhoides aperiantur.

Nota. Purgatus feliciſſimè Medicamento præſcripto Dominus, paſſus eſt Eryſipelas in Tibiâ dextra ac decubitu Humorum calidiorum, qui fuerunt ab exhibitione Ellebori & gratiolæ efferati, & veluti in Rabiem acti, unde Paroxyſmus Melancholicus, hac vice gravior fuit & magis infeſtus. Bonum eſt quod poſt contemperationem Humorum & blandam Expurgationem Corporis motus iſte fuerit quaſi criticus, factus vi Naturæ, noxium à partibus nobilibus expellentis, non autem vi Morbi, κατὰ μετάστασιν, non κατ᾽ ἐπιγένεσιν.

Mr. *Randal.* 8 April. 1617.

Ulcus Veſicæ.

Superat Annum quinquageſimum. Per totam Vitam bene ſe habuit, neque ullum ſenſit incommodum in reddendo lotio.

Ante Annum inſedit Equo ſuccuſſanti, per aliquot Dies fervida tempeſtate equitavit.

Bibit Vinum meracius, Ferinam comedit cum Pipere multo. Paulo poſt ſuppreſſa Urina, ab Inflammatione Perinæi, Glandularum proſtatarum, & Abſceſſu in iis facto, quo rupto emanavit maxima puris copia per Penem. Deterſum Ulcus, & ut credit pene percuratum. Tunc verò importune commiſit ſe Itineri, equitavit, omnia recruduerunt. Tradidit ſe imperito Chirurgo, qui acerrimis Remediis exacerbavit malum. Nunc fluit Pus multum, cum ingenti cruciatu frequentiſſima mictio. Acerrima Urina.

Agenda.

Purgandum Corpus iis quæ vim habeant curandi Ulcus, qualia ſunt mercurialia, purgatur autem facillime. Diaprunum ſimplex copioſe ſolvit Alvum. Dedi ejus ʒ iii. Calomel. gr. x. Septies fuit blandiſſimè purgatus, & ab iſta evacuatione melius ſe habuit.

Si decubitus fit à Capite per Spinam, à Ventriculo, aliiſque partibus, ſitque veluti quidam univerſalis Rheumatiſmus, nonnunquam tentanda revulſio exhibito Emetico, Infuſione videlicet Croci Metall. ad ℥ i ß. vel ℥ ii. ad ſummum.

Per habitum non erit inutilis Evacuatio, tùm ad dominandum, tum ad exſiccandum. Diæta ſudorifica, vulneraria. At difficillime ſudat. Exhibeatur igitur decoctum bis in Die ſine provocatione Sudoris longe à Paſtibus.

Paretur Hydromel medicatum loco decocti.

Loco decocti ſecundarii, Cereviſia medicata cum lenientibus, & vulnerariis Raſur. Querc. Buxi Juniperi pro Potu ordinario, uſurpando per plures Menſes, admiſceatur autem addaturque plurimum Gummi Arabicum.

Ad demulcendos Dolores interim dum Vulneraria ſuos producent effectus, ſemicup. cum Emoll. Lenient. addito Raphano multo, quoties Blenna viſcidior Urinæ exitum remorabitur, alias Nocitura ſunt ea quæ Urinas movent.

Electuar. ex florib. Malv. utr. an. ℥ i. Pulv. Rad. Alth. ʒ iii. Succo Glycyrrh. ʒ iii ß. Gumm. Arab. Prun. Ceraſ. Tragac. Pulv. Chin. Buxi an. ℥ ß. Mandibul. Lucii inter. Oſſ. Sepiæ Oſſ. Meſpil. an. ʒ i ß. Herniar. Virg. Aur. an. ℈ vi. Bugl. Brunell. cum Syrup. de Papav. Utatur Manè & Veſperi poſt Diætam.

Addatur aliquando gr. i. vel alterum Laudani, Vinum Vulnerarium ſuperbibendum.

Pilulæ Magiſtrales. ℞ Olibani ℥ ß. Maſtich. Sandarach. Terebinth. turbidæ Coctura induratæ ſeu Colophon. an. ʒ iii. Succi Glycyrrh. ʒ iii ß. Gum. Arab. ʒ ii ß. Pulv. Rad. Symph. maj. ʒ iii. Gumm. Guajaci factit. cum Aqua parietar. aut Malv. parat. ℥ ß. Diaphoretic. Antimonii vulgar. ad Pondus omnium Ms. & cum Syrup. de Alth. de Symph. vel aliquo vulnerario, fiat Maſſa de qu. capiat ʒ i. quotid. manè, ſuperhauſto Lactis vaccini recenter mulcti Cyatho.

Trochiſci quales Gordonii cum Lacte Vaccino mané.

℞ Radicis Altheæ & Symphiti maj. an. ℥ ß. Succi Glycyrrh. ʒ iii. Gummi Arab. ʒ ii. Roſ. rub. ʒ i. Pulv. ſcabioſ. Pyrolæ, Buglæ an. ʒ i ß. Pulv. Equiſeti & Veron. Fœm. an. ℈ iv. Mandibul. Lucii raſur. Ebor. an. ℈ v. Fiat omnium Alkool. excipiend. Syrupo de Papav. Fiant Trochiſci, de quibus capiat ʒ i. pro Doſi.

Topica. Fotus veſicæ & Perinæi Dolorem demulcens Phlegma incidens, cum Raphano, Ficu, Verula, admixtis plurimis emollientibus.

Injectiones ex Aqua Caprifolii Nenupharis Solani an. ℥ ii. Sperm. Ran. ℥ iv. cum Saccharo Saturni ʒ ß. & Lacte Succ. Semperviv. maj.

Injectio vulneraria ex decocto Agrimon. Scabioſ. Caprifol. Buglæ cum florib. in Hydromelite Colatura miſceatur cum Lacte.

Suffitus ex Maſtiche, Thure, Sandaraca, Antimonio, & ſi ferre poſſit in Sella perforata.

Inprimis autem quantum per Vires licebit, repetatur ad minus ſemel in ſeptimana Purgatio cum ☿ cujus augeatur quantitas ad gr. xx. & xxv.

Ordo Agendorum.

Purg. ex gr. 20 ☿ bis Diebus interpolatis.

Hydromel vulnerarium leniens per Dies 20 bis in Die.

Veſperi Hora Somni Elect. leniens cum Laudano ſi opus ſit. Niſi urgeat Dolor omittatur Remedium.

Pilulæ magiſtrales per Dies 40 ſuperhauſto Lacte.

Lac Vaccinum, Aſininum cum Thermis per Menſem.

Semicupium urgente Dolore.

Fotus Blenna obturante.

Suffitus bis in Die poſt reddita Excrementa, idque deterſo Ulcere non ante, & Urinis no fætentibus.

Injectio bis terve in Die uſque ad Veſicam ab initio detergens, poſtea ſiccans.

Aquæ minerales.

Aqua ſtillat. ex Lacte ſemperviv. Sanguine Vituli Malvis multis in qua infunde ⊕ Martis ad Rubed. uſtum, ut ſit levis Aſtrictio.

Ita imitabimur Aquas minerales, id vero ubi ſiccandum erit Ulcus ſub finem.

Aquæ Spadenſes cum Syr. Viol. de Alth. de Symph. *Wallemburg*, *Tunbr. Aldersbruch.* & ſimiles ex Ferro, Vitriolo & Nitro. Sed non quandiu erit Ulcus, & ſecedit plurimum Pus aut Corpus eſt impurum.

Si ad detergendum in iis diſſolve Gumm. Arab. Ceraſ. Prun. Succi Glycyrrh. ut facilius Vias permeantes eas veluti oblinat aliquo lentore, quo ſenſus reddatur hebetior; interim dum Aqua ſuos producet effectus in everrendis Viis & corroboranda parte affecta.

Mr. *Reyder.* 13 Sept. 1617.

Stupor cum totius Corporis Reſolutione à Convulſione Epilepticâ.

AB Epileptica Convulſione incidit primò in Hemiplegiam, à qua curatus, ab Errore externo, & Navigatione factus ſtupidus, toto Corpore reſolutus, ita ut Excrementa utrinque ſine Senſu effluant.

Vir Melancholicus ſicci Temperamenti.

Facilè fert Calorem, difficulter tamen ſudat.

Olim Arthritide vexatus, ab aliquot Annis immunis, num materia Podagræ refluxit, vel hæſit circa Viſcera.

Omnia Medicamenta ſumit facilè, atque operantur cum magno Levamine, ita ut Remediis manifeſtè cedat malum.

Purgatus ſæpe decocto Senæ infuſo Rhei, addito Pulvere Jalap. cum Manna & Syrupo Roſ. ſolutiv. cum Agarico bene tulit largam Evacuationem.

Purgetur iterum præmiſſo Enemate Nervos roborante. ℞ Fol. Beton. & Chamæpyt. an. M. i. Malv. Chamæmil. an. M. i ß. Sem. Aniſ. Fœnicul. bacc. Laur. & Junip. an. ʒ ii. Florum Primul. Veris & Lavendul. an. P. ii. Fiat Decoctio in Col. ℔ i. Diſſ. Vini Muſcatelli. ℥ ii. Mell. Mercur. & Antheſali an. ℥ i ß. Caſtor. ℈ i. Ms. Fiat Clyſt.

Diæta ſudorifica. Decocti ſudorifici materia.

Raſur. Buxi. Lign. Junip. Roriſmar. Lign. Rhod. Zarz. parill. Saſafr. Rhad. Pæon. Mar. Valer. maj. Vincetox. Cort. med. fraxin. Rad. ſucciſ. Raſur. Cran. Homin. San. Raſur. Corn. Cerv. Id. ad Albed. Calcin.

Herb. Ulmar. Card. Bened. Beton. Calendul. Chamæp. Scabioſ. fl. Primul. Ver. Anthoſ. Stœchad. Arab. recent. Sem. Card. Ben. Citr. Bacc. Junip. Fiat Infuſio Vaſe clauſo ſtanneo cum Cochleato operculo in B. M. in Aqua diſtillata ex Guajaco Majoran. Salv. Lavendul. Flor. Infuſ. In Aqua pluvia. Parentur quatuor Doſes pro totidem Diebus.

Poterit addi Spiritus Guajaci vel Juniperi, vel Tartari acidulus, vel Spiritûs Vitrioli Antiepilepticus.

In Laconico provocetur Sudor parato ex dolio ut a. e. ita ut præmineat Caput, & Brachia innitantur Angulis per tranſverſum locatis.

Vide de Arca Martelli. Aut de Laconico ex tribus partibus ſalignis ad invicem committendis parato.

Sudor excitetur Vapore decocti Lauri Lavendulæ Majoran. Salv. Calament. Origan. Paleg. Stœchad. parat. in Aq. Vino & pauco Aceto ad Penetrationem.

Vapor vel per Tubum inducatur in Dolium vel Extinctione Scoriæ Ferri aut Laterum Candentium elevetur. Sit autem duplex Fundum perforatum.

A Sudore liniatur Spina Balſamo præſcripto, addito Spiritu Lavendulæ & Caſtorei.

Spiritus. ℞ Fol. Lavendulæ recentis cum floribus M.xx. Majoranæ recentis M. x. Caſtorei recent. ℥iv. Vini Hiſpanici generoſiſſ. ℔ xx. terantur Herbæ & miſceantur omnia. Fiat Digeſtio ut in fimo aut B. per octiduum, vel etiam ita per ſe ſinantur in Cella, mox fiat Spiritus, extractio per Balneum, cujus Portio uſus Tempore admiſceatur Balſamo, diu fricetur pars Manu calef. ad Balſami penetrationem.

Sudet pro viribus *xv.* aut *xx.* Dies.

Niſi fluat Alvus ſubducatur Clyſtere.

In medio & fine Diætæ purgetur, ut ſupra.

Satis bene nutriatur, & ſi incaleſcat Corpus, Manè dentur Carnes elixatæ cum Juſculis, quibus addatur tamen aliquid Thymi Roriſmar. Majoran.

Bibat Cereviſ. Medicatam. antiepil. præſcript. quæ interim dum parabitur in communi infund. Salvia Roſmarin. Raſur. Junip. Saſafras.

Peractâ Diætâ quieſcat per Dies aliquot, ſiquid reſtet educatur quotidiano uſu.

Pilular. ſpecif. ℞ Maſſ. Pilul. Rufi ℥ i. Alephanginarum ʒ iii. Maſtichinarum Fernel. ʒ ii. Diaphoret. vulg. Michel. ʒ iii. Ms. & cum Oleis Salviæ Roriſmar. Junip. Caryoph. Fiat Maſſ. Capiat quotidiè ℈ i. Si ſingulis add. gutt. iii. Spiritus ⊕ Antiepil. bene erit.

Bona victûs Lex. Caveat ſibi à Venere & Baccho.

Idonea tempeſtate Thermæ.

Interim ſemel in ſeptimana Laconicum cum nervalibus, ſuo autem utatur cum validior fuerit, quippe ſine Periculo totus in ſtuffa latebit totoque Corpore admittet Fumum.

Emplaſtrum ad Lumbos & Os ſacrum nervale.

Mr. Reyder. 26 *Octobr.* 1617.

POST Diætam ſudorificam & uſum Laconici ad 12 ſaltem Vices uſurpatum, tam bellè ſe habet ut nunc ſolus ambulet, aſcendat gradus. Excrementa quæ antea ſine ſenſu effluebant, retineat optimé.

Sed conqueritur de ingenti ſiti & Ardore interno ; nec mirum, cum exſuccum Corpus, & Melancholicum facilè incendium concipiat, cùmque adeo ad Morbi curationem vel ſaltem Sublevationem, opus fuerit uti Remediis calidioribus.

Nunc tollantur obſtructiones & viæ naturales reſerentur, in quibus retenti & commeatu prohibiti Spiritus torpent, unde facultatum Læſio & Functionum Interturbatio. Inde aſtricta Alvus.

Incumbendum coctioni & mitigationi humoris Melancholici : à quo excitatæ turbæ & facta Analepſia à Liene, atque ſic ſuccus ducendus per ἐπίκρασιν. Roborandum Cerebrum cum Nervis, cujus etiam nunc arguitur ſumma debilitas ex eo quod Oculi caligant & allucinantur præter motus univerſales ſummam Imbecillitatem.

Intemperies calida & ſicca emendetur in Viſceribus Hepate & Liene.

Nota hunc Morbum invaſiſſe poſtquam Arthritici & præſertim Podagrici Dolores, quibus valdè obnoxius erat, diu abfuerunt, qui nunc recurrere incipiunt, quod non malum arbitror, ſiquidem in bonis ducendum quoties à nobili parte ad ignobilem fit Humoris peccantis præſertim maligni decubitus.

℞ Aquæ fontanæ ℔ iv. Vini Rhenani ℔ i. Redd. acidiſſimo multo Vitrioli Spiritu. Mox inſtilletur ea quantitas Olei ſive Salis reſoluti Tartari quæ ſufficiat ad Dulcorationem. Adde florum Vetonic. Rubræ & Pæoniæ Maris an. P. iv. florum Borrag. & Bugloſſ. an. P. ii. Extrahatur Tinctura & fiat Colatura, in qu. diſſolve Syrupi violati, & de Pomis redolentibus an. ℥ ii. Ms. Fiat Julep. de qu. capiat tres hauſtus in Die manè, ante Cœnam & ingreſſu lecti per octiduum.

℞ Fol. Sen. mundat. minutim. inciſ. ℥ i. Irror. Succo Limon. & fiat in frigido Infuſio in Vino Rhenano pro iv. Doſibus, admiſc. Sacch. tempore matutino quotidie.

℞ Zarz. parill. ℔ ß. Raſuræ Buxi & Juniperi odorati an. ℥ iv. Santali Citrini ℥ ii. Radicum Filic. Fœmin. Pæon. maris Cichor. & Tarax ſicc. an. ℥ ii. Fol. ſicc. in umbr. Chamædr. fumar. Veronic. maris Agrimon. Ceterach. Salv. vit. an. M. i. Chamæpyt. M ii. florum Primulæ Veris P. vi. flor. Betonic. P. iii. fl. Anthoſ. cum Summit. P. ii. Corticis Citri exterior. ℥ i. Fol. Sen. mundat. ℥ viii. Turbith. Hermod. an. ℥ iii. Tartari albi ℥ iv. Omnia conciſa ponantur in Doliolum, cui affund. Vini Rhenani Pintæ x. Aq. Spadenſ. Pint. iv. Fiat Infuſio per octiduum ante uſum. Capiat per Dies *viii.* primò bis in Die hauſtum unum longè à Paſtibus.

Syrupus Spinæ Cervinæ. Extractum Ellebori Bovii. Pilulæ ſenioris nigræ.

Pilulæ aſſajeret vel macri aut Rufi cum Diaphor. Chalybeata cum Antiepilepticis.

Mr. *Reyder*.

PUrg. iterum cum ℈ i. Coch. min. gr. x. ☿ii. ☾ Fol. aur. N°. vi. Lap. Bezoar. gr. vii. Piulæ Ruſi cum Diaphoretico an. quotidie ſumendo manè ad ℈ i. vel ʒ ß.

Extractum Elleb. nigri more Bovii ad acuendas Pilulas, etiam aliquando cum extract. Alhandal. ℞ Pil. ℈ i. utriuſque extracti an. gr. ii. Ol. Garyoph. gutt. ii. Ms.

Horis pomerid. Julep. Cephalicum præſcript.

Lieni Cucurbitula.

Hirudines Ano.

Ad dolorem Capitis Gargariſm. cum Sinapi & Aceto mane.

Chalybeata cum Cephalicis.

Tartari Cremor. Lunaris & Martialis.

Spiritus Vitrioli Lunæ.

Litus ſpinæ nervalis.

Bona victus Lex inprimis.

Melancholia cum Aſthmate.

12 *Octob.* 1618.

DUabus proſpiciendum in nobili hoc Subjecto, affectionibus contumaciſſimis & curatu difficillimis. Melancholiæ Hypochondriæ occupanti, & univerſam partium naturalium Oeconomiam pervertenti, atque adeo Aſthmati partes ſpiritales multis ab hinc Annis hæreditaria veluti Lege permoleſtè fatiganti In curandis Morbis Operæ pretium eſt noſſe quid primum, quid ultimum.

Equidem Arbitror delenda prius vel ſaltem emendanda infimæ regionis vitia, quæ mediæ & ſupremæ per ſe jam ſatis laborantibus vim inferunt per conſenſum. Sic fiet ut poſtea facilius cæteris proſpiciatur vicinorum Membrorum importunitate maxima ex parte liberatis. Quædam tamen ſimul & ſemel poſſunt debentque præſtari, ne dum uni tantum conſulitur, cætera neglecta, vel per tranſennam ſaltem curata invaleſcant. Anni tempeſtas Opportunitatem Curationi præbet, affectuum gravitas dilationem non patitur & citæ præſidiorum adminiſtrationis imponit neceſſitatem. Victûs rationem ſicco Pede tranſeo, ne toties repetitam ab omnibus Medicis crambem curioſè potius quàm utiliter recoquam. Medicamenta iſta ſunto,

℞ Decoct. commun. Emoll. & Carmin. Clyſt. ℔ i. Catholic. ℥ i. El. lenit. ℥ ß. Mellis mercurial. Sacchari rubri an. ℥ i ß. Ms. Fiat Enema, Injic. circa Veſperam, levi Cœnâ ſubſeq. pridie Purgationis ſequentis.

℞ Radic. Chin. ℥ ii. Radic. Tuſſillag. ℥ i ß. Radic. Cichor. Agrimon. Chamæd. Betonic. Ceterach. Epithym. an. Ms. flor. Cordial. & Primul. Ver. an. P. i. Semin. Car. Bened. & Citri an. ʒ ii ß. Cappar. à Sale Mund. Paſſul. an. ℥ ß. Poma Redol. minutim. inciſa cum Corticibus N°. ii. Fiat omnium decoct. in Colatura. Infunde decoque Fol. Sen. mund. Vino albo odoro nutrit. ℥ ii. Agarici recent. Trochiſc. ʒ vi. Turbith. Hermod. an. ℥ ß. Cynamomi ʒ i. Caryop. N°. vi. Facta Expreſſione & Colatura reducta ad ℥ xii. Diſſolve Syrupi Roſi Pall. comp. Agar. & de Fumariâ ſolut. an. ℥ ii. Ms. Fiat Apozema pro iii. Doſibus matutinis ſumendis Diebus alternis, Horis *iv.* ante Juſculum cum debitâ Cuſtodiâ, ultima Doſis ſi opus fuerit acuatur ℈ iv. Diaphœnici,

nici, poſt primam Doſin aperiatur Baſilica vel mediana Cubiti dextri ad ℥ vii.

Poſtridie vel perendie ultimi Apozem. affigantur 4 Hirudin. margini Ani, & extrahantur Sanguinis ℥ ix. cum Aq. Calent. Interim dum iſta fient, præparetur Vinum Chalybeatum ſequens, utendum per Dies *xxx.* vel *xl.* continuos.

℞ Radic. Filic. Fœmin. Rub. Tinct. Cichor. Fœnicul. ſicc. an. ℥ i. Polypod. ℥ ii. Rad. Tuſſilag. ſicc. fumar. Chamædi Betonic. Agrimon. an. M. i. Veronicæ mariæ Garyophyll. totius an. M. ii. Raſuræ Cornu Cervi & Eboris an. ℥ *ß*. Cynamomi craſſioris ʒ ii. Macis ʒ i *ß*. Limaturæ Chalybis per multiplicem in Aceto & Vino Malvatico extinctionem, atque in Porphyrite lævigationem præparatæ ℥ xii. Vini Rhenani optimi ℔ xv. Fiat Infuſio in amplo vaſe, loco tepidulo, vas quotidie bis, terve agitando per Dies *xii.* ante uſum. Capiat ſingulis Diebus, ℥ v. manè Horis *iv.* ante Prandium Corpus exercendo.

Alternis Diebus, vel etiam quotidie, ſi ſegnior ſit Alvus immediatè ante Prandium vel Cœnam ſumatur hauſtus Ptyſanæ lax. cum Senâ.

In ingreſſu lecti utatur Syrupo de Eryſimo, de Rore Solis, de Hedera terreſtri ſenſim lambendo è Cochleari, vel bacillo Glycyrrhizæ contuſo.

Poſt iſtius Vini uſum, iteretur Apozema purgans præſcriptum, in duas Doſes.

Toto iſtorum Remediorum decurſu Dominus ſit valdè temperatus & exactus in victûs ratione, abſtineat ab omnibus cruditatibus. Pôtus ordinarius ſit Hydromel pectorale, præparatum cum Raſura Guajaci, cujus prima infuſio rejiciatur, valdè parcus ſit in Vini potu, & Veneris uſu.

His factis, cogitandum ſaltem erit & præcipuè de Aſthmatis Curatione, ad cujus inſultus, & feroces Paroxyſmos præcavendos primò erit habenda ratio Capitis. Pyrotica quæ nunc inuſta ſunt continuò geſtentur.

℞ Succini flavi ℥ i. Maſtich. Sandarac. an. ʒ iii. Olibani ʒ ii. Roſ. rub. Semin. Coriand. & Nigell. rom. an. ʒ i *ß*. Ms. Fiat omnium Pulvis craſſiuſculus, cujus Portio Manè & Veſperi Prunis injiciatur, pro ſuffitu Operimentorum Capitis.

Caput manè diu retrorſum fricetur Sacculis ex Tela aſperiori farcta Pulveribus Cephalicis.

Maſticatoriis ex Radice Pyrethri Staph. Agr. Cubeb. Cyna. Maſtiche Pulvere. Nodulo incluſ. Pituita in Os prolectetur, ſedulo expuendo id quod attrahetur.

Ramulo Roriſmarini vel Lauri manè titillatæ Fauces magnam fundem viſcidiſſimæ Pituitæ copiam.

Neque inutilis fuerit aliquandò Fumus Tabaci, Majoranæ Salviæ, florum Lavendulæ, Succini è Fiſtula hauſtus, inſtillatis Guttis aliquot Olei Roriſmarini.

Pectoralia viſcidum Phlegma Bronchiis, impactum Liquantia, Obſtructionem Pulmonum tollentia, Expectorationem promoventia ſunto ſequentia.

Syrupus. ℞ Radicum Enulæ Camp. ℥ ii. Ireos Florentiæ ℥ i. Radic. Aron. ℥ ß. Foliorum Eryſimi Marubii albi Hederæ terreſtris, roris ſolis an. M. i ß. Scabioſæ, Garyophyl. lotæ totius Veronicæ maris an. M. i. Summit. Hyſſopi P. iii. Paſſularum Damaſcenarum par. x. Jujubarum, Sebeſten. an. par. vii. Dactylorum mundat. par. v. Fiat omnium Decoctio in Hydromelite dilutiſſimo. Colatura clarificata reducatur ad ℔ i ß. In qu. diſſol. Mellis Paſſularum ℔ ß. Sacchari Cand. ℥ x. Succi Glycyrrhizæ in Aq. Scabioſ. diſſol. ℥ ii. Meſſ. Syrupus, qui reddatur acidulus, ſ. q. Olei Sulphuris per Campagnam extracti, guttatim inſtillati ad Saporis gratiam Bacillo Glycyrrhizæ contuſo.

Oleum Sacchari. ℞ Radicum Tuſſilaginis ℥ ii. Radic. Enulæ ℥ i ß. Ireos Florentiæ ℥ ß. Corticis Ligni ſancti ℥ i. Corticis Saſafras ʒ iii. Fol. ſiccorum Marrubii albi Hyſſopi an. ʒ iv. Fol. Scabioſæ, Veronic. utriuſque Saniculæ an. ʒ iii ß. Glycyrrhiz. recent. per Taleol. Sectæ ʒ vi. Aquæ Vitæ ℔ ii. Infund. per octiduum in frigido, mox fiat Colatura, de quâ cape ℔ i. Sacchari candi ℥ iv. Incendantur, & fiat continua agitatio, ad Spiritus combuſtibilis conſumptionem, reduc. in Syrup. cui add. Mellis Paſtularum ℥ iii. Acetoſitatis Sulphuris, q. ſ. ad gratum Saporem. Ms. Utatur ut ſupra ſenſim deglutiendo.

Conſerva ſive Electuarium. ℞ Conſervæ florum Tuſſilaginis ℥ ii. Conſ. florum Betonic. ℥ i. Pulpæ Paſſularum & Dactylorum an. ʒ vi. Pulp. Radicum Altheæ ʒ v. Pulveris ſubtiliſſ. Glycyrrhiz. ℥ ß. Pulver. Rad. Enul. & Hyſopi an. ʒ iii. Pulver. Pulmon. Vulpis præparati Lactis Sulphuris an. ʒ ii ß. Ms. & cum Syrupo de Eryſimo, vel de rore Solis Fiat Electuar. inſtar Opiatæ, quod reddatur Acidulum Guttis aliquot Ol. Sulphur. Teneat ſubinde in Ore ſedulò extuſſiendo id quod inciſum attenuabitur.

Nihil imminet Periculi ab Acidis quæ ex profeſſo præſcribuntur ut Tuſſim moveant, neceſſariam ad Pulmonis Evacuationem, licet nullo modo moleſta futura ſit iſta Tuſſis, imò tractu temporis ob uſum & Conſuetudinem nulla.

Tabellæ. ℞ Pulpæ Radicum Altheæ extractæ per decoct. in Aqua Hyſſopi, Pulp. Paſſul. an. ℥ i. Pulveris ſubtiliſſ. Glycyrrhizæ ʒ iii. Pulv. Ireos florent. ʒ ii. Lactis Sulphuris ʒ iii ß. Sacchari albiſſim. ℥ xii. Olei Aniſi ℈ i. Ms. Fiat Paſta, ex qua formentur Tabellæ lento Calore, vel ſaltem ad Aërem. Siccandæ in uſum ordinarium, qui erit in Ore tenendo, & ſenſim deglutiendo id quod diſſolvetur.

Mumia ex Pulmonibus. ℞ Pulmones unius Agni & quatuor vulp. abluantur Vino albo, ſcindantur in fruſta, & poſt exemptum Panem reiterata in Clybanum immiſſione citra aduſtionem ſiccentur, ac Pulveres, vel in Fruſtula ſcindantur, add. Radic. Enulæ ſicc. ℥ i. Radic. Tuſſilag. ℥ i ß. Ireos florent. ℥ ß. Raſuræ Ligni Sancti ʒ x. Saſafras ʒ iii. Fol. ſicc. Marub. alb. Pedis Cati, Hyſſopi, Roris Solis an. ʒ iii ß. Omnibus in Phyal. poſit. affundatur ea quantitas Hydromelitis

Malvatirati quæ ſupernatet, *viii.* Digitis, fiat Infuſio per Dies viii. mox expreſſio & per Chartam Colatura, de qua cape ℔ i. Sacchari candi ℥ vi. Mellis Paſſularum ℥ iv. Extracti Glycyrrhizæ cum Aq. Hyſſopi, in B. parati ℥ ii. Moſchi Orientalis ℈ ß. Ms. Lento Calore reducantur omnia ad Mellaginem, de qua capiat aliquando in Ore, inſtar minoris Avellanæ, ſenſim deglutiendo.

Iſtis utatur Remediis Dominus longè à Cibo, præſcribuntur autem variá, ne Natura uni aſſueta ejus vim reſpuat, eludatve operationem.

Proderunt Suffitus humidi ex Tuſſilagine & Marrubio virid. coct. in Olla optimè clauſa, ad Putrilaginem, ſuperpoſito poſtea Infundibulo, per cujus Tubum Vapor in Pulmones attrahatur manè, quoties præſertim Phlegma inhærebit viſcidiús.

Proderunt & ſicci ſumpti Jejuno Ventriculo, ex Pulvere Tabaci, Majoranæ, Roriſmarini, Tuſſilaginis, additis Guttis aliquot Olei Aniſi vel Saſafras. Hauriatur autem iſte Fumus ex Fiſtula, ut Artis eſt.

Obſervet Dominus bonam victûs Legem ut dictum eſt, pro Potu autem ordinario utatur ſequentibus.

℞ Zarz. parill. ℔ i. Rad. Chin. ℥ viii. Saſafras, Radic. Enulæ an. ℥ iv. Rad. Tuſſilaginis ℥ vi. Foliorum Scabioſ. in iv. Dactilorum, Jujubarum, Paſſularum an. ℥ iii. Bulliant omnia in ℔ xxxii. Aquæ Pluviæ, per Horam, deinde fiat Colatura, cui addantur Mellis albiſſimi ℔ iv. Coq. ad perfectam Deſpumationem, adde fermenti Cereviſiæ ℔ i. aut Tincturæ florum Lupuli extractæ per Infuſionem in Vino Rhenano ℔ ß. Caryophyll. Nodul. incluſ. Cynamomi Macis an. ʒ i. Sinatur fieri Fermentatio ad Depurationem. Liquor ſervetur ad uſum. Si nimis potens ſit & generoſus Potus diluatur novo Hydromelite dilutiſſimo ex profeſſo parato uſus tempore.

Paſſulatum. ℞ Raſuræ interioris Ligni Guajacini ℔ ß. Zarzæ parillæ alb. & medulloſæ ℔ i. Radic. Chinæ, Tuſſilag. Enulæ an. ℥ iv. Fol. Scabioſ. M. iv. Florum Primulæ Veris & Betonicæ an. P. vii. Fiat omnium Decoctio in ℔ lxxx. Aquæ pluviæ aut Fontanæ puriſſimæ ad quartæ partis Conſumptionem, Colatura adhuc calens affundatur ℔ vii. Paſſularum, Doliolo contentarum, & ſinatur fieri Fermentatio ad perfectam depurationem.

Singulis Menſibus purgetur Bolo ſequente. ℞ Caſſ. Fiſtulæ recenter è Canna extractæ ʒ vi. Diaphœnici ʒ ii. Thereb Venetæ ℈ ii. Pulveris ſubtil. Glycyrrhizæ ℈ i. Ms. Fiat Bolus, exhib. è Cochlear. cum Syrup. violato Horis tribus ante Juſculum. In magna Plenitudine, præſertim Pulmonum poterit aliquando Vomitus moveri, id quod commodè & citra Periculum fiet exhibito ſequenti Potu. ℞ Croci Metallorum ſubtiliſſimè pulveriſati, grana xii. Vini Rhenani ℥ iii. Fiat Infuſio per Noctem, Manè fiat Colatura, in quâ diſſolve Oxymelitis ſimplicis ℥ i. Aquæ Cynamomi ʒ i. Ms. Fiat. Potio. Poſt ſingulos Vomitus detur hauſtus Juſculis Pingu. ad facilitandum Naturæ irritatæ Conatum, pro effectu iſtius Medicamenti, poterit Croci quantitas augeri ad grana xiv. vel xvi. ſatius tamen in iſtis infra ſubſiſtere quam nimis valido Remedio Corpus exagitare ſupra modum.

Ingruente & ſæviente Paroxyſmo.

Injiciatur Clyſter acrior.

Fiant Frictiones, & Ligaturæ dolorificæ Artuum, præſertim inferiorum.

Provocetur Vomitus, vel præſertim Infuſione, vel exhibita ʒ i. Vitrioli albi diſſoluti in quovis Liquore.

Mittatur Sanguis ex Brachio alterutro.

Affigantur Cucurbitulæ Scapulis & Lumbis cum multa Flamma, aliquando urgente neceſſitate, cum Scarificatione foveatur Pectus Spongiâ imbutâ decocto emolliente, additis Oleis Liliorum alborum. Viol. Amygdalarum dulcium.

Invaleſcente Periculo applicentur Veſicatoria magna Cervici, & utrique Brachio. Veſicæ autem diu ſerventur apertæ, pingui aliquo Medicamento.

Purgatio detur ſatis valida ex Sena, Agarico, Diaphœnico.

Vitet omnes Aquas minerales.

Benè & ſecundum Sanitatis Legem vivat.

Abſtineat à Venere & Baccho.

Pro Nobili Polono *Hypochondriaco, cujus Melancholia incipit figi Cerebro.* 1 *Octob.* 1618.

VIrum generoſum Temperamenti ex Sanguineo in Bilioſum vergentis, in quo calor præter naturam auctus Aduſtionem Humorum facit, aliquot ab hinc Annis exercet affectus Melancholicus, quem Morbi foco Hypochondriacum à Symptomate flatulentum appellant. Malum invexit primò naturalium partium nutritiarum, fervida Intemperies acceleravit auxitque calidiorum Remediorum Series longa, & tandem confirmavit horrenda non minus quàm notanda Sanguinis detractio, per quam reſiccato Corpore, ſubditum calori calcar, & exaſperatum Melancholicæ fæcis craſſamentum, ſublato Humore cujus benignitate ipſius ferocitas demulcebatur. Temporis exinde decurſu factum ut qui partes ſaltem infimas infeſtabat Morbus ſupernis Negotium faceſſere incœperit: Fæculentus Humor, per Fermentationem attenuatus tetris atriſque Vaporibus Cor impetere, Cerebrum percellere, obumbratis Spiritibus, principes Facultates labefactare, unde fit ut Metu & Mœſtitia perculſus atque abſitus æger, & vigilans & dormiens triſtia & terrifica obſervari ſibi imaginetur, rationis aræ in mali conſortium & conſenſum tracta per Cerebri vitium quod in quadam veluti formali intemperie conſiſtit. Succurrendum ſtrenuè huic affectui, & in defeſſo Labore re ſtudendum, ut majus incommodum præcaveatur. Tolleranda ſunt Corporis quantumvis gravia mala, at nihil gravius quàm ſi Homo ſeipſum exuens rationis deplorandum patiatur diſpendium. Neceſſarii voti compotem ægrum reddent Medici ordinarii, qui ipſius valetudini invigilant, ſi per ſequentes Indicationes procedant, quæ jubent nos in univerſum potenter humectare, & quantum ſatis refrigerare, Humores præparare, obſtructa reſerare, fluidos redditos Succos expurgare, mox validius, mox per ἐπίκερασιν primùm Regionem à ſuperfluitatibus mundare, à ſuperioribus revellere, Spiritus recreare, Cor & Cerebrum roborare, at ſuper omnia Atræ Bilis malignitatem domare & extinguere. Hiſce ſatisfacient intentionibus Inſtrumenta Medica tria quibus ſalis diræ Morborum Peſtes averruncantur. Victûsve ratio, Medicamentorum adminiſtratio, Manuum ſalutaris Opera. Diætam præſcribant aſtantes Medici, quæ Calorem frigiditate temperet, ſiccitatem humiditate infringat. Cibi ſint boni ſucci, coctu faciles, Potus omnis generoſus, & minimus quivis noxius. Venus, Motus, Quies, Somnus, Vigilia, omnia ſint mediocria. Aër, quam puriſſimus eligatur, ejus N. conditionem ſequuntur Spiritus, ſolutum Curis Animum ſervet, & Senſibus Ratio imperet, tranquillitatem denique proſpiciat, ut Excrementis omnibus libertimè pateant omnes naturales viæ, quæ ſi reſtiterint, Natura ſegnior ad ſua munera obeunda, Idoneis præſidiis opportunè adhibitis ſollicitetur. Pharmaceutica iſta ſunto,

Purgatio ſolemnis, Verna & Autumalis.

℞ Decocti communis emol. & Carmin. Enematis, ℔ i. Catholic. ℥ i. Hier. picr. ℥ ſs. Mellis Mercurialis Sacchari rubri an. ℥ i ſs. Ms. Fiat Clyſter injiciendus ante omnia manè pridiè Purgationis ſequentis.

℞ Radicum Filicis Fœmin. Polypodii an. ℥ ii. Radic. Graminis Fœniculi Petroſelini, Fragar. Cortic. Rad. Cappar. & Tamariſ. an. ℥ i. Foliorum, Agrimon. Pimpinell. Chamædr. Chamæpyt. Ceterach. Veronicæ, Macis, Epithymi, Cuſcut. an. P. i. Florum trium Cordial. & Primulæ veris an. P. iii. Summit. Anthoſ. P. i ſs. Seminis Cardui benedicti & Citri an. ʒ iii. Fiat omnium Decoctio in Colatura infunde & decoque Foliorum Senæ mundatorum Vino albo odoro nutritorum ℥ ii. Agariſc. recenter Throc. ʒ vi. Radicum Ellebori nigri purpureum florem gerentis ʒ vi. Caryophyllorum ℈ i. Cynamomi ʒ i ſs. Facta Expreſſione & Colatura reducta ad ℥ xii. Diſſolve Syrupi roſar. Pallid. comp. cum Agaric. & de fumaria ſolutivi an. ℥ ii. Ms. Fiat Apozema pro tribus Doſibus matutinis, ſumendis Horis tribus ante Juſculum Diebus alternis, cum debitâ Cuſtodiâ. Ignotum mihi an facilis ſit ad Purgationem æger ſi prima Doſis ſegnius operata fuerit, cæteræ acuantur Drachmâ unâ vel alterâ Confectionis Hamech.

Phlebotomia profuſior ut valdè noxia in hoc Subjecto, ſic moderata apprimè utilis quocirca poſt primam Apozematis Doſin aperiatur Baſilica vel mediana, Vere quidem dextra, Autumno a. Siniſtra, & mittantur Sanguinis ℥ vii.

Repurgato ita Corpore inſtituatur Balneum Aquæ dulcis tepidulæ, additis Foliis malic. Violar. Parietar. ſalicis, Nympheæ Lapathi, &c. Eo utatur bis in Die longè à Paſtibus, atque in eo moretur citra faſtidium & Sudorem, inde Lectum petat, & deterſo Madore quieſcat. Liniantur autem Hypochondria Oxyrrhodino. Balnei uſus producatur ad tres quatuorve Dies pro ratione virium, ea obſervata cautione, Balneo nihil melius ad Humores contemperandos, idcirco tempeſtate calidiore hoc quàm ſæpiſſime utatur præſidio, vitato omni Caloris Exceſſu, poſtridiè vel perendiè ultimi Balnei Horis quatuor ante Solis occaſum, affigantur Hirudines N°.iv. Margini Ani, per Aquæ calentis Vaporem extrahantur Sanguinis ℥ x. hinc fiat tranſitus ad ſpecificum Remedium, atterendæ Atræ Bili deſtinatum, cujus uſus ter quaterve, tempeſtatibus conſequentibus repetatur, donec efferus Humor manus det, & domitus concidat.

℞ Conſerv. Florum Betonicæ rubræ ſive Garyophill. ℥ ii. Conſ. Florum Primulæ Veris, Betonic. Hyperic. an. ℥ i. Confectionis Alkermes ʒ vi. Conſ. Meliſſ. & flor. Calendul. an. ℥ ß. Pulveris ſubtiliſſ. Chamædr. Chamæpyt. an. ʒ iii ß. Pulv. Fumar. Salv. vit. ſeu Rutæ, Murariæ an. ʒ iv ß. Pulveris Corticis Citri Flav. Magiſter. Perlar. & Corall. Ocul. Cancr. præparat. an. ʒ iii. Cremoris Tartari albiſſimi Lapid. Gagat. præpar. Lapidis Lazuli præparat. an. ʒ x. Ms. Et cum Syrupo de Pomis redolentibus fiat Electuarium inſtar Opiatæ in uſum ſequentem.

℞ Hujus Electuarii ℥ ii. Pulver. ſubtiliſſ. Fol. Senæ Limaturæ Chalybis per Sulphur. in Colorem roſeum, ſalvo Sapore atramentoſo præpar. an. ℥ ß. Pulver. ſubtiliſſ. Jalap. ʒ ii. ℈ ii. Ms. Et cum Syrupo ex Cynamomo infuſ. in Vino Malvat. Fiat Elect. dividendum in octo partes æqualis Ponderis, pro totidem Doſibus matutinis, ſumendis Horis quatuor ante Prandium, Corpus per Horam unam & alteram moderatè exercendo.

℞ Electuarii primi ℥ iii. Chalybis præparati ʒ v. ℈ i. Syrupi Cynam. ʒ ii. ℈ ii. Ms. pro octo Doſibus.

℞ Electuar. ℥ ii. Pulveris Fol. Sen. Fol. Ellebori nigri præparat. an. ℥ ß. Jalap. ʒ ii. ℈ ii. Chalyb. præp. ʒ v. ℈ i. Syrupi q. ſ. ut Fiat Elect. pro Doſibus.

℞ Electuar. ℥ ii. Chalyb. exactiſſimè præparati ℥ i. Trochiſcorum de Capparib. Dialacca & de Abſynt. an. ʒ ii. Ms. pro octo Doſibus matutinis, ſuperbibi poterit quotidie aliquid Vini albi Aqua ſtillatitia Borraginis, vel Pomorum redolentium diluti; exercitium verò eſt iſtorum Remediorum Anima, quo intermiſſo irrita fuerit eorum aſſumptio.

Diebus quibus Electuarium non Catharticum aſſumetur, niſi fluat Alvus, ſubducatur injecto Enemate, pro neceſſitate ex præſentium Medicorum conſilio.

Poſt omnia purgetur Dominus doſi una & altera Pulveris valeſci mox deſcribendi, cujus ad iſtum affectum inſignis eſt efficacia.

His omnibus ſubjungatur Lactis Aſinini uſus, continuandus per Menſem unum & alterum, capiat quotidiè manè, ejus ex ubere calentis ℥ viii. cum Manus Chriſti perlat. ℥ i. pro ratione effectus Lacti ſuperdormiat, vel vigilet. Totus iſte proceſſus Autumno & Vere ſequentibus repetatur, ut dictum eſt.

Uſualia iſta ſunto.

Pulvis digeſtivus. ℞ Seminis Aniſi & Fœnic. dulcis an. ℥ *ſs.* Seminis Coriandr. præpar. ʒ iii. Corticis Citri & Arant. condit. ſicc. an. ʒ ii *ſs.* Magiſterii Perlarum & Corallorum dulcis an. ʒ ii. Cynamomi Macis an. ʒ i *ſs.* Ambræ griſ. ʒ *ſs.* Sacchari albiſſimi quadruplum Pondus omnium. Ms. Fiat Pulvis ut Alkool, utendus è Cochleari Hora dimidia poſt ſingulos Paſtus.

Tabellæ Cardiacæ. ℞ Magiſterii Corall. & Perlarum dulcis, Oculorum Cancri præpar. an. ʒ ii *ſs.* Lapid. Lazuli præpar. Lapid. Gagat. præp. an. ʒ iii. Pulver. Cortic. Citri Flav. & Cynam. interioris an. ʒ iv. Lapid. Bezoar. Oriental. ʒ ii. Fiat omnium Alkool. & addit. ℥ iv. Sacchari albiſſimi fiat Paſta cum Muccag. Semi. Cydoniorum ex qua formentur Tabellæ Ponderis ʒ i. Quibus ſubinde utatur ſenſim deglutiendo ſuperhauſto Cochlear. uno vel altero Aq. meliſſ. & Capitis Cervini.

Potus Medicatus, (Vinum Oligophorum Cervi Hydromel) paretur in uſum ordinarium, cum Hyperic. multo, Betonica, Meliſſa, Agrimonia, Pimpinella Summitatibus Roriſmarini. Ulmaria, &c. Frequentes ſint Lotiones Pedum & Tibiarum cum decocto Cephalico. Tempeſtatibus minus frigidis abluatur Caput (cujus breve admodum ſit Capillitium) decocto Betonicæ, Primul. Veris, Majoran. Lauri Hyperic. plurim. parato in Lixivio Ciner. Juniperi. Sed tunc Caput optimè deterſum, diligentiſſimè ſiccetur.

Pyrotica, inurantur utrique Tibiæ internæ, ſub Genu.

Aquæ Acidulæ Ferri & Vitrioli Viribus prægnantes idonea tempeſtate, calido & ſudo Cœlo bonæ. Thermales malæ.

Iſtis omnibus citè obſervatis ſpero fore ut Vir generoſus priſtinam recuperet valetudinem, quod pro ſua munificentiſſima benignitate faxit D. O. M. Datum *Londini* Calend. Octobr. 1618.

My Lady *Finch*. 20 Aug. 1620.

Hypochondr. ad Tabem prona. Purul. excret. cum Urina fœtens.

Temperamento Calido & Sicco.

Hepar calidum, offenditur Potu Vini, aut Aquarum calidiorum Cynamomi, Mari Cœleſt. & ſimilium.

Non offenditur nunc Potu Vini aduſti, à quo minus tuſſit, quàm à Potu Cereviſiæ.

Melancholica, omnibus Hypochondriacis Symptomatis vexatur, Palmo Cordis, Suſpiriis, Fletu, Mœrore, Metu, Deſidia ſumma, & ſui negligentia, *&c.*

Magnos bibit hauſtus; Urinas reddit crudiſſimas, albas, tenues; non ſitit tamen.

Non eſt Sputatrix.

Aliquando paſſa eſt periodicum Urinæ fluxum, qui nunc ſubſtitit.

Nunquam fluxêre Hæmorrhoides.

Menſes benè fluere ſoliti per octiduum, nunc recurrunt decimo quarto poſtquam ſubſtiterunt Die.

Satis fluida Alvus.

Hypochondria Ventremque non contrectavi.

Ventriculus nihil evomit, niſi vi Tuſſis.

Nunquam peperit. Nullus uterinus fluor.

Uno abhinc anno conflictari cœpit Catharro labente à Capite in Pulmones, unde Tuſſis ingens, præſertim Manè & Noctu fatigans circa Horam primi Somni.

Sputum craſſum, viſcidum, parum admodum habens flavi, ſaltem id quod vidi, vi elicitur ex Pulmone.

Poſt Tuſſim nocturnam ſatis benè & placidè dormit. Corpus admodum emaciatur, & Tabes eſt præ foribus.

Nunquam febricitat. Pulſus velox, utcunque durus ob Corporis ſiccitatem, conſtans tamen & æqualis.

Calor nullus, niſi in Volis Manuum.

A Cibo friget potius quàm incaleſcit.

Sputum nec ſalſum, nec dulce, nec fœtidum.

A longo Tempore in Hypochondrio dextro Dolorem percipit, qui etſi divagetur aliquantulum, Centrum tamen habet fixum propè, ſive ad Ilia.

Duobus abhinc Menſibus excrevit cum Urina ſubſtantiam mucoſam, viſcidam, purulentam, fœtidam, inſtar Carnis putridæ, ſine ullo dolore, aut Urinæ ardore.

Nulla Stranguria, aliquando obturato meatu ſubſtitit Urina, quæ expulſo Pure illico continuo Filo copiosè, & ſine Moleſtia reddita fuit.

Nullus Lumborum Dolor, nullus Calor, nulla Colica, nullus Vomitus, nullum Uretrum Pathema. Nullus Veſicæ Teneſmus.

Nihil quod appareat Hyſtericum.

Nuperrimè fluxerunt Menſes, & ab eo tempore excretum purulentum parcius & minus fœtens, Dolor lateris minor.

NB. Sumpſit Rubin. 🜍 ſive 🜍 in Oleo Therebenth. diſſolut. eſt ab eo tempore quamdiu hauſit ingratum hoc Medicamentum excrevit albam illam materiam, relicto eo deſtitit excernere mucum.

Olim laboravit albo ſatis copioſo, à cujus ceſſatione ſemper malè ſe habuit.

An id quod per Urinas redditur eſt Materia fluoris albi.

Theoria.

Complicatus eſt affectus, atque in Morbi præſentis Idæa concurrunt 1°. Melancholia Hypochondriaca ab Obſtructionibus Viſcerum naturalium, eorumque

que κακοπραγία quæ Collectionem Humoris atri, craſſi, mali fecit in Venis quæ ramum ſplenicum conſtituunt, & in ipſo Liene.

2. Vomica paulatim collecta, & ſine Doloris magni ſenſu in ipſo Hepatis Parenchymate (forſan à refluxu Humoris minus in Liene digeſti) quæ Vomica nunc per Urinas ſine incommodo expurgatur. Fœtet materia ob diuturnitatem Collectionis ſuæ, ob Putredinem Humoris toto genere præter Naturam in parte calida & humida collecti, eſt viſcida ob Cruditatem.

At vide num in Renibus poſſit etiam eſſe factus Abſceſſus, id quod ſine Doloris ſenſu facilè contingit in ipſorum Parte carnoſa, ut in Regina Anna, in Caſaubono, in Famulo Germano Domini *Riverii*, & infinitis aliis.

Renem dextrum affectum indicat Doloris & Caloris Senſus nonnunquam recurrens poſt quem Urinas magis turbidas reddit.

Humor iſte Cyſti concluſus poteſt fracto conceptaculo & exeſis Renum Papillis in Uretres fluere, atque inde labi in Veſicam.

Nunc poteſt Pus iſtud etiam à Pulmonibus, qui teſte continuâ Tuſſi valdè affecti ſunt, ferri in Urinas, & per quas Vias? Empyema aliquando per Urinas purgatur.

NB. In Hepate Vervecum ſæpiſſimè reperiuntur vomicæ, quas Animal etiam Pingue & Alacre circumfert.

3. Diſpoſitio ad Tabem, imò Conſumptionis principium in fluxione magnâ & continâ in Pulmones, quorum metuenda διάφθορα etiam ſine Ulcere.

Praxis.

Urgentiori nunc eſt occurrendum, nempe Tuſſi & Maciei ſine Tabi quæ nunc eſt præ Foribus.

Non negligendum Ulcus, cujus Deterſio & Conſolidatio unâ eâdemque Operâ poterit præſtari.

Affectus Melancholicus ſedatis aliis magis metuendis paulatim emendandus erit.

Remedia.

Præſcripſi Syrup. de Tuſſilag. & Jujubini an. ℥ i. Syrup. de Papav. ℥ ii. hujus Cochlear. i *ſs.* Tuſſim ſedavit & Somnum placidum per totam Noctem conciliavit.

Ungentum dedi ad Pectus, ſed ita motus fuit Stomachus ut vomuerit, propterea abſtineat à Linimentis, ſiquidem ea naturaliter averſatur.

Data Ptyſanæ laxant. Doſis ex ʒ ii. Senæ, Pulp. Caſſ. & Tamarind. an. ℥ i. Glycyrrh. recent. ʒ i *ſs.* Tarda & lenta admodum fuit Operatio, ſed facilis & ſatis copioſa ſucceſſit, Horis pomeridianis Purgatio ad 4 aut 5 Sedes.

Data Juſcula Chinæ additis Pectoralibus & Cremoris Tartari ʒ i. ad triduum, nihil moverunt.

Dixit ſe à minori quantitate ☿ aliquando purgatam ad xii. Vices, ſed puto additum Scammon.

Repetenda Purgatio addita ℥*ſs.* Mannæ ad dictam purgantium quantitatem.

Lac Aſininum cum Saccharo tali. ℞ Sacch. roſat. ℔ i. Pulver. ſubtiliſſ. Roſar. rubr. ℥*ſs.* Oculor. Cancr. præparator. ʒ iii. Coralli rubr. præparat. Margarit. in Magiſtr. dulc. reductar. an. ʒ iii*ſs.* Ms. Hujus Cochleare unum admiſceatur ℥ vi. Lactis recenter mulcti & ex Ubere calentis. Capiat Manè in Lecto ſuper dormiendo.

Trochiſci Gordonii ratione Ulceris utiliter admiſcebuntur Lacte, vel eorum loco tales.

℞ Medull. Semin. Melon. & Cucurbit. recent. an. ℥ i. Nucleor. Ceraſor. Mund. Amygdal. dulc. mundator. an. ʒ vi. Semin. Canab. mundat. ℥*ſs.* Semin. Lactuc. & Papav. alb. Alkekeng. recentiſſ. an. ʒ iii. Pulver. Glycyrrh. ʒ ii*ſs.* Gumm. Arabic. Pruni & Ceraſor. an. ʒ i*ſs.* Oculor. Cancr. præparator. Magiſter. Perlar. an. ʒ iii*ſs.* Semina cum Nucleis macerentur in Aqua Roſarum, deinde terantur in Mortar. marmor. & additis cæteris bene præparatis fiant Trochiſci quorum exhibeatur ʒ i. Manè ſuperhauſto Lacte condito Saccharo roſato communi.

Ad Tuſſim Pilulæ de Styrace, Syrupus præſcriptus Noctibus alternis aut ſingulis pro neceſſitate.

Tabellæ de Althea cum Pulpa Paſſularum.

Succus Glycyrrhizæ medicatus. Electuar. de Tuſſilagine.

Syrupus reſumptivus pectoralis.

Oleum Sacchari ex Ovo.

Fumus Tuſſilaginis per Tubum loco Tobaci, quo nimium, utitur idque peſſimé.

Pyroticum Nuchæ.

Emplaſtrum Suturis.

Cucufa.

Suffitus operimentorum Capitis.

Ad Tabem præter Lac.

Reſumptiva, Gelatina Nefrendis, Gelatina Cornu Cervi, Eboris, Oſſium bubul. ut Sanguis utcunque ſpiſſior factus minus fluat.

Brodium Chinatum. Gelatina Chinæ.

Pandaleon. cum Piſtach. Pineol. *&c.*

Balneum cum Aqua, Lacte, Capitibus Vervec. Vitul. *&c.*

Cereviſia Medicata pro Potu ordinario. ℞ Radic. Chin. optimæ ℔ i. Zarz. parill. ℥ iv. Raſur. Cornu Cervi & Eboris an. ℥ iii. Radic. Alth. Symph. major. Nenufar. an. ℥ iii*ſs.* Radic. Tuſſilag. ℥ v. Folior. Equiſeti M. iii. Fol. Bugl. Brunell. Sanicul. Veronic. utr. an. M. i. Flor. Nenufar. Primul. Veris Vetonic. rubr. an. P. vi. Nuc. Moſch. ℥ i. Fiat Decoctio in Galonib. iv. Cereviſiæ Lupul. fortioris ad unius Conſumptionem. Maceratio fiat per Noctem, deinde per Setaceum Colatura, add. Galon. iii. Cereviſ. recent. cum pauco fermento & admiſce Succi Pomorum redolent. maturor. ℔ iii. Succ. Meliſſ. Agrimon. Borraginis an. ℔ i. Sinatur fieri Fermentatio exacta, Liquor depuratus ſit in uſum ordinarium. Si nimis validus ſit Potus temperetur permiſſione debilioris.

Hydromel Vulnerarium & Pectorale.

Pro eadem. 5 Octobr. 1620.

Diæta præſcribenda humect. refrig. Omnibus addat. China.

Brodium Chinatum : Gelatina Nefrendis.

Amygdalatum, hordeatum loco Cœnæ cum decocto Pectorali, non omiſſa Scabioſa. Apoſtemkraut.

Lac Aſinin. bis in Die, quarta Matutina, & quarta pomeridiana.

Syrupus reſumptivus: Adferantur è Gallia Teſtudines nemorales.

Hydromel Chinatum cum Rad. Chinæ Tuſſilag. Garyophyll. Scabioſ. Pulmonar. Herba coſta, Ling. Cervin. Paſſul. Glycyrrh. Mellis parte una, Aqu. Pluv. part. xii. Aromat. Pulver. Ireos florent. Cum tempore, addentur Guajac. & Zarza parilla.

Boſchetum ex iiſdem.

Interim paretur Cereviſia Medicata præſcripta.

Pectoralia. Mumia ex Pulmonibus.

Electuar. de Bechio, Electuar. de Styrace.

Oleum Sacchar. Cand. cum Pomo, vel in Ovo.

Syrupus cum Paſſulis, Glycyrrh. coct. in Aqu. Hyſſop. in Patina, addito Saccharo.

Syrup. de rore Solis. Meus pectoralis.

Suffitus pro Capite. Tobaco cum Succino, quorum Fumus per Tubum hauriatur more ſolito.

Loco Emplaſtri Suturis applicand. Sacculus farctus Succino & Pulvere Garyophyllor. continuò geſtandus.

Pyroticum poſteriori Collo applicetur inter primam & ſecundam Vertebram & diu ſervetur apertum Ulcus.

Pro eadem. 12 Novembr. 1620.

Ad quemvis vel leviſſimum Errorem externum concepto Frigore, *&c.* ingraveſcit Tuſſis.

Duplex eſt excretum, alterum tenue, quod fluit à Capite per novam Fluxionem ; alterum craſſum, viſcidum, ſubflavum, ſubviride, penè purulentum, quod à Pulmonibus, quorum metuenda eſt διαφθορά.

Tuſſis in Ingreſſu Lecti eſt moleſtiſſima per Horam, mox ſedatur, mox ſatis placida, forſan ab aſſumptione Diacodii. Manè poſt Expergefactionem Tuſſis recurrit.

Nunc præ Tuſſis violentiâ Menſes, qui ante octiduum ſatis bene fluxêre, eruperunt denuò: At nota cùm fluerent ægram ſuavis Odoris Sacculos & Unguenta Moſcho & Zibetto plena tractaſſe, & citiùs ſolito fluxum ſubſtitiſſe. An igitur accuſanda ſaltem ea quæ per Tuſſim fit totius Corporis Concuſſio, an verò Venarum Uteri plenitudo, ex quibus Sanguis iſto conatu expreſſus liberiùs nunc quam alio tempore fluat?

Catarrhum fluentem ſiſtito.

Quod in Pulmonibus latet per ἀνακάθαρσιν educito.

Partis Corruptionem præcaveto.

Maciem Analepticis emendato & Corpus renutrito.

Alvum ne ſollicitato nimium.

Redeat ad Lactis Aſinini uſum intermiſſum, bis in Die.

Veſperi vel perſeveret in uſu Syrupi de Papavere, vel capiat Pilularum de Styrace mearum gr. vi. è Conſerva Roſ. rubrar. cum eâ cautione ut iſta Hypnotica exhibeantur Hora dimidia antequam Lectum petat, ut videlicet obrepat dormiendi Deſiderium, antequam ſeſe componat ad ſoporem, & ita Tuſſis tempus tranſigatur, quæ moleſtior eſt ægra decumbente quàm ſedente.

Pectoralia iſta ſunto.

Looch. ℞ Radic. Alth. Tuſſilag. recent. an. ℥ i ß. Rad. Symphyt. major. ℥ i. Coquantur in Aqua Hordei adPutrilaginem, terantur, Pulpa per Setaceum trajiciatur, de qua cape ℥ ii. Mellis Paſſular. ℥ i ß. Penid. recent. ℥ iii. Succ. Glycyrrh. non combuſti ʒ ii. vel Pulveris ejuſdem ℥ ß. Pulv. Ireos florentiæ & Lact. Sulphuris an. ʒ i ß. Syr. de Caulebus & de rore Solis an. ℥ i. Ms. Fiat Looch. utendus è Bacillo Glycyrrh. contuſo ſenſim degluttiendo.

Interdiu utatur Trochiſcis Bechicis albis ſive Rotulis pectoralibus deſcript. in noſtro Antidot.

Vel Succo Glycyrrh. compoſ. ſeq. ℞ Succi Glycyrrh. non Combuſt. ℥ iii. Pulp. paſſular. ℥ i. Pulp. Radic. Alth. & Tuſſilag. an. ℥ ß. Penid. Sacchar. Cand. an. ℥ i ß. Ireos florent. Trit. ut Alkool. ʒ ii. Magiſter. Perlar. dulcis ʒ iii. Ocul. Cancr. præpar. ʒ ii ß. Pineol. recent. Amygdal. recent. an. ʒ vi. terantur Pineol. & Amygdal. in Pultem, Succus diſſolvat. in Aq.Hyſſopi, add. Pulp. *&c.* Et lento Calore inſpiſſentur ad duriuſculam conſiſtentiam, add. Ambr. griſ. ℈ i. Moſch. gr. iv.

Mumia ex Pulmonibus. ℞ Pulmones Vituli unius, Pulmon. Vulp. N°. iv. Scindantur, abluantur diligentiſſ. Vino albo, optimè ſiccentur Linteo mundo, deinde ex iis ſuccus extrahatur in duplici vaſe ut artis eſt. Magma in Clybano ſiccetur ſine Uſtione, atque ex eo cum Aquâ Hyſſop. Tuſſilag. Heder terreſtr. Tinctura ut artis eſt extrahatur. ℞ Succum extractum totum qui cum ana Partib. æqual. Succ. depur. Caul. & Mell. optimi Sacch. Cand. Mellis paſſular. an. ; coq. ad Mellaginem & ſervetur.

℞ hujus Mellaginis ℥ vi. Tincturæ Pulmonum ℥ ii. Succ. Glycyrrh. Pulveris ejuſdem an. ℥ i. Pulv. Ireos florent. ℥ ß. Penid. recent. ℥ iii. Pineol. Amygdal. recent. in Aqu. Tuſſilag. vel Pulmonar. macerat. an. ʒ x. Gumm. Tragacant. ʒ ii. Magiſt. Perlar. Corall. Ocul. Cancr. dulc. an. ʒ iii. Syrup. roris Solis & Heder. terreſtr. an. ℥ i ß. Sacch. Cand. ℥ iv. Ms. & Lento igne ſecundum Ordinem debitum fiat Electuarium, cui frigido add. Lactis Sulphur. ℥ ß. poterit Odor conciliari, nec non qualitas Cardiaca & Spiritus inſtaurans dari addit. ʒ ß. Ambr. griſ. cum gr. vi. Moſch. In Aq. Flor Aranti diſſolut.

Syrup. de Rore Solis, de Hedera terreſtri, de Eryſimo mixt. ad Expectorationem.

Lac Sulphuris ad ℈ ß. cum ℈ i. Benjoin ex Ovo Sorbili manè Horis tribus ab Aſſumptione Lactis. Vel ℞ Lactis Sulphur. ℈ ß. cum Flor. ℈ i. Sacch. roſat. ʒ ß. Miſceantur cum pauco Lacte Aſinino, aut cum Aqua tuſſilag. ſummò manè & Lac ſuperbibatur. Quidni etiam Veſperi?

Emplaſtrum pro Suturis.

℞ Maſſ. Emplaſtr. de Beton. magiſtralis ℥ ii. contra Rupturam ℥ i. aut Cæſaris Laudani puriſſ. ʒ vi. Maſtich. Thuris, Sandarach, Benjoin. an. ʒ ii. Gummi Tacamahaca ʒ iii. Succini ʒ vi. Caryophyllor. Macis an. ʒ i. Balſami Peruviani q. ſ. ut fiat Emplaſtr.

Cujus Potio extendatur in Aluta ad formam Literæ T. applic. Suturis raſo Capillitio.

Reſumptiva.

℞ Olei Amygdal. dulc. recent. Butyr. recent. extracti ſine Igne Pingued. capi recent. Butyr. recent. an. ℥ i ß. Medull. Crurum Vituli Unguent. flor. Arantior. an. ℥ i. Sperm. Ceti recent. ℥ ß. Ms. Inting. Charta griſea vel Lint. huic Liniment. applic. toti Pectori Manè & Veſperi.

Gelatina Cornu Cervi & Chinæ ſimul.

Succus Carnium in duplici vaſe.

Lac Aſininum.

Syrupus reſumptivus ex Teſtudinibus.

Pandaleon, Paſta Regalis, Marcius Panis.

Aqua mea Analeptica.

Aqua Capi perlata.

Perlæ & Corall. In omnibus ad firmandum Humidum radicale.

Pro eadem. 4 *Decembr.* 1620.

Præter increſcentem indies Phthœn. cum Maraſmo, Urinæ cruentæ & fœtidæ redduntur, nigricantes ſeu potius fuſcæ; ſumma Virium debilitas Pulſus vix perceptibilis.

Parvâ reſtat Spes Salutis præſertim ſæviente præter morem Hyeme.

Tuſſis moleſtiſſima; ſummus Capitis Dolor, Renis dextri Ulcus, à quo exeſo & apertâ Venâ Urinæ cruentæ.

Vulneraria in omnibus Symphytum, Equiſetum, Veronica, Brunella, Sanguinar. Plantago, ex his Syrupus Lacti admiſcendus, vel per ſe ſumendus.

Trochiſci, ut Gordonii, Pulvis Chinæ, Zarz. Spodii, Herniar. Perl. Ocul. Cancr. Corall. Equiſet. cum Lacte.

Emulſiones vulnerariæ, Ptyſana, Hydromel. Cereviſia, &c. Emplaſtr. Lumbis ἰσχαίμον.

Emplaſtrum pro Suturis ſuſpendens, roborans.

Pilulæ de Styrace Hora Somni.

Reſumptiva. Gelatina Nefrendis, cum vulnerar. equiſet. craſſula. Syrupus ex Teſtudinib. Aqua ex Succo Carn. Sanguine, Lacte, Cancris, addit. Magiſter. Perlar. & Corallor. dulc. &c.

Lac Perlar. Corall. Ocul. Cancr. in omnib. Pandaleon.

Quæ ex Sulphure, Lac Sulphuris.

Looch. cum Pulpa aut Melle Paſſular. & flor. aut Lact. 🜍 ejuſque Oleo.

Flores Benjoin. ex Ovo Sorbili cum Lacte 🜍.

Potus ordinarius ex Chin. raſur. Corn. Cervi & Ebor. Glycyrrh. Paſſulis integr. Semin. Plantag. Symphyto, Equiſeto.

Domina de St. *Marc.* Decembr. 1622.

Cachexia in Hydropem prona.

EXegit Annum Ætatis *xviii.* Nunquam fluxêre Menſes. 20 abhinc Menſibus poſt curatos pallidos Colores, ſive Cachexiâ perſanatâ, Tuſſicula ſicca poſt Somnum tantum fatigans, de cætero Corpus ſatis ſanum.

24 aut 22 Septembr. 1621. Ventriculi Dolor, Diarrhæa quæ levi Cathartico ceſſerunt.

26 quo Die inceſſum Templum Charenton, ingens Pavor ob Parentum Diſcrimen, qui tunc aberant ab Urbe, expoſiti Rabiei commotæ Plebis.

Triduo poſt Dolor Ventris, Suffocatio, Vomitus per Dies *xv.* decubuit, Sitis magna.

Hæc fuit ab Utero Suffocatio ut patuit à Juvenibus, quippe convaluit applicato Emplaſtro è Pice Umbilico cum Granis aliquot Zibetti.

Ab eo tempore Languor continuus.

Per totam Hyemem Fluxio cum Tuſſi, & Sputo ex flavo albeſcente, quo Pelvim replebat: Excretum ſatis viſcidum.

Tentat varia : Conſerva Laridi, Apium China. Cucurbitulæ, Balneum. Phlebotomia, Cauteria duo in Brachiis.

Interdiu ſatis benè valet, ſatis valet Appetitus.

Poſt Cœnam corripitur Febricula.

Nox Inquieta, inſomnis.

Minus quàm antea tuſſit ; quum autem tuſſit ad Latus ſiniſtrum Pectoris ſentit & percipit Pondus inſtar Sacci commoti & agitati. Notanda iſta ægræ relatio petita ex ipſo Senſu.

Parum admodum emaciatur.

Ambiguunt Medici de Morbo, & de parte affecta.

D. D. Duret. Seguin. Gorræus ſtatuunt Ulcus eſſe in Pulmonibus, atque ad iſtam affectionem facientia præſcribunt.

Sputa pronuntiant purulenta.

D. Duretus jubet ut bis in Menſe mittatur Sanguis ad Viſcerum fervidorum contemperationem, idque è Brachio ad ʒ iv. quavis vice.

Alii credunt nonnunquam tundendam Saphænam ob Menſium ſuppreſſionem.

Balneum ſæpius uſurpari volunt.

Præſcribunt Hydromel Conſervam pectoralem ; Looch de Pulmone Vulpis, *&c.* Flores Sulphuris. Suffumigium ex Myrrhâ, & ex Thure.

Purgatione ex Rheo, Caſſia, Manna, infuſo Senæ, Syrup. Flor. Perſicor. & Roſar. Pallidarum volunt ſubinde exhauriri Serum.

Pyrotica duo, unum Occipiti, alterum ſub Genu. Hypnotica nonnunquam ſive Arteriaca incraſſantia.

Diacod. Pilul. de Cynogloſſ.

Lactis Aſinini conſtantem uſum cum Saccharo roſaceo.

Victum refrigerantem, humectantem.

Pro Conglutinatione deterſi Ulceris Lac Caprinum ſolum imperant.

Alii Medici negant Ulcus eſſe in Pulmone; metuendum concedunt, & præcavendum ſuadent.

Ordo Invaſionis notandus.

Cachexia, Icterus Virgineus.

Tuſſicula arida.

Ventriculi Dolor, Diarrhæa.

Terror, ſumma Animi Perturbatio.

Hyſterica Suffocatio.

Languor.

Fluxio in Pectus per totam Hyemem cum Tuſſi.

Sputum multum, viſcidum, ex albo flaveſcens.

Sacculi materiâ aliquâ pleni. Motus in Latere ſiniſtro inter Tuſſiendum, veluti fluctuatio.

Minus nunc tuſſit ſolito.

Non admodùm progreſſa macies.

An per ſe laborat Pulmo? Ulceratus ab Annuo Catarrho? An per refluxum Sanguinis menſtrui? Anno Ætatis 18 cum præſertim fuerit Hyſterica.

An Empyema illegitimum à Phlegmate putri?

An Hyderus Pulmonum? Aph. Diſtillationes quæ fiunt in Ventrem ſuperiorem.

An convenit frequens Purgatio?

An Phlebotomia frequens utilis?

An ex Brachio, Malleolis, Hæmorrhoidib, ad movendos Menſes?

An Pyrotica bona, & ubi, in Cervice, Brachio Tibiâ?

Conſilium.

Videtur languens nobilis Puellæ Corpuſculum aliquot ab hinc Annis pertinaciſſimis obnoxium fuiſſe Obſtructionibus, quæ icterum virgineum ſive Febrem albam invexerunt: Norunt omnes quanta ſit in hoc affectu facultatum proſtratio, quàm perenni Fomite à functionum Læſione omnis generis Excrementa quotidiano proventu ſuccreſcant; in Cachectica iſta diſpoſitione quæ regia eſt ad Hydropem via, fluctuat in Venis Ichor, quo diluta & veluti in Muriam verſa melior Sanguinis Portio dum ad partes nutriendas appellit, eas quas formavit natura debiles ſuperfluis onerat, quorum ſub Pondere ipſas tandem ob Expultricis Imbecillitatem fatiſcere neceſſe eſt: Forſitan à prima Conformatione infirmus in hoc Subjecto Pulmo, quid ſi etiam gentilitio vitio ad Congeſtiones, ipſamque διαφθορὰν pronus: Hinc illa inanis Tuſſicula præſentis Affectionis prænuncia, cujus infortunium acceleravit violentius Animi Pathema, terror videlicet ingens conceptus ob Parentum Periculum, quorum Vitæ dum acriùs metuit Filia, Cacochymi Corporis humores omnes & Spiritus conturbati fuere, non ſecus ac Vina Tonitru Fragore perculſa in Doliis omnibus ſui partibus confuſis perturbantur & abeunt in Vappam. Ipſe Uterus (cujus Venas Lunaribus intervallis reſeratas Sanguinem fundere per Ætatem ægræ deceret) paulò poſt ſuas excitavit Tragædias & propriis Symptomatis ſe in univerſalis mali parilitatem tractum fuiſſe teſtatus eſt. Succeſſit Hyems, cujus decurſu dum nativus Calor confuſorum Segregationi, Crudorum Concoctioni, Heterogeneorum adæquationi, ſuperfluorum denique Eliminationi incumbit, factus in Pulmones excutiendæ Sarcinæ impares decubitus, quam partem ab inferioribus attrahentem, à ſupremis ſuſpicientem in præſentiarum graviter affligunt præter Collectionem, defluxum, & ἀναδερμήν. Ita opplentur Pulmonum Bronchia, Viſcido & putri Obice, qui aliquatenus intercludit Spiritum, & cùm partis moleſtum Hoſpitem averruncare geſtientis Conamine Tuſſim facit, per quam prodeunt Sputa multa, craſſa, ex albo flaveſcentia. Notatu digna ægræ ab ipſo Senſu petita Relatio, dum aſſeverat ſe inter Tuſſiendum percipere ad Latus ſiniſtrum Thoracis Materiæ alicujus Sacco, ut loquitur, ſeu Conceptaculo aliquo concluſæ Inundationem. De cætero interdiu ſatis benè ſe habere ſatis vegeto eſſe appetitu, à Cœnâ verò Febriculâ corripi Noctes inquietas & inſomnes ducere, attamen nunc minus quàm antea tuſſire, & parùm admodum emaciari perhibetur. De affectu pronuntiant doctiſſimi Medici Pariſienſes & φθόην ſive Pulmonis exulcerationem adeſſe ſtatuunt, excretum aſſerunt purulentum; blandiuntur ſibi ex aliorum relatione Parentes, Filiæ meliora non dubitant ominari, dum audiunt Sputa eſſe ex pituitâ putri, cruenta nunquam prodiiſſe, ſucculentum utcumque habitum vident, Febrem nocturam ſaltem notant, diurnas Horas ſatis tolerabiles obſervant & accipiunt ſecundario ſaltem Pulmones affici, forſan à Menſium Anno Ætatis decimo octavo nondum erumpentium refluxu: Vulgare eſt ut qui cupit aut metuit grata ſibi Somnia fingat. Equidem malo Artis peritis aſtipulari, quàm vagam ſequi Sententiam plauſibili potius quàm certo ſubnixam Fundamento, & ſiquidem ægræ multis à me paraſangis diſſitæ poſtulatur Curatio, ex Hypotheſi meum daturus Conſilium mihi cum Pulmonibus inteſtina Labe madeſcentibus, & recens exulceratis rem eſſe Arbitror: Obfarctu laborantia Viſcera, menſtrua ſuppreſſa, Sanguinis Maſſam ſeroſi Liquaminis, ſive reſoluti ſalis copiâ corruptam. Caput meteoriſmis obnoxium ſubjectas partes Catarrhis patentes, Materiæ fluentis tenuitatem, ejuſque fluxit aut congeſta eſt Viſciditatem & putredinem: Habitus, licet lentam, extenuationem conſidero; Febriculam potius remittere quàm intermittere ſuſpicor: Neque fallacem ut puto conjecturam deſumo ex fluctuatione illa in Thorace, quæ forſitan arguit aliquid Hydro analogon latitare, quod in præcedente Cachexia vel à Capite, vel à partibus ſpiritualibus eaſque alluentibus Venis in thoracis Cavitatem ſtillavit. His poſitis Medico tot malorum Syndromen expugnaturo, ſequentia pro re nata ordine facienda, & graviſſimo Morbo (qui Phthiſin indomabilem, & forſitan eum ipſa conjunctum Hydropem præ foribus eſſe minatur) optima ſelectiſſima decernenda

Remedia Autumno. 1. Emendandam affirmo Viſcerum calidam & ſiccam Intemperiem victu, atque peccantium ſuccorum præ Femore tumultuantium Vacuatione. 2. Reſerendas Obſtructiones, & (ſi non adſit Sanguinis penuria) movendos Menſes potius ex conſequenti quàm ex profeſſo cùm calidiora hic non conveniant καταμήνα. 3. Capiti mittenti conſulendum per derivantia, & Cerebrum cum exſiccatione roborantia. 4. Fluxionem fientem incraſſandam, & pro neceſſitate danda Arteriaca quæ blandum Somnum concilient. 5. Procurandam ἀνακάθαρσιν ad Muci Puriſve Pulmonum aſperos Tubos opplentis prius attenuati facilem Excluſionem. 6. Siquid Thorace contineatur quod vel non prodeat per Sputum, vel per Alvum non defluat educendum etiam Chirurgicis Auxiliis. 7. Detergendum & ſiccandum unâ eademque manu Ulcus & permiſcendas Indicationes quàm perpetuò madens Pulmo & irritatum Ferina fluxione Ulcus ad exſiccationem ſummè refractorium non patiatur ejus dilationem. 8. Præcavendam vel ſi ſerpſerit jam ſiſtendam Pulmonis διαφθορὰν ſpecificis partem affectam reſpicientibus. 9. Denique Analepticis etiam contemperantibus renutriendum Corpus, & triplicis ſubſtantiæ indeſinenti Effluvio pereuntis reſarciendam Jacturam. Hiſce Intentionibus complendis, atque optatum Finem perducendis proportionata Inſtrumenta ex Medicinæ Fontibus petita iſta ſunto.

1. Obſervetur Victûs ratio refrigerans humectans à Medicis præſcripta: Inter cætera autem Diætetices capita Aërem purum, tenuem, nulla Caligine, nullis Nebulis Fumiſve Opacum plenis hauriat ægra Pulmonibus, cujus magnam eſſe in hujuſmodi malis vim indicat ſolemnis illa Galeni ad Tabias ſuorum ægrorum tabe affectorum Relegatio. Hic Cœli ſolique ſingularis habeatur ad ordinariam Manſionem delectus.

Pulmonicos validis aut crebris Purgationibus fatigare Piaculum; ſiquidem per Cathartica plurimum de viribus parùm aut nihil de cauſa morbifica decedit, atque ut plurimum tabidi ſuperveniente Alvi Profluvio citius moriuntur: Antecedentem tamen cauſam & peccantes ſeu in primis viis, ſeu in ipſis Venis Humores per Epicraſin blandè ſubducere licet, interpolatis Vicibus petito ex Virium ſtatu Conſilio: Enemata lenientia alvinam repurgabunt Saburram. Ventriculum Meſaraicos ductus, Hepatis cava & Lienem ſubindè everrent Pilulæ *Scaligeri* dictæ. ℞ Rhabarb. elect. ʒ iii. Cynamon. interioris ʒ i *ß*. Infund. per Hor. *xxiv*. In Aq. Cichor. ſuper Cinerib. tepidulis. Mox fiat fortis Expreſſio, In qua diſſolv. ℥ i. Aloes Succotorin. Fiat Exhalatio ad Inſpiſſationem ita ut Maſſa poſſit reduci in Pilulas, capiat ʒ *ß*. vel ℈ ii. Hora dimidia ante levem Cœnam ſemel in Septimanâ.

Melior erit Operatio Maſſæ Pilular. ſequentium quæ grana Angelica appellantur. ℞ Fol. Sen. mund. inciſor. ℥ i. cum

Tart. ℥ ſs. Infundant. per Hor. iv. ad levem Calorem in ℔ iv. Aqu. Pluviæ; mox adde Fol. Betonic. Scabios Chamæpyt. Fumar. Veronic. utriuſque an. M. i. Flor. Stœchad. Arabic. Primul. Veris ſummitat. Roriſmarin. an. P. i ſs. Semin. Aniſ. & Fænicul. an. ʒ iii. Glycyrrh. recent. ℥ i. Bulliant ad trium partium Conſumptionem, fiat Expreſſio, & Colatura in quâ diſſolve ℥ iii. Aloes Succotorin. Fiat Exhalatio ad Mellaginem, cui affundatur Infuſio (& fortis Expreſſio) ℥ i. Rhabarb elect. & ℥ ſs. Myrobal. Citrin. ſeorſim fact. in Aqu. Cichor. exhal. ad Pilul. Maſſam de quâ cape ℥ i. Maſtich. ʒ ii. Myrrhæ ʒ i. Croci ʒ ſs. Tartari vitriolat. ℈ iv. Ol. Aniſi & Fænicul. dulc. an. ℈ ſs. M. Fiat Maſſa ſervanda in Vaſe vitreo, capiat ℈ i. ʒ ſs. ℈ ii. eodem quo ſupra ante Cœnam intervallo ſemel in Septimana.

Si quando validior requiratur Purgatio in promptu ſit exhibendus ex Medicorum præſentium Conſilio ſequens.

Syrupus Magiſtralis. ℞ Radic. Tuſſilag. Rad. Cich. Oxylapath. an. ℥ i. Glycyrrh. recentis ʒ x. Fol. Betonic. Pulmon. Scabioſ. Agrimon. Capillarium Omnium Veronic. utriuſque an. M. i. Semin. Aniſi Fæniculi dulcis Coriandr. præpar. an. ʒ iii. Fiat omnium Decoctio in ℔ x. Aquæ ad medias, deinde Colatura, in qua clarificata bulliant paſſul. Damaſcen. mundat. ℔ i. Uvarum Corinth. ℥ iv. Jujub. Sebeſten. Dactyl. ficuum an. ℥ ii. Agitentur continuò & fructus Cochleari Ligneo vel Argenteo conterantur Cocturam prorogando ad Inſpiſſationem, fiat per Setaceum aut Canapatium denſum Expreſſio quæ ad Mellis conſiſtentiam reducatur. Interim,

℞ Fol. Senn. mundat. minutim inciſor. ℥ iv. Agaric. recenter trochiſcat. ℥ i ſs. Rhabarb. elect. ℥ ii. Cynamom. Santal. Citrin. an. ʒ ii. Zinziberis ʒ i. Macis ℈ iv. Fiat Infuſio in ℔ iii. Aqu. Scabioſæ & ℔ i. Hydromelit. dilutiſſimi quæ inſtillat. paucis guttis acetoſitatis Sulphuris levi acore perfundantur, digerantur per Biduum in B. Mox poſt aliquot Ebullitiones leves fiat Expreſſio, cui adde Sacchar. Roſat. Tabellati penid. recent. an. ℥ viii. Mannæ Calabrin. arte noſtra depurat. ℥ vi. Mellis Paſſular. præſcripti Syrupi Roſar. pallidarum ſolutivi an. ℔ i. M. atque in B. vaporoſo fiat Exhalatio ad conſiſtentiam Syrupi qui aromatizetur Nodulo continente Ligni Aloes ʒ ii. Croci ʒ i. Ambræ griſ. gr. v. Servetur ad uſum talem. ℞ Ptyſan. laxantis ex ʒ ii. Sen. pulp. Tamarind. & Medull. Caſſ. an. ℥ i. Clarificat. Doſin unam in quâ diſſolv. Syrup. Magiſtralis ℥ i ſs. vel ℥ ii. Fiat hauſtus exhibend. Manè Horis tribus ante Juſculum cum debitâ Cuſtodiâ.

Ἐμφράξιν naturalium partium tollent Tartari Cremor magiſtralis, Tartarus Vitriolat. Sal Abſynthii Nitrum defæcatiſſim. In Chinacis aperientib. Juſculis diſſolut. atque pro temporum & Indicationum ſecundum occaſiones ſumendarum diverſitate propinatâ.

Εὐκαιρίαν Medico ordinario captandam relinquo, cujus momentum fugax abſentes præterit vel oculatiſſimos. Hic de Phlebotomia, quam ut ἐκφαρκτικώτατον & ſummè temperans Remedium in Plethora gravi agnoſco, ſed in Cacochymiâ nimium frequentem, licet parcam admittere non poſſum. Urgente neceſſitate, impenſius moleſtante tenui & ferino Catarrho Coſtas cum Pulmonibus diſrumpente Tuſſi, ingruente Hæmoptoë, auctâ Febre, eaque ex Symptomaticâ in primariam ob Putredinem verſâ, tundantur Venæ ſuperiores, parcâ tamen manu & raro: At ut provocentur Menſes obſervato Naturæ motu, incidantur Saphænæ, id quod ſuadeo audaciùs cum procerum artis Conſilium Phlebotomiam bis in Menſe præſcribentium, Inopiam Sanguinis præſupponere vetet, hujus Evacuationis Vicaria erit Hæmorrhoidum per Hirudines apertio, quam ſæpiſſimè ob partium viciniam & vaſorum communionem ſine ullo alio Remedio Ani, Venis etiam non ſurgentibus, Sanguine tamen univerſaliter redundante Menſes prolectaſſe obſervavi.

Capiti applicetur Emplaſtrum de Betonica, & contra rupturam raſo ſupra Coronalem & ſagittalem Capillitio ad formam Litteræ T. Suffitus matutinus & veſpertinus fiat Capitis Operimentis ex Maſtiche, Thure, Sandaracha, Styrace, Benjoin. Succin. Semin. Coriandr. Nigell. Roman. & Roſis Rubris.

Pyrotica derivantia & revellentia applicentur Inio & Brachio ſiniſtro, quorum diutiſſimè aperta teneantur Ulcera, inditis etiam Globulis Humores ex alto attrahentibus.

Arteriaca incraſſantia & ſuſpendentia ſunto Horâ Somni exhibenda Diacodium, Pilulæ de Styrace, pluribus etiam Noctibus conſequentibus ſine ullo Diſcrimine dandæ ad Grana decem, & (cæteris irritis) in graviori caſu Laudanum opiatum ad Grana ii. vel iii. quæ mea præſcribo non aliena, utpote de eorum tutiſſimo effectu per multorum Annorum experientiam certiſſimus.

Expectorationem interdiu promovebunt lambendo & ſenſim deglutiendo uſurpata.

Electuarium de *Helenio*. ℞ Radic. Enul. recent. ℥ vi. Radic. Tuſſilag. recent. & Altheæ an. ℥ iv. Paſſular. Damaſcenar. ab Arillis mundatar. ℥ v. Bulliant in Ptyſanâ forti ad Putrilaginem, piſtentur, & Pulpa trajiciatur per Setaceum, quæ cum reſiduo Decoctionis addit. duabus partib. Sacchari Cand. & Mellis albiſſim. deſpumati (quæ ſimul ad æquum Pulpæ Pondus redeant) Coq. in Electuarium lento Calore, continuò agitando, & addendo Pulver. ſubtiliſſ. Glycyrrhiz. Hiſpan. ℥ i. Ireos florent. ʒ iii. Pulv. Aniſ. & Fœnicul. dulcis an. ʒ ii. Sacch. roſat. ℔ i. Teneat hujus Medicamenti Bolum in Ore ægri, quem Lingua volutet ut ſenſim liquatum Remedium ſecundum aſperæ Ateriæ parietes lento lenique Tramite deeret.

Syrupus Pectoralis aut Mel. ℞ Raſuræ Ligni ſancti interioris nigerrimi ℥ ii. Radic. Chinæ ℥ iii. Radic. Altheæ Tuſſilag. an. ℥ iv. Radic. Enulæ ℥ ii ß. Ireos florent. ℥ ß. Glycyrrhiz. recent. ℥ ii ß. Folior. Scabioſ. Pulmonar. Veronic. Fœminæ Garyophyllatæ totius Ophyogloſſ. Buglæ an. M. i. Eryſimi Hederæ terreſtr. Pedis Cati ſive Gnaphal. montani Roſis ſolis Herbæ Coſtæ quæ eſt ſpecies Hieracii an. M. ii. Fiat omnium Decoctio in Hydromelitis dilutiſſimi ℔ xii. ad duarum partium Conſumptionem, Colaturæ clarificat. Adde Sacchar. Roſat. ℔ ii. Penid. Mellis Paſſular. liquidi an. ℔ i. Fiat lentâ Coctione Syrupus, vel per longiorem Exhalationem Mellago, cujus Portio poterit inſtar Oxymelitis reddi Acidula Guttis aliquot Olei Sulphuris, utenda è baccillo Glycyrrhiz. contuſo quoties craſſior materia ipſumque Pus inſignem attenuationem & deterſiorem poſtulabunt.

Lateri ſiniſtro ubi grave pondus & fluctuatio premunt, Emplaſtrum Epiſpaſticum aut Dropax applicetur; Veſicatorio pars exoneretur ſi quæ certa ſint materiæ contentæ indicia: Quidni etiam Latus transfoſſum aperiatur, ut vel Puri, vel Ichori putri Pulmones inficienti exitus pateat? De his indicent Oculi fideles & peritæ Manus, quibus hujus conjecturæ veritatem indagandam relinquo.

Ulcus detergendo ſiccabunt etiam Guajaci Decoctum, cujus inſignis eſt Virtus in ſanioſis Pulmonibus: Habet Balſamicam naturam Lignum hoc, quæ interna Ulcera terget & conſolidat, dumque in excrementitios Succos agit, intactis Alimentariis & Maſſam Sanguinis ejus Fibras colligante exhaurit Sero, fit ut qui nondum deplorati Phthyſici aut ſuppurati hoc Remedio utuntur, licet febricitantes, non incaleſcant, & paulatim evadant pinguiores.

℞ Ligni Guajacini interioris nigerrimi, reſinoſi recentis ℥ ii. Radicis Chinæ ℥ iii. Radic. Tuſſilaginis ℥ iv. Folior. Scabioſ. Garyophyllat. totius, Pulmonar. Piloſell. Buglæ Veronicæ utriuſque an. M. i. Glycyrrhiz. recent. ℥ i *ß*. Omnia ut decet præparat. infund. per Horas *xxiv*. Vaſe probè clauſo ad levem Calorem in ℔ viii. Aqu. ſtillatit. (ex lact. Vaccin. Succ. Pom. redolent. Scabioſ. & Heder. terreſtr. commixtis) mox fiat Decoctio vel per Alembicum latiſſimi Capitelli Diſtillatio ad medias fiat Colatura & Expreſſio quæ per Manicam ſæpius acta reducatur ad ℥ xlviii. pro viii Doſibus, bis in Die ſumendis longè à Paſtibus idque per Dies *xx. xxx. xl.* aut plures, pro ratione effectus, & pro Diſpoſitione Stomachi ad ſalutare iſtud præſidium nequaquam nauſeantis. Augeri poterit pro ἐυφορία Guajaci quantitas ad duplam Proportionem.

Medicum oportet eſſe ſedulum obſervatorem ut pro juvantibus aut nocentibus ſua dirigat conſilia.

Decoctum ſi diſpliceat vel mutationem Remedii natura unius operationem aſpernata poſtulet ex prædictis ingredientibus quadruplicata Guajaci quantitate Syrupus paretur ex cujus ℥ i. cum ℥ iii. Aqu. ſtillatit. præſcriptæ aut alterius Analepticæ & pectoralis ex profeſſo paratæ fiat Julep. vel etiam Syrupus aſſumatur è Cochleari.

Hydromelitis ſeu mulſæ Vulnerariis ſimplicibus medicatæ frequens uſus etiam pro Potu ordinario ſalutaris admodum fuerit, fiat cum Aqua pluviæ partibus xii. & parte una Mellis puriſſimi, præ cæteris incoquantur Herbæ Tuſſilag. Pulmon. Piloſell. Buglæ Garyophyllat. Guajac. & Chin. Rad. ne omittantur. Fiat Colatura per Manicam ſupra Pulverem Glycyrrhiz. & Coriandri recondatur Lagenis Lapideis Subere apprimè obturatis, & ſervetur in Cella ſubterranea Liquor, unde depromendus ad uſum.

Suffumigia in Pulmonum affectionibus primas tenent ad Ulceris Exſiccationem mirabilia, quippe integris Viribus per Bronchiorum Mæandros ſeſe inſinuant, & ad malum uſque deferuntur.

Tuſſilaginis Folia ſiccata eorumque hauſtus per Tubum Fumus inſtar Tabaci proſunt: Potentius ſiquid Betonicæ, Roriſmarini, Tabaci indici, & Pulveris Succini adjiciantur.

Nulli ſecundum Auripigmentum quo tutò utaris dummodò cautè, ℞ Maſtich. Thuris Sandarac. an. ℥ ß. Benjoin. ʒ v. Succini Rubinor. Auripigmenti an. ℥ iv. Fol. ſicc. Tuſſilag. Chamæpyt. an. ʒ vi. Ms. Fiat omnium Pulvis cujus ʒ ii. vel iii. pro vice inſpergantur Prunis, & Tectò Capite Fumus excipiatur, atque Ore operto in Pulmones inſpirando attrahatur, ſedulò exſpuendo id quod per Tuſſim ſeparatum avulſum fuerit. Iterabitur pro effectu ſuffitus iſte manè & veſperi longè à Paſtibus.

Vi ſpecificâ Pulmones à Putrilagine vindicabunt Flores Sulphuris arte ſingulari à fœtido nidore liberati, ejus etiam Lac, ſi alterutrius ℈ i. cum eadem quantitate Benjoin. ex Ovo Sorbili manè deglutiatur ſuperhauſto Hydromelitis momento. Ex iiſdem concinnentur Tabellæ, Electuaria, Eclegmata, quæ cum Oleo Sulphuris ſi fiant acidula erunt gratiora ſimul & utiliora.

Inprimis verò uſualis eſto Mumia ex Pulmonibus Talis. ℞ Pulmones Vulpinos optimè per Sectionem, ablutionem cum Vino albo & lentam Exſiccationem in Clybano præparatos N°. viii. Raſuræ Ligni Sancti reſinoſi ℥ ii. Rad. Enul. ſicc. ℥ i. Glycyrrhiz. pulv. ℥ iii. Fiat Extractio Tincturæ per Aquas ſtillat. Hyſſop. Tuſſilag. ac Scabioſ. cum Oleo Sulphur. acidulas Coagul. ad Mellaginem, de quâ cape ℥ viii. Pulp. Paſſul. ℥ vi. Pulp. Dactylor. & Ficuum an. ℥ i ß. Sacchar. roſat. Penid. recent. an. ℥ x. Mellis Narbonenſis deſpumati ℥ v. Pulp Radic. Altheæ ℥ iii. Pulver. Radic. Symphyt. major. ℥ i. Pulver. Ireos florent. magiſter. Perlar. & Oculor. Cancr. dulcis Benjoin. puriſſ. an. ℥ ß. Flor. Sulphuris non fœtidor. ℥ ii. M. & lento Calore continuo agitando fiat Electuarium mediocriter ſpiſſum, utatur ægra tenendo in Ore, & ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur.

Reſtant Analeptica curationi additura Colophonem, quæ ſigillatim pro neceſſitate decernentur & adminiſtrentur à Medico.

Lac Aſininum cum Saccharo roſato. Brodium chinatum. Gelatina Nefrendis, additis pectoralibus. Condimentum ex Lacte & Limacibus Inſperſione Sacchar.

char. Candi perpurgatis, plurimo Saccharo roſato dulcoratum.

Aqua ſtillatitia capi & Succi Carnium adjecto Aſinino Lacte recenter mulcto & Aqua Roſarum albarum. Hiſce omnibus addatur Lac Chymicum Perlarum & Oculor. Cancri cum Aqu. reſumptiva & Oleo Sulphuris rectificato præparatum.

Juſculis inſtilletur Perlarum Oleum. Conſtantibus viribus idque ſinente Anni tempeſtate & conſtitutione Cœli, Balneum inſtituatur ex decocto Hordei, Capitum & Omazorum Vervecis & Vituli, Lacte vaccino, & Emulſione Amygdalar. & Semin. Cucurbitæ.

Ex hoc ſelectorum & extra vulgarium cenſum Remediorum penu, ea depromantur quæ in rem præſentem vel utilia vel non omittenda judicabunt Medici qui perdifficilis Morbi Curationi ſunt in poſterum præfuturi. Acutorum brevis eſt decurſus, & pauciſſimis Remediis abſolvitur Fabula: In Chronicis varietas utique ægrotantis Naturæ & Genio grata, Morbo neceſſaria. Medico ſolamini, Arti non indecora.

Vota in Nobilis ægræ ſalutem, & Parentum & noſtra ſecundet omnipotens Deus, à quo ut Vitæ ſic Sanitatis fons ut petendus ſic impetrandus eſt.

Datum in Aulâ Britannicâ. *Newmarket* Die *xii.* Decembr. An. 1623.

The. Mayerne.

Domina *Balmerino* in Scotia. Septembr. 25. 1622.

Cancer Uteri.

ANnorum 40. multis abhinc Annis Melancholica Hypochondriaca cum ob Diſpoſitionem naturalem, tum ob caſus Fortunæ ſævientis adverſus Fratrem & Socerum.

Laboravit diu affectionibus Lienis & Uteri.

Hepar præcalidum.

Pallor faciei.

Catarrhus frequens magnus.

Uterus frigidus, humidus perpetuò.

Sterilitas immedicabilis.

Menſes ordinati, ſed parci, cum Fluore albo.

NB. A ſubito Pavore Menſe Junio proximè elapſo Menſes fluentes ſubitò reſtricti, deinceps veluti per Uteri ſtillicidium Sanguis inordinatè per trimeſtre alternis diebus vel tertio quoque Die effluxit ſine dolore, adhuc perſeverans.

Succeſſit Dolor in Inguine ſiniſtro, & totum Hypogaſtrium ab Oſſe Pubis ad Umbilicum occupans, continuus.

Hunc poſt aliquot Septimanas ſequutus eſt Tumor durus, renitens, rotundus, inæqualis, qui ſi contrectetur eſt indolens: At ad ægræ ſenſum dolore pungente moleſtus eſt.

Mammæ eodem modo affectæ truhuntur in conſenſum, & tument.

Memento Fæminæ Pariſienſis quæ Cancrum habebat in Mamma ſiniſtra, Hepate, & Utere, à quibus gravida intra *vi.* Menſes jugulata fuit. Cancer Mammæ non excedebat primò magnitudinem Piſi, apertus ab Agyrta intra Menſem in horrendam crevit magnitudinem.

Tumor mobilis, à Medico ſentitur & ab ægra percipitur.

Latus ſiniſtrum ἴλιων occupat.

Ovi magnitudinem ſuperat.

Omnis decubitus difficilis, ſedentis ſitus ſolus tolerabilis.

Surgens aut ambulans Pondus molis ad Pudenda labentis percipit; poſt ambulationem levius ſe habet.

Nec Inteſtinum rectum, nec Veſica hoc Pondere premuntur.

Urinæ craſſæ, confuſæ, parcæ.

Alvus aſtricta, Solis validis commovetur.

Animi crebra Deliquia, levia.

Cardialgia ab aſſumpto Cibo.

Ante tumorem ſtupor Cruris dextri per Menſem qui nunc evanuit. Id Melancholicum.

Pharmaca omnia evomit.

Vomitu ſemper levatur.

Enemata ſtatim rejicit.

Pulſus creber, magnus, inæqualis, intermittens, quod non eſt mirum in Hyſterica & Melancholica.

Non febricitat.

Medicus ait eſſe Schirrum cancroſum, ex Humore craſſo & pituitoſo, Melancholiæ permixto genitum; vel potius rudimentum Cancri, cujus confirmationem metuitur ſi Humor Atrabilarius efferetur.

Timet Hydropem Uteri.

Credit Calculum eſſe in Rene dextro.

Theoria.

Valdè melancholica eſt iſta Domina, ſplenetica, hyſterica. Sterilitas naturalis reddit Uterum aptiorem ad Infortunia, & fluor albus longus poteſt tandem Ulcus invehere.

Suppreſſio ſubitanea Menſium fluentium, Sanguine ad Principia refluxo, & in vaſis Uteri ſubſiſtente potuit ob παλινδρομην & Congelationem, (tum ab ipſius Sanguinis Naturâ & Conſiſtentiâ, tum ab ipſo pavore conſtringente) factam, Tumorem creare, in ſiniſtro potius quàm in dextro Latere ob Lienis viciniam, qui nonnihil etiam materiæ tumori ſubminiſtrat.

Scirrhum Cancrumve intra trimeſtre ſpatium formari potuiſſe non credo, niſi forte obſcura & imperceptibilis fuerint ejus rudimenta multis ab hinc Annis, id quod in Melancholicis & Hyſtericis non eſt novum.

Hic verò Arbitror vel liceat bonis ægræ rebus conjicere eſſe ſaltem tumorem à collectione Menſium & Sanguinis craſſi & fæculenti qui in Hypogaſtrico ramo (ad Uteri ſiniſtram partem delato per quem lunaris fluor evacuari ſolet) concrevit.

Eſt Schirrus forſan incipiens, qui poſſet fieri Cancer tractu temporis.

Non eſt in Corpore Uteri, qui totus merſus eſt in cavitate Pelvis, in Muliere præſertim quæ nunquam concepit: Præterea nec premitur Veſica nec rectum Inteſtinum, & facile ſedet.

Præterea mobilis eſt, & in

decubitu quoquoverſum fertur, ac moleſtitiam parit.

Ideo vel in vaſis Membranis, & Ligamentis Uteri, vel in Teſticulo ſiniſtro, quò concurrunt Venæ & Arteriæ plurimæ.

Unde Stillicidium, & cur?

A Sanguine congelato qui ſubinde adventante Sero, ſive Ichore fluorem album faciente diluitur, & ſic per vaſa Uteri ſtillat.

Punctorius Dolor annon ab Imaginatione præſertim in Muliere acutiſſimi ingenii quæ more Melancholicorum omnia timet, ſibique omnia peſſima ominatur, forſan audito Medici prognoſtico. Suum præſertim contrectatus Tumor ſit planè indolens?

An Puncturæ à flatibus vicinas partes diſtendentibus?

Cætera omnia Symptomata ſunt Melancholica atque ipſe Stupor Cruris dextri, qui non evanuiſſet ſi ſubeſſet in Rene dextro Calculus tantæ molis qui potuiſſet facere Stuporem.

Si adeſſet Uteri Cancer, iſtud Stillicidium ſanguinolentum metum incuteret jam factæ Ulcerationis, adeſſent Dolores magni Lumborum & Coxarum interiorum, &c.

Iſta poſtulant Contrectationem & ἀυτοψίαν.

De Hydrope Uteri; forſan poterit fieri, non puto tamen adeſſe, cum non tumeat Hypogaſtrium Stillicidium indicet Os interius Uteri hiare.

De Mola nihil ſuſpicor, cum Domina nunquam conceperit, cumque ſit manifeſta cauſa Refluxus & Collectionis à pavore, &c.

Ergo.

Concretum humorem diſſolvito poſt longam & ſeriam Emollitionem.

Menſes ducito.

Atrabilarium Succum quacumque arte emendato, & per convenientes vias ducito.

Ab Utero revellito, Vomitu, Phlebotomia.

Principalia omnia Membra roborato, Cor, Cerebrum, Hepar, Lienem, Uterum.

A Liene & Utero per Hæmorrhoid. Iterato vacuato.

Praxis.

Purgatio primò ſit admodum blanda, cum Infuſione ʒ iii. Senn. facta in Omphacio aut Vino Rhenano in frigido, per Horas *xxiv*. Expreſſio admiſceatur Juſculo communi diſſolutionis ʒ *ß*. Cremor. vulg. & ℈ ii. aut ʒ *ß*. Crem. Martis.

Phlebotomia Brachii dextri ad ℥ v.

Juſcula ix. aperientia emollientia cum Radic. Alth. Cortic. Med. Fraxin. Rad. Capp. & Tamariſ. Rad. Aſparag. Fœniculi, Ruſci, Raſur. Dentis equ. Marin. & Cornu Cervi Fol. Agrimon. Ceterach. Capill. Vener. Borrag. Bugloſſ. Artemiſ. Meliſſ. Incolat. ℥ viii. Diſſolv. Crem. Magiſtr. ʒ i. Tart. vitriolat. gr. xii. Salis abſynth. gr. x. M.

Alternis Diebus addatur Infuſio ʒ ii. vel ʒ iii. Fol. Sennæ.

Decimo Die purgetur Pilulis Coch. minor. & de Lapide Lazuli fideliter præp. Cape de hac Maſſa & Calomel. an. ℈ i. Fol.

Auri N°. vi. M. Fiat Doſis, vel loco Foliorum ſumatur ℈ß. Auri molliti.

Poſt iſtam Purgationem tundatur Saphæna ſiniſtra ad ℥ vii.

Balneum Aqu. dulcis Tepidul. cum emollent. plurimis in decocto Omazorum per quatriduum ſemel in Die mané.

Poſtridie ultimi Balnei aperiantur Hæmorrhoid. ad ℥ vii. ſub Horam quartam pomeridianam.

Hinc fiat proceſſus ad Chalybeata.

Vinum cum Alth. Rad. Scrofular. Gladioli, Sigill. Salomon. Filipend. Spong. Bedegaris, Solutione Ocul. Cancror. Solut. Perlar. & Corallor. Tartaro multo, ſale Abſynth. Tamariſc. Hyſterica addantur καταμήνα, Dens Equ. marini.

Electuarium cum Saccharo Martis ſolut. Ocul. Cancr. Perlar. Corallor. Diaphoret. ♁ vulgar. Lap. Gagatis, Lazuli. ⊙ Feriente, 🜍, Sal Abſynth. Arſemis. Fraxin. Tamariſc.

Pilulæ cum iiſdem & Ammoniaco. Ut ℞ Gumm. Ammon. in Infuſo Sen. & Rhab. colato diſſoluti & coagulati ℥ß. Aloes Succotrin. ℥ i. Specierum Hier. Picr. ℥ß. Myrrh. ʒ ii. Croci ʒ i. Lapid. Lazuli præparat. ʒ i ß. Crem. Tartar. Magiſtral. ʒ ii ß. Sal. Abſynth. Artemiſ. & Tamaraſc. an. ℈ ii. M. & cum Aqua aurea Rullandi parata cum Vino Malagenſi, id eſt, cum Infuſione Alhandal. fiat Maſſa, de quâ cape ℈ i. Sacchari martis ℈ß. Diaphoret. Michelii gr. vii. M. Fiat Doſis, quâ utatur cum exercitio, per Dies *xl.*

Vel ſi deſit Saccharum Martis ℞ Maſſ. Pilul. præſcriptar. gr. xii. xv. xx. Croci Martis aperientis cum 🜍 prepar. & ⊕lum ſapientis gr. xx. Diaphoret. Michel. gr. vii. viii. x. M. Fiat Doſis per Dies *xv.* mox augeatur quantitas Martis ad ʒß. per Dies totidem, tandem per Dies *x*, ad ℈ ii.

Poſt decimum quemque diem Chalybis cap. Doſim unam ☿ & quieſcat vel ante vel poſt per Diem.

Poſt uſum Chalybis productum ad Dies *x*, veniendum erit ad Topica, atque ante Aſſumptionem Pilularum faciendus fotus valdè emolliens, Bryon. Cucum. Aſinin. Sigill. beat. mar. admixtis hyſtericis minus calidis.

A fotu Litus longus cum Valentia de Scabioſa & Oleo Syriaco, id eſt, Malvarum viridiſſimo. Vel ſic,

℞ Malvarum viridium conciſar. & contuſar. M. vi. Chamomill. virid. M. iii. Bulb. Lil. alb. N°. ii. Rad. alth. conciſ. ℥ iii. Colubros integros abſciſſis extremitatibus N°. ii. Succi Cicutæ ℔ i. Olei communis ℔ iii. Aceti Scyllitici ℔ß. Vini Malvatici ℔ i ß. Bulliant omnia ad Succorum Conſumption. & Herbar. cæterorumque Putrilaginem. Mox fiat Expreſſio fortis; Oleum ſedulò reſervetur & admixto Arantiorum Butyro aromatizetur. Fiat Litus longus.

In hoc Fotu & Litu, hoc quidem bis in Die, illo manè ſaltem uſurpando, perſeverandum quamdiu Chalybe utetur Domina ad minus per Dies *x*, aut *xv.*

Ejus uſu exacto Emplaſtrum continuò geſtetur ſupra Tumorem:

rem: Emplaſtrum autem de Minio cum Sapone Trognii.

℞ Olei præſcripti ℥ iv. Ceræ flavæ ℥ vi. Laudani puriſſ. ℥ iii. Tacamah. Caranna, Elemi an. ℥ i. Miſceantur exactè. Adde Gum. Ammon. in Succo Cicut. diſſolut. ℥ ii ß. Lapidis Pyritis præparat. ℥ iii ß. Croci Metallor. ſubtiliſſ. pulverat. ℥ ii. M. Fiat Emplaſtr. Add. Pulv. Fol. & Radic. Cicut. ℥ i ß. Pulv. Flor. Chamom. Rut. & Melilot. an. ℥ ß. & ſi opus ſit Amalgamatis ♄ & ♃ ℥ v. Fiat Emplaſtrum.

Obſervandum conſuetum menſtruæ Purgationis tempus, quale fuit ante Morbum, quatriduo ante præparandus erit ad Expurgationem Uterus inſeſſu, vel Fumo in Sellâ perforatâ, excepto ex decocto emolliente & Hyſterico, Menſes movente.

Noctu geſtandus Peſſus ex Pulvere Artemis Nepet. Gentian. Ariſtoloch. Myrrh. Sabin. & Radic. Hellebor. nigr. Sacculo exceptis, humect. Succo mercurialis & Vino malvatico.

Vel ex Ammoniaco in Succo Rutæ & Nepet. diſſolut. Addito Pulver. Sabin. & Hellebor. nigr. Rad. Fiat Naſeale cum Syndone rarâ.

Ipſo Purgationum Die ordinario & ſequentibus duobus excipiatur in Uterum Fumus per Embotum ſi opus fuerit ex Lixivio diſſolutionis Scoriæ ſeu Fæcum 🜍 δii. plenarum quæ ſeparantur in præparatione Reguli.

Deinceps uſualia ſunto.

Syrmaiſmus frequens, & Vomitus provocatus cum Croc. metallor. quater in Anno.

Elleboriſmus nonnunquam, præſertim ſi Tumor cancroſus evaſerit.

Pomum transfixum Fibris Rad. Ellebori nigri comedatur, Toſtum rejectis Radicibus, quater aut ſexies in Anno alternis Menſibus.

Panchimagogon Crollii primum optimum ad ℈ i. vel ʒ ß. aut ℈ ii.

Iſta ad validiores Evacuationes.

Mercurii magna vis ad internos Tumores, & ad Ulcera ſemel in Menſe ſumatur cum Panchimagogo, vel Pilulis ante deſcriptis.

Bis in ſeptimana Pilulæ de Ammoniaco præſcriptæ, aut Pilulæ Rufi cum Ana Diaphor. Michelii, capiat ℈ i. ʒ ß. ℈ ii. Manè ſuperhauſto Juſculi aut Cereviſiæ medicatæ momento; acuantur gr. iv. extract. Alhandal.

Aſtricta Alvus ſolvatur paſſulato Lax. quotidie ſumpto ſi opus fuerit, at non niſi validis movetur, adde Cochlear. 1. Infuſ. Scammon. in Vino albo.

Electuarium roborans ſpecificum adverſus Cancrum utendum Manè & Veſperi inſtar Avellanæ majoris.

Balneum aut Semicupium frequens, præſertim ſi materia fiat cancroſa.

Vide de Thermis Sulphuratis ad diſſolvendum Tumorem eâ Lege ut Sympromatis Hypochondriacis proſpiciatur.

De Aquis Medicatis ♂ & ⊕ Abredine. Spa.

De Lacte aſinino.

Victus ſit humectans, refrigerans modicè, aperiens.

Si fiat Cancer.

Mercurius crebrò detur.

Diaphoretico magiſtrali humor malignus digeratur.

Elleboro purgetur.

Pilulæ ſenioris nigræ diu uſurpatæ cum Lapide Lazuli.

Vide Inunctione externa cum Oleo Auri pigmenti ad Inguen aut ſub Inguine, donec fiat aliqua Evacuatio per Cutem citra Ulcus.

De Exhibitione Spiritus aut ⊖ ♄ ad Internum refrigerium, & fluentis Humoris maligni coagulationem.

De Floribus ♃ ad Uterum.

Si ulceretur erit immedicabile.

Attamen,

Dentur Vulneraria. Injiciantur, applicentur ♄ intus & extra.

Mercurius dulcis.

Diaphoreticum Solare. ⊙ Tinctura.

Laudanum ad dolores demulcendos.

Suffitus cum Cinnab. & ♉.

Oleum Mercurio ſublimat. aſſumptum Sol è puteo Vallenſis, *&c.*

Ordo Agendorum.

Clyſter cum Croco Metallorum.

Præparatio per biduum cum Syrup. de Pomis acido cum Oleo 🜍.

Vomitus cum Infuſ. Croci Metallor. ℥ ii. & ℥ i. Oxymelitis.

Pro ratione Plenitudinis iteretur Præparatio per biduum.

Vomitus repetatur.

Quies per Diem unum & alterum.

Purgatio blanda.

Phlebotomia Brachii.

Juſcula *ix.* alternis Diebus Purgantia.

Pilulæ cum Colomel. Panchimag. Crollii. gr. xv. aut xx. Calomel. ℈ i. Fol. Aur. Nº. iv. Olei Saſafras gutt. ii.

Phlebotomiæ Saphænæ.

Balneum per quatriduum.

Hæmorrhoides.

Pilulæ Chalybeatæ per Dies 40.

A decimo Die Chalybis uſque ad *xx.* aut amplius pro ratione effectus καὶ ἐυφορίας Fotus manè Horâ unâ ante aſſumptionem Chalybis.

Litus poſt Fotum longus multùm fricando.

Finito Linimenti uſu applicetur Tumori Emplaſtrum continuò geſtandum.

Quatuor Diebus ante conſuetum Menſium tempus ingreſſu vel ſuffitus, aut vaporarium Hyſtericum.

Peſſus noctu geſtandus.

Ipſo Menſium Die ordinario Fumus ex 🜍 aurato ℨii. & duobus Diebus ſequentibus mané.

Ultima hæc Menſes reſpicientia iteranda aliquot Menſibus conſequentibus.

Frictiones Coxarum internarum, Cucurbitulæ ad ductum cruralis, *&c.*

Præcedentia uno Tenore fiant ad majus Curationis opus aggrediandum.

Uſualia poſtea ſunto.

Vomitus ad ſingulas Anni Tempeſtates cum Infuſione Eméticâ metica provocandus, ad minimum Vere & Autumno.

Syrmaiſmus ſemel aut bis in Menſe poſt largas Epulas Veſpertinas.

Panchymagogon cum Mercurio ſublimat. dulci vel per ſe ad ʒß. ſemel in Menſe in ultima Lunæ quadra biduo poſt Vomitum à Cœna.

Pomum cum Elleboro ſi opus ſit aliquando.

Pilulæ de Ammon. cum Diaphoret. Michel.

Semel aut bis in ſeptimana perſeverante malo.

Paſſulatum ad ſolvendam Alvum quoties reſtiterit, & Domina cætera omiſerit, alternis Diebus ſi Pilulas nolit.

Si Enemata brevia poſſit retinere, iis utatur, Stomacho cætera faſtidiente: Alternis Diebus, vel tertio cæteris omiſſis.

Ingraveſcente malo.

Electuarium ſpecificum ad præcautionem Cancri, & Curationem eo nondum multum provecto.

Balneum, Semicupium frequens.

Nunc vide de Thermis Bathonienſibus.

De Aqu. Abredonenſibus.

Pulvis digeſtivus.

Aqua Cardiaca ad Animi deliquia.

Cereviſia Medicata.

Victus refriger. humectans, &c.

Phlebotomia utcumque frequens, frequentior Saphænæ; Hæmorrhoid.

Sir *Edward Conway*. 12 Jan. 1623.

Aſthmaticus, in Hydropem pronus, Scorbuticus.

VIR Militaris olim Vulnus magnum laro Enſe accepit in Thorace, à quo tantam profudit Sanguinis copiam, ut penè tunc extincto Calore nativo diu frigida Membra torpentia, & deinceps ad motum minus prompta reſtiterint; Proſtratæ tunc facultates quæ nunquam potuerunt priſtino reddi Vigori.

Ab eo tempore invaluit Aſthma, nec mirum, cum tantum paſſæ ſint partes ſpiritales infortunium.

Ipſa etiam elanguit Venus funeratis planè Genitalibus.

Conformatio Thoracis vitioſa, gibbum στέρνον.

Spiratio difficilis cum Stertore.

Tuſſis moleſta, præſertim circa noctem.

Fluxio à Capite deſcendens tenuis.

Pituita Bronchiis Pulmonum inhærens craſſa, viſcida, cinerea, non flava, aut viridis; non adeo facilis.

Muci expectoratio.

Nulla in tenui Catarrho Salſugo.

Caput valdè humidum, frigidum.

Hepar debilius ichoroſum generat Sanguinem, unde aliquando Tibiarum Tumor Oedematoſus: Ingens Hæmorrhagia Viſcus debilitavit.

Hernia.

Ventriculus debilis male coquit, Flatus.

Lien flatulentus, ſine Dolore tamen.

Renes arenulis vexati à longo decubitu in curando vulnere Thoracis.

Urina ſatis laudabilis.

Scorbuticis Remediis ſæpius uſus, an etiam aliqua ejus mali Veſtigia? Metuit, neque id ſine cauſa, facilis admodum eſt ad Purgationes, & quotidiè ſatis copioſè fluit Alvus.

Agenda.

1. Coctionem primam juvato, ſuperflua tollendo ex Ventriculo, Ventriculum corroborando.

Pilul. Maſtichinæ Fernel. De Hiera, ex tribus, Scaligeri. Macri magiſtrales *Mayern.* Aloe roſata, cum infuſo Rhabarbari. Quæ uſualia ſunto.

Roborantia. Vinum vel Cereviſia Abſynthytes paulò ante Paſtus, vel etiam Hydromel alteratum Abſynthio romano, Meliſſa, Mentha, Cynamomo, &c.

Pulvis digeſtivus. Grana Juniperi cum Ambra ad Ventricul. Renes, Pulmones, Cerebrum.

2. Hepati languenti, & Effœto, Lienique conſulito.

Bilem & Pituitam nonnunquam ducito Syrupo magiſtrali, Obſtructiones aperito, & Venoſum genus ſuperfluo Sero exhaurito.

Tartar. Cremor. Magiſtral. Tartar. Vitriolat. Sal Abſynthii. In Juſculis Hepaticis & Antiſcorbuticis.

Magiſter. Perlar. Ocul. Cancr. Corallor.

Vinum Abſynth. Chalybeatum.

Saccharum Martis in Juſculis.

Julep. extinctus Garyophyll. cum Spirit. Vitriol. addito Syrupo Corallorum.

3. Hydropicam & Scorbuticam Diſpoſitionem appropriatis emendato.

Cereviſia medicata cum Antiſcorbuticis, continuo Hydromel. cum Hepaticis, Pectoralibus, Scorbuticis, Raphano ruſticano, Cochlearia utraque, Naſturtio Aquatico, &c. bis in Die.

4. Renes everrito quoties Opus fuerit, & Arenulæ aut minores moleſtabunt Calculi.

Clyſter. emoll. leniens, Carminativ. cum Thereb. &c.

Nitrum in Cereviſiâ ad aliquot Dies ſaltem.

Lignum Nephriticum in Aq. Parietar. vel compoſita maceratum, additis Syrup. de Althea, & de Raphano, Aquæ linariæ, &c. Iſta urgente neceſſitate.

Sublatis Impedimentis generationi dicatæ partes reviteſcent, quæ alias ad ſua Munia quacunque arte excitari nequeunt.

5. Caput calfacito, ſiccato, ab eo & à Pectore revellito.

Cucufa.

Suffitus operimentorum Capitis, Cubiculi per Paſtillos ſive Aviculas, per vaporarium Caſſolette.

Seto. Pyroticum Inio, Brachio Lateris vulnerato oppoſiti.

Gargariſm. Diaſynap. Cucurbitulæ, Frictiones, &c.

Folia Aſuri Naribus indita.

6. Fluxionem tenuem incraſſato, Arteriacis, cavendo ab Hypnoticis validis: Exhibeantur præſertim Hora Somni tunc

cum magis moleſta eſt Diſtillatio.

Trochiſci cum Bolo, & Terra ſigillata Oſſib. human. ad albedin. uſtis.

Pilulæ de Styrace Meæ. Philonium Bechicum.

Syrupus de Papavere.

Sed in iſtis eſto cautus, quæ dentur tantum in ſummâ neceſſitate, & ob ingentem Tuſſim ἀγρυπνία.

7. Interdiu procurato ἀνακάθαρσιν Phlegmatis Viſcidi prius ſedulò inciſi & attenuati.

Lohoc gratum cum Melle Paſſularum, Pulpa Radic. Altheæ, & Tuſſilaginis, extracto Hyſſopi, Glycyrrhizæ, Ireos florent. Enulæ, Lacte Sulphur. Saccharo, Melle, Acetoſitate Sulphuris. Syrup. de Eryſimo, de Roſis ſiccis *&c.*

Electuarium ex Enula.

Paſſulæ Pectorales incidentes.

Oleum Sacchari compoſitum etiam cum Spiritu 🜍 acidulum, Lac aut Flores Sulphuris ex Benjoin. vel etiam ejuſdem Flores ex Ovo Sorbili manè per *x.* aut *xii.* Dies Vere & Autumno.

8. Pulmonis Diaphthora arceatur Remediis ex Sulphure.

Mumia ex Pulmonibus.

9. Illuviem ſive Humiditatem Pulmonis Siccato.

Suffit. ex Tabaco, Tuſſilag. Marrub. Hyſſop. cum Oleo Aniſi.

Addatur Succinum per Tubum ſive Fiſtulam.

In graviori caſu & Summo Bronchiorum obfarctu Suffitus ex Regal. ſolar. cum aliis mixtis.

10. In Paroxyſmo.

Enemate forti revellito.

Ligaturæ fiant & Frictiones partium inferiorum, Cucurbitul.

Vomitus in Mortis metu, quia δυσεμὴς eſt æger ob Conformationis vitium.

Phlebotomia Ol. Sacch. validum. Suffitus Regal. ſolar. Emplaſtr. Capiti.

Viris Clariſſimis D. D. N. N. N. &c. Jacobi I. *Magnæ Britanniæ Regis* & Caroli *Principis* F. *Medicis ordinariis* Theodorus de Mayerne.

ἀρχίατρος ὑγιαίνειν ϗ εὐπράττειν.

DIſcedenti mihi atque diutius forſan quàm vel officii vel neceſſitatis ratio poſtulet (bona tamen cum Domini noſtri Regis veniâ) à vobis ab futuro (Viri Fratres) Viſum eſt ex ampliſſimâ ſylvâ Remediorum in Conſiliis veſtris Medicis ad Regiæ valetudinis proſperæ Conſervationem, collapſæ inſtaurationem deſcriptorum, ea ſeligere, quæ vel Domini Naturæ, mihi Annis ab hinc quatuordecim perſpectiſſimæ maximè convenientia, Principi Medicamina omnia reſpuenti minus ingrata: Affectionibus quibus vel conflictari ſolitus eſt, vel obnoxius eſſe poteſt (Omen abſit verbo) utiliſſima futura exiſtimavi; aſſumpto in delectus Conſortium vobis abſentibus experientiſſimo noſtro Collega Doctore *Atkins*. Medicos circa Salutem ægrorum qui ſeſe ipſorum Curæ commiſerunt convenire, ſibique mutuis Conſiliis invicem ſubvenire jubet ſummus Dictator. In curando Rege ut arcenda turba, quæ *Hadriano* Imperatori olim funeſta fuit, ſic advocandi Artis Proceres, quorum exiguus at ſelectus Numerus, placitis Authoritatem conciliet, Doctrinæ & in Operibus Artis certitudo, ægri Animum erigat ſpe, atque Fiduciâ confirmet: Idiotis verò & Nugacibus ad Nutum Magnatûm fictis Paraſitaſtris (qui Aularum peſtiferi ſunt aſſeclæ) Silentium vel ſupercilio imperet. Vobis hæc incumbit Sparta (Viri Excellentiſſimi) præ Oneris pondere vel firmiſſimis Humeris reformidanda, licet præ Honoris fulgore (qui Auliti Fumi captatorum Oculos perſtringit) exoptandæ Fælicitatis eſſe videatur. 1. Hoc ſuadeo ut communi omnia inter vos conſenſu peragantur. 2. Remotis Arbitris inter ſolos Medicos (niſi aliquid tractetur Chirurgicum) de agendis deliberetur. 3. Si quæ incidant Contradictiones collatis rationibus ſolvantur, atque tam exacte adæquentur Objectionum nodi, ut ante veſtrum digreſſum nihil reſtet dubii, quod latus veſtrum aperiat Diſputationibus illis conſuetis, non minus futilitate aſpernandis, quam occaſionis neglectu per Scholaſticas iſtas Blaterationes periculoſis. 4. Id de quo ſemel ſtatutum fuerit ſcripto conſignetur. 5. Pharmacopœo Scheda aſcriptis nominibus veſtris confirmata tradatur; qui deinceps Munus ſuum, ut tenetur etiam vobis præſentibus exequatur. 6. Extra Medicum Conclave ſi tranquilitatis veſtræ amantes vivitis, nihil de præmiſſis, quaſi ex Tripode pronuntietur ſaltem concluſio. Hoc pacto Principis ſecuritati, Artis Majeſtati, Artificum quieti, apprime conſuletis, ut peritos utique, & cordatos decet. Alias Monadis ſtudio titillari Scioli, Opinionem propriam Mordicus tenere pertinacis, ne arrogantis dicam, Aroâſin cum Oſtentatione Poetica coram Idiotis facere, & loquacitatis frigore Aſtantium aures ſubinde obtundere Agyrtæ: Statuta inter Collegas clam improbare maligni. Denique Domino decumbenti ad famam gratiamve captandam, contra Artis regulas, & communem Medicorum ſententiam, aliquid quod placeat, potius quam proſit inſuſurrare, non Adulatoris modo, ſed Sicarii eſt. Abſit ut cuiquam veſtrum, quorum mihi noti ſunt Mores, tam infames inurere velim Maculas: Verum vos, ita monendos duxi, ut eos caute vitetis Scopulos quibus undique obſitum eſt, Aulæ procelloſum Mare: Cujus minax æſtus inter Aſſentatorum, Ardelionum, & Calumniatorum, Brevia & Syrtes, maximo cum nominis vitæ præferendi Periculo, ſæpius mihi penetrandus obtigit. Sic ad *Æneam Dido*;

Haud ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Ad rem

Morboſas diſpoſitiones. Singulas quarum diſcrimini patere Regium Caput ſuadere poſſet nimium officioſa ſedulitas, hic perſequi importunum, & ſupervacaneum duco; Maximopere urgent quæ pro vario cauſarum externarum, internarumve, appulſu & motu, per incertos circuitus recurrunt ſatis frequenter.

1. *Ventriculi Cruditas*, cum flatibus & 2. *Vomitu*. 3. *Diarrhœa*. 4. *Hepatis Obſtructio*, cui Conſectarius *Icterus* fugax. 5. *Flatus Hypochondriacus*, Lienis male affecti Symptoma. 6. *Nephritis*. 7. *Catarrhus*. 8. *Tuſſis*. 9. *Arthritis*. 10. *Hæmorrhoidum* perennis fere fluor, & nonnunquam ſuccedens *Ani cum dolore inverſio*. Metuenda ſunt, *Hydrops*, *Scorbutus*, *Renum ulcus*, *Pulmonum Corruptela*, *Syncope*, *Apoplexia*, *Catarrhus præfocans*, atque ut in fervida iſta tempeſtate adverſus *Febrem purpuream*, Epidemice graſſantem, Arma parata eſſe debent, quæ vel ipſo primi inſultus momento depromantur; ſic Medicum Vitæ Magnatum invigilantem Alexipharmacis inſtructum eſſe oportet, *quæ Venena* ſuperent eorum feralem vim reddant evanidam, & partes principes ab internecione ſartas, tectaſque tueantur.

Affectus omnes præter naturam futuros præcavent, præſentes quantum Arti datum eſt corrigunt tolluntve; *Victus ratio*, *Pharmaca*, *Chirurgi manus*; curandum quum habeamus Regem cujus Corpus eſt delicatum, Senſus exquiſitiſſimi: ἐυπαθέστατον, Medicorum præceptis parum propitius Animus, à Pharmacis alieniſſimus; ea præſcribenda ſunt, quæ ſi non probari, minori ſaltem cum horrore ab ipſo admitti valeant.

Diætetices minutias vobis percurrendas, & pro re nata Domino ſatis ad hanc Fabulam ſurdo indicandas relinquo.

Mihi ſufficit notaſſe errorem in *Potus* Quantitate, Qualitate Numero, Ordine, ſine mora emendandum; paulatim tamen declinando ab iſto exceſſu; ne nimium repentina mutatio ſit Naturæ ut nova ſic periculoſa. *Somnos* nocturnos velim eſſe magis placidos; & vel arte, vel edacium curarum ſub pulvinari ſepultarum ſepoſitione reddi longiores.

Denique *Animi Pathemata* optarim mitiora: Mœrorem rationis ſoliditate dilutum, Temperamenti benignitate caſtigatum: Iras minus frequentes, minus igneas, imò (licet breves ſint) planè nullas. In iſtis ſiquidem peccatur maximè, ſubinde inculcanda tranſitus in contrarias partes neceſſitas.

Dicto audientem. Si nacti eſſemus Principem, quem ſecundum Artem, Sanitati litare juvaret, Anniverſariis iiſque ſolemnibus trium Corporis regionum ſucceſſivè factis vacuationibus. 1. Inſultus Arthriticos retardari; breviores & mitiores reddi. 2. Profuſam & (per Spirituum diſſipationem vi facta nativo Hepatis Calori) diſcriminis plenam. Diarrhœam præveniri, vel (quod nimium eſt) frænari. 3. Arenularum Renes obſidentium, calculique materiam ſubtrahi. 4. Animales partes cum vitalibus adverſus ambientis injurias firmari poſſe confido. 5. Nec non arceri malorum metus, qui miniſtrorum Domini amantiſſimorum Animos meritò ſollicitos habent.

Verum ſiquidem id quod decet non licet, eo ſaltem quod per E. Majeſt. tolerantiam licet bonis

nis Avibus fruamur; & primò quaſdam aſſignemus formulas *vacuantium* à præſentibus Medicis pro ratione occaſionum & neceſſitatis in uſum revocandorum: *Mox ſingillatim* ad prædictos affectus quædam deſcribamus Remedia, partim longo jam uſu Regio Corpori familiaria, partim malis augeſcentibus magis accommodata, & majoris efficaciæ; quibus addere aut detrahere ea etiam immutare juxta indicationes peritis integrum relinquo.

Vomitoria.

Infuſio Croci metallorum in Vino Hiſpanico diu facta, ea proportione ut ad ℥ i. Pulveris ſumatur ℔ i. Vini potens eſt ἐμέτικον cujus ℥ i. ʒ x. vel ad ſummum ℥ i *ſs.* cum ʒ vi. Ozymelitis ſimplicis, ſufficient ad ſubvertendum Domini Ventriculum Blennâ onuſtum: Eâ lege ut poſt ſingulos vomitus aliquid ſeri Cereviſiæ (Poſſetum vocant) propinetur.

Blandius movent *Cataputiæ majoris* Semina Annotina quæ mundata ſumantur Numero xx. xxv. xxx. & cum duabus tribuſve Amygdalis dulcibus trita cum jure Pulli, vel Aqua Hordei in Lac reducantur, pauco Saccharo dulcorandum.

In gravi caſu, qui citam & validam poſtulat opem tranſcendenda forſan hæc Doſis, habita virium & affectus ratione.

Novi peccandum potiùs in defectu quam in exceſſu: Attamen in certis Morbis crudelis eſt Pietas, maleſuada Timiditas; Cunctatio ſemper periculoſa.

Peractâ Vomitorii Operatione, Alimento reficiendæ Vires, corroborandus Ventriculus, & Cardiacis Spiritus refocillandi, qualia ſunt Jus conſummatum, Carnium ſuccus. Jus cum Vino, Ovorum vitellis, Saccharo & Cynamomo concinnatum: Ala maciata, Vinum Claretum cum Ramulo Roriſmarini, Caryophyllis Saccharo uſtum. Vinum generoſum per ſe, impermixtum. Confectio Alkermes, & ſimilia.

Cathartica.

Paſſulæ Laxantes. ℞ Fol. Senæ mundatorum minutim inciſ. Succo Limon. irrorat. ℥ iv. macerentur per hor. *xxiv.* ſuper Cinerib. tepidulis in ea quantitate Vini Rhenani & Aq. Cichorii quæ ſupernatet duobus Digitis, mox fiat Expreſſio; in qua macerentur & leviter bulliant Uvarum Chorinthiac. Vino albo ablutarum ℥ xvi. quæ poſtquam intumuerint, Pulpa trajiciatur per Setaceum, & cum reſiduo Infuſionis lento Calore coquatur ad conſiſtentiam Electuarii, addendo Pulpæ Tamarindor. rec. ℥ ii. Crem. Tartar. ʒ vi. Mannæ Calabrinæ puriſſ. ℥ iii. Sacch. Cand. ℥ iv. Sem. Aniſ. & Coriandr. præparati an. ʒ iii. Pulv. Glycyrrhiz. Hiſp. ʒ iv. Ms. Fiat Elect. cujus Doſis ſit ab ℥ *ſs.* ad ℥ i. ſumend. è Cochleari Horâ dimidiâ ante Prandium. Vocetur Paſſulatum laxans.

Ptyſana laxans. ℞ Fol. Sen. Mund. ʒ ii. ʒ iii. ℥ *ſs.* Semin. Coriandr. præparat. ʒ i. Sena inciſa, Semen contuſum, includantur Nodulo è Syndone, iiſque affundantur

dantur ℥ viii. ferventis Ptyſanæ multa Glycyrrhiza prægnantis; tegatur Vas, & ſinatur per *vi.* Horas fieri Infuſio: In Expreſſione forti diſſolve Pulp. Tamarind. Medull. Caſſ. recent. Mann. Calabrin. an. ℥ i. Clarif. cum Ovi albumine: Colatura propinetur, Horis duabus ante Prandium, pro unâ Doſi.

Alias ſi ſimpliciori Remedio per ἐπικεράσιν ſtabulantes in viis naturalibus corruptos ſuccos ducere eſt Animus, iterato per aliquot Dies labore. ℞ Fol. Sen. ʒ ii. iii. iv. Santali Citrini in fruſtula diſſecti ℈ i. Caryophyl. N°. iii. Glycyrrhiz. in Taleol. Sect. ʒ ii. Bulliant ℔ ii. Aquæ fontan. quæ fervens affundatur ſpeciebus, tegatur Vas. Aqua poſtquam refrixerit coletur. Exhibeatur Cyathus ter in Die, Mane, Horis duabus ante Cœnam, & in ingreſſu lecti.

Vel ʒ ii. Senæ nodulo incluſæ infund. per *vi.* Horas in ℥ vii. Ptyſanæ fortis fervidæ. Exemplo, nodulo ejuſdem Ptyſanæ addatur ℔ i *ſs.* & fiat Colatura ſuper ℈ i. Cynamomi optimi.

Eodem modo fit cum Rhabarbaro in Taleolas pertenues ſecto.

Conſerva. ℞ Roſar. Damaſcenarum, vel (quod melius) Mus Catellinarum, paulo poſt Solis exortum collectans & mundat. ℔ i. Sacchar. Cand. ℔ i *ſs.* Mannæ per diſſolutionem in Aq. Stillatitia Roſar. Filtrationem & Coagulationem depuratæ ℔ *ſs.* Terantur in Mortario Marmoreo, addito Ambr. griſ. ℈ i. cum granis iv. Moſchi Oriental. recond. vaſe Vitreo, & expon. Soli vel ſervetur Conſerva in Hypocauſto, alternis diebus Spatulâ eburnea vel lignea verſando, donec bonam adepta ſit conſiſtentiam. Doſis ℥ ii. ſuperhauſto Seri Lactis optime depurati Cyatho.

Serum Cereviſiæ laxans. ℞ Fol. Sen. ʒ vi. Rhabarb. elect. Agar. rec. Thi. an. ʒ ii. Zinzib. ʒ i. Cynam. ʒ i *ſs.* Infunde per Hor. *xxiv.* in ℥ viii. Vini Rhenani optimi ad leviuſculum Calorem: Fiat Colatura & fortis Expreſſio, quæ redibit circiter ad ℥ v. ſeorſim bulliant ℥ v. Lactis vaccini recenter mulcti, cui ferventi admiſceatur Infuſio frigida, addita ℥ i *ſs.* Sacchari, vel ſi lubet ℥ i *ſs.* Syrup. Roſar. pallid. ſolutivi clarif. cum Ovi albumine, ut a. e. & fiat per exiguam Manicam ſæpius Colatura. Haud ingratus iſte Potus blande in Corpore lubrico, & ſatis copioſe operabitur.

Circa eam Depurationem quæ cum albumine Ovi fit, quam clarificationem Pharmacopœi indigitant id notandum, iſtâ Encheiriâ vim Catharticorum infringi, unde augenda venit (alias in minori Doſi ſuffectura) Medicamenti quantitas. Ita ſi in decocto ℥ i. Senæ diſſolvas ℥ i. Catholici, vel Diaphœn. ʒ vi. & clarefacias, limpidam, gratam, & efficacem potionem habiturus eſt.

Claretum laxativum. ℞ Fol. Sen. ℥ *ſs.* Rhab. per Taleol. tenuiſſ. ſecti ʒ ii. Sem. Coriandr. præparat. ſubt. trit. ʒ i. Irrorata pauco Limonum Succo infunde per Horas *vi.* in Aq. ſtillatit. Agrimon. vel Cichor. ℥ iv. Vini Rhenani, vel Gallici albi tenuis ℥ viii. mox iſta infuſio agatur per Manicam ſæpius, ſuper ℥ ii. Sacchari ℥ i. Mann. Calabrin. & ʒ ii.

Cynam. in tenuiſ. Pulverem reducti. Lacte ſi prius imbuta fuerit Manica, limpidior evadet Liquor, ſine nauſea ebibendus.

Emulſio Cathartica. ℞ Medullæ Sem. Cartham. ex eo Annotino, Aquæ fundum petente & ſucculento extractæ ℥ i. Amygdal. dulc. par. iii. Ex his in Mortario Marmoreo contritis cum Aqua Hordei vel Jure Pulli fiat Emulſio, cui adde Jalap. in Alkool. contrit. ʒ ß. vel ad ſummum ℈ i. Mann. ℥ i. Gumm. Arab. in Aq. Roſ. diſſolut. ʒ ß. Ms.

Panis Marcius purgans. ℞ Jalap. ſubtil. Pulveris (quæ unica eſt ipſius Præparatio) ʒ i. vel ſaltem ℈ ii. Amygdal. dulc. recent. mund. ℥ i. Sacch. albiſſ. ℥ iii. cum pauca Aq. Roſ. & tantillo albuminis Ovi terantur, & fiat paſta ut a. e. quæ extenſa in fruſto Nebulæ, in Hypocauſto ſiccetur & recondatur ad uſum pro una Doſi.

Pulvis etiam Meditulli Jalap. ad ℈ ii. vel ʒ i. poterit admiſceri Amygdalato vel hordeato & addito ad Saporis gratiam Saccharo, nec non Aquæ Cynamomi tantillo propinari.

De Scammoniatis. Validioribus in Domini Corpore Diarrhœæ nimium obnoxio vix ac ne vix quidem utendum.

Attamen ſi quæ Scammoniata credantur aliquando neceſſaria, ea licet omnia Hepati infeſta eſſe exiſtimem, minus inferent Noxæ quæ ſequuntur.

℞ Cremoris Tartari albiſſimi per diſſolutionem facti ʒ i. Colophoniæ, ſive extracti Scammonii primo per Vini Spiritum diſſoluti, deinde cum Aqua frigida præcipitati, & in Charta ſiccati grana xii. xv. xx. Olei Cynamomi guttam unam, vel Oleo Aniſi, aut Saſafras gutt. ii. Miſceantur omnia exactiſſime, & diſſoluta in Vino albo, vel jure Pulli propinetur. Loco Scammonii prædicti (quod tum minus cæteris nocere poteſt) poſſunt ejuſdem Crudi ad Sulphuris nidorem in Charta Bibula præparati gran. x. vel xii. ſumi. Aut Lac Scammonii cum Vino albo per Infuſionem præparatum, in quantitate unius Cochlear. vulg. Syrupo Roſ. pall. Auguſtano diaſereos, vel etiam Juſculo diſſolutionis ʒ i. Cremoris Tartari permiſceri.

Diacydonium Lucidum laxans. Paratur ſi ſucco Cydoniorum depurato, admiſceatur Saccharum, ſimulque coquantur in Gelatinam, cui removendo ab Igne affundatur Spiritus Vini continens Tincturam Scammonii (pro ℔ i. Succi Tinctura ℥ i. Scamm.) cum Granis aliquot Moſchi, omnia optimè Spatula commiſceantur, & Liquamen effundatur in Pyxides, ſinaturque refrigerari.

Extractum Scammonii. Cum Aqua Cichorii præparatum & inſpiſſatum utiliter ad guttas aliquot admiſceri poteſt Syrupo Cydoniorum. Nulla hic fit Pilularum Aloen recipientium mentio, cujus Acrimonia, amarore perfuſa, Hæmorrhoidibus nimium in Domino apertis contraria eſt.

Diuretica.

Quorum occaſiones, & momenta, captanda Medicis præſentibus magna cum cautione, ne impuro Corpori cruditatibus ſcatenti, obſtructionibus obnoxio, intempeſtivo exhibeantur.

Cremor Tartari. Per diſſolutionem præparatus digeratur cum Spiritibus Vitrioli, Sulphuris, Salis, & lento Calore fiat Exſiccatio. Hujus Pulveris ℈ i. ʒ ß. ℈ ii. ʒ i. diſſolvantur in Jure Pulli, nimia vero Aciditas corrigatur ſufficienti quantitate Sacchari.

Tartari vitriolati ℈ i. Eodem propinetur.

Nitrum depuratiſſimum. Sive Lapis Brunellæ diſſolvatur in Cereviſia vel Ptyſana, à ʒ i. ad ʒ ii. & Sapor Lixivii corrigatur admixtione Sacchari. Poteſt etiam dari in Potu ordinario, quemadmodum jam ante fœlici cum ſucceſſu factum eſt in prægreſſis. E. M. Morbis.

Cryſtalli Pulvis per ejus multiplicem in Aqua ſtillatitia Urticæ Extinctionem paratus Urinas potenter movet, ſi detur ex Aqua Bardanæ, Parietariæ, Linariæ, vel ex Liquore Raphani cum Saccharo cando extracto. Potentius agit Cryſtalli Liquor ex ejus ſale, cum eadem Aqua Urticæ extracto, & per deliquium in Oleum abuſivè dictum ſoluto. Hujus guttæ aliquot ex Vino albo, vel Aquis Linariæ, & Parietariæ propinentur vel ex Poſſeto cum Radice Altheæ cocto.

Pulvis Diureticus. ℞ Lapidis Tiburonum, Oculorum Cancri præparatorum an. ʒ ii. Lapidum in Capitibus Piſcium Percarum, & *Whitings* dictorum repertorum an. ʒ i ß. Oſſium Meſpil. ʒ iii. Putamin. Ovorum recentium Cryſtalli calcinati an. ʒ ii ß. Hermariæ Virgæ Aur. utriuſque an. ℈ v. Tartari vitriolati ℥ ß. Ms. Fiat Alkool, cujus doſis ſit ʒ i. ex hauſti Poſſeti dicti ex hordeato. Aut ſumatur Pulvis involutus nebula, & iſta ſuperbibantur. Poſſent & alia concinnari ex Grillis, Cicadis, Millepedibus, quæ ſciens prætermitto ne Remediorum numerus in immenſum ſine neceſſitate excreſcat.

Sudorifica.

Sudores ſerio in E. M. poſt univerſalia, Diæta ſive decocto Hydrotico provocari Operæ pretium foret. Id nobis in votis eſſe debet, verum dubitandum ne ſit, irritus votorum Labor. Quod ſi in vapore Melancholico, Cor percellente, vel in maligno aliquo affectu διαφορησὶν poſtulante ad habitum propellendum ſit nihil præſentius Antimonio Diaphoretico per Nitri Spiritum fixato ſicut à Crollio deſcribitur. Hujus Grana x. xii. xv. dentur è Theriacæ vel Mithridati ℈ i. & pari portione Confectionis Alkermes, atque exhibeatur ſuperhauſto Poſſeto vel Aq. Ulmar. Card. Bened. Scordii, provocando Sudorem ſuperpoſitis Stragulis. Quicunque dabuntur Liquores ſudorem provocaturi Glycyrrhiza dulcorentur.

Syrupus Ambroſii dictus. Nonnunquam vel Medici vel aſtantes in Rege nomen Antimonii, (licet ſine cauſa) reformidant: propterea ad provocandum Sudorem utiliter dabitur vel Aqua Petaſitis Oxonienſium vel Syrupus ſequens provocans Sudorem, & ſitim extinguens, utilis in Febribus.

℞ Milii excorticati quantitatem convenientem, v. g. ℔ i. decoquatur donec crepet. ℞ ℥ v. hujus decocti bullientis, Vini albi odoriferi ℥ ii. Exhib. calidè, bene cooperiatur Corpus: Mirum in modum ſudabit.

Ad Ventriculi Cruditates & Flatus.

Pulvis digeſtivus. ℞ Panis Toſti in Vino Malagenſi diſſolutionis granorum iv. Ambrægriſ. & ii Moſchi Orientalis, ter macerati & toties ſiccati ℥ ii. Cydoniati craſſioris ſicciſſimi ℥ i. Semin. Aniſi. Fœniculi, dulc. & Coriandr. præpar. an. ℥ ß. Corticis Citri & Aurant. conditi ſicci an. ʒ iii ß. Magiſter. Perl. dulc. Cynam. inter. an. ʒ ii. Roſ. rub. ſummitatum Menthæ Hortenſis an. ʒ i. Ambræ griſ. ʒ ß. Sacchar. albiſſ. quadruplum Pondus omnium Ms. Fiat Pulvis ſubtiliſſim. utendus è Cochleari, Hora dimidiâ poſt ſingulos paſtus.

Cydoniatum craſſius cum Ambra griſea præparatum detur poſt Paſtus.

Vinum Abſynthite bibatur Hora dimidia ante Paſtum.

Sapæ Cydoniorum, cum paucis guttulis Spiritus Vitrioli acidula, è Cochleari ſumatur mané.

Item guttæ iv. aut v. Balſami Peruviani nigri, dentur è Vino Alicantico, Malagenſi, vel alio generoſo.

Julep ex Tincturis. ℞ Flor. Vetonicæ rubr. P. iv. Roſ. rub. P. ii. Flor. Anthoſ. P. iii. Summitat. Menth. rub. P. ß. Summitat. Meliſſ. & Thymi Citrati an. P. i. Cynam. inter. ʒ ii. Aquæ ad medios Chalybeatæ, cui incoxerit Cruſta Panis toſta, cum paucis guttis Spiritus Vitrioli Acidulæ ℔ ii. Extrahatur Tinctura per digeſtionem Colaturæ, addatur tertia pars Vini Malagenſis, adde Syrupi Conſervationis Cydoniorum & Mororum rub. Idæi an. ℥ ii. Ms. Fiat Julep. Aromatiz. granis aliquot Ambræ & Moſchi.

Ad Vomitum.

Toſta Panis Vino Alicantico imbuta conſpergatur Pulvere ducali, ex iv. partibus Sacchari, & una Cynamomi; addantur guttæ aliquot Spiritus Menthæ, hoc Ferculum comedendum apponatur.

Claretum Stomachicum. ℞ Aquæ ad medias Chalybeatæ, cui incoxerint Cydonia condita ℔ i. Vini rubri auſteri (vel pro Rege Alicantici) ℔ ß. Succi granatorum ℥ iv. trajiciantur ſæpius per Manicam, ſuper ℥ vi. Sacchari &c. ℥ ß. Cynamomi addendo P. i. ſummit. Menth. hortenſis; hujus Hippocratici exhibeantur ℥ iii. vel iv. bis terve in die.

℞ Ovum recens, ex quo perforato extrahatur albumen, Vitello autem permiſceatur optimus Vini Spiritus, cum pauco Spiritu Menthæ, addatur aliquid Sacchari, per ſe coquitur Ovum, comedatur vel per ſe, vel ſorbeatur dilutum pauco Jure Capi.

Os Ventriculi ungatur Oleo Nucis Moſchatæ ſtillatitio, mox applicetur ſequens *Cataplaſma.* ℞ Panis Syncomiſt. Toſti in Vino rubro auſtero macerati ℥ iv. ſummit. Menthæ & Abſynth. recent. an. M. i. Fermenti veter. ℥ ii.

Pulver. Cortic. Aurant. ʒ ii. Nuc. Moſchat. Caryophyll. Cynam. an. ʒ i. Mithridatii ℥ ß. terantur omnia exacte in Mortar. Marmor. & affuſo pauco Aceto Roſato, & Vini Alicantici momento, Fiat Cataplaſm. applicandum è Stuppis lineis pexis, & bis in die renovandum.

Perſeverante Symptomate, exhib. Laudani gran. i. gr. i ß. vel gran. ii. cum ℈ i. Mithridatii vel Confectionis Alkermes. Aut ℈ ii. Nepenthes tabellati, repetendo hanc Doſin, ſi opus fuerit.

Ad Diarrhæam.

Pro ratione materiæ fluentis Enemata injiciantur, vel ejus Acrimoniam contemperantia, vel detergentia Humores Tunicis Inteſtinorum adhærentes, vel impetum eorum ſiſtentia.

Clyſter temperans Anodynus. ℞ Fol. Tapſi barbati M. ii. Flor. Chamomill. Melilotis an. P. ii. Roſ. rub. P. i ß. Sem. Lini. & Fænugrec. an. ℥ ß. Hordei mundat. Cochlear. duo coquantur diu in Lacte vaccino recenter mulcto, ad Lactis inſpiſſationem, cape de Colatura ℔ i. In qu. diſſolve Syrupi Violat. Sacchar. albi an. ℥ ii. Vitell. Ov. N°. ii. Ms.

Clyſter detergens. ℞ Fol. Agrim. M. ii. Roſar. rub. Furfur. Macri Hordei, integr. an. P. ii. Flor. Chamomill. P. i ß. Sem. Aniſi & Fœnicul. an. ʒ ii. Fiat decoct. in Poſſet ala, vel Sero Lactis, in cujus ℔ i. diſſolv. Mell. Roſ. Sacchar. alb. an. ℥ ii. Vitell. Ov. N°. i. Ms.

Clyſter frænans & ſiſtens. ℞ Fol. Tapſ. barbat. Plantag. Centinod. an. M. i. Roſ. rub. P. iii. Flor. Melilot. P. ii. Myrtil. ʒ iii. Seminis Fœnicul. ʒ ii. Fiat Decoct. in Lacte recenti. In Colat. ℔ i. diſſolv. Syrupi de Roſis ſicc. ℥ ii. Gumm. Arabic. in Aq. Plantag. diſſoluti Diaſcord. an. ʒ ii. Vitell. Ovor. N°. iii. Ms.

Vel, ℞ Lactis Vaccini recent. mulcti ℔ i. Sacch. alb. ℥ ii. Butyri rec. inſulſi ℥ i ß. Theriacæ Andromach. ʒ i ß. Vitell. Ovorum N°. ii. Omnia hæc etiam in Dyſenteria valent.

Purgatio ex Rhab. ℞ Rhab. elect. ʒ ii. Santal. Citrin. Cynam. inter. an. ℈ i. Myrobalan. Citrin. ʒ i. Infunde per Noctem ſuper Cinerib. tepid. in Aq. Cichor. ℥ ii. Aq. Menthæ ℥ ß. Vini granatorum depurati ℥ i. Manè fiat Expreſſio fortis & Colatura, in qua diſſolve Sapæ Cydon. ℥ ß. Pulver. ſubtiliſſ. Rhabarb. torrefacti ℈ i. Spiritus Vitrioli guttas iv. Ms. Fiat Potio.

Diaſcordium ad ʒ i. vel ʒ i ß. Laudanum ad gran. i. vel gr. ii. è Conſerva Roſ. rub. Menthæ, vel Mitridatio exhibeantur.

Syrupus Mororum Rubi Idæi, vel eorum Gelatina, Rob. de Ribes Sapa Cydoniorum, dentur cum granis xii. xv. xx. Croci Martis Corallini i. Vitrioli Martis ad ſummam Rubedinem calcinati.

Magiſterium Corallorum dulce in omnibus Juſculis cum Aqua ad medias Chalybeata præparatio exhibeatur ad ℈ i. addita Gelatina Cornu Cervi ter quaterve in Die.

Vinum Granatorum, & Vinum Alicanticum tinctum (à quo denigrantur fæces) ſunt in hoc caſu E. M. uſualia in iis ut pergat ſuadeo.

Emplaſtrum Diaphœnicon alterutrum, pro varietate cauſæ, & partium naturalium diſpoſitione· Ventri applicetur vel Emplaſtrum de Cruſta Panis Montagnanæ.

Sæviente autem Bile, & ut olim ſæpius per Choleram Morbum utrinque erumpente, ne omittatur Cryſtalli exactè lævigati exhibitio, cum Conſervis Roſarum, Mororum rubi Idæi, Oxalidis, Oxytriphilli.

Ad Hepatis Obſtructionem & Icterum. Præter Purgationes quoties Opus fuerit reiterandas, Vias inſigniter aperient frequens uſus Cremoris Tartari vulgaris & magiſtralis, & aſſumptio Tartari Vitriolati, diſſoluto in Juſculo aperiente.

Liquor Vinoſus reſerans. ℞ Aq. ſtillat. Pariet. & Agrimon. ex earum ſuccis in B. M. extractæ Vini Rhenani puriſſ. an. ℔ i. Spiritus Vitrioli, vel Acetoſitatis Sulphuris ʒ i. vel q. ſ. ut Liquor ſit intolerabilis Aciditatis, inſtilletur ea quantitas Olei Tartari per deliquium parati, quæ ſublata Aciditate Liquorem iterum edulcoret, adde Syrupi Ceraſorum acidorum vel Syrupi Capill. Ven. Monſpel. q. ſ. ad gratum Saporem, exhibeatur Hauſtus circiter ℥ iv. bis terve in Die.

Crocus Martis Saccharinus. Anima Hepatis dictus ad grana x. xii. xv. detur è conſervis flor. Calendul. Geniſt. Cichor. ſuperhauſto Vino Abſynthite, idque per Dies aliquot conſequentes. Fit a. Crocus prædictus ſi Laminæ ferri nitidiſſimæ liniantur Oleo Vitrioli, & ſuſpendantur ſupra Ollas, Aq. tepid. plenas intra quatriduum effloreſcet Crocus Penicillo ex Filo Ferreo deturbandus, iteretur Operatio.

Aquarum Mineralium Potus Spadanar. *Tunbridge*, *Wellemburg*, omnibus naturalium partium Affectionibus Regis valetudinem exercentibus eſſet admodum proficuus, ſi præmiſſis univerſalibus, & obſervata conveniente Diæta iis uti, atque earum debitam quantitatem haurire aut vellet, aut poſſet E. Majeſtas.

Ad Flatum Hypochondriacum. Subſiſtente ut ſolet in hoc affectu Alvo, ſit frequens Clyſter emolliens purgans cum Catholico, & Electuario lenitivo.

Blanda & quæ per ἐπικρασιν ducat, inſtituatur & ſæpius repetatur Purgatio, cum Paſſulato, vel Ptyſana laxante inter Cathartica deſcriptus, ea conditione, ut alternatim ſucci peccantes præparentur, atque evacuentur. Foveatur fluxus Hæmorrhoidum, intra Mediocritatis Limites, quos ſi excedat cohibeatur, ſi plane ſubſiſtat affixis Hirudinibus ſumpta occaſione provocetur.

Tetri & maligni vapores, vitæ Arcem percellentes & pulſum interturbantes arceantur.

Tabellæ de Alkermes. ℞ Conf. Alkermes ℥ ß. Magiſterii Corall. Perl. & Ocul. Cancri dulcis an. ʒ ii. Oſſis de Corde Cervi ʒ i ß. Cornu Cervini ad Albed. Calcinati, Terræ Sileſiacæ an. ℈ iv. Lapidis Bezoar. Orientalis, Lapidis Contrayerva dicti an. ʒ ß. Sacchar. albiſſ. ℥ vi. Ms. & cum

Muccag. Semin. Cydoniorum extracta, in Aq. Florum Arantiorum fiat Paſta ex qua Tabellæ, lento Calore ſiccandæ, & reponendæ loco ſicco.

Lapidum prædictorum Pulvis utiliter dabitur ad gran. x. vel xii. è Vino generoſo.

Lieni applicetur Emplaſtrum. ℞ Gummi Ammoniaci in Aceto Rutaceo, & Sambucino diſſoluti, & inſpiſſati ℥ iv. Laudani puriſſ. ℥ ii. Gummi Karenna, & Tacamah. an. ℥ i. Pulvis flor. Lavendulæ ℥ *ß.* Pulv. ſubtiliſſ. Caryoph. ʒ vi. Ceræ flavæ ℥ iii. Balſami peruviani nigri ʒ iv. Ms. Fiat Emplaſtrum, cujus Portio extend. in Aluta ad formam linguæ Bovis, diu geſtetur & octavo quoque die renovetur.

In Paroxyſmo. Ubi Cor premitur, difficilis eſt Reſpiratio, & Pulſus intercidit (ut Roſtonii contigit) Cucurbitæ magnæ cum multa Flamma viciſſim applicentur Lienis Regioni. 1. Enemate Flatus diſcutiente, & purgante fiat Revulſio, & Vaporum diſſipatio. 2. Cardiaco Liquore, ut Aqua Capitis Cervini, Cor muniatur à Teterrimi Hoſtis in Fauſto appulſu. 3. Tibiæ fricentur. 4. Animus quacunque Ratione erigatur. 5. Tandem poſtquam deſævierit Tempeſtas, Fermentum Catharticis educatur.

In refractario iſto affectu nihil præſentius, nihil potentius Chalybeatis, à quibus quum Rex ſit alieniſſimus, in iis deſcribendis vanam & inutilem operam collocare nolui.

Ad Nephritidem & Arenulas.

Calculi Carnificinam præcavebit (ſublata in ipſo generationis principio Materiali cauſa) *Vomitus* aliquoties in Anno provocatus, etiam poſt largiores Epulas.

Vias Urinarias Lubricas reddet Butyrum recens cum Saccharo Cando ſubactum, ad ℥ ii. vel iii. ſex ultimis Lunæ Diebus Comeſtum manè, ſuperhaſto Vini albi vel Cereviſiæ tenuis & limpidæ Infuſionis Ligni Nephritici Cyatho.

Everrent potentius Cryſtalli Pulvis & Oleum ſeu Liquor. Aqua ex reſidentia Tartari vitriolati reſtibilis, (quod fuit alias triviale ſatis) Macolonis adeo decantatum ſecretum. Ejus Cochleare unum vel alterum, cum Aqua Parietariæ, Petroſelini, ſeri Lactis, & Syrupo de Althea propinetur.

Omnium optimè & innoxiè Lapis Brunellæ in Cereviſia, vel decocto Glycyrrhizæ diſſolutus. Videndum tamen ne iſta Diuretica præpoſterè exhibeantur. Domini Medici ſint opportunitatis judices.

Sæviente malo, & Urgentibus Lumborum, Renum, Ureterum Doloribus, Vomitu, Urinæ ardore, aut ſuppreſſione, convolandum illicò ad Clyſteres, bis, ter, quaterve ſi opus fuerit repetendos.

℞ Fol. Malv. Violar. Parietar. Atriplic. Betæ an. M. i. Chamomill. virid. M. ii. ſummit. Anethi Fœniculi an. P. ii. Sem. Aniſi ʒ iii. Sem. Lini, Fœnugr. Melon. an. ℥ *ß.* Fiat omnium Decoct.

coct. in Poſſeto, cape de Colatur. ℔ i. Cathol. ℥ i. Diaphœn. vel Bened. lax. ʒ iii. Syrupi violati Sacch. albi an. ℥ i ß. Olei Amygdal. dulc. ℥ ii. Thereb. venet. ℥ ß. Ms. Fiat Clyſter.

Perſeverante malo Enemati aliquoties repetito utiliter addentur Diuretica, ut Lapis Brunellæ: Nec non Oleum Scorpionum. Equidem memini me cæteris irritis, ad Calculi Ureteri impacti excluſionem præſens in ſequenti Enemate inveniſſe Remedium.

℞ Fol. Parietar. Virg. Aur. utriuſque Percepierre Anglorum, Bupleuri an. M. i. Flor. Chamomill. P. iii. Seminis Paliuri & Alkekengi an. ʒ iv. Fiat Decoct. & Colatura ad ℔ i. In qua diſſolv. Electuar. lenitivi Nephrocathartici ℥ i. Bened. lax. ℥ ß. Ol. Scorpion. ʒ x. Ol. Amygdal. dulc. ℥ ii. Therebent. venet. ʒ iii, Vitell. Ov. N°. i. Ms.

Rejectos Clyſteres excipiat Fotus ex Materia multiplicata Decoctionis Clyſteris, additis Radicib. Altheæ, Bryoniæ, Bardanæ, Apii, Petroſelini: Foliis Hyperici, Sambuci, Eupatorii, Avicennæ, Naſturcii aquatici, Berulæ, Saxifrag. utriuſque Floribus Geniſtæ, Caprifolii, Seminibus Alkekengi, Paliuri, Lithoſpermi, Cæpis albis, & Bulbis Liliorum alborum fiat Decoctio in Aqua & Lacte; ex Magmate contuſo, additis Farinis Fœnugræci, Lini, Hordei & Oleis Chamomillæ, Lilior. Scorpionum & Axungia Cuniculi, concinnabitur Cataplaſma applicandum Lateri dolenti.

Sequetur Semicupium ex Materia fomenti præparatum, addito ſi ſit ingens Dolor Oleo multo. Decoctum Raporum potenter emollit, cui ſi addatur Raphanus in magna quantitate, procurabitur etiam Expulſio Lapidis in meatu hærentis.

In ipſo Semicupio ſaltem tepente detur Lapis Brunellæ à ʒ i. ad ʒ ii. ex Aqua Parietariæ, & Oleo Amygdalarum dulcium. Vel quoniam Domini Ventriculus ingrata & pinguia inuſitata non admittit comeſto Butyro cum Saccharo cando ſubacto; ſuperbibatur Nitrum in Cereviſia diſſolutum.

Detur hujus defectu Tartari Vitriolati Liquor ut ſupra cum Syrupo de Althea.

Vel in Aquæ Diureticæ ℥ ii. Syrupi de Althea ℥ i. detur ʒ i. Pulveris Nephrocathartici, aut Pulvis exceptus Conſerva Florum Malvæ utriuſque deglutiatur & Aqua ſola ad ℥ ii. cum ℥ i. Vini Rhenani ſuperbibatur.

Pulvis Nephriticus Mayern. Idem pene eſt cum Pulvere Diuretico proprio Capite deſcripto, minus tamen compoſitus, minus ingratus; ℞ Lapid. Tiburonum ʒ ii. Magiſterii, Oculor. Cancri Cryſtalli præparati, Cortic. Ovorum recent. non coctorum præpar. an. ℥ ß. Lapidis reperti in Capite Piſcis *Whiting* dicti, Oſſium Meſpilor. an. ʒ iii. Glycyrrhiz. Hiſpan. ʒ ii. Ms. Fiat Alkool.

Aquæ Diuretica Mayern. ℞ Succi Urticæ urentis recenter expreſſi ℔ iv. Succi Linariæ, & Melon. matur. an. ℔ ii ß. Succi Parietar. Caprifol. Argentinæ, Fœniculi, Petroſilini, Urinariæ, Limon. an. ℥ xvi. Vini Rhenani optimi ℔ iii. Fiat in B. M. diſtillatio,

latio, Liquori extracto adde Aq. ſtillat. Siliquarum, Fabarum & Fragorum an. ℥ xii. In his mixtis macera Glycyrrhiz. Hiſpan. conciſ. ℥ iii. Ligni Saſafras cum Cortice Radicis ℥ i. Senellarum maturarum ℥ ii. Ceraſorum nigrorum ſiccorum ℥ iii. Sinantur loco calido, vel ad Solem per Dies xx. aut Menſem, deinde coletur Liquor & ſervetur uſui.

Ventris ſecundum Ureteris ductum frictitio deorſum, & aliquando Cucurbitulæ ſucceſſiva Applicatio deſcendendo ad Regionem Veſicæ profuit.

Porrò in iſtorum Remediorum applicatione ſervanda Mediocritas, ne multiplicitas à Domino rejiciatur, vel continuata vexatione, ejus Vires frangantur & Spiritus diſſipentur.

Sæpius, doloris Acerbitas nos ad Laudani exhibitionem adigit, quo operante, interim dum ſopitur Doloris ſenſus Natura exurgens noxium fæliciter expellit. Nonnunquam etiam in metu Inflammationis, veræque Nephritidis, Phlebotomia Brachii & Pedis, non utilis modo, ſed neceſſaria.

Ad Catarrhum.

Præcipuum eſt ut E. M. Procatarcticarum cauſarum imprimis ambientis appulſum injurioſum vitet, & Hyemali tempeſtate præter Galerum, Caput etiam Pileo tectum habeat.

Crudori Cerebri jam concepto proderit ſuffitus Operimentorum Capitis ex Maſtiche, Sandaracha, Olibano, Succino, Roſis rubeis, Seminibus Nigellæ Rom. & Coriandr. præparat.

Proderunt Aviculæ Cypriæ ex Roſis, Benjoin. Ladano puriſſ. & Maſticha ad ſuffitum Cubiculi.

Pomum Ambræ odoratum.

Balſamum ſuccini Salviæ & Roriſmarini, ex eorum Oleis depuratiſſimis, Spermate Ceti recenti, vel Medulla Pedum Vituli lota, ad ſummam Albedinem exceptis, ad Inunctionem Navium internarum ; his irritis ſi Catarrhus perſeveret & continua Diſtillatione Pulmonibus minetur Corruptelam de Pyroticis erit cogitandum.

Ad Tuſſim.

Hoc Symptoma licet in E. M. ut plurimum tam cito ceſſet ut vix ſuppetat tempus præparationi Remediorum, attamen ſequentibus ipſius violentia, levari & demulceri conſuevit.

Tabellæ de Althea. Radices Altheæ decoquantur in Hydromelite, ad Putrilaginem, deinceps piſtentur, & trajiciatur Pulpa, per Setaceum, de qua cape ℥ i. Pulveris ſubtiliſſ. Glycyrrh. Hiſpan. ℥ ß. Pulv. Roſ. Rub. ʒ i. Sacchar. albiſſ. ℥ vi. terantur ſimul, & addita pauca Aq. ſcabioſ. vel Hyſſopi fiat Paſta, ex qua Tabellæ, ad continuum uſum, qui erit tenendo ſubinde in Ore, & ſenſim deglutiendo id quod diſſolvetur.

Manus Chriſti. Inſtillatis guttis aliquot Olei Aniſi bene facit, quando viſcidum Phlegma jam nigrum Bronchiis Pulmonum adhærens incidi, & per Expectorationem rejici poſtulat.

Violentiori exiſtente hoc Thoracis & Pulmonum motu, præſente Febris Periculo, & Fluxione in nimia tenuitate peccante, ſi Noctes Inſomnes tranſigat Dominus convenient Laudani gran. unum vel alterum datum è Conſerva Roſarum. Syrupus de Papavere ab ℥ ß. ad ʒ vi. vel ℥ i. Pilulæ de Styrace à gran. viii. ad x. Hora Somni. Verum nunquam iſta niſi ab ipſo Medico, ſumma urgente neceſſitate exhibeantur.

Ad Arthritidem.

Arthritidem curari poſſe aliquot me docuerunt Experimenta: Raro autem bonum hoc Arthriticis contingere quotidie comprobant ægrorum Mores, genio ut plurimum contra rationem indulgentium. Accuratam victûs rationem in pertinacis mali Depulſione poſſit *Hippocrates*, quam in Domino non auſim mihi polliceri, nihilominus Medicum iſtud ipſe audiat Conſilium.

Vomitus, per inferiora Purgatio, Sudorum provocatio per circuitus Anniverſarios, quoties Morbi ratio expetit celebrata potentiſſima ſunt Præſidia ad Præcautionem, quibus accudantur Brachiis inuſta Pyrotica. Curatum vidi Medicum melioris notæ, plurimos alios egregiè ſublevatos, quo ad Paroxyſmorum frequentiam & Dolorum acerbitatem utique & durationis Tempus, repurgato ſingulis Menſibus Corpore Pulvere Arthritico dicto, & quotidiana aſſumptione Pilularum de Chamæpyti non purgantium.

Pulvis Arthriticus. ℞ Cranii Humani non ſepulti Turbith. Hermodact. Senæ, Jalap. Tartar. Cremor. Diagridii optime præpar. Caryophyllor. an. ʒ i. Ms. Fiat Pulvis ſubtiliſſ. cujus Doſis ſit à ʒ i. ad ℈ iv. è Juſculo, Vino albo, hordeato, Sero Lactis, cujus hauſtum amplum ſuperbibere Operæ pretium fuerit. Sumitur circa Plenilunium, quum maximè Humores turgent.

Qui graviùs ægrotant, circa Novilunium itidem repurgandi, cum debitâ cuſtodiâ. In Rege qui ἀνθρωποφάγους odit, Cranium humanum in Oſſium Bubulorum Raſuram poterit permutari.

Pilulæ de Chamæpyti. ℞ Ivæ Arthriticæ ℥ ß. Glycyrrhiz. ʒ ii. Betonicæ ʒ i ß. Oſſium Meſpilor. ʒ iii. Reducantur omnia in Pulv. ſubtiliſſ. & cum ſ. q. Therebentin. Cypriæ fiat Maſſa in Mortario & Piſtill. calid. Exhibeatur ʒ i. quotidie mane per Annum integrum Horis tribus quatuorve ante Prandium, ſuperbibendo aliquid Cereviſiæ. Qui Remediorum minus patientes ſunt, ſaltem per *xl.* Dies Vere, & totidem Autumno iſto efficaci Remedio utantur.

His annectatur quotidiana Unctio Juncturarum dolentium vel debilium, cum Oleo Salis Æginetæ, vel potius cum ſequente majoris Virtutis Linimento.

℞ Olei Keyrini per multiplicem Flor. Infuſionem præparati (quibus ſi addantur Flores Tapſi Bardati & Primulæ Veris, melius erit) ℔ i. Salis Marini decrepitati, in Alkool. reducti, Saponis Veneti albi an. ℥ iv. Ms. & longa nutritione in Mortario; fiat Linimentum; applicetur calidè, ſuperpoſitis Laneis Tibialibus, Manicis, & Cheirothecis, ut omni Arte arceatur Frigus.

Hæc ad Præcautionem ſufficient.

Invadente autem Dolore ad Anodyna properandum, quæ omnia Regi cæteras formulas rejicienti, ſub forma Cataplaſmatis adminiſtranda ſunt. Præterea quum nigredinem ob Caſſiam, quæ antea uſus eſt affectet, & aliis Medullam Ægyptiam non recipientibus, aliquid quod tingat permiſcendum eſt.

Cataplaſma ἀνοδῦνον. ℞ Radic. Conſolid. maj. rec. per Taleol. ſect. ℔ i. Coq. in Lacte ad Putrilagin. Piſt. trajic. per Setaceum. Cape de hac Pulpa molli ℥ vi. Micæ Panis albi cum Lacte in Pulticulam ſubactæ ℥ iv. Medull. Caſſiæ recent. ℥ ii. Mucilag. Semin. Pſyll. & Cydon. extract in Aq. Verbaſii ℥ iii. Axung. human. Medul. Crur. Bovis an. ℥ ii *ſs.* Croci ʒ i. Ms. Fiat Cataplaſma. Huic addi poterunt Spermatis Ceti recent. ℥ ii. Camphor. ℥ *ſs.*

Aliud. ℞ Micæ Panis albi in Lacte recent. mulcto maceratæ ℥ iii. Radic. Conſol. Maj. in Lacte coct. Piſt. traject. Medullæ Pomi dulcis cocti an. ℥ ii *ſs.* Medull. Caſſ. ℥ ii. Mucilag. Sem. Pſyll. & Cydon. extract. in Aquis Verbaſii,& Sperm.Ran. ℥ iv. Sperm. Ceti recent. Axung. human. an. ℥ i *ſs.* Croci ʒ i. Ms.

De Narcoticis. In ſumma Dolorum acerbitate, uſurpandis dubitant Medici, ii præſertim qui Magnatibus aſſiſtentes, Famæ potius conſulunt quam Morbo. Equidem (præter Aſclepiadarum Authoritatem) juncturas Doloris continuitate plus lædi Calorem nativum diſſipari, & partium Tonum diſſolvi Autumno quam cujuſcunque Medicamenti, etiam ſenſum ſopientis Applicatione.

Narcotica. Licet in exceſſu frigida perhibeantur, attamen ſi eorum Fœtorem, Amaritudinem, quæ eſt in pleriſque ſulphureæ ſeu oleoſæ ſubſtantiæ in mixto Dominium, ejuſque ad Flammam concipiendam aptitudinem ſpectes, vix huic aſtipulari velis ſententiæ.

Radicis Alterci Pulverem,Pulpamve, vel ejuſdem & Papaveris Semina in Lacte cocta, ipſa etiam Folia ſub Cineribus cocta, Cataplaſmatis (ſumma & implacabili urgente,imo jubente neceſſitate) innoxiè admiſceri poſſe credo & ſcio, præſertim ſi ceſſante dolore Nervalia calida, partes Spermaticas foventia, & corroborantia applicentur.

Ipſe in Magnate fæmina omnibus aliis irritis ter quaterve fæliciter hoc ſum expertus Topicum, à quo paulò poſt ſedati Dolores, Somnus ſucceſſit placidus, cito evanuit Tumor, nullus partium Stupor, brevi rediit Pedibus robur.

℞ Radic. Symphyt. maj. recent. ℔ i. Caulium virid. & Rub. Cicutæ totius an. M. iv. Radic. Alterci ℥ vi. Coq. omnia in Lacte recent. ad Putrilag. piſt. trajic. per Setaceum, adde Micæ pan. alb. in Lacte macerat. Medull. Pomi Toſti an. ℔ i. Flor. Caſſ. ℥ iv. Sperm. Ceti ℥ iii. Medull. Crur. Bovis ℥ v. Pulv. ſubtiliſſ. Croci ʒ ii. Ms.

In ſummo dolore ejuſque perſeverantia, Enema crebrum, Phlebotomia, Laudanum.

Notandus Error gravis, quem in ἀνοδύνων nimis longo uſu committitur. E. M. Ea ſive Paregorica ſint ſive Narcotica, illico omittenda ſunt, poſtquam deſiit Dolor, & ad ea ſine Mora veniendum, quæ laxos Articulos conſtringere infirmos confirmare valeant.

Cataplaſma roborans. ℞ Farin. Fabarum, Panis Syncomiſt. totius, ad nigredinem Toſti an. ℥ vi. Coq. in Vino Alicant. ad Pulticulam, coctis adde Pulv. Rad. Conſol. maj. & Fol. Cupreſſ. an. ℥ ii ß. Pulv. Chamæpyt. Roſ. rub. an. ℥ i. Maſtich. Balſam. ſicc. an. ʒ x. Lactis Aluminis, Gelatinæ Cornu Cervi, cum Vino Alicant. paratæ an. ℥ iv. Medull. Cervi ℥ iv ß. Liquidum bar. ℥ i ß. Ms. Fiat Cataplaſma.

Aliud. ℞ Pulp. Radic. Conſol. maj. in Vino rub. auſter. ad Putrilag. coct. ℥ xii. Farin. Fabarum cum eodem, ad Pultic. reduct. ℥ vi. Gelatin. Cornu Cervi cum Vino Hiſpan. præpar. Lactis Alum. an. ℥ viii. Pulv. ſubtil. Roſ. rub. & Salviæ an. ℥ ii. Pulv. Hermod. Ireos Flor. an. ℥ i ß. Unguent. Arantior. Ol. Maſtichini, an. ℥ iv. Ms. Fiat Cataplaſma.

Aliud. ℞ Cruſtæ Panis ad nigredinem Toſtæ Farin. Fabarum Furfur. Macri an. ℥ iv. Radic. Symphit. maj. Raſuræ pertenuis Cornu Cervi an. ℥ iii. Coq. in Aqua Fabror. & Vino rub. auſtero ad perfect. commixt. & Pulticulam; adde Pulv. Roſ. rub. Chamæpyt. Fol. Cypreſſ. Hermodact. an. ℥ i. Florum Chamomillæ, Melilot. Hyperic. Pulv. Abſynth. an. ℥ ß. Croci ʒ ii. Mellis cum Foliis Lauri Roriſmar. Majoran. ac Vino Alicantico ad Conſiſtentiam Cocti ℥ iv. Olei Lumbric. Unguenti Arant. an. ℥ ii. Ms. Fiat Cataplaſma.

Diſcuſſis Tumoribus Oedematoſis. Muniendi eſſent Articuli, Emplaſtro de Hermodactylis vel Sandicis, quod minorem pruritum excitat; quoniam tamen ab omnibus Emplaſtris, E. M. eſt alieniſſima, ſicut & Lotionum ſeu Balneorum impatiens; ut decoctum ſæpius fruſtra præſcriptum hic non deſcribo, ſic minus poſtulo Curioſitatis, in Emplaſtrorum perquiſitione, quorum omnium inſtar erit Emplaſtrum Diacalcitheos, quod ſi tam inſigniter non proſit, ſaltem nunquam eſt nociturum, Mille alia poſſent redigi in commentarium, ſed ad quid? Quum à conſueta Remediorum ſemita ne latum quidem Unguem recedere E. M. ſtatutum ſit pariter & conſuetum.

Ad Ani Inverſionem, & dolorem Hæmorrhoidum.

Foveatur pars dolens Sacculis farctis Floribus, & Fol. Tapſi barbati, Chærephyll. Radicib. Scrofular. maj. & Chelidon minoris, Semine Lini in Lacte Coctis.

Vel ℞ Corticis Alni (*Alder Tree*) ℥ iii. bulliant in Aqua ℔ iii. ad Medietatis Conſumptionem, adde Aluminis ℥ i. foveatur pars calide. Poſt Fotum Linimentis lotus erit è Bombace molli applicandis. ℞ Unguenti populei ʒ vi. Butyri inſulſi ʒ ii. Olei Seminis Lini ʒ i *ß*. Opii gran. iv. Agitentur diu in Mortario Plumbeo, & fiat Linimentum.

℞ Olei Nucum ſine Igne expreſſi ℥ viii. Florum Tapſi barbati M. iii. Aquæ ejuſdem ℔ i. bulliant ad Aquæ conſumptionem; mox fiat Olei expreſſio, accipe Scarabeos N°. 50. Millepedes N°. 400. bulliant in Oleo Putrilaginem; fiat fortis Expreſſio.

℞ iſtius Olei ℥ i. Olei Lini ℥ *ß*. Ung. populei ʒ vi. Caſſ. recent. extract. Mucilag. Sem. Pſyll. & Cydon. extract. in Aq. Sperm. Ran. an. ʒ iii. Sacchari Plumbi ʒ i *ß*. Opii ℈ i. Vitell. Ov. Crud. N°. i. Ms. Agitentur diutiſſime in Mortario plumbeo & fiat Linimentum.

℞ Axung. Verris ℥ iv. Minii ℥ iv. Mercurii crudi ℥ *ß*. Mercurius cum Axungia ſedulo ſubactus extinguatur, addatur Minium & fiat Linimentum in graviſſimo caſu uſurpandum.

Sacculus, plenus radicum Scrofulariæ majoris & Chelidon. minoris aſſutus Femoralibus, ad regionem Ani continuo geſtetur, & octavo die renovetur.

Chirurgica Auxilia.

Phlebotomiæ frequentem uſum, ſicut & Hirudinum applicationem in Domino excuſat continuus Hæmorrhoidum fluxus, cujus ſtatum Medicis præſentibus exquiſite notandum ſupra monuimus.

Pyroticis autem nihil præſtantius, nihil quod Regi magis ſit neceſſarium, cum ad Catarrhi, tum ad Arthritidis materiam divertendam, tum ad magnos Morbos præcavendos. Meminerit Dominus nunquam (vel ſaltem leviter) ipſi moleſtam fuiſſe Arthritidem, quamdiu Brachii ulterius Tubercula ad Suppurationem ſubinde deducta ulcera fecerunt, à quibus occluſis Fluxionibus in Humeros & Brachia, & Juncturarum doloribus maximè fuit obnoxius. Utrique Brachio ea inuri velim inter Bicipitem & Deltoeiden Muſculos.

De pertimiſcendis Morbis (quem tamen Timorem nobis potius ſollicitudo incutit quam præſens ullum Periculum) adſcriptæ ullæ Cautelæ nequid in hoc noſtro Conſilio deſideretur.

Hydropem præcavebunt Remedia ad Hepatis Obſtructionem & Icterum præſcripta, atque datis Diarrhœæ frænis viſceris tonus conſervabitur.

Scorbutici ſi quid appareat ad Cochleariam utramque Naſturcium aquaticum, & Beccabungam confugiendum, quæ in Cereviſia Juſculis, Syrupo conſerva exhibeantur.

Neque omittenda Chalybeata; in primis, Lymatura Chalybis ſine Igne & Aceto in tenuiſſimum reducta Pollinem, quæ Remedia, omne ferent Punctum, in partium naturalium Curatione.

De Ulcere Renum & διαφθορᾷ Pulmonum.

Nihil quippe conſequentes affectus ſublatis prioribus radicibus non ſunt metuendi.

Ad Syncopen facient Aqua Capitis Cervini deſcriptionis meæ, Aqua cœleſtis, imperialis, Mariæ Liquor Ambræ & Moſchi, cum optimo Vini, Corticum Citri & Meliſſæ Spiritu per Infuſionem & Percolationem præparatus; Vinum generoſum, quæ è Cochleari Faucibus ingerantur, parcè tamen, quippe Domini fervida Viſcera calidiorum uſu inſigniter læduntur. Recurrant in Memoriam Aphtæ Roſtonienſes quæ uſui Aquæ Cynamomi quum in diverſorio Animo defeciſſet E. M. profuſius forſan exhibitæ ſucceſſerunt.

In Subitaneo caſu, ut Apoplexia vel Catarrho præfocante, Clyſter acrior, ex decocto Cephalico, Hiera Pachii vel etiam Logadii, Melle Anthoſato & Infuſione Croci Metallorum injiciatur, & ſi Opus fuerit bis terve iteretur.

Vomitorium. Ex ℥ ii. Infuſione Croci Metallor. cum ℥ i. Oxymel. ſimplicis vel etiam Scyllitici.

Purgatio cum ℈ ii. Pilul. Coch. Min. in Aqua Pæoniæ diſſolut. additis aliquod guttis Spiritus Vitrioli.

Frictiones Aſperæ partium inferiorum.

Cucurbitulæ Scapulis cum multa Flamma & profunda Scarificatione.

Veſicatoria magna applicentur Inio pone Aures, Brachiis, & Veſicæ ſublata Epidermide, diu aperta teneantur appoſitis Braſſicæ vel Betæ Foliis ad Ignem tabefactis.

Butyro illitis vel Oleo.

Radatur Caput, & ſuperponantur Stuppæ calentes plenæ Fumo Succini, Caſtorei, Styracis, Calamitæ, Baccarum Juniperi.

Ungatur Spina multum fricando Balſamo Catellorum & Oleis de Succino & Caſtoreo, addito optimo Spiritu Vini.

Dentur per Os Aqua Antiepileptica Langii, Antiapoplectica Quercetani cum Spiritu Vitrioli Antiepileptico Spiritus Caſtorei. Extremis Morbis, extrema Remedia.

De Sanguinis Miſſione, nihil ſtatuo, quam Apoplexiæ (niſi ea Sanguinea ſit) noxiam credo. Hæmorrhoidum Suppreſſio longa, hoc generoſum, anceps tamen poſſet forſan ſuadere Præſidium.

Ad Febrem purpuream.

Graſſatur hoc Anno 1624. (præter conſuetam Cœli in Septentrionali iſto tractu conſtitutionem flagrante periculoſiſſima iſta Febris, non tam contagioſa quam ob univerſalis Cauſæ Diſpoſitionem communis, multas in eadem domo corripiens, & pleroſque jugulans, Malignitatis pleniſſima quæ ab inſigni Exuſtorum Humorum Putredine orta ebullientis in majoribus Venis Sanguinis feralem Fermentationem Comitem habet, percellitur Cor, languent Spiritus, & Vis ὀφυγμικῆ intercidit debiliſſimè ſaliente Pulſu.

Unicum hic eſt ut primis Diebus Eventilatione interni incendii ſiſtatur Ebullitio, & Cordi per Phlebotomiam, ſi omnia conſentiant procuretur Refrigerium. Id vero in E. M. non ſine Cautela, parcius ſi pro more fluant Hæmorrhoides, uberius ſi ſalutaris Fluxus multis ante Diebus ſubſtiterit.

Deinceps dentur Antidota. Lap. Bezoar. Radix Contrayerva, Pulvis rubeus Pannonicus, Bolus Bezahardicus, Diaſcordium Fracaſtorei.

Diaſcordium magiſtrale meum, Antidotus Saxonica viperina, Electuarium de Ovo, Diaphoretic. Antimon. Aqua Theriacalis, Aqua de Cordibus mea, repetenda Cardiaca, pro eorum effectu, & ægri diſpoſitione ad oblata.

Provocandus Somnus Syrupo de Papavere, frontali.

Refrigerandum, & corrigenda Putredo, Ptyſana vulgari, Emulſionibus, Julepis, Juſculis alteratis acidis Oxalide, Oxytriphyllo, ſucco Citri, Limonum, Spiritu Vitrioli, Sulphuris, Salis.

In iis etiam utiliter diſſolventur Cryſtalli Oxalidis & Oxytriphylli.

Lapidi Brunellæ ad complendam iſtam intentionem nihil eſt ſecundum.

Clyſter refrigerans & leniens ſit admodum frequens.

Revellendum à Corde & Cerebro, Cucurbitulis, Veſicatoriis, Columbis diſſectis applicitis Plantis Pedum.

Hæmorrhoides ſi ſubſiſtant, poterunt aperiri, præſertim ſi Caput infeſtetur.

Venæ ſub Lingua aperiendæ in Delirio & Brunellana.

Cor muniendum. Epithemat. ſolid. ex Meliſſa Cortice Citri, Thymo citrato Theriaca. Conſ. Alkerm. & Pulveribus cordialibus, addito Aceto.

Oleum Scorpionum, Matthioli Pulſibus illitum eſt efficax Remedium.

Penitus extincta malignitate, apparentibus ſignis Coctionis in Urinis, purgandum benedictis, vix ac ne vix quidem ante decimum quartum Diem.

Orandus Rex ut Medicis quam primum poſt ipſum Morbi inſultum ſe committat, alias Occaſio calva ut in D. Duce de Lenox nuperrimé.

Ad Venena.

In omnibus aſſumptis Venenis neceſſarius Vomitus ſine Dilatione, qui vel pinguibus, vel infuſo Stibii, vel Vitriolo albo in quovis Liquore ad ʒ i. diſſoluto provocetur.

Acria, ſeptica (qualia ſunt Arſenicum & Mercurius ſublimatus) poſt Vomitum, Lactis, Oleive communis, vel Emulſionis Amygdalarum dulcium largum Potum requirunt.

Cryſtallus, præparatus eſt Mercurii Sublimati Antidotum.

Cætera omnia, quæ vel ex Animalibus, vel ex Plantis deſumi poſſunt Venena, certo ſuperabunt.

Antidotus Saxonica vera: Eadem Viperina ex Pulveris Saxonici, & Cordium, atque Jecinorum Viperinorum ejuſdemque Feræ Carne æquis partibus, cum Melle Theriacali concinnata.

Oleum Scorpionum Matthioli, intus & extra uſurpatum.

Plura conquirere curioſum eſt, & ſine Utilitate laborioſum.

Iſta ſunt (Viri Excellentiſſimi) quæ Trutinæ veſtræ expendenda, Judicio ſeligenda, atque in rem præſentem depromenda, Prudentia dirigenda relinquuntur.

tur. Operæ pretium fuerit, Regiam Majeſtatem, de ſolido circa ipſius Conſervationem, inter nos capto Conſilio, & de Remediis poſt tertias, & quartas Cogitationes, communibus Suffragiis à nobis ſcripto conſignatis, certiorem fieri, Arctioris vero Conſilii Proceribus, & Cubiculariis inſinuari, Regios Medicos munere ſuo plene, & ſine ulla Exceptione defunctos eſſe; atque unum hoc reſtare, ut Precibus, votiſque potius, quam rationibus (quarum Dominus in Sanitatis diſpendium, ex acutiſſimi ingenii penu ſibi ſerit Myriadas) ab ipſo in poſterum majorem valetudinis curam, de Arte Medica digniorem Opinionem, & Medicarum præceptionum pleniorem Fidei obſervationem extorqueant. Interim Remediorum neceſſitatem avertat omnipotens Deus, Regi optimo Neſtoreos Annos indulgeat; voſque omnes, & ſingulos diu ſervet incolumes.

Datum *Londini* Die 20 *Auguſti*, 1624.

Tbe. Mayern, Regis Medicus primarius.
He. Atkins.
J. Chambers.
Jo. Craig.
Mattheus Liſterus.
David Betthun.

Monſieur *Hendelot* de Laingres le Conſeil m'eſt demande par Monſieur *Monginot* Medecin du Roy demeurant a *Paris*. 13 Decemb. 1625.

A profuſo Sanguinis à Liene in Ventriculum effuſi Vomitu, Hydrops incipiens.

ÆGER eſt Annorum 37. Valde iracundus.

Sanguine abundat. Melancholicus.

Duobus abhinc Annis, quotidiè per Annum integrum immiſſo in Fauces digito Matutinum Pituita Vomitum provocavit cum ἐυφορία, Fluxio perenniæ à Capite in Pectus ipſum ad hocce Remedii genus adegit ex Amicorum Conſilio.

23 *Auguſti*, 1624. irritato pro more Vomitu, evomuit dimidium Sanguinis Cyathum, & per quinque Horas manifeſtè ſenſit Apertionem forſan hiantis, forſan ruptæ Venæ quæ Sanguinem fundebat in Inteſtina, & in Thoracem (vicinia partium dereptus, potius in Ventriculum) cum crebro & magno Animi deliquio. Poſt Horam vomuit quinque libras Sanguinis cum Animi defectu. Miſſus tunc Sanguis frigidæ hauſtum ſumpſit, ceſſavit Vomitus, & poſt triduum ad conſueta rediit Munia, & deinceps per Annum vixit immunis ab hoc Symptomate.

1625. 8 *Septembris*, Horis duabus à Prandio Syncope, cum profuſiſſimo Cudore vomuit. Sanguinis circiter ℔ viii. tum data Remedia omiſſa frigidæ exhibitio.

Elapſis Diebus quinque eâdem Hora Diei iterum vomuit tres magnas Sanguinis Pelves, circiter ℔ xii. cum Gummis & Fruſtis inſtar Manus, fœtidiſſimis.

In hoc Agone creberrimum Animi deliquium, cum Convulſionibus, quæ Morte præ foribus exiſtente duraverunt per Horas *xii*. Profuerunt frigidæ in faciem Projectio, Aquarum Cynamomi & imperialis exhibitio. Immediatè ſucceſſit violentiſſimus Vomitus, cum incredibili Conatu, & excrevit æger circiter ℔ i. Humoris flavi, & viridi, amariſſimi, & ſupra Fidem fœtidi, ſine ullo Sanguine, quem Humorem ex Lienis fundo procedere ſenſit.

Ab iſto Vomitu per Dies *xxi*. Vigiliæ, horrenda ἀποσιτία Animi deliquia crebra & Convulſiones ad ſingulas Horæ quadrantes, illæſis facultatibus Animæ principibus. Succeſſit hiſce Symptomatis Horis quinque ante Novilunium Diarrhæa, & Lienteria, Noctu fluente Alvo ad 50. aut 60. Vices. Ipſo Novilunii momento, Oculorum obſcuritas, totius Oris & partium omnium in eo contentarum Nigredo inſtar Atramenti, Oris Contorſio, Dentium Clauſura, ita ut vi Os diducere coacti fuerint aſſiſtentes.

Poſtridie Novilunii cœpit Cibum deguſtare, & paulatim ad ſe rediit, ita ut nunc, & opetat & comedat Delectatione & bibat in 24 Horis Vini albi & Aquæ Decoctionis graminis an. ℔ i.

Nunc elapſo (à periculoſa Symptomatum ſuperius natatorum Syndrome) ſeptem Hebdomadarum ſpatio benè ſe habet, benè ſe dormit, quotidie egerit per Alvum fæces laudabiles, nullum evomuit Sanguinem. Raró per Nares ſtillat aliquid Cruoris.

Nunc tumet Venter cum Torminibus, uno ab hinc Menſe, indies augetur Tumor, Tormina Soli applicationi Linteorum calidorum cedunt. Nulla præterea Corporis pars tumida apparet.

Uſus eſt Clyſteribus, à quibus proſtratæ Vires, & increvit Abdominis tumor.

Non poteſt niſi ſupinus quieſcere, & vix valet in alterutrum Latus Corpus volvere.

Abhorret à Catharticis, à quibus metuit ne Vomitus excitetur, & priſtina Symptomata recurrant, præſertim Vomitus Sanguinis. Ad ſolam Catharticorum Mentionem Alvus ipſi fluit.

Excepto Ventris Tumore ſeipſum tam ſanum arbitratur quàm unquam antea.

Conſilium poſcit ad Tumorem quem à Flatibus eſſe credit, & ad præcavendum Sanguinis Vomitum.

Credit æger proceſſiſſe Morbum ab ingenti Animi mœrore ob ſiniſtra negotia. Sanguinem, cujus quantitas ad ℔ xvi. aſcendit à Liene profluxiſſe, quia naturaliter Hæmorrhoidibus eſt obnoxivæ, quæ licet tumeant, nunquam

quam tamen fluxerunt. Obſcurè explicat relatio Morbi, & dubium eſt num planè nunquam fluxerint, num quæ antea fluxerunt nunc ſint ſuppreſſæ.

Non poteſt abſtinere à Vino, quo in ipſo Morbi Vigore, urente Febre, coactus fuit uti, quippe eo relicto in periculoſiſſimam incidit Diarrhæam, quæ vix ſiſti potuit.

Poſt Morbum, ad ſe redeunte natura,. abſceſſit à Pedibus, ad maleolos. uſque ἐπιδέρμως in variis Corporis partibus Pruritus, cum Scabie ſicca pauca.

Notandum quod poſt prædictos vomitus erat in regione Lienis cavitas, quæ Pugnum poterat admittere.

Medicorum Pariſienſium Conſilium Monginot. Arbaud. Brunier Fougerait.

Sanguis à Liene per Vas breve effuſus in Ventriculum, idque per ἀνοϛόμωσιν Hepate multum Sanguinis generante, & ſe in Lienem exonerante, qui Sanguis nullum habens per Hæmorrhoides ſæpe tumentes, nunquam fluentes, exitum, quâ data porta ruit.

Cauſæ mali, Temperamentum calidum, Sanguinis aduſti & Melancholici hæreditaria generatio.

Iracundia, Negotia. Vini meracioris Potus, Pereginatio. Violentiora Animi Pathemata. Mœror, Vomitus quotidiana per Annum integrum Provocatio.

Sanguinis extra propria Conceptacula effuſus concreſcit, putreſcit, fœtet, unde Cibi faſtidium, Syncope, Convulſio.

Febris ardens. Oris nigredo, horrendus Fœtor Humoris oleoſi flavi viridis quem Vomitu rejecit, injiciunt Suſpicionem abſceſſus in Liene, cum præſertim ex hauſto Hypochondrio ſiniſtro, poſt depoſitam ſarcinam, cujus locum manus potuit deprehendere, manifeſtum ſucceſſerit.

Ab ingenti Sanguinis profuſione, reſiccatum & refrigeratum Hepar, ſucceſſit ἀτονία Ventriculi. Lienis, Inteſtinorum, Venarum, & totius Corporis, cum Balſami radicalis Conſumptione. Inde Hydrops, Tympanites, in quo plurimis Flatibus aliquid Aquarum eſt permixtum.

Nondum clauſum eſt Orificium Vaſis brevis.

Venæ debiles ſunt, neque ſatis aptæ retinendo Sanguini ſeroſo, & acri, unde fit per Nares crebrum ſubſtillum.

Duo facienda. Siſtendus Vomitus Sanguinis ſi recurrat. 2. Inſtaurandum Corpus & reſtituenda partium Symmetria, curando Hydropem ventoſum & aquoſum.

Ad Vomitum ſiſtendum.

Tundantur Venæ utriuſque Brachii & Malleolorum ad ℥ i. pro vice, idque ſine Morâ aut Interpoſitione.

Cucurbitulæ Region. Hepat. Scapul. Oſſi ſacro, Frictiones, Ligaturæ.

Dentur ſucci Plantaginis ℥ vi. vel Bolus aſtringens.

Lintea imbuta Oxycrato addito Plantag. Succo applicentur Hepati, Lumbis, Teſticulis.

Si Sanguis concretus ſit in Stomacho detur Oxycratum. Applic. Hirudines Venis Hæmorrhoidalibus.

Poſt omnia Diacodium vel Laudani gran. iv.

Poſtquam ſubſtiterit Sanguis vacuum repleatur & inſtaurentur Vires victu laudabili.

Ad Vires, Calorem nativum, humidum radicale, & Spiritus inſtaurand. & reficiend.

Victus ratio, conſiſtens in debita ſex rerum non naturalium adminiſtratione.

Potus eſto Vinum rubellum dilutum decocto Raſur. Eboris Cornu Cervi Rad. Acetoſ. Santal. rub. parato in Aqua Chalybeata, aliquando cum Aqua ferrata cum decocto Graminis cum Tincturâ Roſarum extracta cum Spiritu ⊖li.

Parum bibat, ne ultra ℔ i. in 24 Horis.

Cibi boni ſucci, & coctu faciles ter indie exhibeantur. In parvâ quantitate ſingulis Vicibus.

Acidis ſuccis, & Herbis refrigerantibus Edulia condiantur.

Ad naſcentem Hydropem.

Per Dies *xv*. manè, Horis tribus ante Prandium ℥ i. Syrupi Corallorum cum ℥ iii. Tincturæ Roſarum. Per Dies *x*. in Ingreſſu lecti Horis *iv*. à Cœna detur ʒ *ß*. Perlarum præparatarum è Conſerva Roſarum.

Tertio quoque Die dum utetur Syrupo Corallorum Enema ex decocto Carminante, cum Electuar. lenitivo Antinephritic. Quercetani, vel benedicta Oleo Scorpionum, & Cryſtallo minerali:

His factis purgetur, data quotidie vel Diebus alternis ʒ *ß*. Rhabarbari ex aliquâ Conſerva, vel hauſta Aqua Rhab. per Dies *xii*. vel *xv*. bis in Die. ℞ Ptyſanæ ℔ iii. Rhab. ʒ i *ß*. Fiat Infuſio per biduum, mox levis Fervor, Colatura propinetur.

Huic poſtea addatur Syrup. Roſ. pallidarum, incipiendo à ʒ ii. & procedendo paulatim ad ℥ i. ſequatur Vinum Chalybeatum Hepaticum ſpleniticum.

Sexto quoque Die purgans ſpecificum, & nonnunquam Diaphoreticum Sudores movens. Diureticum neceſſarium.

Poſt Rhabarbari uſum affigantur Hirudines Ano.

Hæmorrhoides niſi tumeant provocentur Suppoſitorio ex Melle Aloe, Colocynthide vel Frictione cum Foliis Ficus.

Lac Vaccinum proximo Vere erit proficuum.

The. Mayern *Conſilium circa prædicta.*

LIEN Hepatis vicarium Viſcus Succo melancholico ſi turgeat, neque eum pro Naturæ Lege conficiat, & ſeroſa Excrementa (quæ plurima in iſta Concoctione ſecernuntur & per Arteriam Cœliacam in Aortam, inde in emulgentes naturaliter amandantur) deponat, tractu Temporis ſpongioſi Parenchymatis Conditione intumeſcit, invehitur præternaturalis Calor, à quo Putredo, quæ Succorum attenuatorum Fermentationem, & Ebullitionem parit. Tumultuatur in Venis & Arteriis Lienis, imo in ipſo Viſceris Corpore, ejuſque Subſtantia Sanguis, non amplius craſſus, torpidus, hebes, ſed fervidus, Fluxui aptus, acer, qui viam quærens, proximam capeſſit: Vas nempe breve, quod quotidie patet in Ventriculum vicinum, Sero acido appetitum excitaturo. Iſtud ut membranoſa Corpora ſolent, quantitatis impetu, & Caloris impulſu dilatatur, & ſic Sanguis quâ data porta ruens, ſemel inchoato Fluxu continuo Filo effunditur, ad ultimam uſque Guttam, niſi ſuccurreretur Prorupterus, ob Venarum univerſalem continuitatem. Eodem planè modo quo videmus per Tubum in acutum Angulum reflexum, Situlæ Aquæ plenæ immiſſum, præmiſſo levi Suctu, totam Aquam exhauriri. In iſto Fluxu duo maximè ſunt periculoſa; Excreti quantitas, cum quo effunduntur Spiritus, diſperditur nativus Calor, & Natura fatiſcit: Et Sanguinis in Stomacho Coagulatio, atque ipſius extra propria Conceptacula putreſcentis malignitas.

Syncopen Convulſiones & alia ſæviſſima Symptomata acceſſit. Hocce Mali genere conflictatos vidi plurimos. Melancholicos omnes, qui recurrente per aliquot etiam Annorum intervalla affectu, tandem Hydropici omnes mortui ſunt.

Motus principium facit ipſius Materiæ ὀργάσμος in pleriſque, in hoc ægro Vomitus quotidie provocati Violentia, Cataractæ apertionem acceleravit.

Inter cæteros, *N. Drumond* ter incidit in iſtum affectum, interpolatis Annis, & me curante reſtitutus eſt. Quarta vice ad alium convolavit Medicum. Hydropicus factus, ſæpiſſimè & ſatis ſtrenue purgatus fuit, & per duos Annos ſupervixit.

Hydropis ſpecies quæ tantæ Evacuationi ut plurimum immediatè ſuccedit, eſt Tympanites, quippe Natura non fert vacuum, & Sanguini ἀθρόος fluenti ſuccedunt Flatus, quibus generandis ſiccitas Viſcerum, & nativi Caloris debilitas Anſam ſubminiſtrant. Tractu verò temporis ſemper Aſcites ſuccedit, ob Hepatis Refrigerationem & ἀτονίαν, unde fit ut Sanguis aquoſus generetur in effœto viſceris Parenchymate.

A Flatu membranoſum Peritoneum & Inteſtina diſtendente Tormina. Dubitatur nunc abſceſſus ſive putridæ Bilis flavæ & æruginoſæ fœtidiſſimæ Collectio fuerit in Liene, num verò Sanguinis portio in Ventriculum effuſa per primum Vomitum, una cum Alimentis in ipſius fundo putruerit, cum præſertim Excrementitii iſti Succi vitellini & praſſivi in Stomacho ſoleant gigni. At ſenſit in iſto conatu manifeſtam Attractionem à Liene. Forſan & aliquid inde manavit, ſi non totum. Sed cur nihil rejectum Sanguinis? An amaro & acido ac pontico Succo occluſum Os Vaſis brevis, & quaſi contractum, an αἷμα φοβούμενον ab iſto Veneno fugiens ad ſua rediit tunc temporis Principia?

Prognoſticon. Ex Aſcite tandem Confirmato verendum ne irritis omnibus Remediis æger iſte (quod longiſſimum erit) Verno Tempore pereat.

Quoniam tamen ſæpiſſimè Natura præter Spem reſurgit, & ipſa ſibi ad Morborum graviſſimorum Curationem vias molitur, producitque effectus; in ægro juvene, Auxilio flagitante, ſatius eſt anceps, imo noſtro etiam judicio inutile futurum Remedium experiri, quam nullum.

Agenda.

Præcavendus Sanguinis Vomitus.

Si recurrat, omni Arte quam primum ſiſtendus eſt.

Hydropi conſulendum, per cauſarum Remotionem Ventriculus Hepar, Lien, Inteſtina confirmanda, & partibus languidis reddendus Tonus.

Sanguinis maſſa rectificanda per ſeparationem ſuperflui Seri, ejuſque Acrimonia dulcoranda ſublato Aculeo Expultricem irritante.

De Purgatione.

Hiſce Intentionibus ad optatum Finem perducendis pernecesſaria eſt puri ab impuro Separatio, & Excrementitiorum Humorum Sanguinem corrumpentium Expurgatio. Abhorret à Catharticis æger, & ad ipſorum Nomen nauſeat, timetque Vaſis novam Anaſtomoſin, neque immerito. Medici Rhabarbarum ſuadent, utpote Hepati Amicum, & aſtrictione proficuum, additis benignis Hydragogis, ad Evacuationem Seri.

Equidem arbitror ſi Ichor per Venarum Tubos fluctuans, Sanguinem diluens, ejuſque Fibras corrumpens Medicamentis etiam validiuſculis (ſervata tamen Virium cautione) educatur fore ut nullum ſit apertionis Vaſis Periculum. At iſta præſertim quæ Diacrydium recipiunt debilitant Hepar.

℞ Præparetur Ritæ Scammonium, & in debita Doſi exhibeatur, Idoneis intervallis. Hepar poſt Evacuationes inſigniter confirmetur. Atque illud recurrat in Mentem quod nihil in Medicina plurimum prodeſt (quoad Cathartica) quod aliquantulum non noceat. Medici periti eſt noxam inevitabilem emendare, quùm præſertim maturè facta opus eſt in Morbo qui non dat inducias.

Drumond Aſciticus quarto quoque Die, vel ad ſummum ſexto fœliciter purgabatur Pulvere Cornacchiay ſeu potius Dublæi ex Scammonii per 🜍is nidorem præparati granis x. Diaphoretici vulgaris ♁ ter uſti granis viii. & Cremoris 🜿 ℈ i. Detumuit, & ut ante dixi ad biennium Vitam protaxit, tandem tamen diſtento ad ſummum Ventre mortuus eſt ex Hydrope.

At hic æger Diarrhœæ eſt obnoxius & metuenda ὑπερκάθαρσις. Fluida nimis eſt Alvus ob copiam Seri, quo ſi paulatim Venæ exhauriantur, alternatim exhibitis Catharticis & corroborantibus ſiccèſcet Alvus, & liquida fundere deſinet.

Ad Vomitus Sanguinis Præcautionem.

Serum divertatur per Alvum, per Urinas, per Sudores, licet habitus Via ſatis ſit importuna.

Videndum quò Natura vergat, eòque ducendum.

Ultimum ſit Sudoris provocatio? fiat Revulſio & evacutio Sanguinis melancholici per Hirudines Hæmorrhoidibus affixas: Aliàs parca ſit Phlebotomia ad Præcautionem, ratione Hydropis.

Retentrix in Hepate & Liene confirmetur, cujus vitio Natura ſemel commotum Sanguinem ſinit elabi.

Ventriculo per leviter Aſtringentia corroborato, Vas breve non erit adeo aptum ad Apertionem.

Quoad Victûs rationem nihil in Conſilio Medicorum immutandum cenſeo. Vinum tantum diluatur Aquæ Ciſternæ, Decoctionis Battituræ Ferri præparatæ, quæ utique & Hæmorrhagiæ & Diarrhææ proderit.

Per Alvum vacuantia ſive admiſſa, ſive aſſumpta.

Enema frequens ex decocto Abſynthii Roſarum rub. Baccar. Lauri & Juniperi Lign. Saſafras Cortic. Arantior. addito Vino Hyacynthino ad ℥ ii. iii. iv. ſive ullo alio Cathartico & Melle ex profeſſo parato cum Cumino, Aniſo, Fœnicul. Semin. Angelic. Bacc. Juniper. Guajaco, *&c.* Lavendula coſto hortenſ. Agerato. Torminibus vigentibus add. Malvaticum Caſtoreum, & pro Flatibus aliquid Olei ſtillatitii Cumini & Ligni Saſafras.

Conſerva Roſarum Damaſcenarum Muſcatellinarum cum gr. iii. iv. v. Reſinæ Scammon. per $\overset{s}{\text{v}}$ præparatæ præcipitando.

Syrupus Roſarum pallidarum cum eadem Reſina, inſtillatis Guttis aliquot Olei 🜍is vel ⊖, Marini vel Spiritus ⦶, cujus fœtor relicto diu vaſe aperto exhalarit.

Scammon. Reſina diſſoluta in ſapa Cydoniorum.

Diacydonites lucidum laxativum in parva quantitate Cremoris Tartari ʒ i. vel ℈ ii. Reſinæ Scammon. gran. iv. v. vi. Olei Cynam. gutt. ii. propin. ex Vino albo.

Calomel. gran. xii. xv. xx. cum granis iv. v. vi. ejuſdem Reſinæ è Pulpa Pomi, additò Saccharo.

Si validiora poſtulet Hydrops, & Vires ſinant, dabitur Cornacchini Pulvis.

Vel Pilularum Diacambou grana xiii. xv. xx. Satius tamen eſt infra ſubſiſtere.

Elaterium non placet, quippe calfacit, exſiccat & ſitim inexhauſtam in pleriſque parit.

Datur tamen utiliter plurimis in Aſcite ad gran. i. vel gran. i ß. aut gran. ii. ad ſummum cum ℈ i. Aggregativarum, ſed quoniam præter alias noxas etiam ſæpe Vomitum exeitat, hic videtur omittendum.

Rhabarbarum potius ut roborans, quam ut purgans uſurpandum. Sumatur in ſubſtantiâ, maſticetur, & deglutiatur immediatè ante Cibum ad ℈ i. vel ʒ ß. præſertim torrefactum, ſuperhauſto Vini Abſynthitis momento, vel deglutiatur è Conſerva Menthæ, Meliſſæ, Roſarum rubearum.

Mercurii ſuperius facta mentio Calomelanici, quo nihil eſt præſtantius ad Hydropem, &

excluſionem Humorum flavorum & viridium Putrium de quibus in relatione ægri.

Per Urinas ducentia.

Lapis Brunellæ frequenter exhibeatur, qui ut gratior ſit cum Ana Sacchari cand. coaguletur & ſucco Ceraſorum nigrorum, vel Tinctura Santali rubri per Vini Spiritum extracta tingatur; admiſceatur diſſolutione ⊖i hac Tinctura, & fiat ut Artis eſt, per Exhalationem cryſtallizatio. Detur ʒ i. è Ptyſana facta cum Aq. Hyperici Agrimon. Cichorii Liquor vinoſus ex baccis Juniperi manè hauſtus.

Paſſulatum vinoſum cum iiſdem Baccis Juniperi per Fermentationem præparatum, addito Ligni Saſafras Radic. Anonidis & Santali & fruct. Alkek.

Hydromel Diureticum, addito Nitro. Capiat bis in die.

Liquor ex Raphano vulg. & Ruſticano cum Sacchar. cand.

Succus Cancrorum fluviatilium.

Succus ex Ovis Formicarum expreſſus cum Aquâ Diureticâ, Saccharo dulcoratus.

Antiſcorbutici Succi. Raphani ruſticani Cochleariæ utriuſque Naſturcii agnatici Berulæ Beccabungæ. Trifolii paluſtris, &c.

NB. Aquæ vitriolatæ & ferruminoſæ perutiles, ſi cum Saccharo bibantur per Urinæ vias, ſi cum Sale per Alvum tranſeunt.

Vinum album tenue prægnans Salibus Alkali Abſynthii. Juniperi, Geniſtæ, Filicis Fœminar, & ſimilibus, ex quorum Cineribus ad ſummam Albedinem calcinatis, fiat Lixivium Aromatizandum Ligno Saſafras, infuſioni addito, & Saccharo dulcorandum.

Liquor Vini æmulus cum Vino albo Ol. ♀ & ⊖li, ex quo cum Lyn. & Saccharo Hypocraticum.

Tartarus vitriolatus, &c.

In Morbis longis varietate Remediorum opus eſt, ut Mutatione illecta Natura cum profectu & utilitate Dolo bono fallatur, & ipſi ægro ad recoctam Crambem nauſeanti fiat ſatis.

Hepar corroborantia.

Coralli Syrupus, Magiſterium, Tinctura in primis per acidum quercus extracta Lac.

Santalorum omnium frequens uſus, & ex iis cum Roſis, Spodio, Cornu Cervi ad Albedinem uſto. Corallis Margaritis, & Rhabarbaro torrefacto, addito Croco Martis Corallino Tabellæ.

Mars optime præparatus, non plane aperiens ſed ad aſtringentem qualitatem Uſtione penè deductus.

Anima Hepatis Crocus Martis Saccharinus.

Saccharum ſive Vitriolum Martis ex quo formentut tales Pilulæ. ℞ Pulveris electuaria tria Santali triplicato Rheo ʒ ii. Diambræ ʒ i. Magiſterii Perlarum & Corallorum dulcis an. ℈ iv. Cornu Cervi uſti ad Albedinem Spodii ex Ebore an. ʒ ii ß. Rhabarbari torrefacti ℈ vi. Tinctura Corallorum ʒ ii ß. Ms. Et cum extracta Abſynthii Pontici & Hypericonis totius, fiat Maſſa Pilularum,

lularum, cui addantur Guttæ paucæ Olei Cynamomi; ad ſingulos hujus Maſſæ Scrupulos addantur Sacchari Martis grana quinque pro una Doſi, exhib. per Dies *xx. xxx xl.* ſuperhauſto pauco Vino Abſynthite.

Si dum hiſce utetur Purgatione opus ſit (ut erit) Aloe diſſolvatur in Succ. Roſ. Rub. & Abſynth. pont. & coaguletur. ℞ hujus Extracti ſolidiuſculi Rhab. & Maſtiches an. fiat Maſſa. Doſis à ℈ i. ad ʒ ß.

Sed ante ♂is exhibitionem Corpus vacuetur Hydragogis præſcriptis, & deinceps etiam quoties opus fuerit.

Vinum Chalybeatum licet bonum ſit, tamen ob ingratum Saporem Ventriculo forſan obfuturum eſt. Ferri ſit in omnibus uſus in Potu. In Juſculis. Electuarium de Squama Ferri. Syrupus de Scoria ferri Hepaticus & Spleniticus.

NB. ♂ præterquam quod aperit potenter Obſtructiones, & Viſcera naturalia inſigniter corroborat, Humoris Atri Malignitatem, domat, & temperat Acrimoniam, quæ hic in primis requiruntur.

Lieni neceſſaria.

Quæcunque Hepati proderunt præſertim Martialia, proderunt etiam & Lieni, & Ventriculo, ejuſque appendicibus inteſtinis. Itaque ex Hepatis Capite petantur.

At notandum Lienem torpidum eſſe, & ſui officii immemorem vivere, itaque ut Sanguinis fæcem atram concoquat, & ſeſe à ſuperfluitatibus per convenientes ductus exoneret excitandus eſt ipſius languidus Calor. Frictione partis longa, quotidiana quæ fiet vel Linteo, vel ſaltem Manu calefacta. Agitatione blanda Hypochondrii, Fotu Emplaſtro. Vide de Cucurbitula.

Sanguinis Maſſa rectificabitur, peccans copiâ, Sero, Sale.

Per prædicta omnia.

Per Aquarum mineralium quæ habeant ⊕. ⦶ ♂ Potum.

Dulcorabitur per Corallum, Perlar. Ocul. Cancr. Chelas Cancror. majorum reduct. in Alkool. per Salem ♀ per Crocum ♂is Saccharinum.

Atque hiſce generoſis Remediis, ſi ſit curabilis præſens curabitur Hydrops.

De Lactis exhibitione nihil habeo dicendum, quam potius noxiam niſi plane reſtituto Corpore quàm proficuum Autumno.

Topica Ventri appoſita parum adferent utilitatis, nihilominus Emplaſtrum de Baccis Lauri cum 🜍 & ⦶ Cumino, Saſafras & Ol. Spicæ non erit noxium.

Recurrente Vomitu Sanguinis.

Phlebotomia parca ad ℥ i. vel ii. ex Brachiis, Malleolis, Ano, uno eodemque tempore.

Frictiones, Ligaturæ extremitatum.

Cucurbitula Lieni præſertim, nec non etiam Hepati Applicatio, Oxycrati ex Succis aſtringentibus & Aq. Spermat. Ran.

Aceto & Nitro ad Lumbos, Hepar, Teſticulos.

Exhibitio talis. ℞ Aq. Spermatis Ranarum & Roſarum an. ℥ iv. Succ. depur. Plantaginis, Portulac. Lamii Flore albo an. ℥ iii. Phlegmatis aluminis ℥ ii. Syrupi Corallorum & de Symphyto an. ℥ i ß. Spiritus Vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem. Ms. propinentur boni haſtus frigidè.

Tinctura Roſarum extracta in Aq. Plantag. Centinod. ſemperviv. major. Spermat. Ranarum, addatur Tinctura Corallorum.

Lapis Brunellæ in iiſdem Aquis diſſolutus propinetur.

Poſſetum ex Alumine, addita pauca Mentha.

Mentha ad omnem Vomitum facit, ideoque operæ prætium fuerit ejus Decoctum, Extractum, Tincturam vel Spiritum cæteris omnibus in parvâ quantitate admiſcere.

Vinum Decoctionis Hypericonis ex Rhazi ad omnem Sanguinis Vomitum compeſcendum facit.

His non proficientibus.

Laudani grana iii. vel iv. dentur cum ℈ i. Croci Martis Corallini.

Philonium perſicum.

℞ Acaciæ, Seminis, (vel potius Antheæ) Roſar. rubrar. Balauſtior. Gummi Arabici Terræ ſigillatæ Opii præparat. an. partes æquales. Fiat Maſſa cum Syrupo Myrthino. Doſis ʒ i. quæ ſi triplum Syrupi ſumatur, ad reliqua non habet ultra gran. ii ß. Opii, quæ eſt innoxia quantitas.

Micleta cum Aqua Menthæ, Portulacæ, Meliſſophylli. Eſt commune Medicamentum ad omnes Vomitus ſpecies.

Mixtura excellens ad Fluxus omnes Sanguineos *Mayern*. ℞ Gummi Arabici ℥ i. ʒ x. Gummi Tragacant. In Aq. Plantag. Roſ. Sperm. Ran. diſſolut. in conſiſtent. ſatis liquidam ʒ iv. Acaciæ hypocytid. an. ʒ i ß. Penidiorum recentium Syrupi de Symphyto & ex ſucco Plantaginis an. ℥ iv. Croci Martis Corallini ℥ ii. Succ. depur. Berberis granat. Acetoſell. Sylveſtr. an. ℥ i. Ms. Exhibeatur ter quaterve in Die longè à Cibo Cochleare unum. Potentius erit Remedium ſi addideris Tincturam Corall. rub. ʒ ʌi. Tincturæ Radic. Biſtortæ & Tormentillæ Tincturæ Cynamomi craſſioris an. ℥ i.

Dat. *Londini*, 13 *Decemb.* 1625.

Conſilium pro Dom. Phœbe Challoner.

Generoſæ huic Dominæ quæ affectus Melancholicus, calida Viſcerum naturalium intemperies, pertinax Meſenterii, Hepatis, Lienis Obſtructio, Ventriculi imbecillitas à Cruditate, Uteri à refractario Fluore albo ἀτονία, Cordis & Cerebri in Conſenſum Tractorum labefactatio.

Mentis ipſius Angor & Moleſtia, Corporis olivi ſucculenti & boni habitus extenuatio, virium denique Proſtratio multis ab hinc Annis fatigant. Quæ Remediorum in tanta Symptomatum Complicatione neceſſariorum Seriem averſatur & ſtare loco neſcio, Deſultorias ſaltem aggreditur Curationes: Huic inquam nullum præſentius, nullum efficacius præſidium in præſentiarum aſſignare poſſum Aquarum mineralium Potu, quæ per Ferri Fodinas fluentes prope Pagum *Wellemburg* in Comitatu *Northamptoniæ* ſcaturiunt.

Sperandum quippe fore, ut univerſali iſto everriculo, maxima pars indicationum quæ abſolutæ debentur Curationi adimpleatur. Nequaquam autem perſuaſum habeat Domina, levioris momenti rem eſſe fontes adire medicatos, & magnam Aquæ copiam Viſceribus ingerere, quæ ut ſecundum artis Regulas obſervatis cautionibus proficua eſt admodum, ſic perfunctorie pota, plurimum etiam irrecuperabilis noxæ invehere poteſt. Monitam itaque cupio Generoſam ægram, ut niſi ſerena & ſicca, conſtanſque in iſtis qualitatibus fuerit Anni Tempeſtas, Aeriſque ſuda Conſtitutio, niſi fixum ipſi ſit animo optimam obobſervare victus Legem, diluculo ſurgere, Aquam quotidie ut mox dicetur bibere, Corpus à Potu exercere, uno Verbo ad Unguem Conſilium vel meum, vel præſentis Medici ſequi, ab uſu generoſi iſtius Remedii plane abſtineat, neque ſatagat importuno & umbratili ſaltem Obſequio infamare Præſidium quod ipſi alias poteſt eſſe Saluti. His præmiſſis poſtquam fœliciter ad Fontes Domina pervenerit, Operæ pretium fuerit ante omnia Ventriculum blando Medicamine repurgare. Novi quantum ipſa ſit averſa à purgantibus, quæ vel levia ipſius Corpus valde exagitant. Innoxia tamen erunt Pilulæ ſequentes.

Pilulæ Maſſæ Pilul. Stomachicar. cum Gummis & Macri Magiſtralium an. ʒ ii. Aloes roſatæ ℥ ß. Ms. & cum extracto Sennæ liquidiuſculo fiat Maſſa, de qua capiat ʒ ß. Manè ſuperhauſto Juſculo, dilato ad duas horas Prandio. Pro iſtius quantitatis Effectu forſitan Corpus ſemel ſaltem purgare ſufficiet. Quod ſi Doſis iteranda videatur ex præſentis Medici Conſilio, interpoſito uno Die dentur ejuſdem Maſſæ ℈ ii.

Poſtridie vel perendie Purgationis mane Hora ſeptima ad ſummum adeat Fontem, atque ex ipſo primo Die hauriat Aquæ Cyathos quatuor, quorum ſinguli capiant Uncias octo. Poſt ſingulos hauſtus comedat aliquid Seminum Fœniculi dulcis, vel Aniſi, Conditorum, & deambulet. Inde Domum revertatur, & ſi Ventriculus gravatus ſit Aquæ pondere, vel lædatur frigiditate, foveatur calentibus Linteis. Quoniam autem Renes & Vaſa Uterum petentia everrere eſt perneceſſarium, Hora antequam Fontes petat i. ſexta, deglutiat Drachmam Pilularum ſequentium, idque per octiduum ſaltem.

2 Terebinth. Cypriæ, Coctura in Aquis Roſar. & Plantag. induratæ & Pulver. ℥ ß. Pulveris ſubtiliſſ. Glycyrrh. ʒ i. Pulveris Rad. Petroſ. & Cynaræ, an. ℈ ii. gran. v. Oſſium Meſpilor. ʒ ß. Pulvis excipiatur ſ. q. Therebint. Venetæ, & fiat Maſſa,

ex cujus ʒ i. formentur Pilulæ ſex devorandæ.

Secundo, tertio, quarto, quinto Die procedat Domina in Aquarum Potu ut ſupra, quotidie duos Cyathos prioribus addendo, ſicque paulatim augeat Aquæ quantitatem ad eum uſque Terminum, qui cum facili Ventriculi tolerantia conveniat, & poſt ternum quemque Cyathum aliquamdiu quieſcat & obambulet. Ea tamen lege ut intra horam unam totum id quod bibitura eſt Aquæ hauriat. In hac quantitate Ventriculo quæ non ſit Oneri, perſeveret per Dies viginti ad minus, mox ſenſim minuendo per Dies quinque ad eam unde inceperit quantitatem regrediatur. In Cyathis ejuſdem Capacitatis, (nempe unciarum octo vel circiter) Urinas reddat, quarum quantitatem potuit, quæ reſpondere debet, ſedulo obſervet, & coloris in flavum mutationem expectet. Antequam Prandeat, forſitan primis Diebus ſegnius per Urinæ vias deſcendet Liquor, donec venoſum genus Sero turgeat; id ſi per tres quatuorve Dies ſaltem contingat nihil inde Periculi, ſi diutius perſeveret cum Corporis & Capitis præſertim gravitate, purgandum; denuò & Aquis erit valedicendum. Promovet expulſionem Aquarum expulſionem per Veſicam Vinum album ad duo, vel tria Cochlearia primis Cyathis additum. Item Syrupus de Althea, Saccharum, Spero tum fore ut reſeratis per Terebinthinam hiſce viis, nullo ulteriori opus ſit Vehiculo; credibile eſt lubricam admodum naturaliter in hoc Subjecto ſatis fluxuram Alvum. Aliquando ad eluendam Meſenterii Sentinam, quæ nova, ſubinde congerie hic turget ℈ i. Pilularum Catharticarum Veſperi ante Cœnam Craſtinæ Aquæ potandæ vias utiliter aperit. Pro re nata in Arena erit capiendum Conſilium. Aquarum uſum niſi ſatis ſuperque repurgatum fuerit, Corpus claudat aſſumptio Pilularum præſcriptarum Catharticarum, vel Ptyſanæ laxantis ex Senna, Caſſia, Manna & Tamarindis, qua nullum fœlicius in delicato iſto Corpuſculo Medicamentum eſſe, ſæpius expertus ſum.

Quod ad Diætam attinet, Domina veſcatur Cibis boni Succi & Coctu facilibus, Carnibus ut plurimum aſſatis, liberatius prandeat, parce cœnet. Abſtineat ab omnibus Crudis & Craſſis: Leguminibus, Fructibus, Caſeo, Lacticiniis Piſtoriis operibus, Aromatibus, Cereviſiam defæcatam in Mapalibus ad Manum habere difficile credo. Potus cum magna ſit habenda ratio, ejus defectu bibat Vinum album tenue, Oligophorum, ipſa minerali Aqua optimè dilutum. Poſt ſingulos Paſtus capiat Hora dimidia Cochleare parvum Pulveris digeſtivi ſequentis.

℞ Sem. Aniſi & Fœnic. dulc. an. ℥ ß. Sem. Coriand. præparat. ʒ iii. Cruſtæ Panis albi in Succo Cidon. macerat. & ſiccat. ℥ i ß. Cortic. Citri & Arantior. Condit. ſiccor. an. ʒ v. Folior. Tenellor. Meliſſæ Condit. ſiccor. ʒ vi. Roſar. rubr. ʒ ii. Nucis Moſchat. ʒ i. Sacchari candi quadruplum Pondus omnium. Ms. Fiat Pulvis ſubtiliſſimus ſervandus in Pixide optimè clauſa loco ſicco. His uti obſervatis fieri nequit quin Aquæ minerales generoſæ Dominæ magno ſint futuræ Emolumento, quas ubi relinquet Uterus (de cujus humidiſſima intemperie, & excreto albo pluſquam par eſſet ſollicita eſt) Artibus ſequentibus ſiccabitur utique & priſtino quod fuit ante laborioſum partum robori Deo juvante reddetur.

Ex duabus partibus Radicis Tormentillæ, & una Lyſimachiæ purpureæ & Alchimillæ cum Aquis Roſarum & Plantag. Fiat extractum Mellagine ſpiſſius, quod cum duabus partibus Oſſium humanorum ad ſummam Albedinem calcinatorum, & una Succini albi præparati reducatur ad conſiſtentiam Pilularum, capiat ʒ i. quotidie mane ſuperhauſto Aquæ Plantagin. Lyſimach. Archangel. albæ momento. Si Pulverem malit ℞ Gummi ſancti ℥ *ſs.* Succini albi ℈ ii. Rad. Symph. major. Lilii albi an. ʒ i. Alchimil. Nepetæ, Sclareæ, Maſtiches, Olibani, ſolut. Perlarum, Sacchari Saturni, Santali albi an. ʒ *ſs.* Ms. Fiat Pulvis ſubtiliſſimus de quo capiat ʒ *ſs.* mane,& tantundem Horis tribus à Cœna levi, ſuperhauſta aliqua ex dictis Aquis. In altero iſtorum Remediorum perſeveret per duos, treſve Menſes continuos, abſtinendo ab omni Medicamento quamdiu Menſtrua fluent. Quoniam verò ab iſtis aſtringentibus durior forſitan Alvus ſollicitanda erit, id vel Enemate fiat, vel Pilula Stomachica pro Dominæ libitu. Injectiones mox deſcribendæ fiant in Uterum, Suffitus Tubo excipiatur, Inſeſſus adſtringens uſurpetur ſi opus fuerit. Emplaſtrum etiam Cæſaris, vel Comitiſſæ, addito Sacharo Saturni multo, & Oſſibus humanis optimè calcinatis ſupra Lumbos & Os Sacrum continuo geſtetur.

Ordo in Victu obſervetur. Violentia ne ſint exercitia, quæ Lumbos præſertim fatigent, imprimis verò peſſima Animi Pathemata, Ira & Mœror Cane Pejus & Angue fugiantur, alias irritus erit Dominæ Labor & inanis Medicorum Opera cedet in Artis Artificumque dedecus, quod averſat omnipotens Deus.

Mutabilis rerum viciſſitudo, & Tempeſtatis nunc intemperatiſſimæ Nivibus, Nimbis diffluentis Inclementia forſitan Dominam ab iſtis ſalutaribus Limphis arcebunt, ipſamque in patriam Domeſtica negotia revocabunt. Quod ſi ita ſit, iniquum certè foret ipſam Spletis Aquis in Terra Remediis carere. Itaque in hoc caſu fiant ſequentia.

Interim dum expectatur donec Anni æſtus deferbuerit, temperetur Lumborum Calor Juſculis refrigerantibus, Emulſionibus Seminum frigidorum majorum, Balneo, Litu partium calentium cum Oleo roſato, & populeo Ungento, quibus additum fuerit Saccharum Saturni. Autumno proximo ſemel atque iterum Ptyſana laxans propinetur, mox per octiduum dentur Brodia alterata ſequentia, quorum utilitatem Domina jam antea Experientia comprobatam habet.

℞ Zarzæ parillæ, albæ & Medull. ℥ i *ſs.* Radicis Chin. ℥ i. Conciſa macerentur in ℔ viii. Aquæ fontanæ per Horas *iv*. ſuper Cineribus tepidis, mox in iſto Liquore bulliat Gallus decrepitus, cujus Ventre includantur ſequentia. ℞ Radic. Fragar. Filic. Fœmina an. ℥ i. Hord. Mundi P. ii. Raſuræ Cornu Cervi, Eboris, Dentis Equi marini an. ʒ iii. Cicerum Rubror. Capparum, à Sale mundatar. ana Cochlear. unum, Paſſul. integrar. Par. xii. Macis florem unum contuſum Animal elixetur, addendo ſub finem Coctionis Folior. Agrimon. Borrag. Bugloſſ. Summit. Lupuli & Urticæ an. M. i. Flor. Violar. & Primulæ veris an. P. iii. Summit. Roriſmar. P. i. Fiat Decoctio ad ℔ i. pro duobus Juſculis, in quorum ſingulis diſſolv. Cremoris Tartar. albi ℈ ii. Cremoris Tartaris Magiſtralis, Magiſterii Perlarum, & Oculorum Cancri dulc. an. gr. x. Miſce, capiat mane horis *iv*. ante Prandium, moderatè ſuperambulando.

℞ Aquar. Stillat. Pomor. redol. ℥ ii. Aquæ ſtillat. Fragor. ℥ i. Syr. de Pomis redol. & Viol. an. ʒ vi. Spiritus Vitrioli q. ſ. ad gratam Aciditatem. Ms. Fiat Julep, detur iiſdem Diebus Horis quinque à Prandio, duabus ante Cœnam.

Iteretur Purgatio ſemel cum Ptyſana laxante, cujus iſta eſt Deſcriptio. ℞ Folior. Sennæ Mundator. minutim conciſor. ʒ iii. cum ʒ i. Sem. Coriandri macerentur per Horas ſex in ℥ viii. decocti Glycyrrh. quod bulliens affundatur, mox fiat fortis Expreſſio in qua diſſ. Medullæ Caſſiæ, Pulpæ Tamarind. Mannæ Calabr. an. ℥ i. Fiat cum Albumine Ovi clarificatio, ut Artis eſt, & Colaturæ pro uno hauſtu, addantur guttæ aliquot Aquæ Cinamomi.

Si Purgationem iſtam ſolemnem ſequatur Hæmorrhoidum Apertio, maximum inde accedet generoſæ ægra ad Sanitatis Recuperationem compendium.

Hinc fiat ad Syrupum ſequentem Tranſitus. ℞ Meditul. Scoriæ Ferri, Malleo ab ambientibus impuritatibus ſeparatum, igneſcat decies, & in Vino Alicantico extinguatur, ita ut totum abſumatur Vinum, mox reducatur in Alkool. de quo cape ℥ vi. Rad. Torment. Biſtortæ, an. ℥ ii. Cortic. Rad. dulcamaræ, Agrimon. Acetoſellæ ſylveſtris an. ℥ i. Santali Citrini ʒ vi. Folior. ſiccor. Plantag. Sanguinar. totius perſicar. Macul. Alchimil. an. M. i. Roſarum rub. Florum Nenuph. & Papaver. errat. an. P. iii. Antheræ Roſar. rubrar. & Nymph. utriuſque an. ℥ *ſs*. Semin. Plantag. & Sophis Chirurg. an. ʒ v. Granor. Kermes recent. ʒ x. macerentur per triduum æquis partibus Vini albi Rhenani, & Succi Cydonior. in Matratio amplo ſuper Cineribus calidis quotidie vas agitando, tandem fiat per Chartam Colatura, de quâ cape ℔ ii. Vini tincti ℥ viii. Sacchari candi vel potius roſati ℥ xx. reduc. in Syrup. lenta Exhalatione. De hoc capiat Domina ℥ i. quotidie vel per ſe vel cum Aqua Borrag. & Meliſſæ, idque manè Horis *iv*. ante Prandium, per Dies *xxx*. *xl*. & plures ſi opus fuerit. Semel aut bis in Hebdomade ſubducatur Alvus & primæ viæ repurgentur Pilulis Maſtichinis, & de tribus Fernel. ſumptis ad quantitatem ℈ i.

Horæ

Hora quadrante ante Cœnam levem.

Toto iſtius temporis decurſu incumbat ægra deſiccandis & corroborandis Mulieribus Loculis, id quod apprimè fiet ſequentibus.

Injectio. ℞ Succi Salviæ ℥ iv, Aquæ Caprifol. Vini albi an. ℥ vi. Flor. Roriſmar. M. i. Mellis roſ. ℥ iv. Bulliant ſimul ad Deſpumationem Mellis, clarificatus Liquor ſervetur ad uſum. ℞ Raſuræ Ligni ſancti ℥ ii. Rad. Torment. Biſtortæ an. ℥ i ß. Santali Citrini Rubri, Ligni Braſil. & Rhodii, an. ℥ i. Fol. Salv. Roriſmar. an. M. i. Alchimil. Sclaræ an. M. i ß. Nucis Moſch. Cinnam. craſſioris an. ℥ ß. Fiat Decoctio in Aqua Fabrorum, & Colatura ad ℔ ii. quibus adde Vini Muſcatellini, Vini tincti an. ℔ i. Liquoris prædicti ℥ viii. Ms. Pro Injectione facienda per Metrenchyten, Manè & Veſperi ter quavis Die.

℞ Maſtich. Oliban. Sandarach. Gummi. Guajaci an. ℥ i ß. Gummi Anim. Laudani, Benjoin. an. ʒ x. Lign. Rhodii, Santali Citrini, Junip. Cedri, an. ℥ i. Foliorum ſiccorum Lauri, Salviæ, Roriſmar. an. M. i. Cinam. Nucis Moſcatæ an. ʒ vi. Fiat omnium Pulvis craſſiuſculus inſpergendus Laminæ Craſſæ Ferreæ candenti pro ſuffitu excipiendo per Tubum Ligneum multis Foraminibus pervium. Poterunt iſta Diebus alternis uſurpari, vel matutinis Horis ſuffitus, in ingreſſu Lecti Injectio. Emplaſtrum pro Lumbis ne omittatur. Satis futura tam generoſa Remedia Arbitror. & credo ad domandum pertinax adeo malum. Ne deſint tamen quæ poſſint reſtibili alicui Labi addere Colophonem, omne laturum eſt Punctum Electuarium ſequens.

℞ Conſervæ Roſar. rubr. Flor. Lyſimac. purpureæ, Archangel. albæ, Sclaræ, Beton. rubræ, ſalviæ an. ℥ i. Tincturæ Corallor. cum acido Quercus extracta ʒ x. Cryſtallor. Martis ℥ ii. Ms. Et cum Syr. Moror. rubi Idæi. & ſapa Cydoniorum fiat Electuarium, de quo capiat à ʒ i. ad ʒ ii. quotidie manè, ſuperhauſto Vini albi momento, idque per Menſem unum & alterum, abſtinendo ut dictum eſt tempore menſtruæ Purgationis.

Cryſtalli Martis. ℞ Limat. Ferri puriſſima quantum volueris, cui inſtilla paulatim & ſucceſſivè Oleum Sulphuris donec nulla fiat Ebullitio; affundatur Aqua Pluvia diſtillata; fiat Diſtillatio. Hanc Filtra per Chartam Emporeticam, eique Spiritum Vini permiſceto Cryſtalli, intra paucas Horas decident ad fundum, quos in Charta ſiccatos reponito ad uſum. Pilulæ itidem ante Paſtum ſumantur, reſtitante Alvo, vel Alimenta minus appetente Ventriculo.

Continua ſit bonæ victûs rationis obſervatio, à qua per præpoſteram libertatem, aut laſcivientis Stomachi impetum, ne latum quidem Unguem diſcedat. Paſtus ſequenti Pulvere digeſtivo claudantur.

℞ Cruſtæ Panis albi in Succo Cydonior. & Vino Alicantico quater maceratæ & totius ſiccatæ ℥ ii. Medullæ Zarzæ Paril. Rad. Chinæ imperforatæ an.

℥ i ſs. Semin. Aniſ. & Fœnic. dulcis, Sem. Coriand. præpar. an. ʒ vi. Oculorum Cancri Corall. alb. & rubri Margarit. communi ſaltem modo præparat. an. ʒ iii. Cort. Citr. Cond. ſic. ʒ x. Sumit. Menth. Meliſſ. condit. ſicc. an. ʒ iv. Cinnam. interior. Roſ. rubr. an. ʒ ii. Macis, Nucis Moſc. an. ʒ i. Sacchari Roſ. quadruplum Pondus omnium. Ms. Fiat Pulvis ſubtiliſſ. ſervandus in Pixide Loco ſicco.

Potus ordinarius per Menſes aliquot eſto Cereviſia Medicata ſequens. ℞ Zarzæ parillæ albæ & Medullos ℔ i. Rad. Chinæ ℥ viii. Radic. Filicis Fœminæ ℥ xii. Ligni lentiſci ℥ vi. Santali albi & rubri an. ℥ iii. Raſuræ Cornu Cervi, Primar. recent. Eboris Oſſium Bubulor. majorum an. ℥ ii ſs. Folior. ſiccor. Agrimon. Buglæ, Prunel. Lyſymac. purpur. Piloſel. Veron. utriuſque an. M i: Florum integrorum Nymph. utriuſque an. P. vi. Nucis Moſcatæ ℥ ii. Squamæ Ferri in Vino ſæpius extinctæ & levigat. ℔ i. Bulliant Herbæ & Radices & in Galonibus ſex Alæ generoſæ ad duorum Conſumptionem. Deinde ſinatur fieri per Noctem maceratio, mane fiat per Setaceum Colatura, cui addantur ejuſdem Alæ Galones iv. Doliolo indatur Squama Ferri Sacculo incluſa, cum ℥ ii. Rad. Saſafr. cum Cortice, ſinatur fieri Fermentatio ad perfectam Depurationem. Liquor limpidus recondatur Lagenis Lapidicis, Subere optime obturatis, reſervandis loco Subterraneo.

Satis ſuperque habet Domina Remediorum ad malum multo gravius eo quo nunc conflictatur percurandum. Sit ſaltem Sedula in ipſorum adminiſtratione, & cogitet non Verbis ſed Medicamentis, Tempore, Loco, & Ordine ſumptis & admotis Morbos depelli poſſe. Conſilio huic noſtro favente Numine aſpiret omnipotens Deus, & lectiſſimæ Dominæ collapſæ valetudinis Inſtaurationem, & perpetuam Fœlicitatem, benigna & cita manu largiatur. Datum *Londini* Die 2 *Julii*, 1626.

Epiſtola data ad Doct. Medic. William Hatton *habitantem* Herefordiæ, *in gratiam* my Lady Johnes. 13 *Octob.* 1626.

GEneroſæ ægræ gratulor (Vir ornatiſſime) quæ te in ancipiti, ne inextricabili dicam caſu, Medicum in Arte herclè peritum nacta, ut jam Graphice in tuo ſcripto iſtam Malorum Hydram exprimis, quæ jam per aliquot Annos ineffœto Corpore, fractiſque Viribus, quas ingens ſaltem Animus ſuſtinet, luxuriante & ſubinde redivivo Fomite triumphat, ut ſi dictorum Repetitionem inutilem moliar, Labor iſte vanus utrique noſtrum ſit pariturus Faſtidium. Tecum penitus ſentio, advertendum ut præparati, & fluidi redditi peccantes Succi. Inprimis autem Atrabilarius Humor, (qui ſuapte Naturâ refractarius, Remediorum Vires eludit) Idoneis Catharticis ducantur Obſtructiones naturalium Viſcerum, præſertim Lienis reſerentur, potiſſimum autem curandum eſſe ut ejus ad Generationem peſſimi Succi aptitudo tollatur : Denique corroborantibus rem peragendam, quæ tonum Partibus reddant, & Spiritus longâ Afflictione diſſipatos inſtaurent. Optandum eſſet ut Corpori ægro ſuppetias Ferretamini (ſi poſſet impetrari Tranquillitas, & externorum Cœli ſolique Diſpoſitio,) ſuas in Dominæ compendium præſtaret Vices. Verum ubi neceſſaria deſunt, poſſibilibus inniti prudentis eſt. Præparantia quibus ſæpius fæliciter ex meo præſcripto uſa eſt Domina, ſunt Vitrioli Spiritus, Sulphuris aciditas, Liquor ex Tartari Sale per deliquium paratus, in Julapiis, Apozem. Brodiis, alteratis Herbis affectas Partes reſpicientibus, Tartari Cremor in Olla Ferrea ad Aquæ modice bullientis ſuperficiem elevatus. Purgavi ipſam benedictis, inter quæ primas Sena tenet, cujus cum Tartaro Combinatio magni eſt effectus, ipſius Tinctura funditus extrahitur, in quovis Liquore, cui additum fuerit Salis Tartari prædictum Liquamen. Profuit Syrupus de Pomis cum Elleboro Deſcriptionis meæ, & Ellebori nigri extractum deſcriptum à Borio Italo Medico, cujus in Melancholicis Morbis Vires ſatis explicari non poſſunt ; levis eſt Præparatio, at efficax; Remedium nonnunquam Pilulas de Ammoniaco dedi, ad coagulatam Blennam diſſolvendam, & aperiendas vias ſufficient iſta ex quibus tute ea ſeliges quæ in rem præſentem neceſſaria credideris. De obſtruens univerſale & corroborans Viſcerum naturalium eſt Chalyb. in cujus Exhibitione ut uſque & uſque pergas per Tempeſtatum circuitus ſuadeo. Diverſimode præparatur & vel in Infuſo datur, vel in Subſtantiâ. Ego ad ſubſtantiam Salis ſeu Vitrioli Saccharati redigo, cujus grana octo, decem, duodecim do ex Conſervâ idoneâ. Vinum chalybeatum Hepaticum Spleniticum, Hyſtericum, hauſit ſæpius cum εὐφορία. Corpus Metalli cum Sulphure uritur ad Colorem obſcurè rubentem, Pulvis Vitriolum ſapit, alias ad aperiendum planè eſt inutilis. Ejus gran. xv. xx. xxv. xxx. uſque ad Scrupulos duos & Drachmam unam dantur ex Electuario alterante ſimpliciter, vel purgante per Dies plures, ſi magnum Morbum velis debellare: Paratur & ſolius Aquæ Affuſione, citra Ignis adminiculum Crocus Ferri impalpabilis, qui nunquam vel variſſimè nauſeam movet. Mitto præparatum Chalibem, in cujus uſu, ſuadeo ut à minimâ quantitate v. g. gran. x. vel xii. exordiaris, paulatim aſcendendo ad ʒ i. ſi opus fuerit. Dato cum Electuario Cathartico, vel Pilulis, primo Diebus aliquot conſequentibus mox ſaltem Diebus interpolatis Corpus repurgetur. At quoniam in Chalybis diſtributione Exercitio opus eſt, ſi ei peſſundatum Corpus impar videatur noris me aliquando fœliciſſimè per Annum integrum Infuſionem Chalybis exhibuiſſe. Pura non addam apud Artificem. Virtus ſubſtentabitur bona & exactâ Victus Lege, cui acendi velim ad recreandos Spiritus, Remedia concinnata ex Perlarum Corallorum & Chelarum Cancrorum Marinorum Magiſterio, Lapide Bezoar. Raſura Dentis Equi Marini Lapide Gagatis, Succino albo præparato, & Lapide Lazuli uſto, cujus minima quantitas, ſpecifica vi pollens, ſufficiet ad retundendam Exitialium Vaporum Cor & Cerebrum percellentium Malignitatem. In Viperis conſiſtit contra Deleteriæ ſive externa ſint ſive innata aut ingenita potens Magiſterium. Vino viperino, Pulvere, Sale bonis Avibus utatur. Denique magnifacito Herban. Hypericon. quam fugam Dæmonum vocant Botanici. Si quo unquam in Morbo apparuit τὸ θεῖον in hoc proculdubio apparet, licet ad iſtas conjecturas, poſt omnia irrito Labore tentata, vel invitus deſcendere debeat Medicus. Sæpe occurrunt Morbi, in quibus quid non ſit, quàm quid ſit facilius eſt aſſeverare. Tincturam Hyperici cum ejuſdem, Verbenæ, Cardui benedicti ut Ulmariæ Aquis Stillatitiis extrahito in extractum coagulato & omnibus Medicamentis exhibendis permiſceto. Plura alia feſtinanti Calamo ocurrunt, quæ in præſentiarum Chartæ committere per Aulicum meum ſervitium non licet. Siquidem ad Penſum propero interim ut pro Laudibus quibus me proſequeris tibi Gratias ago, quippe acceptum mihi eſt iſtud propenſi erga me Animi Teſtimonium; ſic me ab inani Titulorum Affectione alieniſſimum eſſe ſcio. Etſi apud Aulicos Vinum, nequaquam tamen paſcor Fumo. Uno Verbo, mecum habita & noris quam ſit mihi Curta ſupellex. Tu vale, & me licet tibi ignotum Ama. Datum *Londini*, 13 *Octob.* 1626.

Monſieur *Gobelin* Conſ. de la Cour de Parlement de *Paris*. *Londin.* 7 Novemb. 1626.

Natus Patre ſatis Valetudinario, qui ex Renum Calculo obiit.

Annum Ætatis agit 48.

Temperamento ex bilioſo, in Melancholicum inclinante.

Puer aliquâ de Cauſâ, cœpit Animo angi, & eo tempore Faciei Color, qui antea Floridus erat, cœpit mutari in Flavum, & deinceps ſi vigilet, aut violentiori aliquo Animi Pathemate torqueatur, Cutis, Oculi, &c. ſuffunduntur ictero, qui tamen fugax eſt, & poſt quietem Corporis vel Animi evaneſcit.

Functiones omnes habet inculpatas. In primis quotidie ſemel minimùm copioſe ſatis fluit & reſpondet Alvus.

Nuper ob immaturam Amici Mortem, mœrorem incredibilem concepit, à quo necdum planè emerſit, Hepar habet calidius. Cerebrum frigidum, humidum, multum mungit.

Naturaliter ipſi tremunt Manus, magis tamen poſt Corporis exercitium, Perturbationem Animi, & Æſtate.

Abhorret à Medicamentis vulgaribus, & Pariſienſi methodo. NB. In Italia ſæpe uſus eſt Pulvere ♁ ter cum ⦶ ad Albedinem uſti, idque magno cum Succeſſu.

1. Nonnunquam fuit purgatus ☿ dulci, non recuſat tamen benedicta Cathartica, ſi ea proficua cenſeantur.

Cauſa diſpoſitionis Ictericæ quærenda eſt in Hepate, quod vel plus æquo biliosum Sanguinem per Exaſſationem generat; vel Felleum Excrementum minus fideliter in Cyſtin deponit, per ſeparationem Superfluitatum, vel ob Vaſorum Anguſtiam facilè obſtruitur, vel denique ob ἀτονίαν Secreticis & Expultricis Munia ſegniùs exequitur Obſtructionis vitium per quod Fel in Venas refluit, & copioſiori dilutus Sero totam Sanguinis Maſſam inficit, & Cutem deturpat, non tam in meatu χοληδοχῷ quàm in Tubis ab Hepate in Cyſtin delatis eſſe Arbitror.

Vigiliæ Sanguinem, ejuſque Fontem Hepar impenſe calfaciunt. Perturbationes Animi totam Sanguinis Maſſam conturbant, eodem ferè modo quo Tonitra Vina ipſa Doliis contenta permiſcet, fugax eſt malum in Juvene Ætatis vigentis, & Caloris adhuc ſatis vegeti; adde quod levium & momentanearum cauſarum effectus minus ſunt pertinaces. At ſi vel frequentia, vel Activitate cauſæ invaleſcant, metuenda in poſterum Cachexia, Hydrops, Tabes.

Tremor ab imbecillitate Motricis facultatis, & Nervorum nimiâ Humiditate, quæ à Cerebro per Spinalis Medullæ Longitudinem labitur, invaleſcit à Spirituum agitatione per Paſſiones, per exercitia, item per Æſtivæ Tempeſtatis Diſpoſitionem.

Agenda.

Ponendum fidum Coctionibus omnibus Fundamentum ipſo Ventriculo, qui à Cruditatibus ſubinde evertendus eſt, & modicè calefacientibus corroborandus.

Hepatis inprimis, & Viarum ad ipſum ducentium magna eſt habenda ratio, deplendæ Venæ Meſaraicæ, & ad Alvum Fellea Saburra prolectanda eſt Eccoproticis, ſive injectis, ſive aſſumptis. Reſerendi Venarum per Jecoris Parenchyma reptantium Tubi. Sanguificatio bona procuranda conſervando Partis principis Tonum, quæ omnium ſummè neceſſaria eſt indicatio, ita ut hic aperire & ſimul roborare ſit Operæ pretium.

Habenda etiam tertiæ Coctionis ratio, cujus Excrementa oportet ut per habitum ſubinde eliminentur, ſive procurata διαφορήσει manifeſtâ per Sudores poſt univerſalia citra magnum Calorem excitatos, vel inſenſibili, apertis habitus Poris per Balneum, Frictiones ordinariæ, *&c.* Exercitia.

Animo deinceps imperanda Tranquillitas, Vigiliæ fugiendæ. Moderata ſint & tempeſtivi Corporis Motus & Exercitia.

Venus parca. Victus quoad Cibum & Potum temperatus, in primis qualitatibus activis medius, mediocriter humectans, ne Superfluitatibus Sanguinis per naturales Sentinas deponendis deſit ſufficiens Vehiculum; aperiens, & quoad quantitatem moderatus.

Cerebrum ſiccandum ſedulò, & calfaciendum modicè, repurgandum, & à pitui Solis Excrementis liberandum per Derivationes particulares.

Nervoſum Genus ſiccandum confirmandum,

Remedia.

Hyemali tempeſtate præſenti non licet integram iſtius mali Curationem aggredi; videndum ſaltemve altius gliſcat Morbus, & conſulendum Ventriculo & primis viis, Hepati & Cerebro.

Pro Ventriculo.

Pilulæ Angelicæ uſuales cum Chamæpyti, Betonica, *&c.*

Pilulæ Macri reſpiciunt Stomach. & Caput.

Pulvis digeſtivus.

Pro Hepate.

Diluatur Vinum infuſo vel levi decocto Ligni lentiſci, potius Ligni Nephritici.

Hydromel aliquod Medicatum, Hepaticum, Cephalicum.

Pro Cerebro & Nervis.

Frictiones Cap. cum Sacculis farctis Cephalicis.

Suffitus Operimentorum Capitis, Cucuſa.

Odoramenta.

Balſamum pro Nucha.

Gargariſmat.

Litus Narium cum Balſam. Norimb. cum Oleo Succini rectif.

Depletio Cerebri cum Ramulo Roriſm. vel Lauri.

Proximo Vere ante omnia erit inſigniter, blandè Catharſis.

Purgandum Corpus, & ſingulæ Regiones viciſſim deplendæ. Abſolvetur a. univerſalis Purgatio ſequentibus.

Cathartica blanda non admodum ingrata iſta ſunto.

Infuſio Rhabarbari & Senæ in Vino tenui, dulcor. Manna & Aromat. Aq. Cynam, Fiat Claretum, quod poterit dilui Aqua Pomorum.

Præmittatur Purgationi Clyſter, & pro ratione Operatione, bis, ter, quater, Catharticum Diebus conſequentibus vel interpolatis repetatur.

Poſſetum ex Vino & Aq. Cichor. aut Pomorum in quibus purgantia fuerint infuſa, addatur Lac. clarif. dulcor. Manna poterit addi Infuſ. Roſ. Conſerv. Roſ. Damaſcen. cum Pulvere Rhab. Mechoacan. Jalap. vel Conſerva per ſe, ſuperhauſto Aquæ Cyatho.

Ducenda Bilis, pituita & aliquando Ferum Bile multâ perfuſum.

Vitet Scammonium Ptyſana laxans ſatis valide.

Purgandus Humor ſemel atque iterum, blando Remedio, ad novam Evacuationem præparetur.

Juſculis Hepaticis aperientibus in quibus diſſolv. Cremor. Tartar. uterque. Sal. Abſynthii. Tartar. Vitriolatum. Vel paretur ♀ ⊕lat. liquid. cum Salibus ♀ & Abſynthii per deliquium diſſolutis & Vitrioli Spiritu, aut potius Oleo rubro, ut Artis eſt.

Liquor Vini Æmulus detur Hepaticus per octo Dies bis in Die, longè à Paſtibus.

Repetatur Purgatio bis aut ter pro neceſſitate.

Balneum Aq. dulcis tepidæ.

Apertio Hæmorrhoidum.

Per triduum Sudor provocetur Diaphoretico Hartmanni ſuperhauſt. Aq. Card. benedict. & Spirit. acido Tartari rectificato.

Vinum Chalybeatum Abſynthite, additis Hepaticis per Dies *xxx.* aut *xl.* Ante hauſtum Vini deglutiatur Bolus ex extracto Chamæp. Betonic. Agrimon. Hepatic. Eupator. Meſu. Santal. &c. addito Diaphoretico $\overset{m}{\text{♁}}$ ipſi noto. Superambulet, vel alio modo Corpus exerceat.

Tertio quoque Die Pilulæ de Ammoniaco, & de tribus Fernel. addito Diaphoretico. Vide proceſſum Michelii.

Poſt uſum Vini purgetur iterum.

Pulvis Digeſtivus poſt Paſtus. Santalinus, &c.

Æſtate. Aquæ Forgenſes, vel propter Thermarum Borbonenſium, quæ Tremori utiles futuræ ſunt Viciniam Pugiacæ.

Thermæ Ducia ſive Capitis exalto Irrigatio cum Aqua Thermali.

Poſt reditum præter uſuales Purgationes dictas quæ Vere & Autumno, item ſingulis Menſibus celebrabuntur, aut cum Infuſionibus prædictis, aut cum Pilulis ante Cibum ſumendis, uſualia Remedia ſunto.

Brodia Medicata cum Hepaticis, in quib. diſſolvat. Cremor. Tartari uterque Tartar. Spiritus acidus optimè rectificatus. Tartarum Vitriolat. liquid. de quo ſupra. Magiſterium Perlarum, Corallorum, Oculorum Cancri cum Ol. 🜍 præcipitatum ut A. eſt, non quidem ſimul & ſemel, ſed ſucceſſive & pro re nata iſta facienda erunt.

Vinum Hepaticum, Cephalicum ex Chamæpyt. Betonic. Eupator. Hepat. Chelidon. Dulcamar. Rad. Oxylap. &c. Santal. Tempore Vindimiarum paratum, bibendum paulò ante Paſtus adventante ictero. Idque per *ii.* vel *iii.* Dies.

Quæ eſt Corallo. Syrupus, Tinctura, Sal Oleum.

Electuarium Hepaticum vel Extractum aperiens ex Santal. Citrin. Chelidon. Cort. Berber. Oxylapath. Tartar. Sale ♂is Corali Magiſterio, &c.

Syrupus chalybeatus.

Varia iſta proponuntur unius ejuſdemque Virtutis & efficaciæ, ut Remedii mutatio Naturæ & Ventriculo Domini ſit gratior vel novitate minus laborioſa.

Diaphoreticum $\overset{m}{\text{♁}}$ quo uti ſolet Dominus magnarum eſt Virium, ad Sanguinis depurationem & Viarum Reſerationem, licebit ipſi eo uti, ſingulis Menſibus ante Novilunium per *iii.* Dies, & per totidem ante Plenilunium. ℞ Diaphor. ʒ *ß.* Magiſter. Perl. Corall. & Ocul. Cancror. an. gran. x. Ms. pro una Doſi ſumend. Superhauſto Vino Abſynthite, vel Aqua Amara Abſynthii.

Ne omittat ea quæ ad Caput & Nervos præſcripta fuerunt, in primis Colli Vertebras Ungat Balſamo Peruviano, vel abluat Spiritu Vini Salviato, addit. Flor. Lavendul. Prodeſt Balſam. Succini copia Caraman. applic. inſtar Emplaſtri in graviori caſu.

Veſicator. Cauterium Coll. Brach. ſiniſtr.

Chamæpyt. & Betonic. frequens uſus; vide de Electuario Arthritico, in quo Oſſib. human. ſupponat. Succinum album.

Remedia.

Pilulæ Angelicæ uſuales. ℞ Foliorum Agrimon. Fumar. Chamard. Chamæpyt. Betonic. Ceterach. Veronic. maris an. M. i. Rad. Chelidon. majoris mund. Oxylap. Cichor. Tarac. an. ℥ i. Florum Calendul. Primul. Veris Veton. rub. an. P. ii. Semin. Aniſi & Fœnic. dulcis an. ʒ iii. Macis ʒ ii. Glycyrrhiz. ℥ ß.

℞ Fol. Sen. mundat. minutim. inciſorum ℥ iv. Infundantur in ſ. q. Aquæ ſuper Cinerib. Tepid. per Horas *xxiv*. Mox fiat Colatura, in qua coquantur blando admodum Igne prædicta ſimplicia, mox fiat Expreſſi Liquoris per linteum Colatura. In qua macera per Diem Rhabarbari electi ſucco Limon. irrorati ℥ ii. Fiat iterum Colatura & Expreſſio.

℞ Aloes Succotorin. ℥iv. diſſolv. in Liquore prædicto & in Balneo roris fiat Exhalatio ad conſiſtentiam Pilul. addendo pro ſingulis Unciis Salis Abſynthii Cremoris Tartari an. ʒ i. Capiat ſemel in ſeptimana ʒ ß. ℈ ii. ʒ i. Hora una ante levem Cœnam, & pro ratione effectus hoc Remedio utatur longioribus vel brevioribus intervallis.

℞ Maſſæ ℥ i. Trochiſc. Alhandal. ℈ i. Ms. Doſ. à ʒ ß. ad ℈ ii.

Pulvis digeſtivus. ℞ Semin. Aniſi & Fœniculi dulcis an. ℥ ß. Semin. Coriand. præpar. ʒ iii. Corticis Citri & Arant. Condit. ſicc. an. ʒ v. Fol. Tenell. Meliſſ. Condit. ſicc. ʒ vi. Santali citrini ʒ ii. Raſuræ Cornu Cervi & Eboris Ocul. Cancr. præparat. an. ʒ iii ß. Cynamomi interioris ʒ ii ß. Ambræ griſ. ʒ ß. Sacchari albiſſ. quadruplum Pondus omnium. Ms. Fiat omnium Pulvis ſubtiliſſimus, utend. è Cochleari, Hora dimidia poſt ſingulos Paſtus.

Decoctum Lentiſci, vel potius Infuſum.

℞ Aquæ fontanæ puriſſimæ ℔ xii. Raſuræ Ligni lentiſci craſſioris non evanidi ℥ iii. Fiat in vaſe fictili probè obturato Infuſio per triduum Colatura, diluatur continuo Vinum. Experientiâ compertum habeo tunc Aquam multum pellere per Urinas in Domino *Paulet* Pariſienſi.

Infuſum Ligni Nephritici in eundem uſum ejus ℥ i. Sufficiet ad Aquæ ℔ xii. Fiat Infuſio in Tepido donec Color Opalinus, ex Flavo cœruleus, Aquam tingat uterque Liquor, per ſe poterit bibi Æſtate, vel cum Syrupis Idoneis ut acetoſo ſimplici. Capillorum Veneris Rob. de Ribes. Rob. Ceraſorum. Mororum Rubi Idæi & ſimilibus inſtar Julepi.

Poſſetum purgans limpidum & gratum.

℞ Foliorum Senæ mundatorum minutim inciſor. ʒ vi. ℥ i. Rhabarbari electi conciſi ʒ iii. Santali Citrini Cynamomi Cremoris Tartari an. ʒ ii. Pulpæ Tamarindorum ℥ ß. Infundantur omnia in ℥ viii. Vini albi tenuis per Horas *xxiv*. ad levem Calorem, fiat Colatura & Magmatis Expreſſio. ℞ Lactis vaccini recenter mulcti ℥ viii. bulliat, eique bullienti admiſceatur Infuſio prædicta frigida, ſeparabitur caſeoſum Coagulum. Fiat limpidæ partis Colatura cui adde, & Cola per Manicam ſæpius, donec ſit limpidiſſimus Liquor, Detur manè cum Cuſtodiâ.

Pro ratione Operationis poterit augeri Catharticorum quantitas, quippe Clarificatio ſemper ex dimidio minuit vim Catharticam.

Liquor præparans digeſtivum univerſale. ℞ Vini albi tenuis ut Andegavenſis aut Coignacenſis ℔ i. Aquæ fontanæ, aut Ciſternæ, Decoctio Radic graminis Ruſii Fœniculi Filicis Fœminæ, vel etiam Infuſionis validæ Ligni Nephritici aut ex Crollio Decoctionis Paſſularum, aut Uvarum Corinthiacarum & Cynamomi ℔ ii. Olei Vitrioli ʒ iii. Ms. Et agita optimè, poſtea affunde ſtillatim eam Olei Tartari quantitatem quæ ſufficiat ad delendam ⊕li Aciditatem, dulcor. Saccharo vel Syrupo aliquo grato, ut Ceraſorum. Fiat Julep bis in Die ſumendus longè à Paſtibus.

Vinum Chalybeatum, Hepaticum. ℞ Croci Martis aperientis ſemel cum Aqua puriſſima loti (ad tollendum ⊕lum vomitivum) ℔ i. vel potius Squamæ Ferri cum Sulphure uſtæ more Berreii, ſumatur ad ℔ i. ſive ℥ xvi. extend. in Linteo Pulvis ſubtiliſſimus, cui inſpergat. Santal. Citrin. Pulv. ℥ ii. Ligni Saſafr. & Rhodii an. ℥ i. Caryophyllorum Macis an. ʒ ii. Cynam. ℥ *ß*. Irror. Vino Canarino, & ſic. ſin. per biduum, mox pon. in Lagen. Lapid. Fictil. aut Vitri ſatis ampl. affuſis ℔ xvi. Vini albi generoſiſſimi, ſtent in loco calido per Dies *xv*. ante uſum, Vas quotidie bis aut ter concutiendo. Doſis ab ℥ ii. ad iii. & iv. Si metuatur Calor, temperetur additione Aquæ Pomorum redolentium Cichor. Fumar. ſuperambuland. Ante hauſtum Vini ſumatur Extractum ſequens.

Extractum hepaticum. ℞ Radicum Cichor. Tarax. Oxylap. Chelidon. major. Cortic. Rad. dulcori an. ℥ iv. Santali Citrini ℥ ii. Corticis Arantior. & Citri Flav. an. ℥ i. Fol. Chamædr. Chamæpyt. Fumar. Agrimon. Eupator. Meſu. Veronic. Maris Cuſcutæ Betonic. ſicc. an. ℥ i *ß*. Florum Calendulæ Vetonic. rubræ Salviæ an. ʒ x. Cum Aquis Cichor. Cardui Benedicti & Meliſſ. extrahatur Tinctura ut Artis eſt, quæ in B. Vaporis coagul. In extractum Mellaginem, de quo, ℞ ℥ vi. Pulveris Aromat. roſat. Specierum Diatria Santal. & Diarrhod. Abbat. an. ʒ i. Trochiſcorum Dialacc. & de Abſynthio an. ʒ i *ß*. Diaphoretici ex Regulo ter uſto præparati ℥ iii. ʒ iii. Miſceantur exactiſſimè omnia in Porphyrite ut Artis eſt. Exhib. ʒ i *ß*. vel ʒ ii. in Bolo involut. Nebul. vel per ſe, differatur Prandium ad quatuor Horas. Interim dum Dominus utetur Vino Chalybeato, cujus uſus protrahetur utiliter ad Dies *xl*. Obſervata bona Victus Lege & interpoſitis Idoneis purgantibus.

Vinum Medicatum Vindemiarum Tempore parandum.

℞ Zarz. Parill. alb. & Medulloſæ ℥ xvi. Radic. ſicc. Oxylap. Filicis Fœmin. Dulçamaro an. ℥ viii. Rad. Fœnicul. Aſparag. Ruſci Cichor. ſicc an. ℥ vi. Rad. Chelidon. Maj. Cort. Median. Berber. & Fraxini an. ℥ iv. Fol. ſicc. Agrimon. Fumar. Chamædr. Chamæpyt. Capillar. omnium Meliſſ. Eupator. Meſu. Salviæ ſummit. Anthoſ. an. ℥ iii *ß*. Florum Calendulæ Primulæ Veris Keyri, Veronic. rubi an. ℥ ii *ß*. Baccarum Juniperi maturarum Succul. ℥ v. Foliorum Senæ Mundatorum ℥ lx. Muſti albi generoſiſſimi Libras ſive Pintas *Londinenſes* 130, aut *Pariſienſes* 150. Sinatur fieri Fermentatio ad perfectam Depurationem. Vinum defæcatum recondatur Lagenis Subere & Veſica exactiſſimè obturatis ad uſum.

NB. Duplex poterit præparari Vinum alterum alterans quotidie utendum bis, Horâ unâ ante Paſtus per totam Hyemem. Alterum purgans ſumendum tertio quoque Die ad quantitatem ℥ viii. Hora dimidia ante Prandium. Vel etiam aliquot Diebus conſequentibus pro re natâ.

Electuarium Hepatis Tonum præſervans.

℞ Extracti Hepatici præcedente Pagina deſcripti ℥ vi. Magiſt. Perlarum, Corallorum, Ocul. Cancri dulc. an. ℥ i. Tinctura Corallorum puriſſ. ʒ x. Tincturæ ♂ cum Succo Limon. extract. & inſpiſſat. ℥ iv. Diaphoret. ♁ ℥ ii. Ambræ griſeæ ʒ ii. Moſchi Orientalis ℈ i. Fiat mixtio in Porphyrite ut Artis eſt, uſus ſit ſumendo ad quantitatem Avellanæ ʒ i. vel ʒ i *ß*. Superhauſto Vino Abſynthite. Vel Vino medicato præſcripto, ſemel aut bis in ſeptimanâ.

Memento hic Salis vel ⊕ ♂ ex Squama parati. Croci Martis aperientis Serreii ex eadem cum 🜍 uſto Anim. Hepatis. *&c.*

Sic redditum fuit Domino Gobellino *Conſilium.*

Conqueritur Vir generoſus de fœda Cutis & Icterica diſpoſitione, ſubinde recurrente, præſertim poſt Vigilias & violentiores Animi motus, quod Symptoma licet nullo Senſum dolore feriat, & ſaltem Oculis Speculum conſulentibus creat Moleſtiam, nequaquam tamen negligendum eſt, cùm per redundantis Excrementi & naturalium Actionum commercium, à Morbis ſenſim, cum Cachexiæ, Hydropis, Tabis Periculo gliſcentibus ducat Originem. Importunus eſt ipſe etiam Manuum Tremor, per Exercitia, Animi Pathemata, Æſtateve, & quæcunque Spiritus agitando, eos, rarefaciunt calefactos, invaleſcens. Flavedinis habitum tingentis cauſa quærenda eſt in Hepate, quod vel nimis bilioſum Sanguinem generat, vel ob Vaſorum Anguſtiam facilè obſtruitur, vel ob ἀτονίαν, Secreticis & Expultricis munia ſegniùs exequitur; dum Felleum Excrementum aſcitanter à Sanguinis Maſſa ſeparatum, minus fideliter deponit in Cyſtin, cujus Emiſſarium χοληδόχον non tam hic affici, quàm Tubos à Jecore in Veſicam dilatos Arbitror. Vigiliæ Sanguinem ejuſque Fontem Hepar impenſe calefaciunt. Perturbationes Animi totam ipſius Maſſam diſturbant, eodem penè modo quo Tonitru Vina Doliis contenta permiſcet, fugax hactenus mutum in Juvene Ætatis vigentis, & Caloris adhuc ſatis vegeti, adde quod Momentanea num Cauſarum effectus minus ſint pertinaces. At ſi vel frequentia vel activitate eadem cauſæ invaleſcant, metuendus ſiniſtri prognoſtici eventus. Tremor ab imbecillitate Motricis facultatis, & Nervorum nimia humiditate, quæ à Cerebro per ſpinalis Medullæ longitudinem labitur. Affectibus hiſce præter Naturam ut obviam eatur & majora præcaveantur incommoda, fidum generationibus omnibus Fundamentum ponendum eſt in ipſo Ventriculo, qui à Cruditatibus ſubinde liberandus, & modicè calefaciendus corroborandus. Hepatis in primis & viarum ad ipſum ducentium magna eſt habenda ratio; deplendæ venæ Meſaraicæ, & ad Alvum Fellea Saburra prolectanda; & Eccoproticis reſerandi Venarum per Jecoris Parenchyma reptantium ductus, Sanguificatio bona procuranda, conſervandus partis Principis Tonus, quæ omnium ſummè neceſſaria eſt Inatio, ita ut hic aperire & ſimul roborare ſit Operæ pretium. Neque omittenda tertiæ Coctionis cura, cujus Excrementa oportet ut per habitum ſubinde eliminentur, procurata Diaphoreſi manifeſtâ, per Sudores poſt univerſalia, citra magnum Calorem excitatos; vel inſenſibili, reſeratis habitus Poris, per Frictiones, Exercitia, Balneum. Cerebrum calefaciendum modicè, ſedulò exſiccandum, repurgandum, & à pituitoſis ſuperfluitatibus liberandum, per derivationem, & particulares Evacuationes. Nervoſum genus ſiccandum & confirmandum. Animo deinceps imperanda eſt Tranquillitas, Vigiliæ fugiendæ. Moderati ſint, & tempeſtivi Corporis motus, Venus parca. Victus quoad Cibum & Potum temperatus, in primis qualitatibus activis medius, humectans mediocriter, ne ſuperfluitatibus Sanguinis per naturales Sentinas deponendis deſit ſufficiens Vehiculum. Aperiens, & in quantitate moderatus. Diætæ minutias Medicis clinicis explicandas relinquo, qui pro re nata Errores commiſſos carpturi, & neceſſaria juxta Anni tempeſtates, & Corporis diſpoſitionem præſcripturi ſunt. Ad inſtrumenta tranſeo, Remedia nempe, quibus abundè intentionibus prædictis ſatisfiat.

Hyemali tempeſtate præſenti, non licet integram iſtius mali Curationem aggredi, videndum ſaltem ne Radices agat altius, & ſequentibus præſidiis conſulendum Ventriculo, Hepati, Cerebro. ℞ Ligni Nephritici minutim conciſi & leviter contuſi ℥ i*ſ*. Pon. in Vas fictile non poroſum, affundendo Aqu. ciſternæ non calentis ℔ xvi. tegatur Vas, & fiat Infuſio ſuper Cineribus tepid. per Horas *xxiv*. Colatura conſervetur in Lagenis vitreis optimè obturatis. Et ſit vel per ſe pro Potu ordinario, aromatiz. pauco Cinamomo, aut Semine Coriandri, vel ad diluendum Vinum. Ligni Lentiſci ex Inſula Chio, vel ejus defectu Hiſpanicâ petiti magna eſt vis in eoſdem uſus, ejus aſſulatim diſſecti & contriti ℥ iii. infundantur per triduum ad levem Calorem in Aquæ fontanæ puriſſimæ ℔ xii. Colatura uſurpetur ut ſupra.

Semel in ſeptimanâ aut brevioribus vel longioribus intervallis exhibeantur Pilulæ Magiſtrales notatæ A. ad ʒ ſs. ℈ ii. ʒ i. Horâ una ante levem Cœnam, pro ratione effectus, vel urgentis neceſſitatis Conditione.

Pulveris digeſtivi notati B. Aſſumptio dimidia poſt Cibum Horâ ſingulos Paſtus ſequatur.

Caput quotidie manè diu pexum, aſperius retrorſum, fricetur Sacculis farctis ſimplicibus Cephalicis.

Alternatim Pituita per Choanam à Cerebri Ventriculis attrahatur in Fauces excreanda, Palati Titillatione matutina cum Ramulo Roriſmarini vel Folio Lauri. Et Gargariſmate, cujus Materia conſtet ex partibus duodecim Vini albi, ſex Aceti acerrimi, quatuor Mellis, & tribus Sinapi in Pultem redacti ut ad Condimenta ſolet præparari.

Suffumigentur operimenta Capitis, præſertim nocturna, Maſtiche, Sandaracha, Thure, Benjoin. Succino multo, Carrophyll. & Nuce Moſchata, in craſſiuſculum Pulverem reductis, & accenſis. Geſtetur ſæviente Brumâ Cucufa capillata.

Mane liniantur Nares interiores Balſamis Majoranæ, Salviæ, Roriſmarini, Succini commixtis, quæ ex eorum Oleis ſtillatitiis præparari ſolent.

Balſamo Peruviano nigro ingreſſu lecti ungantur Vertebræ Colli diu multumque fricando, addito ad Penetrationem Spiritus Vini optimi momento.

Denique perſeveranti Tremore, vel ſine magno ſucceſſu in uſum revocatis Remediis per aliquot Menſes, Cephalicis ſupra præſcriptis, Pyroticum poſteriori Collo, vel (quod minus moleſtum) alterutri Brachio applicetur.

Vere proximo inſtituatur ſolennis Purgatio, per ſucceſſivam ſingularum Corporis Regionum Evacuationem, præmittatur Purgationi Enema. Purgatio autem non validis (iis præſertim quæ Scammonium Hepati inimiciſſimum recipiunt) ſed blandis Catharticis abſolvatur. Præparetur Claretum ex Sena, Rhabarbaro, Tamarindis in Vino albo tenui & Aq. Cychorii per Horas *xii.* ad leviuſculum Calorem infuſis, Colatura per Manicam acta dulcoretur Mannâ, & Aromat. paucâ Aq. Cinamomi propinetur, addito pauco Tartari Cremore. Vel fiat Serum purgans notatum C. quod nec Oculis diſplicebit, neque admodum Palato. Mitiora ſunt iſta Remedia quæ citra Corporis Perturbationem agunt, ideo exhibitionis frequentia compenſandus erit Activitatis ipſorum defectus.

Purgatio repetenda ad tres quatuorve Vices, quinto quoque Die exhibitis duobus intercalaribus, iis quæ Humores ſequaces reddere, & Corpus fluidum facere valent. Qualia ſunt Juſcula aperientia, in quibus Tartari

tari Cremor præſertim Martialis, Tartarus vitriolatus, ſolidus vel liquidus, Sale Abſynthii diſſolvantur, vel potius Liquor notatu Φ qui pro digeſtivo univerſali poteſt uſurpari. Purgationem abſolutam ſequatur Balneum Aq. dulcis, tepentis, additis emollientibus, utendum per tres quatuorve conſequentes ſemel aut bis in Die, habita ratione virium, per Horam unam aut alteram quavis vice citra faſtidium & Sudorem, longè à paſtibus.

Poſtridie ultimi Balnei affigantur tres quatuorve Hirudines Margini Ani, & extrahantur Sanguinis ℥ vii. beneficio Aqu. calentis ſub Veſperam.

Deinceps interpoſito uno Die quietis, tribus Matutinis provocetur ſine magno externo calore Sudor, exhibitis gr. *xii.* vel *xv.* Diaphoretici Magiſtralis à Crollio deſcripti, ſuperhauſta Aqu. Card. Benedicti cum ʒ i. Spiritus Tartari rectificati.

Tandem Doſis una Seri Cathartici exhibeatur cum debito Regimine. Poſtea fiat progreſſus ad Vinum Chalybeatum notatum F, cujus uſus extendatur ad trigeſimum vel quadrageſimum Diem, pro Domino.

'Ευφορία & Medicorum præſentium Conſilio. Parva aſſumatur primis Diebus iſtius Vini quantitas, v. gr. ℥ *ß.* cum pari quantit. Aqu. Cichor. poſt 3 Diem augeatur per triduum ad ℥ ii. deinde per quatriduum ad ℥ ii *ß.* dehinc ad ℥ iii. per Dies ſex, tandem ad ℥ iv. ſi tantum Liquoris facile Ventriculi ferat.

Hauſti Vini præmittatur Bolus extracti Hepatici notati E. Aſſumptionem iſtorum ſequatur Corporis exercitium ad Madorem uſque, non violentum quidem, ſed extenſum ad horas duas, & differatur per Horas quatuor Prandium. Victûs ratio per totum hujus Curationis Decurſum ſit admodum exacta, Cibi ſint boni ſucci, & coctu faciles. Potus qui fuit ante præſcriptus, & in quantitate obſervetur Mediocritas.

Quarto quoque Die, dum aſſumet Dominus Vinum Chalybeatum, deglutiat ℈ ii. vel ʒ i. Pilularum Magiſtralium quæ A. notantur Horis duabus à Cœna levi, & poſt omnia ſemel atque iterum (ſi opus fuerit) reiteretur Purgatio vel cum Clareto, vel cum Sero Cathartico prædictis.

Æſtate adeat Aquas Forgenſes, vel (quod magis proficuum cenſeo, ob Thermarum viciniam) Pugnenſes, quas poteſt per aliquot ſeptimanas, obſervatis omnibus cautionibus, quæ ipſi ab experientiſſimis Medicis præſentibus, proponentur. Ab Aquis Thermas Borbonenſes petat quarum Sulphureis Lymphis Caput & Collum ex alto irrigentur.

Quod ſi ab his nimis incaluerit, Æſtus conceptus iterato Aquarum vitriolatarum Potu reſtinguatur.

Interim dum hæc fient, ut deinceps, Cerebri cura nunquam negligatur, ſed quotidiana ſint ſuperius aſſignata ad Derivationem, Depletionem, & corroborationem præſidia.

Aniverſariis intervallis, Vere, & Autumno in poſterum Corpus erit repurgandum, qua de re conſulat Dominus Medicum ordinarium. Autumno vero proximæ Æſtati ſucceſſuro præparetur

Vinum Medicatum Tempore Vindemiarum notatum G partibus affectis dicatum cujus hauſtum ſumat quotidie, vel alternis Diebus Hora una ante Paſtus, Hyeme præſertim; Item Electuarium Hepaticum ſpecificum notatum H. cujus aſſumptio bis in Menſe repetatur, tribus Diebus conſequentibus ante Plenilunium, & totidem ante Novilunium, dilato ad tres quatuorve Horas Prandio. Pulvis ille Diaphoreticus (Margarita Mineralis Angeli Salæ) quo hactenus adeo fœliciter Dominus utitur, magnarum eſt Virium ad Sanguinis depurationem, & Viarum apertionem, ipſum ideo ſpecificis admiſcui. Si Vere ad Varietatem Loco Electuarii Hepatici ipſum ſumere malit ſingulis Menſibus; potentior hoc Pacto reddetur.

℞ Pulveris dicti ʒ *ß*. Magiſter. Perlar. Corall. & Oculorum Cancri, dulcis an. gr. x. Ms. pro una Doſi, ſuperbibat vel Vini Medicati, vel Abſynthitis, vel Aq. Abſynthii hauſtum.

Iſta ſi bene obſerventur, ſufficient ad Domini valetudinem inſtaurandam, & conſervandam Imò ex iſtis forſitan plura demi poterunt, pro primorum Remediorum effectu. Ut nolim ipſum nimia Medicamentorum mole, aut importuno Numero onerare, ſic neceſſarium duxi hoc meo conſilio, pene Medicum inſtruere, ex quo urgente neceſſitate præſidia affectus haud contemnendæ conſequentiæ debellatura depromantur.

Cœpit noſtris aſpiret Omnipotens Deus, & Domino Mentem ſanam in Corpore ſano munificâ manu largiatur. Dat. *Londini* Die x. *Novembr.* Stil. vel Anno 1626.

My Lord Conte de *Marc.*

Fiſtula Ani cum Urinæ Ardore.

Multis ab hinc Annis laborat Fiſtulâ in Ano, cujus Os eſt ad Finem Perinæi.

Effluit Ichoroſa materia, præſertim ſi vel iraſcatur, vel Melancholico Pathemate agitetur.

Renes præcalidis plurimum fundunt Sabuli rubri.

Satis bene ſi velit Urinam retinet.

Liber patet Lotio exitus, neque quidquam eſt in Urethra, vel Ulceris vel Carunculæ.

Adacto cereo bis uſque in Veſicam nihil offendi in viâ quod ingreſſum impediverit, nihil in Veſica quod Calculum ſubeſſe ſignificaverit.

Ante Annum & plus Thermas ingreſſus eſt, à quorum uſu nimis excalfacto Corpore, & præſertim Lumbis cœpit conqueri de Urinæ Ardore, qui adhuc perſeverat.

Ardor percipitur ſub Glande in Urethra ante egreſſum Urinæ potiſſimum.

Glans, præſertim Orificium, meatus inflammantur ſubinde, & ſuccedit Excoriatio cum magno Rubore, ut vidi.

Sive ambulet, ſive equitet, ſive curru vehatur, cum dura Corporis ſuccuſſatione nunquam reddit Urinas cruentas.

Sedimentum Urinæ diu aſſervatæ nullo modo eſt viſcidum aut mucoſum, ſed tantum arenoſum.

Urinæ laudabiles in Colore & ſubſtantia. Nunquam fœtent.

Fuit Dominus Temperamenti Sanguinei bilioſi, nunc ſenex eſt ultra Annum ſexageſimum, & in eo ratione Ætatis magis abundat Pituita.

Senibus familiara ſunt viarum Urinæ excludendæ dicatarum incommoda, & iſta Ætate facile generantur Calculi. In iis præſertim Corporibus, quæ per anteactam Vitam indulſerunt Genio & Crapulæ, aut liberioribus Epulis dedita fuere. Dubitatur num in iſto Viro nobili ſit Calculus in Veſica, quem licet, per Cerei Explorationem invenire non potuerim, attamen ſæpius latet, vel Parietibus Veſicæ adhærens, vel muco contectus ipſius etiam Cathæteris argentei appulſum eludit. Cum tamen Urinarum contenta vix Calculum arguant, cum nihil unquam Cruoris per valida etiam Exercitia egerat, cum nunquam ſubſiſtat Urina, quam diu poteſt ſine incommodo continere agedum lactemur ſpe abeſſe Calculum, & alias ſatis potentes rimemur iſtius Infirmitatis.

Ardoris vid. Urinæ, & Inflammationis atque Excoriationis ſummæ glandis cauſas.

Primo certum eſt Renes laborare intemperie calida & ſicca & fœcundos eſſe in Sabuli rubri Generatione, cujus Excluſio penè continua non vacat Ardoris Senſus, præterquam quod continuò ad Arenarum Evacuationem, irritata Expultrix, partes etiam membranoſas, Senſus admodum exquiſiti fatigat. Præter naturalem Renum Temperiem, ejuſque à Cauſis internis exceſſum, adaucta eſt iſta qualitas plurimùm præter Naturam importuno Thermarum uſu, à quibus Aquis Sulphureis calefacti Lumbi & fervidior redditus totius Sanguinis Fons, qui etiam nunc in Vena cava fervet, unde non mirum eſt ſi ipſius Serum acre eſt, & Urethram in Excretione laceſſit.

Potentior tamen iſtius mali cauſa mihi videtur Ani Fiſtula, quæ ad Perinæum deſinens forſitan habet aliquot Cuniculos, qui ad Proſtatas Glandulas pertingunt, forſan ad Veſicæ Sphincterem, forſan ad Urethram extenduntur. Tanta eſt iſtarum partium connexio, ut Hæmorrhoides tumentes, Inflammatio Ani, ejuſque abſceſſus, Urinæ non modo difficultatem, verum etiam aliquando omnimodam Suppreſſionem & Ardorem ſummum invehant. Memini cognati mei D. Auguſti Prevoſt, qui nunc eſt in Vivis.

Illæ Fiſtulam habet in Ano, quæ cum Doloribus & Ardoribus magnis ſæpiſſimè materiam Purulentam fundit per Urethram, ita ut æger Gonorrhea virulenta laborare videatur.

Itaque credo Viſcera, Hepar, cum tota Sanguinis maſſa.

Renes, Inteſtinum Rectum fiſtuloſum, &c. à Thermis Phlogoſin quandam concepiſſe, quæ adhuc durat, & à partibus Nutritiæ ſeparatum Ichorem acerrimum ſubinde in Fiſtulam amandari

dari, tanquam in Cloacæ emiſſorium. Ab iſta Acrimonia affici Collum Veſicæ & Proſtatas, quæ partes dum Diſpoſitionem (etſi levem) Inflammatoriam patiuntur in tranſitu Urinæ itidem Acris læduntur & Doloris ſenſum extremitati Penis communicant, ut fieri ſolet in omnibus Urinæ difficultatibus, in quibus Veſica patitur, vel à proprio affectu, vel à contentis. Reduplicatur in extremitatibus Senſus, unde in iis per totum Corpus majores Dolores percipiuntur. A Doloris autem continui Tabe, & crebra Urinæ Egeſtione, forſitan & Glandis Contrectatione & Frictione, Inflammatio, Excoriatio, *&c.*

Agenda.

Temperanda ſunt Hepar. Sanguis, Renes, Victu & Remediis.

Urinæ demulcenda Acrimonia.

Everrendæ ſubinde primæ Viæ & purgandi Renes blandis Medicamentis.

Revellendnm à partibus affectis Vomitu & Phlebotomiâ.

Leniendi Urinarii meatus, & ſubinde everrendi ab Arenulis.

Fiſtulæ habenda ratio, quæ vel curetur Ligatura ſi fieri poſſit, vel ſaltem Injectionibus in Anum factis, detergatnr inteſtinum, & roboretur, nec non fotu, & Suffumigio. Quidquam per Fiſtulam injici non patitur Orificii Anguſtia, præterquam quod pars nequaquam debet irritari, niſi ad perfectam Curationem progredi ſit Animus.

Victus ſit humectans refrigerans. Abſtineat Dominus ab omnibus quæ Calculum poſſunt generare, vel vim Renum λιθοποιητικὴν confirmare.

Frequens Enema.

Vere & Autumno Purgatio univerſalis.

Phlebotomia nunc poſt Purgationem Vernam.

Emulſiones, vel Ptyſana aut Poſſet Ala cum Radic. Altheæ, Glycyrrhiz. crebr.

Semicupium ex Lacte, & emollientibus.

Apertio Hæmorrhoidum. Vide de Saphænæ apertione.

Lac Aſininum, vel Caprillum, addita Aq. Stillat. Malv. & Saccharo roſato poſt univerſalia per Menſem unum & alterum.

Vide de Sero Lactis clarificato.

Vomitus à largiori Cœna ſemel in Menſe.

Purgatio cum Caſſia Glycyrrh. Gumm. Arab. Thereb. Diaphoren. Diaprun. Solutiv. in Lunæ decurſu.

Electuarium, Pilulæ. Emulſio. Syrupus quæ vias leniant per quatuor Dies à Purgatione.

Everrentia blanda per triduum. Ut infuſum Ligni Nephritici Pulvis Oſſium Meſpil. & Lapid. Tiburorum Lapid. Merlarum, Percarum, *&c.* addito Gummi, *&c.* exhib. ex Vino albo cum Sryupo de Altheâ.

Cereviſia medicata Vias leniens cum Rad. Alth. Symphyt. major. Glycyrrhiz. pariet. Malv. & Gummis.

Aqua Lactis, *&c.* ad Urinæ Ardorem ſumenda urgente incommodo.

℞ Seri Lactis recentis ℔ viii. Succi Parietariæ Malv. an. ℔ i ß. Succ. Melonum maturorum Cucumeris & Cucurbitæ an. ℔ i. Semin. Aniſi Fœniculi Coriandr. an. ℥ ii. Fiat Diſtillatio in Vaſe refriger. In B. M. Cape de Aqua Stillatitia ℔ vi. Pulveris Glycyrrhiz. Hiſpanic. ℥ iv. Sacchari roſati ℔ i. Ligni Nephritici ℥ i. Fiat Infuſio in B. per biduum. Fiat Colatura in qua diſſolv. Gummi Arab. ℥ i. Gummi Pruni & Ceraſi an. ℥ ß. Ms. Servetur in Ampulla probè obturata cap. ℥ ii. vel iii. Urgente Urinæ Ardore.

Injectiones ex Lacte in Urethram aliquando.

Ex Trochiſcis albis Rhazis diſſolutis in Aqua Roſarum Plantag. Spermat. Ranarum.

Succus Glycyrrhizæ utiliter diſſolvetur in Injectionibus.

Injectiones in Anum ex decocto Sclopetario.

Aq. Ariſtolochiæ debilior.

Applicetur glandi Ægyptiac. diſſol. in ▽ Roſ. Plantag. Sperm. Ran. vel Aq. calcis, Aq. Cœrulea. Aq. Alumines Fallop. valde temperata.

Quæ ex Scoria Ferri & Battitura ad Injectiones.

Vide de uſu Ferri, ut Squamæ vel Scoriæ aut de ⦶lo ♂is ob affectum Ani potenter ſicca citra Calorem & Sedis affectionibus medetur.

Uſus acidularum & *Wallemburg*, & ſimilium quæ Vitriolum ſed potiſſimum Ferrum contineant proximâ Æſtate.

Geſtatio Radicum Scrofulariæ utriuſque ad Ani Regionem.

Fotus Ani cum Tapſo, Scrofularia utraque, & Perſicaria maculata.

Suffitus ſiccus ex Sandaracha ſuccino, Sulphure, &c.

Vide de humido, ex decocto parato in Aq. feratâ & Aceto projecti in Pyritem calentem.

De Aquis Thermarum Borbonenſ. ex Relatione Pharmacopæi Chavenon.

Ex Aquæ putealis magna quantitate per ſimplicem Evaporationem & Conſumptionem in Lebete ſupra Ignem Aquam reſiduam vidi ℔ ß. Pond. Coloris ſubrubei, Saporis leviter ſalſuginoſi ſubſidebat Pulvis griſeus leviter ſalſus cum deſiccatur.

Ex eo Pulvere ceu ſale Aq. diſſoluto, loto & in Chryſtallos poſt Colaturam per Chartam Emporeticam & Aquæ Evaporationem reducto aluminoſa Materia elicitur Colore & Sapore in Crucibulo ad Ignem Fuſilis. Et hæc materia ſi Igne vehementiori urgeatur conſumpta liquidiori parte rubeſcit inſtar Vitrioli.

Aqua prædicta ampliùs evaporata ſi Phialâ recondita deponetur in Cella concreſcit in Glaciem Chryſtallinam impensè frigidam compactamque ſubſalſi Saporis quæ non niſi rupta Phiala educitur.

In Fornicæ Regio Canalem derivatum è Puteis excipiente ſubſidet Bitumen Mellis conſiſtentiâ, Guſtu ſubdulce, ſubauſterum, Coloris è rubro nigricantis.

Non colligitur alibi. Balneum magnum non tectum ſupernatat viridis ſubſtantia, è qua per deſiccationem elicitur Materia ferruginea valde gravis.

Puteorum parietibus adhæret ſubſtantia leviſſima flava quæ Aquæ injecta Fundum petit. Ex ea ſuperfundendo Aq. fortem (ut ſolvatur Metallum) quæ demum poſt diſſolutionem cum Aqua ſalſa vel Aceto præcipitetur, Cuprum Forma Pulveris elicitur quod in Corpus malleabile cogitur per fuſionem.

Quod reſiduum eſt ex Aq. fortis diſſolutione Sulphur eſt combuſtibile. Subſtantiæ flavæ leviſſimæ ſic notatæ * permixtæ Pilulis de obſtruentibus Vires eſſe magnas ad Cachexiam & Icterum Virgineum prædicat.

Aquæ notatæ ☾ Virtus commendatur ad ſedandos Dolores Podagricos è ſplenicis calidiuſculé.

Speculationes variæ ſuper Aquarum Thermalium Potu & Balneo.

Potantibus Aquæ hauſtæ Vomitus frequenter incidit. Unde? An à nimia Liquoris copia confertim hauſti? An à Tepore ejuſdem? An à Cœna largiori? Certe etiam pleriſque à Sale Prunellæ quem ad ciendam Alvum Cyathis intermiſcent Saporis ad Nauſeam provocantis.

Capitis gravitas & Sopor ab Evaporatione Aquæ ſtabulantis adhuc circa Viſcera præſertim cum celeriùs Prandium aſſumitur. A Sale, quinetiam circa Veſperam à Cruditatibus Ventriculi nimio Cibo farcti in Prandio dum ſibi multi perſuadent ſatisfaciendum appetentiæ quam Mineralis Aquæ conciliat.

Oedema Pedum. Ab Aquarum in Pedis decubitu ob decliviorem ſitum, præſertim ex longiori Deambulatione. A nimia Potûs Copia quæ per convenientes ductus cùm prompte non poſſit excludi, alias ſibi Vias quæret. An etiam à Conſtipatione Cutis præpedito Sudore.

Emaciatio in alioqui ſanis Aquas potantibus, vel ad corrigendam duntaxat Viſcerum intemperiem vel ad everrendos Renes? Ab Evacuatione quæ fit ante Aquas, per Aquarum uſum & poſt Aquas per Alvum, & per Phlebotomiam.

Volant quidam Aquam Putealem prægnantem Mineralibus ſiccandi facultate prædictis etiam leviter deſiccare. Verùm tantùm abeſt ut emacientur, quin contra pingueſcant vexati Doloribus Colicis & qui laborant antiquis & contumacibus Viſcerum Obſtructionibus, Inappetentia, Vomitione Alvi fluore, &c. Dum ſcilicet reſtituitur Oeconomia naturalis.

Obſervavi Tremorem univerſalem & Motricis Imbecillitatem in Domino ſalvere, ſed Fugacem à longiori Balneatione & nimia Sudorum profuſione.

Cur citò potandum & non ita largis hauſtibus? Quia Virtus Aquarum iſtarum dependet ab actuali Calore & vectore Spiritu, quorum diſſipatio præcavenda.

Poteſtne refrigerare hauſta Aqua actu calida?

Dupliciter, vel per accidens vacuatis Humoribus calidis, & ſolutis Obſtructionibus, unde Calor putridus introducitur: Vel obruendo partium Calorem Humoris copiâ, tertio ob Calidum Vaporem ad Corporis habitum elatum & Poros reſerantem, unde Ichorum acrium Difflatio, *&c.* dici etiam poteſt Aquæ ad ſuam Naturam & qualitatem reductione poſtquàm per Sudores cum levi Spiritu Calor exhalavit ab Ebullitione ſubterranea, duntaxat accidentaria contractus. Forſan etiam refrigerat eo ſenſu quo Juſcula è Cichorio, Lactuca, Portulaca, Cucumere refrigerare dicuntur, hoc eſt minus calefacere, & blando Calore nativum augere.

An à bituminoſâ & ſulphureâ Exhalatione fugax tantùm introducitur Æſtuatio, ab Alumine verò & Nitro per totam Aquæ Molem diffuſis refrigeratio diutiùs permanens & partes omnes afficiens quibus Aqua ſeſe applicat. Multa ſunt actu frigida, quæ poteſtate calefaciunt. Calx Hyeme, Hydropi, *&c.*

At inſtar omnium Rationum eſt Experientia, quæ ultra Stomachum non penetrare Calorem iſtum actualem Fidem facit; ſed nec in Stomacho per Horæ dimidium obſervari; contra verò poſt Horam nec amplius unam, ſi non celeriùs manifeſtum circa Præcordia Refrigerium ſentiri.

Verùm cur Calor internus naturali contrarius non augetur acceſſione qualitatis Homogeneæ in iis quibus æſtuant Viſcera? An quia in levi Materia minùs urit Calor? An quia Calor Aquæ putealis eſt blandus & Analogus nativo, cum quo conjunctus extraneum meliùs vincit? An quia celeriter diſtribuitur, nec in certa parte figitur poſtquam è Ventriculo ſeceſſit, qui quidem Ventriculus propter ſubſtantiam membranoſam & Spermaticam à Calido minùs læditur? An quia Aquæ copia Caloris activitas retunditur. Calor Aquæ videtur additus ad Penetrationem & Colliquationem viſcoſorum Humorum & impactorum, haud aliter ac Spiritus ⊕li Julepis refrigerantibus admiſcetur ad Vehiculum refrigerantis qualitatis & ad Putredinem coercendam.

Quomodo ſolvit Aqua Thermalis Alvum? Pondere Viarum ampliatione, ſuccorum craſſorum eliquatione, Irritatione levi quam movet Sal ſive Spiritus nitroſus & Vi Bituminis.

Humectatnè an deſiccat hæc Aqua? humectat, mollit, laxat, liquatque in quantum Aqua certo gradu calida. Siccat verò Aſcititia ex mineralibus qualitate Paralyticæ & reſolutæ partes exſiccantur Sudore vacuatis Humoribus per apertos & laxos Corporis Poros poſtquam ii liquati ſunt. Et Caloris nativi Actionem parte liberata difficili & contumaci Obſtructione quæ Spirituum commeatum intercipiebat. Itaque contractis à Siccitate ut medearis Aquæ ſimplici perfuſione contentus eſto, quæ molliatus laxet, meatus dilatet, ſed non ad Sudorem provocet.

Mirum quod obſervaſſe ſe mihi dixit D. *Druyn*. Præfectus Thermis Medicus, tertio quoque Die meliùs reddi & geri potas Aquas. Ego certè nihil vidi tale, Monſieur de la *Trouſſe* licet Aquas epotas per meatus convenient & egereret probè, Veſperi tamen circa Viſcera Pondus gravitatemque ſentiebat. Unde? An à largiori Prandio? An à Regeratione Humoris Obſtructionem facientis? An ab Humoribus ad Lienem & Omentum impulſis Aquæ curſu, unde exitum non habeant obſtructis adhuc iſtis partibus? Qui quidem Humores partibus impacti incaleſcunt,& fermentantur dum non ampliùs Aqua Medicata diluuntur & temperantur.

Pruritus unde Aquas medicatas bibentibus? (frequentior eſt iis qui Balneo utuntur intempeſtivè & præpoſterè à Cibo præſertim propter interturbatam Coctionem) An ab impuritatibus quas Serum in Venas Aqua rapit, quæ demùm Naturæ robore relegantur ad Cutem? An quia moderatus Calor Aquæ Portionem aliquam ſeroſi Sanguinis & nitroſi convertit in vaporem, qui non difflatus præ meatuum Obſtructione, vel non ſatis attenuatus ut Cutem compactiorem pervadat, vel ad cutem frigidiorum allidens repercutitur, circa cutem hæret & ei Acrimoniæ ſuæ Senſum paulatim imprimit. Quomodo prodeſſe poteſt Aquarum iſtarum Pulmonicis Potus? Ratione antecedentis cauſæ Viſceribus refrigeratis, ex quorum æſtuantium Exhalatione cietur Rheumatiſmus calidus acris & erodens: Vel etiam Viſceribus roboratis, unde minori copia ſuccreſcunt Excrementa? An etiam per blandos Sudores ceu potiùs Madores diverſione Seri ad Thoracem influxuri? Ratione verò cauſæ conjunctæ Pituitam craſſiorem viſcidamque colliquando, ut eâ expeditus Pulmo liberiùs agat? An tenuiorem & Pulmonis conatum eludentem blanda deſiccatione ſpiſſando?

An ſpecifica facultate dum in aſperam Arteriam aliquid deerrat Pulmonem Sulphuris permixtione roborando?

Cur improbatur prudentioribus Aquæ medicatæ Potus & Balneum eodem Die, vel ex intervallo tantum Horarum aliquot? Quia contrarii cientur utrinque motus, quos Natura ſine moleſtia & ægritudine diu non ſuſtinet? An quia in Corporibus infirmis qualia ſæpe ſunt ad Thermas ſe conferentium tot Vacuationibus minùs franguntur Vires? An quia Balneum Aquæ portionem hauſtæ per Corporis interna diffuſam, nec dum excretum rapit ad extima & nervoſum genus imbuit jam ſatis occupatum cum eo fine tantùm uſurpetur ut cunjunctum Obſtructionis Nervi cauſam expugnet, liquet, & reſolvat. In convulſis à ſiccitate alia ratio, prodeſſet enim interna humectari & non ita diſſito intervallo externa blando & duntaxat temperat Calore (ita ut Sudor non eliciatur) emolliri. v. g potare Horis matutinis, Balneum verò Veſpertinis inire ante Cibum Alvo liberâ. Multi in Febres continuas inciderant cùm Borbonii agerem contrarium Conſilium ſequentes. Nil tamen impedit quo minus eodem Die potus mane, duccia vero Veſperi, celebretur, nempe quæ non totum vacuat, ſed in Cubiculo non in Hypocauſtis aut Fornicibus Regiis excepta, partem tantùm cui infunditur, roborat & Humore liberat impacto.

Me certè Febris invaſit Balneum bis tantum Diebus alternis ingreſſum manè citra Potum, nec ultra Horæ quadrantem in eo moratum, Femoris Articulo ſuperiori tenuis, ob perceptum Iſchii Dolorem à Diebus aliquot, immò præmiſſa Balneo Phlebotomia. Si Dolor recurrat Conſilium eſt Domi, non in Fornice ut antè (licet minùs calido) Aquam Thermalem Pube tenus ſubire, quæ parum evaporavit & de Calore ſuo remiſerit ne Sudor eliciatur vi, pars quæ roboratur interim.

Cur nocet Balneum Aquæ Thermalis Lue Venereâ ſpureatis? Quia Sudorem eliciendo ſcil. in Hypocauſto ſumptum nullo Fructu Vires dejicit cùm Morbus iſte ſpecificis expugnari poſtulet, ad quæ cum acceditur ſuo Sero Humores deſtituti minùs parent & Corpus impenſiùs exſiccatur & incaleſcit, cum marcoris metu. Verùm prodeſſet ni fallor ad Præparationem tum Humorum tum meatuum præmiſſis univerſalibus Aquæ potus medicatæ & intervallo aliquot Dierum dato Balneum moderatum Aquæ ſulphureæ tepentis vel ſaltem non æſtuantis, quibus Curatio per Specifica poſtmodum ſubnecteretur. Dom. *Gaultier* Chirurgus aulicus proceſſum talem, multis breviorem Redintegrationem procuraſſe aſſeruit.

Tumores internos Aquæ Potu quin & externos quam plurimos pertinaces & Schirri naturam referentes molliri, reſolvi aut ad Suppurationem perduci ſaltem Fide digni Medici mihi retulerunt. Vidi commune jam eſt Regionem Lienis tumidam duccia perfundere, ſed verendum ne ex altiori forſan Irrigatione viſcus Inflammationem concipiat.

Multis qui aliter præparari nolunt præcepi ut Horis à Jentaculo ſumpto duabus Aqua puteali ſeſe affatim implerent, num vel inter potandum, vel illico poſt Potum ſubvertitur Stomachus & Jus deque laxatur, cujus ſe dato tumultu ſcilicet ad Cyathos 4 aut 6 ad ſummum denuò potant dilato Prandio in *iv*. Horis ab ultimo Cyatho.

Cur Hyemali tempore rarò adeuntur Aquæ Borbonienſes? Adiri certè poſſunt quolibet tempore in caſu neceſſitatis, ſed ubi Electio permittitur potiùs iis utendum tempore clementi & calidiuſculo, quoniam Aquarum vi mirè promovet Tranſpiratio Corporis. Dixi calidiuſculo, non calidiſſimo, nec ſub Ardore Caniculæ, quia tunc debilius eſt nimiâ reſolutione Corpus & vacuationibus minimis facilè fateſcit.

Aquæ frigidæ minerales minùs potentes ſunt ad contumaces Obſtructiones expugnandas, quia Frigus earum actuale Penetrationis & Inciſionis Colliquationiſque craſſorum Humorum vim retundit, à mineralibus Aquæ communicatam. An & quod à Vitriolo & Alumine acriores, à partibus nervoſis citiùs excutiuntur quàm ut convenienter queant Humoribus incidendis applicari.

Quartanas multas etiam Hyeme media Dierum aliquot perfectè ſolutas vidi.

Obſervata in Uſu Aquarum Borbonii Archimbald, *Anno Domini* 1633. *D.* Dufouc.

Sub Finem *Maij* appuli *Borbonium* cum Illuſtriſſimo Principe *Vindocinenſi*, qui Potu earum per Dies *xv.* uſus eſt cum inſigni Fructu & Valetudinis obfirmatione, ſed tamen non tali qualem ſpe conceperam, idque propter infauſtam Tempeſtatis Conſtitutionem, ſcil. Inæqualitatis, ratione Frigoris & Imbrium intempeſtivorum, & hoc Menſe inſolitorum: Unde factum eſt plurimi ex iis qui potu Aquarum hoc Vere ſunt uſi, vel parùm Levaminis perſenſerint, vel minùs quàm prægreſſis Annis vel in noxam & pejorem ſtatum lapſi fuerint.

Idcircò crediderim Aquarum earum Potum longè utiliorem & fæliciorem fore in hujus Æſtatis fine & Autumni principio ratione Caloris acerrimi, & Æſtus qui jam hoc *Julio* viget, qui vehementiâ ſua Tarditatem compenſare velle videtur.

Hinc collige, nonniſi urgente Neceſſitate adeundum *Borbonium* Vere frigido vel Auſtrino & Pluvio, ſed potiùs Autumnum eſſe expectandum.

Aquæ *Borbon.* (ut & omnes minerales) longè citiùs & faciliùs redduntur per Urinas & Sedes à decumbentibus in lecto per 2. aut 3. Horas quàm à deambulantibus. Si hæ Aquæ ſegniùs excludantur per Urinas Diebus alternis utendum eſt ʒ i. Chryſtal mineral. in primo Cyatho, & ſubinde bibendum pro more. Si parciùs per Alvum, Infuſione ʒ i ß. Sen. in frigida parat. ad ℥ vi. aut vii. ſumend. Hora dimidia ante Paſtum.

Quantitas Cyathorum Aquæ deſineri debet Stomachi tolerantia, idque à xvi. Cyathis ad xx. alioquin Nauſea vel Vomitus ſuccedit.

In Aquarum uſu cavendum nequid nimis; ut enim parcior & brevior earum uſus eſt inutilis, ſic diuturnior eſt periculoſus, vel Intemperiem aliquam excitando, & Calorem Hepatis vel totius Corporis, ſcilicet nimia vacuatione Seri, vel Stomachi debilitatem ab Membranarum Relaxationem, vel Sanguinis ſputum, aut mictum, aut Irritationem Hæmorrhoidum; ergo ad Dies *xx.* aut *xxv.* bibendum.

Poſt ſingulos Aquæ Cyathos multis prodeſt Aniſi leviter Saccharati uſus, aliquibus nocet ſuo Calore.

In uſu Aquæ ſi Intemperies aliqua vel Vigiliæ moleſtæ ſint, Amygdalatum quotidie ſumendum Horis quatuor à Cœna dilutum, tenue, & cum Seminis Papaveris albi ʒ ii. & Aqua Hordei.

Poſt Aquarum uſum ſemper iteranda Catharſis & Phlebotomia: Illa hanc præcedat, ſi Alvus parciùs fluxerit, (ſin ſecus hæc illi præmittatur) & ſuſpicio ſit reſtibilis Aquarum portionis.

Primæ Obſervationis rationes ſunt 1. Quia motu velociù quàm par eſt effluunt Aquæ per Urinas, ſicque non agunt in diſtantiores partes Obſtructionum Reſeratione & Humorum Evacuatione. 2. Motu Aquæ rapiuntur in Corporis habitum, & inutili Sudore diffluunt, nec Urinæ & Alvi ductus permeant.

3. Motu caleſcit Corpus,& Refrigeratione ac Contemperatione quam Aquæ conciliunt, privatur.

De Balneo earundem Aquarum.

Balneum *Borbonenſe* utile eſt iis, qui Nervorum aut Membranarum Atonia, laxitate, contractione, Reſolutione, Refrigeratione, Dolore, vel Tumore tentantur.

Balneum iis eſt periculoſum qui Hepate ſunt fervido, habitu macilento, vel Phthinodi & Pulmonibus intemperie calid. vel Ulcere affectis: Illi enim Balnei abuſu in Febres continuas, vel duplices Tertianas ſolent incidere in Sanguinis profluvia, aut Sputa, & graves Fluxiones, aliaque Symptomata ut Inappetentiam, Sitim, Vigilias, Capitis Dolores.

3. Solent multi Potu Manè uti, Veſperi ante Cœnam Balneo; ſed aliquibus hoc nocet, idcirco Conſultius eſt Manè dimidia uti Potatione, ut Cyathorum octo vel novem & poſt ſeſqui Horam aut paulo plus (vacuatis ſcilicet Aquis) Balneum ingredi.

Regimen Aquarum Mineralium potandarum.

Pro Domino Noe *Regiarum cauſarum Patrono, & ut vocant, Generali Attornato.*

Inter tot Remedia quibus Morbi longi & pertinaces ex Medicorum præſcripto debellari ſolent, nullum gratius nullum efficacius Aquis Medicatis, quarum Subſtantia liquida, notanda quantitas & Mineralibus Spiritibus pollens qualitas per intimos Viſcerum receſſus ſeſe inſinuat, atque torpentes Succos qui Medicamenta quævis eludere ſolent in ſuis Cuniculis aggrediuntur eoſque eluunt, Correcta partium ipſos corrigentium & continentium Intemperie. Ventriculum nauſeantem & Cibos faſtidientem erigunt & confirmant; Obſtructionibus obnoxias partes, Meſenterium, Hepar, Lienem reſerant, & laxiora Parenchymata roborant, Renibus ſuccurrunt languidis atque in Urinariis Viis ſtabulantes Arenulas, Calculos excluſioni aptos non exorbitanti magnitudine, Mucoſque everrunt. Quæ omnes & ſingulæ Partes naturales cum in Excellentiſſimo Viro malè affectæ graviter laborent Operæ prætium ab eo factum in eo quod *Tunbrigenſes* ſcaturigines adire, earumque ſalutari Labice juxta Medicorum ipſius Sanitati invigilantium Regulas Viſcera ſerio proluere propoſitum habeat. Hactenus univerſalibus factum ſatis & purgatum ſive Medicamentis, ſive proprio Naturæ motu, abundè Corpus, nimis fluidum, cujus in exhibendis Catharticis ſingularis habenda eſt ratione violentiori Purgatione frangantur nimium jam attritæ Vires, vel partium Inteſtino diſſidio jam pridem afflictarum & nutantium Tonus uſque & uſque diſſolvatur. Nuper ab Enemate per aliquot Dies profuſiſſima fluxit Alvus, nunc citra validioris Medicaminis Exhibitionem ſufficiet

Ventriculum & primas Vias leviter repurgare, ut facilior pateat Aquis in Venas aditus, & nulli ſintObices qui generalis &præpotentis Everriculi citum & facilem commeatum remorentur, id præſtabitur exhibito ℈ i. Maſtichiarum Fernelii Hora dimidia ante levem Cœnam, idque eo ipſo Die quo ad Aquas vel ipſis vicinam domum conductam pervenerit. Poſterum Diem Operationi Pilularum & quieti totum dabit,perendie verò ſeſe ad ſuſceptum opus accinget, & Rheda Vectus Fontes ipſos petet, ita ut ante ſeptimam matutinam, imò ſexta jam radicante Sole bibere incipiat,& quidquid ipſi epotandum Liquoris ſucceſſive intra tres Horæ quadrantes ad ſummum abſorbeat. Primo die ſufficiet ℥ xl. bibere poſt ſingulos binoſve Ciathos (quorum ſinguli ſint ℥ x.) blandè ambulando & ad Flatus Cruditatemve Ventriculi novum & inſolentem hoſpitem admiſſuri aliquid Seminum Fœnicul. dulc. Aniſ. vel Coriandr. Saccharo Conditorum ſupermandendo. Secundo Die augeatur Aquæ quantitas ad ℥ l. vel lx. Si Stomachus ſit ferendo, & ſic aucta quotidie quantitate ad lxx. lxxx. xc. & c. Uncias Dominus in hac menſura ſubſiſta per Dies *xv. xx. xxx.* pro ratione εὐφορίας & compendii ſive utilitatis quam ſe indies reportaſſe vel Judicio perpendet, vel Senſu ipſo experietur. Tandem abſoluto Naturæ non gravi, ſed jucundo potius Dierum prædictorum Curriculo gradatim minuendo deſcendat uſque ad eum unde incepit ℥ lxxx. Terminum, & ſic Penſum ſuum abſolvat ſecundo Numine, atque pro re natâ præſcribendum à Medico præſente ſumat Catharticum, quo præſentis Tempeſtatis Hiſtoriam in regimine Valetudinis ſuæ claudat.

Primis Diebus duobus tribuſve qua ſola bibatur qualis ſcaturit. Sine ulla Additione atque ſedulo obſervetur quomodo cum Tempore conveniat, & à Natura tum diſtribuatur tum Foras per has aut illas vias exigatur. Idcirco habenda vaſa Vitrea ad explorandam Lotii primo plane Aquei, deinde paulatim magis, magiſque flaveſcentis Menſuram & in lazano ſpectandæ Alvi fœces obſervando earum Conſiſtentiam & Calorem, qui ſi niger ſit Vim ferri, & Vitrioli partibus impreſſam & in peccantibus Tumoribus corrigendis laborantem facile erit conjicere Exercitium diſtributionis Aquarum Anima vulgo perhibetur, quod tamen ne Dominus aggrediatur violentius ſuadeo, propter affectum Renem ſiniſtrum, qui ſubinde cruentas Urinas fundit, & cujus inter ambulandum in Cruris Flexione Sucuſſatio eſt periculoſa. Modeſti pro more Pedibus ambulet, Rheda revehatur Domum, vel vicinos circumeat Agros, aut tollutim Badiſanti molliter Aſturconi inſidens citra Lumborum noxam vacet Exercitio: Quod ſi importunus ſit etiam moderatus Corporis motus, ſæpiſſimè fœlicius prodeunt in Lecto Aquæ blando ſtragulorum Calore aduitæ quam alio quovis modo. Sed ſi ad iſtam adigatur neceſſitatem æger. Oportebit ut quam citiſſime ab Epotis Aquis domum ſe conferat & committatur mittat lecto, vel ſine iſtum Laborem ferre Natura potis ſit, dummodo non ſit nimium à Fontibus diſſita Domus Aqua ex validiori fonte, quem Rhegineum vocant hauſta in Lagenis lapideis Subere & Veſica optimè obturatis perniciſſimo veredo aſportabitur, atque ex ſingulis Lagenis Cacabo Aquæ calentis immiſces, ita ut medicatus Liquor tantum tepeſcat unicus Ciatus ℥ x. Sumetur ſucceſſive ſic procedendo & Ventrem totum Plumeo pulvinari fovendo donec abſorpta fuerit tota prædicta quantitas ℥ lxxx. vel c. Idem artificium calefaciendæ Aquæ ad ipſos Fontes obſervandum erit & factitandum ſi Ventriculo importunum ſit frigus Aquæ ut ex Terra prodit hauſtæ. Aliquando ut Stomacho conſulatur & Aquis ſubducatur Calor, deturque Vehiculum tribus quatuorve primisCiathis admiſcentur ſingulis Cochlearia duo, tria, quatuor Vini Rhenani optimi nonnunquam Saccharum quod ipſas per Urinas deducit, ubi movendæ in Renibus Camarinæ nullus eſt metus lapidis Prunellæ, cum Saccharo ut artis eſt coagulati momentum adjicitur quæ prudentiæ Medici præſenti; committenda hic cenſeo. In pleriſque Urinarios tantum affectant Aquæ meatus & Alvum ſiccam relinquent, quæ Pilula aliqua ut maſtichina de tribus aut Stomachica ſimili ante Cœnam ſumpta quoties opus fuerit ſollicitanda, ut poſtridie aſſumptionis, Aquæ torrens quidquid à Medicamento commotum fuerit per alvinam Sentinam adducat. In excellentiſſimo Viro credo ſatis purgaturam Aquam citra ullius Cathartici adminiculam, ut verò magis medicatum & partibus Lieni præſertim & Renibus convenientiùs reddatur hoc nobile præſidium præparatur Electuarium ſequens.

℞ Conſerv. Flor. Geniſt. Ericæ & Thamaricis an. ℥ i *ſs*. Conſerv. Flor. Malv. Pulpæ Rad. Altheæ extractæ per decoctionem in Aqua hordei & Saccharo conditæ an. ℥ ii. Gummi Ammon. in ſuccis fumariæ, Cochleariæ vacuæ, Naſturcii Aquatici & Thamaricis cum Vino albo extractis ſoluti & inſpiſſati ʒ xii. Therebentinæ Cypriæ in Aqua parietariæ coctæ induratæ & pulveratæ ℥ i. Magiſterii Oculorum Cancri, Gummi Arabici an. ʒ ii. Gummi Pruni & Ceraſi an. ʒ i *ſs*. Succi Glycyrrhizæ Hiſpan. ſive extracti cum Aquis Parietariæ & malvæ præparati ſine Empyreumate ʒ ii *ſs*. Ms. & cum Syrupis de Althea Fernelii & de ſucco Parietariæ fiat Electuarium, cujus ℥ *ſs*. primo, deinde ʒ vi. ſumantur Hora una antequam Aqua bibatur. ſedulo obſervando Remedii iſtius duritiem ſiniſtri Lateris emollituri & pravos Succos ad excluſionem præparaturi proficuum ut ſpero effectum. Ventriculo robur conciliabitur Pulvere digeſtivo Hora dimidia poſt ſingulos paſtus ad Cochleare unum aſſumendo.

℞ Sen. Aniſ. & Fœniculi dulc. an. ʒ iii. Sem. Coriandr. præparati ʒ ii *ſs*. Panis albi Toſti ad ſiccitatem & in Vino Malagenſi bis macerati atque iterum ſiccati ℥ ii. Cortic. Citr. & Arantior. flavi conditi ſicci an. ʒ iii *ſs*. Fol. Meliſſ. conditor. Siccor. Roſ. rub.

an. ʒ i *ſs.* Ambr. griſ. ʒ *ſs.* Sachar. albiſſ. quadruplum Pondus omnium Mane. Fiat Pulvis ſubtiliſſimus ad uſum dictum.

Hepati ſatis proſpiciet Aquarum victus, ita ut pluribus Medicinis ægrum ſimul onerare ſupervacaneum ducam: Attamen ſi vel Cutis oſtentet icterum (id quod tamen vix mihi perſuadere poſſum) aut ſi Cor alicujus Opis indignum videatur, ſint in promptu Tabellæ ſequentes utendæ ingreſſu lecti longe à levi & parcâ Cœnâ.

℞ Santali Citrin. ʒ ii. Ligni Aloes ʒ i. Raſar. Cornu Cervi & Eboris Oſſis de Corde Cervi an. ʒ i *ſs.* Magiſterii Perlarum, Corallorum an. ℈ v. Magiſterii Oculorum Cancri ʒ ii *ſs.* Lapid. Bezoar. Orient. & Lap. Contrayerva an. ʒ iv. Sacchari Chryſtallini duplum omnium Pondus; vel ut Remedium ſit efficacius æquale fiat Pulvis ſubtiliſſ. qui exceptus Mucagine Gummi Tragacanthæ extracta in Aqua Flor. Arantior. reducatur in Paſtam ex qua formentur Tabellæ Ponderis ʒ ii. lento Calore ſiccandæ & ſervandæ loco ſicco ad uſum dicta. Doſis Tabella una ad ſummum.

Abſoluto iſtius Studii opere perpendendum nunquid Aquarum in Corpore reſtites per quotidianam excretorum Obſervationem & tolerantiæ ægri modulum, atque de ultima Purgatione cæteris Colophonem additura erit deliberandum.

Victûs rationem ſæpius inculcatam hic non præſcribo ſigillatim; hoc tantum ſciat Dominus, Cibos debere eſſe boni ſucci & coctu faciles, paucos & ſelectos non multiplices. Non prandendum ſi Natura belle peragat Munia antequam evacuata fuerit Aqua, ſaltem maxima ex parte in quod ex Urinæ mutato Calore innoteſcit, vel ſi ſegnius tranſmittatur, parius etiam onerandum Ventriculum. Abſtinendum ab omnibus Fructibus, Lacticiniis, Piſcibus, Ferina, & bibendum Cereviſiam bene coctam, bene fermentatam, limpidiſſimam, extremâ defœcatione, vel Vinum Rhenanum, albumve Gallicum tenue, non adulteratum, Aqua Fontis pro Ventriculo diſpoſitione & appetitu regulari dilutum.

Hæc ſufficiant quibus proſpectum ſucceſſum & Viro Excellentiſſimo collapſæ valetudinis integram Reſtaurationem largiri velit omnipotens Deus ex voto ejus qui ipſi omnia cupit, & optat fœlicia.

Datum *Londini* Die 9 *Julii*, 1634.

NObiliſſimam Dominam ab Incunabulis fere valetudinariam, quamvis Juvenculam, numeroſo tamen Partu præcoci & ſæpè laborioſo debilitatam, graviter nunc decumbentem, pro cujus reſtauratione Conſilium petitur, conſulti Medici Phthiſi jam laborare quam Febris Hectica putridæ conjuncta comitatur uno Ore pronuntiant. In languenti iſto Corpuſculo conſideranda primum Viſcerum omnium nutritiorum Cacopragia, quibus à primo ortu malè affectis Funeſta fuit Uteri toties vexati vicinia, ut toti Corpori ejuſdem cum Principibus omnibus partibus Connexio, & conſenſus. In naturalibus videtur eſſe Sedes Febris putridæ cujus Fomitem faciunt variæ impuritates primas vias occupantes, quæ per Putredinem fermentatæ concepto præternaturam Calore, & conſequenti totam Sanguinis maſſam Corruptelæ participem accendunt. Perpendenda Cerebri Intemperies humida, & in eo ſeroſæ Colluviei uberrimus proventus, qui Humor ad alendas & continendas partes æque inutilis ex neceſſitate in ſubjecta Membra amandatus, ad perpendiculum diſtillat & Ferinum facit Catarrhum, ſalſum, tartareum, acrem, à quo labefactatus Pulmo patitur in ſubſtantia ſua & in vaſis.

Totum Pulmonis Corpus ſuperfluâ ſcatet humiditate, & ab hoc veluti Tabo jampridem aliquam patitur Diaphthoram. Vaſa utcunque exeſa, unde Sputum cruentum, cui ſuccedanea purulenta Excretio non obſcurum dat Ulceris argumentum. Neque tantum partes Thoracicas fatigat Jugis iſta Fluxio, verum etiam magnâ ſui parte in Ventriculum deerrans frequenti Inteſtinorum lævitate moleſta eſt & pernicioſa. Ita neceſſe eſt ut Corpus (quod pravo Sanguine malè nutritur in quo principes partes omnes laborant, Cor in primis continuâ Febriculâ lente conſumitur, & ab ægro Pulmone languide imò peſſimè ventilatur) tandem tabefactum tot cauſis morbificis ſævientibus redat unde nonniſi infauſtum poteſt edi de præſenti affectu valde complicato prognoſticum. Si tamen humanâ Arte nobilis ægra aliquod audeat ſibi polliceri levamen, interim dum à ſummo Numine Conſiliorum & Remediorum ſucceſſus expectabitur ſequentibus Artibus pugnandum, atque hoc Ordine dirigenda Acies Medica ad ſævum, & Lentore doloſum, non minus quàm eventu formidabilem Hoſtem debellandum.

Diæta in regimine rerum ſex non naturalium toti univerſaliter proſpiciet, moderatè ſiccando, refrigerando, Cor & Spiritus refocillando, Putredinem Humorum corrigendo, præcavendo, Pulmones affectos acre, commodo, utili, Medicato imbuendo. Alimenta ſint Phlegmato deſtata nutriendi ratio 'Επικεραστικὴ quæ paulatim Succis pravis Arte eductis, vel à Natura ſuperatis & concoctis bonum ſuccum alimentoſum ſufficiat & reponat. Per ſingula Diætetices capita excurrant præſentes Medici, & quæ præſentis Occaſionis eſſe videbuntur, juxta Artis Leges quotidiè præſcribant, imperent, exhibeant.

Quod ad Pharmacorum & Chirurgicorum Auxiliorum adminiſtrationem, ſequentia Judicio Medicorum examinanda, & in Uſum revocanda ſubjiciuntur.

Vitales partes inſtar Metæ Tela undique vibrata paſſivè excipiunt, & patent Injuriis appellentibus ; partim ab infimo, partim à ſupremo Ventre. Ut tot Periculis (ſi fieri poſſit) eripiantur, præter victûs rationem decernenda ſunt alterantia quædam univerſalia quæ qualitates peccantes paulatim emendent, &

Sanguinis Maſsâ correctâ, partibuſque laborantibus confirmatis, procurent ut arefactum Corpus tandem repleatur & laudabili ſucco turgidulum evadat. Talia erunt Cereviſia aliqua Medicata Hepaticis, Cephalicis magis temperatis & pectoralibus, aut Hydromel, medicatum earundem Facultatum. Uſus decocti radicis Chinæ, Ligni Nephritici, Lentiſci, Santali albi, ex quibus vel Boſchetum, quod vocant, tantillo Cinnamomi conditum & pauco Saccharo dulcoratum, vel additâ Glycyrrhizâ Hiſpanicâ, Ptiſanâ per iteratam Trajectionem, quam Filtrationem vocant Aquæ ferventis ſuperfuſæ præparentur. Porro in præſentiarum ſic auſpicanda erit Curatio, ut blandis Catharticis Heterogenei Humores, primarum Viarum Cuniculos obfarcientes, educantur: Morbus, partes affectæ, attritæ Vires, nec violentem, nec frequentem impunè admittent Purgationem. Quapropter alternatim & ſucceſſivè iterato longiuſculis intervallis purgentur, Bilis, Pituita, Serum mox Enemate ex Jure Carnium, Electuario lenitivo, Saccharo, Ovi vitello, mox Ptiſanâ laxante ex perpauca Sena, Tamarindis, Caſſiâ, Mannâ maceratis in decocto Glycyrrhizæ, ita ut Infuſio ſatis longa cum Ovi Albumine clarificata (ut loquuntur) & ad juſtam quantitatem reducta propinetur. Mox Syrupo violato ſolutivo, vel alio Magiſtrali ex iis quæ Ptiſanam mox dictam ingrediuntur concinnato, ſive ex profeſſo præparato. Horum Doſes aſſignare perdifficile nobis in tanto locorum intervallo. Diebus inter Purgationes mediis loco Apozematis dabitur vel Hydromel vel paſſulatum ex ſimplicibus Hepaticis, Cephalicis pectoralibus, vel vulnerariis per Fermentationem præparatum, ita ut aliquatenus vinoſam qualitatem Remedium adipiſcatur quæ ad Virtutem ſimplicium extrahendam erit potentior, ſic abſoluta Purgatione pro Virium modulo, & Morbi diſpoſitione ad Vernam uſque Tempeſtatem conveniet Jus Galli deſcripti Chinatum, quippe durante Hyeme non eſt locus Lactis deinceps præſcribendo, niſi forte ad Muliebris Lactis uſum adigat præſentis Periculi neceſſitas. Hic notandum ad Revulſionem non parvi momenti fore Pyrotici ad alterutrius Cruris internam partem applicationem.

Curam univerſi excipiat ſigillatim partium cæterarum affectarum tractatio. Capitis debentur Emplaſtrum roborans & ſuſpendens ex Emplaſtris de Betonica, contra Rupturam, Succino Garyophyllis, Nuce Moſchata, Balſamo Peruviano. Suffitus Operimentorum Capitis ex Maſtiche, Thure, Sandaracha, Gummi Anime, Succino Ramentis Juniperi & Cedri, Roſis rubeis & Seminibus Coriandri ac Nigellæ Romanæ, item ad derivationem Pyroticum poſteriori Collo applicatum inter primam & ſecundam Vertebram, occluſo Ulcere, quod Ferro cadente Bregmati antea inuſtum fuit. Proderunt Cucurbitulæ ſiccæ frequenter Humeris applicatæ, & ſæviente Catarrho veſicatoria ampla Brachiis appoſita ad finem

Deltoidis Muſculi. Fluxionis materiam potenter ſiccabit & confirmabit Cerebrum, Succini præparati Pulvis Saccharo Chriſtallino permiſtus ſumptus quotidie mane ex Ovo ſorbili Horâ unâ, vel alterâ ante hauſtum Juris Galli chinati prædicti. Cum autem Humor à Capite continuo in Pulmones ſtillans, vel ſit in metu tunc Temporis Acrimoniâ &Tenuitate moleſtus, circa Horas nocturnas potiſſimùm ferociens, vel jam Pulmonum Bronchiæ ipſamque ſubſtantiam ſpongioſam occupaverit, tunc recoctus & tenax; ad fluentem Ichorem facient Syrupi de Jujubis, Tuſſilagine, Papavere rhœade, vel etiam de Papavere, nec non Pilulæ de Styrace ad conciliandum ſine ullo Periculo Somnum, in quo Fluxum penè omnium levamen ingens, ſi non abſoluta Medela, conſiſtit. Hiſce addantur Tabellæ Hyppoglottides ex Cornu Cervi uſto, Terra ſigillata, Spodio, Glycyrrhiza: Item Conſerva Roſarum rubrarum, Saccharum roſaceum Perlatum & Corallatam, quibus ſemper admiſceatur (ut omnibus ferè Remediis Pectoralibus) nunquam ſatis laudatus, Lapis Hæmatites in tabida & ulceroſa Pulmonum conſtitutione ſemper proficuus: Ad Phlegma viſcidum Pulmonibus impactum conducent Anacathartica, Syrupus ex Rapis Magiſtralis Trochiſci de Farfara, Succus Glycyrrhizæ compoſitus, Syrupus de Eryſymo, de Hedera terreſtri non coctus. Looch ex Larido vel ex Butyro recenti. Forſitan tot efficacibus Remediis Natura adjuta reſurget & collapſus Pulmo ab affligentibus continuò Hoſtibus liberatus reſtituetur: Sin minus Balſamicis præcavenda, ſiſtenda, extinguenda, ſi fieri poſſit ipſius Corruptela. In quem Finem dabuntur utiliter Lac vel Flores Sulphuris cum parte albaBenjoin ex Ovo Sorbili, Balſamum Sulphuris Mumia ex Pulmonibus.

Interim Analepticis reſarciendum ſeriò triplicis ſubſtantiæ Effluvium, quam indeſinenter internus Ignis depopulatur, quæ inſtaurantia à Medicis præſentibus pro Ventriculi tolerantia & Nutrimenti appoſitione debito tempore & ordine præſcribentur. In Horum cenſu ſunt Lac Aſininum vel ejus defectu Caprinum, quod Vernâ tempeſtate proximâ (ſi Dominæ vitam Deus indulſerit) ſummo Manè cum Pulvere *Haly* vel ſimili in Lecto propinetur ex Ubere calens, addito Saccharo roſato, ſuperdormiendo. Hordeata, Pineolata, Amygdalata, Piſtachiata artificioſè præparata. Oleum Amygdalarum dulcium ſumptum quotidie ad ʒ i. cum pari Pondere Syrupi reſumptivi ex profeſſo præparati cum decocto Pulmonum Animalium, Limacum, Aſtacorum & Teſtudinum facto in Aquis Hordei & ſcabioſæ, addita ſ. q. Sacchari roſati, quæ mixtura detur Horâ unâ ante ſingulos Paſtus. Hic etiam locum inveniet inſtaurans aliquod ſtillatitium, cum quo & Syrupo Analeptico prædicto Julep poterit concinnari.

Chirurgicis Auxiliis antea notis addatur Apertio Hæmorrhoidum per Hirudines, ſi Vires non refragentur; forſitan nequaquam ſpernenda in Febris putridæ vix ac ne vix quidem, intermittentis præſentia. Item erumpente ex Pulmonibus Sanguine, Sectio Venarum, Brachiorum & Sanguinis eductio κατ᾽ ἐπαφέρεσιν in hoc caſu perneceſſaria Ἰσχαίμα ſumpta vel admota ſi formidabile iſtud Symptoma flagitet, ſint ad Manus quæ ex Spermate Ranarum & Ichthyocolla: Bufo ſiccatus pro περιάπτῳ, Crocus Martis Corallinus, tinctura, Sal Magiſterium Corallorum, Saccharum Saturni, Lapis Prunellæ, quæ pro re nata à Medicis adminiſtrentur. Quorum ut peritorum Artificium Fidei, Studio, Diligentiæ, decernendorum, ſeligendorum & agendorum ἐυκαιρία ſedulò captanda committatur. Datum *Londini* Die 28 *Decembris*, 1634.

Pro Domina *Stonor* Morborum Myriade affecta ad D. Doctorem *Franciſcum Smith*.

Epiſtola Domini D. Mayern.

QUID hactenus intentatum reliqueris in debellandâ Morborum Hydrâ, cujus numeroſa Propago Repullulatione quotidianâ nimium vivaci valetudinem generoſæ Dominæ *Stonor* miſerrimè per aliquot Annos exercuit, non video (Vir ornatiſſime) pugnatum à te alacriter & animosè ab ægrâ Remedia admiſſa ſunt. Quod verò gratulatione ſeriâ dignum eſt neuter veſtrum ferocienti uſque & uſque Hoſti Manus dat, quin imò alacrius adverſus frequentes & multiformes ipſius inſultus inſurgit. Bonis Avibus, & ſiquidem me tertium in hanc provocatis Arenam, Athletæ pugnaris vobiſcum munere fungi in præſentiarum liceat. Affectuum abs te enumeratorum, eorumque quos ex propriâ Obſervatione & ſenſu ipſa ægra mihi indicavit, ad varia reſpondens quæſita Catalogum hic recenſere ſupervacaneum duco. Laborant in ipſâ partes omnes, nec video quid ſit in ipſius Corpore Sanum, quod omnium diſpoſitionum præter Naturam Injuriis patet. Singulorum vitiorum licèt ſingulæ aſſignari poſſint Cauſæ à Medico, indagine ſagaci minutias omnes perſcrutante, attamen cùm infœlici Corpori malè univerſaliter eſſe nunquam deſinat: Neceſſariò univerſalis aliquis affectus, ſub ambiguâ & verſipelle variorum Morborum larvâ latitans, perquirendus eſt. Hic triſtes ubique apparent effectus ſeroſæ Colluviei, quâ totum Corpus madet. Exundat in omnes & ſingulas partes Muriæ iſtius liquamen, quæ Tartareo multo Sale turgens Dolores ubique creat, corrodit, Vaſa aperit, & vel Putredo Calore concepto, vel per Fermentationem ebulliens Fervorem invehit in Pectore, Mammâ, Scapulâ, Plantis Pedum & Veſicam ipſam dum ejus Excretioni Natura incumbit, Acumine ſuo crudeliter vellicat. Excrementi iſtius, præter Naturæ leges mutati, Minera & Fomes in partibus nutritiis quæratur Ventriculo, Hepate, Liene, *&c.* Quarum actiones naturales inſigniter læſæ ſunt ab intemperie inæquali variâ, Obſtructionibus, ſolutione continui & inde infortunium multiplex ab hoc veluti Centro in Circumferentiam totius derivatur. Salini fermenti ſedes primaria in Penetralibus Meſenterii. Hepatis (Lienis potiſſimùm) cujus Spiritus acer, Sanguineæ maſſæ permiſtus, Balſamum hoc alimentarium colliquat, & veluti in Tabum ad fidelem partium ſuſtentationem ineptum vertit; unde fit ut Ichor per venoſum genus fluctuans in aſſimulatione à laudabili (ſiquis ſubeſt) Succo ſeparatus, Tragædias iſtas excitet, quæ tam intricatum Medicis Negotium creant. Scio varia & ſolida à nobis proponi poſſe Argumenta, quibus Cauſas antecedentes & conjunctas laborantis Jecoris, Splenis, Stomachi, Renum, Veſicæ, Uteri, Pulmonum, Cerebri ſtabiliamus.

Sed quæſo num in Muliere Melancholicâ cui Genua labant, & Gingivæ putres à vacillantibus & attractis Dentibus diſcedunt, licet Maculæ nullæ in Coxis, Tibiiſve appareant, poſt tam longam Concatenatorum Morborum ſeriem, accuſandus tibi videtur Scorbutus, cujus ſatis potentes in hoc Corpore Cauſas tu te facilè rimari & deprehendere poteris. Duo ſunt mala eò magis humano generi infeſta, quò magis proditori elatitant, & plures in mortalium perniciem facies induunt, Lues Venerea & Scorbutus, quorum ni extinxeris virulentiam, fruſtranea erit cujuſcunque Medicamenti exhibitio; & certè licet Operâ tuâ tot Remediis huc uſque ſtrenuè ſuſtentata fuerit ægræ tuæ Valetudo, mirum eſt & diſquiſitione dignum cur toties ſubinde recidat. Bonum illud eſt, quod ea quæ Scorbutum debellant præſentibus affectionibus etiam aliunde ortis poſſunt mederi. Sic ſpero fore ut reddito partibus Naturalibus Tono & extincta Acris Ichoris, ubique tumultuantis efficiente Cauſa & Renibus & Veſicæ, & Utero & Pulmoni, Pectori, Artubus, Capiti, Pedibus, uno Verbo toti benè ſit.

Curationis tam laborioſæ apparatum nos decet partiri in ea, quæ univerſaliter totum reſpiciunt ſubjectum, & quæ particulariter ſævientibus affectibus pro re natâ debentur.

Diætam hic ne attingo quidem, cujus aſſignationem tibi, perito Artifici, relinquo. Pharmaceuticorum Remediorum varietas in præparantibus, evacuantibus, corroborantibus ſive alterantibus, conſiſtit: Quæ omnia debito ordine ſecundum occaſiones præſcribenda ſunt, equidem ſequentem Ordinem obſervandum cenſeo, niſi novum aliquod incommodum non præviſum pro More enaſcatur, idque præcavenda ſequentia incommoda Hydropem, Phthiſin, Veſicæ Ulcus, Cancrum, Apoplexiam, Paralyſin, *&c.*

Præmiſſo Enemate emolliente & carminante, Ventriculus Blenna turgens ad facilem ſubverſionem præparetur per biduum, dato Oxymelite vel propinato bis in die hauſtulo Hydromelitis vinoſi benè fermentati per additionem Guttarum aliquot Olei Sulphuris aciduli.

Deinceps detur Vomitorium, non quidem è Stibio, cujus effera vis Pulmonibus poteſt eſſe, in præſenti rerum ſtatu, noxia, ſed vel ex Vitriolo albo depurato, vel ex Seminibus Cataputiæ majoris, quæ Numero xxv. vel xxx. ſeligantur recentia ejuſdem Anni, pulpoſa, mundentur & ex Medullâ additis Amygdalis paucis fiat Emulſio Aquâ Hordei, dulcoranda Saccharo Cryſtallino pro libitu. In Operatione Remedii exhibito Poſſeto facilitandus Ventriculi Motus, ut Artis eſt, ſub Veſperam dandum Cardiacum ex Mithridato, Confectione Alkermes & Lapide Bezoar vel Contrayerva. Pro effectu vel ſufficiet unum Emeticum, vel interpoſito uno & altero Die Præparationi dando repetatur ſine noxâ, ut in penitiſſimos Viſcerum receſſus ſic via fiat, & pateat aditus reliquis Medicaminibus, remotis ab ipſo Limine obſtaculis. Sequatur Humorum per inferiora educendorum Præparatio, quæ apprimè fiet per tres quatuorve Dies præparante illo univerſali Crolliano, in quo acumen Spiritus Vitrioli per Oleum Tartari penitùs extinguitur. Ad Purgationem hic per Epicraſin moliendam faciet Apozema Hepaticum, Spleniticum, Pectorale, Antiſcorbuticum, cui admiſcenda Cathartica ſunto Sena, Rhabarbarum, Agaricus, Fibræ Radicum Ellebori nigri, cum Syrupis Roſarum pallidarum, Diaſereos, ad Melancholiam & Auguſtano de Rhabarbaro. Decoctum autem in Aquâ Ebullitionis Tartari albi præparatur; quatuor ad minus hujus Cathartici Doſes ægræ propinentur Diebus conſequentibus vel alternis, juxta Operationem & Vires: Quo facto, utinam vel tam apta, vel tam prona ad excipiendos Sudores eſſet Domina quàm iſtud Evacuationis genus ipſi neceſſarium duco. Præſcriberem Diætam Sudorificam xx. ad minus Dierum, in quâ dato quotidie Diaphoretico Antimoni magiſtrali, quod Bezoarticum minerale *Hartmannus* indigitat & ſuperhauſto decocto Hydropico ſine ullâ Caloris violentiâ reſeratis Poris Sudores copioſos quotidie elicerem. Sed quoniam Domina videtur ab iſto Remedii genere alieniſſima, vel ejus revera minus eſt capax, non mutatis Intentionibus curativi, purgato ut ſupra Corpore tranſeat ad uſum quotidianum Electuarii Ventriculum, Hepar, Lienem & cæteras partes affectas reſpicientis Antiſcorbutici, cujus Baſin conſtituant vel Sal Martis ejus Anima dicta, vel ejuſdem Crocus ſine Igne, vel Aceto præparatus, & Ceruſſa Reguli Antimonii fixiſſima, Angeli Salæ: Deglutiantur iſtius Electuarii ʒ vi. vel ℥ i. & ſuperbibatur Decoctum Zarzaparillæ, Ligni Rhodii, Santali Citrini, Saſafras, Ramentorum Abietis, Raſuræ Cornu Cervi, dulcoratum Julepo ex Succis Cochleariæ, Naſturtii Aquatici, Beccabungæ & Saccharo ſine Calore in iis per reſidentiam depuratis diſſolvendo. Horâ unâ à deglutitione Boli Corpus moderatè exerceat, præſertim Ambulatione, non Brachiorum agitatione nimia, ne vel Mammæ malè ſit, vel affectæ partes Thorachicæ & ſpiritales lædantur. Differatur ad quatuor Horas Prandium, & exacta ſit ſemper quidem, ſed potiſſimum in decurando hoc Studio boni Regiminis in rebus ſex non naturalibus obſervatio. Quoniam verò neceſſe eſt, ut iſta poſt productum effectum eliminentur per Alvum, præſertim ſi Mars in ſubſtantiâ exhibeatur, vel Electuario ſufficiens quantitas Pulveris Senæ & Rhabarbari admiſceatur, vel Decocto iſta addantur Cathartica, vel Pilulæ aliquæ Aloeticæ, acuatæ, ſi opus fuerit paucis Granis Extracti vel Trochiſcorum Alhandal, devorandæ dentur Horis duabus tribuſve à Cœna in ingreſſu lecti, quoties Medico opus fore videbitur. Perſeverandum in hoc Electuario ad Dies *xxx. xl.* & plures pro ipſius Affectu & aſſumentis Ventriculi ἐυφορία, videndo ut Potus ordinarius toto iſtorum Dierum decurſu ſit vel Decoctum Zarzæ, Chinæ, Saſſafras, Abietis, dulcoratum Julepo Antiſcorbutico, vel Cereviſia non lupulata iiſdem liberaliter admixtis, Medicata iſta dum fiant Aquarum Mineralium incidet tempeſtas in quam Tempus Anni devolvetur. Certè multa ſunt in hoc Corpore, quæ univerſalis iſtius Remedii uſum ſuadent, licèt Caput & Pulmones utcunque refragentur. Attamen poſt præcedentia præſtita forſitan Partibus iſtis tam benè erit & impunè naturales iſtæ Scaturigines, imò inſigni cum profectu potari poſſint, eligantur autem vel *Tunbrigenſes* vel *Briſtolienſes*, quæ Ferrum ſapiunt & Vitriolum, & juxta Cautiones neceſſarias exhibeantur. Purgant ſalſuginoſæ Fontis *Epſham*, & Caput minus feriunt, generosè ad everrendam Naturalium omnium partium Saburram, quibus ſi utcumque ſimiles *Winzorianæ* olim à Domina cum noxâ forſitan potæ accuſentur, meminerit ſe ad iſtas Nymphas illotis, ut aiunt, Manibus ſine prævia Præparatione, non omittendâ, acceſſiſſe, quod ſi in Corpore Aquæ potæ remorentur, iis quamprimùm valedicat & quidquid reſtiterit vel Jalap ſolo, aut cum Pulvere Radicis Ireos florent, recentis permiſto, vel pauculis Granis Elaterii cum Pilulis Alephanginis ſubacti educatur. De Thermalibus licèt ratione Sudoris & Colliquationis Cruditatum ubique luxuriantium non inutiles videri poſſint, attamen ratione Sulphurei Caloris, Renibus, Veſicæ, Pulmonibus valdè noxiæ, mihi non ſuſpectæ eſſe nequeunt. Quod ſi ad Vitriolatas ſe accingat ægra earum fœliciter & ſuavior procurabitur per Veſicam tranſitus, præſumpta Therebentina Cypria, ſubacta cum Pulvere Gummi Arabici & Tragacanthæ, vel admixtis Syrupis de Althæâ Fernelii vel de Mucilaginibus. Quod ſi minus ad Aquarum uſum Corpus diſpoſitum videatur, vel aliqua ab ipſis pertimeſcatur noxa, pergendum erit per Septimanas & Menſes in uſu Animæ Hepatis granatim adminiſtrandæ & Ceruſſæ Antimonii quæ pro Conſilio deinceps ſuggerendo uſurpabuntur. Atque hæc circa univerſalia dicta ſufficiant in præſentiarum. Unum illud inprimis notando, quidquid moliturus ſit Medicus, nunquam negligendum eſſe Labis Scorbuticæ delendæ vel præcavendæ Intentionem.

Nunc circa ea, quæ particularem pro ingruentium Symptomatum Varietate & Syndrome

Curam requirunt, ſic procedendum puto.

In Catharrho derivantia, Cerebrum ſiccantia externa, ut Emplaſtrum ad Suturas, Suffitus, egregiè Catarrhi materiam abſumit Succini Pulvis ſumptus Manè ex Ovo Sorbili cum Floribus Sulphuris non fœtidis, Cranio humano non ſepulto, ad Albedinem calcinato & Cornu Cervi itidem uſto, addito Saccharo Cryſtallino.

Recurrente Sanguinis ſputo Phlebotomia Saphænæ, Hæmorrhoidum apertio, ut potens fiat Revulſio ad inferiora. Uſus Lapidis Hæmatitis, Santali rubri, Sanguinis Draconis, ſed cautus, ut etiam Pilularum de Styrace.

In Doloribus vagis Linimentum ἄκοπον, licet ſublatis cauſis leve ſit Laboris iſtius Periculum.

In Dolore Renis ſiniſtri Clyſter refrigerans & leniens & Regionis affectæ Litus cum Nutrito ex Saccharo Saturni & Oleis Roſarum, Violarum & Unguento Populeo.

In Ardore, Urinæ admodùm crudeli Clyſter, Semicupium, Emulſiones, Anodyna omnia & lenientia, Pilulæ ex Gummis Arabico, Pruni, Ceraſi, Tragacanthæ, Syrupus de Mucilaginibus.

In Uteri Sorditie & Flatibus importunis Clyſter Hiſternicus non omiſſis Bryoniâ, Paſtinacâ majore, Trifolio odorato, Injectiones per Metrenchyten, Suffitus per tutum excipiendus.

Propendentis Aqualiculi Oedematoſus Tumor univerſalibus cedet proculdubio : quod ſi perſeveret Emplaſtris idoneis diſcutientibus Epipaſticis, Dropaci aut Phænigmo manus dabit, vel ſi intercutanea hæc Materia aliam poſtulat Evacuationem, affixo Pyrotico paulò poſt occludendo ſine diſcrimine facilè ducetur.

Uſualium etiam habenda ratio. Vomitum tanti facio in hoc Caſu, ut cum ſingulis Menſibus ſemel ad minus provocandum cenſeam, non quidem Emeticis validioribus, quorum parùm tuta eſt frequentia, ſed immiſſo in Fauces Digito, vel inditâ Plumâ Horis duabus à Cœnâ poſt largiores & valde licentioſas Epulas.

Purgatio frequens eſſe debet, ſed benedicta quippe vehementior Vires exolvit, & Calorem nativum diſſipat. Pro peccantium Succorum, Tempore pro redundantium varietate, diverſa aſſignanda Cathartica, ſed in te cogita, Vir ornatiſſime, Mercurium ſeu ſublimatum, ſive præcipitatum dulcem Idoneis Vehiculis commixtum univerſale purgans eſſe, quod Cauſas Morbificas omnes ſerio aggreditur, & debellat.

Inter Serum abſorbentia Principatum tenent Corallia, Perlæ, Perlarum Mater, Cornu Cervi calcinatum & Sal Tartari Chriſtallinus, omnes Aciditates Ponticas & corrodentes dulcificans.

Inculco ſemper Scorbutica, quorum uſus continuus & omnifarius ex unâ Fideliâ plurimos tibi dealbabit Parietes. Utinam More Germanico facilis ægræ eſſet Laconici vel ſicci vel vaporarii Uſus, quo in Plethorico Corpore, poſitis ponendis, nihil videtur eſſe utilius, præſertim ſi ante ipſius ingreſſum cum ſapâ

Baccarum Sambuci Diaphoreticum Antimonii Magiſtrale aſſumatur.

Corollarii locum habeant Chirurgica Auxilia. Nolim te deinceps Sanguinis nimiùm prodigum eſſe, ſed generoſum iſtud Præſidium inſtar Triarii Militis, reſervare in urgentem Neceſſitatem, ut quando magnus ſit Humorum in partem aliquam decubitus, quando Dolores intolerandi ſæviunt ubicunque, quando ex Thorace prorumpit Sanguis affatim. Quantum autem poterit meâ quidem Sententiâ, inferiores Venas præ ſuperioribus tundito,

Fonticulos in Coxis perutiles Autumno. Denique Hortor, ut in Veſicatoriis ex Cantharidibus applicandis cautus ſit, propter Veſicæ ſæpius ſummum Ardorem patientis incommodum. Alia ſunt quæ impunè Venenati iſtius, licèt efficacis, inſecti Vicem ſupplere poſſunt. Ut Viburnus Cortex medianus, Ranunculus bulboſus, & ſimilia.

Iſta ſunt, quæ tibi ſcribenda inconſtantis tuæ ægræ Dominæ *Elizabethæ Stonor* compendium judicavi. Tuum eſt captare ἐυκαιρίαν & ex amplâ Sylvâ Remediorum ea ſeligere, quæ pro re natâ vel utilia, vel abſolutè neceſſaria credideris. Tu vale, & me, tui amantem, redamare perge.

Datum *Londini*, 1 *Maij*, 1635.

Medico Doctiſſimo, Viro amiciſſimo Domino Doctori *Bavo* tradantur.

Pro Puellâ 13 Annorum, Melancholicâ, deſipiente, in Maniam pronâ. Filiâ Domini Thomæ Veete.

Verendum (Vir ornatiſſime) ne generoſa illa Juvencula, deſipiens, melancholica, à fervidis Exhalationibus Cerebrum impenſius percellentibus, maniaca tandem evadat, ſi decimus tertius, quem nunc demum attigit, Annus aliquid Hyſterici vel Eructurienſium Menſium Præludia ſuſpicari ſineret, non longè petenda eſſent Symptomatum Facultates Principes afficientium Cauſæ, ſed aliò collineandum nobis eſt ut inventâ malè occaſione efficacia aſſignare poſſimus Remedia. Audio ipſam aliquando, ingenti Pavore perculſam à fortuito in cænoſam Aquam Caſu, unde fit ut hunc uſque Diem ablati Balnei aſpectum perhorreſcat. Animi Pathemata habent Imperium in Spiritus & Humores, Morborum parentes, & ſubitaneo Metu in Animo parùm firmo nihil potentius ad convellendam Mentem & Rationem à propriâ Sede dimovendum. Sed in iſto Cauſarum obſcurarum ſcrutinio non duco inutilem rabidi illius Canis quem ante aliquot Menſes in Familiam graſſatum, licèt Puellam non ſit aggreſſus, audio. Mira eſt inexplicabilis iſtius Veneni vis, quod afflatu ſolo noxam inferre poteſt ad longum etiam Terminum erupturam. Quocirca ſedulus eſto iſtius rei Inquiſitor; interim dum circa Notiora occupatus ægræ rationalem Medelam porrigere non deſinet. Sulphureas & bituminoſas Exhalationes Caput petere inde conjicito, quo ipſa, quæ dum ipſi Mens ægrotat Dolorem nullum ſentit, quando ad ſe rediit, Capite plurimum dolente conqueritur. Equidem Cerebro malam inuſtam Labem & partem nobiliſſimam propriâ affectione laborare, perſuaſum habeo; attamen primarium Focum in Viſceribus Nutritiis, quidni & in Vaſis ad Uterum pertinentibus, quærenda puto? Ut cures, temperandus qualitatum exceſſus refrigerando & humectando, reſerandæ Obſtructiones, ducendi peccantes Humores non tam blandis Remediis, quàm Catharticis, quæ eos in propriis Cuniculis aggrediantur. Roboranda Cor & Cerebrum à quo revellendum ſtrenuè & quibuſcunque Mediis idoneis derivandum, ita ut Caput non tam per ſe quàm ex conſequenti ſentiat levamen, cui etiam ſua debentur Auxilia. Forſitan hic à me expectas formularum aſſignationem ut fœcunda iſta Hydra debelletur. Perdifficile eſt & à meo alienum Genio ignotum Corpus fortuitis vexare Conſiliis. Attamen in Genere hæc habe, Vomitorio Cerebrum nolim concuti, ſed validius Humores duci per inferiora.

Enemata attrahentia crebra ſunto. Purgatio inſtituatur cum Pulvere benedicto *Valeſci* (quem ab *Hali* mutuatus eſt) qui *Hali* per Hieræ additionem efficacius præparato Medicamentum ex Obeliis Lacte madefactis inſtar Boli commodè exhibendum. Dat uterque Author octavo quoque Die, ego ſæpiſſimè fœlici cum Succeſſu Amentibus exhibui. Utrumque Conſulito, Capite de Melanchol. ſorbitionibus crebris, ſive ſint Juſcula alterata, ſeu Serum Lactis, idoneis Herbis Medicatum, ſive poſt ſufficientem Purgationem Lac Aſininum, ſeu Aquæ Minerales: Intimos Corporis receſſus Colluito, & peccantem Humorem efferum diluito & cicurato.

Balneum hiſce addito, tepidulum ſaltem, cujus Uſus longus ſit & frequens, non rejiciendo, Exemplo quorundam qui in Atrabilariis affectionibus totum Annum etiam ſæviente Brumâ Aquis merſi, tranſigunt. Quod ſi Aquam fugiat ægra delirans & tremebunda Rationibus, Monitis, Precibus eò adigatur, ut neceſſarium admittat Præſidium, quod admixto Lacte Speciem Aquæ exuet. Specifica ad Melancholiam ex Ellebori nigri Foliis, vel extracto Radicum More *Bovii* præparato, item ex Lapide Lazuli & extracto Hyperici concinnentur, etiam ſingulis Diebus uſurpanda. Ex iſtorum effectu ſpes, quæ de Curatione poteſt concipi, ſatis eluceſcet, deinceps ad validiora erit deveniendum, quæ tunc temporis præſcribentur. Inter Chirurgica Auxilia primas tenet Venarum apertio, quæ tundantur inferiores potius ad utrumque Malleolum, quàm ſuperiores. Affigantur ſæpiùs Margini Ani Hirudines. Pyrotica inurantur utrique Coxæ internæ, quod ſi Caput aliquid particulare flagitet proderunt Veſicatoria ampla poſteriori Collo & Epomidi Muſculo applicata. Hirudines pone aures & ad Jugulares & Vertius Raſi ex alto Irrigatio cum refrigerantibus & Cephalicis temperatis Aquis refrigerantibus & Lacti incoctis. Unctio cum Oxyrrhodimo, applicatio Galli gallinacei per medium ſecti vivi; inſperſis Betonicæ, Florum Nenupharis, Hyperici Herbæ Paraliſeos, Papaveris Rheadis Pulveribus. Quod ſi ſæviant Vigiliæ, provocetur Somnus primo Diacodio, deinde Ladano. Sed quod Unicum eſt, provocetur Alvi fluiditas, ſeu Clyſteribus lenientibus & valdè emollientibus, ſeu Paſſulis Pruniſve laxantibus cum Sena, *&c.* ſive Syrupo aliquo Magiſtrali à te præſcribendo. Plura adderem ſi mihi melius notum eſſet laborans Subjectum. Prædictorum Vis, ſi irrita fuerit, Miſeram Puellam magnum manet Infortunium. In omnibus ſecundum Deum opt. max. Curæ tuæ commendata illa ſit de meliori nota. Vale Vir mihi amiciſſime & me ſolito Amore proſequi perge.

Datum *Londini*, 20 *Junii*, 1635.

Pro Generoſa Puella Mrs. *Gorden* laborante Infectione ſquamoſa Cutis, cum pruritu, quæ eſt ſpecies Lepræ albæ; melius ipſi erit erumpentibus Menſibus. Eſt Annor. 13. aut circiter.

Cutis pruritus, Species Lepræ albæ.

POſtquam Generoſa Virgo domum appulerit, purgetur Pilulis Specificis quas ſecum defert, interpoſitis tribus inter Purgationes Diebus, quibus Intercalaribus capiat Julepum bis in Die ex decocto Pomor. redolent. Scabioſ. totius Raſur. Cornu Cervi & Eboris Prunis Brignolenſibus & Hordeo in cujus Colaturæ ℔ ii. diſſolve Syrupi violati de Cichor. ſimplici & de Fumar. ſimpl. an. ℥ ii. Spirit. Vitriol. q. ſ. ad grat. Aciditat. Ms. Capiat ℥ v. pro Doſi ut dictum eſt.

℞ Maſſ. Pilul. Coch. minor. ℈ i. Calomelan. gr. xvi. Fol. Auri N°. vi. Ol. Aniſ. gutt. ii. Ms. Fiat Doſis ſumendo Mane, Hora 7 ſuperhauſto Poſſeti calent. momento dilato ad tres Horas Juſculo, ad quinque verò Prandio.

Poſt ultimam Pilular. Doſin. quieſcat per biduum à Purgatione, quibus Diebus utatur Apozemate alterante præſcripto. Tertio vero Die inſtituatur Balneum Aquæ dulcis tepentis, cui incoxerint Folia cum Radicibus Lapathi,

pathi, Scabioſ. Saponar, Vitis, Salicis, Nympheæ Cortex. Median. Strangulæ Rad. Enulæ, & Folia Malv. Violar. Parietar. addito Furfure multo. Addatur etiam Lac Vaccinum Rec. mulctum, eoque utatur Tepidulo manè per Hor. *ii.* Quavis Vice, idque citra Faſtidium & Sudorem, inde Lectum petat, & deterſo Madore quieſcat.

Perſeveret in uſu Balnei per octiduum, in quo poſtquam per Horam integram morata fuerit capiat magnum Hauſtum Seri Lactis rec. clarific. in quo per Noctem macerat. fuerint Fumar. Cichor. Endivia Hepatica.

Hora etiam quinta Pomeridiana capiat hauſtum ejuſdem Lactis.

Exactis octo Diebus Balneum repetat, purgat; mox per octiduum provocetur Sudor Manè in Lecto aſſumpto Bolo ex gr. xii. Diaphoretic. Magiſtralis excepti ℈ i. Theriac. Andromachi & ʒ *ſs.* Conſ. Fl. Calendul. Superbibat huic Bolo Poſſetum præpar. cum Ulmar. Carduo Bened. & Scabioſa, qui Potus calens ſit, & deſuper ſedulo excipiatur Sudor.

Poſt deterſum Madorem & Sudorem, quieſcat per *ii.* Hor. ad minus in Lecto antequam Cibum ſumat.

Sudorem Diebus exactis iteretur Purgatio. Iteretur etiam Balneum per quatriduum & Seri Lactis uſus. Mox veniat ad uſum Electuar. Magiſter. ſequent. de quo capiat per Menſem unum & alterum ʒ vi. ad minus, vel ad ſummum ℥ i. (quod melius eſt) Hor. *iv.* ante Prandium leviter ſuperambulando, ita ut habitus utcunque incaleſcat citra Sudorem.

℞ Pulp. Pomor. redolent. condit. Rad. Cichor. & Oxylap. condit. an. ℥ iv. Conſ. Fl. Violar. Bugloſ. & Borrag. an. ʒ ii. Pulv. Rad. Scabioſ. Veronic. Mar. Fumar. an. ℥ i *ſs.* Chamædr. Fl. Lapul. Salv. vit. an. ʒ vi. Diaphoret. vulg. fixis ℥ iii. Carn. Viper. idoneo Tempore capt. & præp. ℥ iv, Omnia ut decet præparata excip. ſ. q. Syr. de Pom. redol. & de Fumar. ſimpl. Fiat Elect. inſtar Opiatæ. Doſis à ʒ vi. ad ℥ i. quotidie mane ſuperhauſto Sero Caprino cum Herb. convenientib.

Expulſio Materiæ Squamas generantis ad Cutem interim dum utetur iſto Electuario habenda eſt in bonis. Attamen ſi pertinacius Furfures iſti perſeverent deturbandi erunt & curanda Cutis Unguento præparato cum Radice & Succo Lapathi, Scabioſa, Cortice mediano Frangulæ, Betonica Aquatica & Bryonia, quæ omnia conciſa bulliant cum Axungiæ Scilla recenti in Aq. Fabror. ad Herbar. Putrilag. ſeparetur Pinguedo v. a. e. & cum Aceto Decoctionis Lithargyri Auri, addito Oleo Nucum extracto ſine Igne, fiat veluti Nutritum inungendum Partibus Squammoſis.

Victus ſit valde exactus, refrigerans & humectans, abſtineat ab omnibus acribus, ſalſis, piperatis, vel aliis Aromatibus conditis à Saccharo multo & Melle & ab omni generoſo Potu; cujus Vice bibat continuò in Paſtibus & extra, Cereviſiam medicatam ſequent.

℞ Rad. Chin. per Taleol. Sect. ℔ i. Rad. Scabioſ. Filic. Fœmin. Oxylap. an. ℥ xii. Rad. rub. Tinctor, Chicor. Taraxaci Oxalid. an. ℥ iv. Fol. Scabioſ. ſaponar. Veronic. mar. an. M. iv. Fl. Fumar. Cuſcut. an. M. iii. Santali Citrini & alb. an. ℥ ii. Cortic. Pomor. red. ℔ i ß. Coquantur omnia in Cerviſ. parum Lupul. Galon. vi. ad ii. Conſumptionem. Affund. ejuſdem Cerviſ. Rec. fervent. Galon. iv. ſinatur fieri Infuſio per Noctem vaſe probe tecto. Manè fiat Colat. per Setaceum cui Doliolo idoneo incluſ. adde Succi Pom. redol. rec. expreſ. ℔ vi. Succi Naſturc. & Beccabung. an. ℔ i ß. Ferment. Cerviſ. Pintam 1. Chalyb. fruſtulatim diviſi ℔ i. Sinatur fieri Fermentatio ad perfectam Depurationem, Liquor limpidus includatur Lagenis Lapid. optimè obturat. Servandi loco ſubterran. unde depromantur ad uſum.

Nunquam careat hac Cereviſiâ.

Pro *My Lady Wray*, laborante immoderato Fluxu Hæmorrhoidum.

Curatio hujus Morbi conſiſtit in ♂ & Corallo.

FLuxus iſte Hæmorrhoidalis qui in Generosâ Matronâ plurimis ab hinc Annis certis ſtatiſque Periodis Vere & Autumno erumpere ſolitus eſt, Metu graviſſimorum Morborum haud temerè ſiſtendus eſt, ſed qui nunc ferè continuus redditus Dominæ Calorem nativum depopulatur & Vires atterit frænandus, & ſi fieri poſſit in priſtinum ſtatum reducendus. Vitium hoc triduo Hepati calidiori à quo Sanguis fervidus, acer, tenuis, & ut credibile eſt Ichore plurimo ſcatens generatur qui Vaſorum plenitudine turgens & præ Acrimoniâ mobilis ad conſuetum emiſſarium amandatur à Natura, quo reperto quâ datâ porta ruit. Hoc poſito, intemperies Viſceris corrigenda eſt, confirmandum Parenchyma, conſervandus Tonus & roboranda Facultas retentrix. Revulſio ſæpius iteranda & tandem Sedi proſpiciendum quæ pars ab Excretione Fœcum (quas perpetuò molles vel eſſe vel reddi Operæ prætium eſt) ſedulò inſpicienda eſt ut pateat num fiet vas aliquod venoſum aut arterioſum, quod particularem Curationem per Topica requirat. Victum refrigerantem modicè aſtringentem, vel ſaltem Sanguinem incraſſantem præſcribat Medicus Ordinarius non ſine effectu, quippe Domina, in Diæteticis admodum Cautam & dicto audientem eſſe pro comperto habeo. In Regimine magni eſt momenti Potus, quem talem eſſe velim, ut partim ſuperfluum Serum abſorbeat ſiccetque, partim per Urinareos meatus educat. Quibus Intentionibus ſatisfaciet Decoctum Chinæ addito Ligno Nephritico quod Cynamomi momento conditum, vel per ſe bibatur, vel permiſceatur Vino Clareto Oligophoro. Ex iiſdem etiam additâ Raſurâ Abietis & in graviori Fluxu ſerraturâ Quercus recenti Cereviſia vel

Ala medicata præparari poterit, cui ſi fruſtra aliquot Chalybis Doliola immittenda addantur abundè omnibus Intentionibus in præſenti Caſu neceſſariis ſatisfiet. Revulſionem commodam faciet iterata pro ratione neceſſitatis Phlebotomiâ, quâ ſimul nimium temperabis Calorem, ſed illa in parvâ quantitate celebretur pro præſentis Medici prudentiâ, idque ex utroque Brachio non unâ Vice ſed ſucceſſivè. Regioni Hepatis Cucurbitulas ſiccas ſubinde applicare & Cerato Santalino Regionem Hepatis munire optimum, præſertim ſi id additis addendis in Emplaſtri Formam reducatur. Quod ad Medicamenta alterantibus potiſſimum hic locus eſt, & caute præbenda Cathartica, ne affecta Pars nimis importune ſollicitetur: Eaque ſint talia quæ cum leniendi Facultate ſemper habeant Adſtrictionem, v. g. Caſſiæ & Tamarindorum dilutum cum Infuſione Rhabarbari & Myrobalanorum, licet cum iis additis Polypodio, Sena & Manna poſſit commodè Syrupus aliquis Magiſtralis in uſum ordinarium concinnari. Alterantia uſualia ſunto Julep ex Tincturâ Roſarum extracta cum Aquis ſtillatitiis Scrofulariæ, majoris & Tapſi barbati per Vitrioli Spiritum, acidulis additis Syrupis Mororum rubi Idæi & Corallorum. Iidem Syrupi aciduli redditi ſumantur è Cochleari inter Paſtus. Inter contemperantia locum habeant Aquæ Minerales vitriolatæ & feruminoſæ Idonea tempeſtate potandæ ſecundum Artis Legem. Item Serum Lactis Medicatum Herbis convenientibus, Hepatic. dummodo Ventriculo nequaquam noceant. Sed præter prædicta omne ferent Punctum Chalybeata Remedia, in quibus verti Cardinem iſtius Curationis Autumno. Chalybs vel in Syrupo detur præmiſſis præmittendis vel in Vino Clareto infuſus cum Hepaticis, Agrimonia, Hepatica, Pimpinella, Ebore & Santalis. Dabitur etiam, ſi Opus fuerit, in ſubſtantiâ cum Aceto multiplicem in eo Extinctionem præparatus, & ſi Fluxus ad majora & potentiora adſtringentia adigat, fiat Vitriolum Martis, quod cum Roſar. rubear. Conſerva (poſt Calcinationem ad Coccineam Rubedinem) mixtum, additis Gummis Arabico & Tragacanthæ, nec non albumine Ovorum ſiccato & in Pulverem reducto inſtar Electuarii ſive Opiatæ pluribus Diebus conſequentibus exhibeatur. Sed id, ut dictum eſt, tantum urgente Neceſſitate, quippe Hæmorrhoidum Fluxus moderatus liberat à magnis Morbis, & in eo profuſiſſimo atque excidium ſubjecti minante etiam per Chirurgiam ſiſtendo, Venam unam apertam relinqui jubet *Hippocrates*. Iſta ſufficiunt, quæ ſi non proſint nihil profuturum credo. Videat tantummodo Medicus ordinarius, ut ſingula Ordine ex Artis Legibus adminiſtrentur.

Datum *Londini*, 7 *Octobris*, 1635.

Domino Doctori *Harvæo* Medico Regio, *Newmarket*.

Pro Domino Princip. Elect. Palat.

Melius feciſſet (Vir excellentiſſime) Princeps Sereniſſimus, ſi rationem potius quam appetitum & juvenile Conſilium ſecutus in Urbe uſque ad Regis reditum ſe continuaſſet & refocillandis Viribus à prægreſſo Morbo ſatis exhauſtis ſeriò & patienter incubuiſſet dilatis violentioribus Exercitiis, Equitationis inter Venandum & Sphæriſterii in longius & commodius Tempus, præſertim Hybernâ tempeſtate ſævientibus Aquilonibus horrida & valde inæquali, id non tantum conſulente ſed imperioſè jubente. Verùm is eſt omnium Principum Genius, ut quodcunque volunt audeant, etiam cum Salutis diſpendio, ita ut ipſorum Medici, meritò cenſeri debeant infœlices qui Caſſandræ Perſonam inducunt, & quidquid ſuper Aulæ Theatro ad Præcautionem vel conſulant, vel ex Fundamento pernicioſi eventus prædicant, vel non audiuntur, vel ſi non ridentur, negliguntur tamen. Tandem in Dominos ipſos Spreti Conſilii cuditur Faba. Declarant tuæ Literæ Principis Celſitudinem Laboribus fatigatam in Febrem incidiſſe, cujus Typum tam brevi Temporis ſpatio certo explicare perdifficile fuit. Equidem licet Corpus Humoribus ſatis abundare, iiſque acrioribus putem, attamen in meliorem deſcendens partem eò uſque blandior mihi, ut à concepto Frigore, forſitan ab habitu inter ludendum Pila repentè occluſo, nec Frictionibus quas refugit Princeps, ut decebat, reſerato Febrem hanc ortam mihi perſuadeam, in cujus Ebullitione intrinſecâ Natura diſpoſitam ad Putredinem materia nacta, & agit & viciſſim patitur. Varia circa Morbi Idæam ſcriberem, ſi magis noti eſſent, mihi peccantium Humorum motus & circuitus, quos præſenti ſaltem Medico ſolidè obſervare datum eſt. Vix poſſunt mihi imaginari poſtliminio recrudeſcentem aliquam Malignitatem, poſt Morbillorum efferveſcentiam, licet Agitatio violenta Humorum ſatis potens Cauſa ſit ad procurandam novam ξύμωσιν, per quam ſæpiſſimè poſt Morbillas Variolæ erumpunt, ſatis mihi ſit nunc tecum agere ex Hypotheſi. Febris adeſt non Homotonos, ſed quæ fuit tibi non remiſſione modo, ſed & intermiſſione conſpicua, Capitis adeſt Dolor, forſan à Crudore Cerebri & Catarrhoſa diſpoſitione, quæ Principem hic ſupra modum fatigavit. Benè abs te injecti Clyſteres, benè præſcripta Diæta utcunque tenuis & cautè data Cardiaca; nunc ut ſcribis perſeverante Febre Sanguinem de Baſilica minuere tibi eſt Animus. Febris omnis continuæ potentiſſima Abbreviatio in Phlebotomia conſiſtit, Corpore præſertim exiſtente Juvene, potui Vini meracioris aſſueto & Plenitudine ad vaſa laborante, dummodo generoſo huic Præſidio Vires languidæ non refragentur, Vis Pulſifica naturaliter in Sereniſſimo Principe utcunque mihi videtur æquo debilior, propterea ſi Morbus Sanguinis vacuationem poſtulet (poſtulabit autem perſeverante incendio cum Urinis Flammeis, quæ conceptum in majoribus vaſis Ignem teſtentur) quoad quantitatem Evacuationis cautus eſto. Cautiſſimus verò, ſi nihil valdè urgeat in decernendo Remedio, cujus quantumvis ex Arte facta Adminiſtratio vix effugiet Calumniam. Noſti quàm malignè nunc graſſentur Febres Petechiales quarum levia Principia Funeſta paucis Diebus capeſcunt Incrementa. Noſti circa earum primum Augmentum ſæpiſſimè ſubſtillo Sanguinem erupturire Omine valdè infauſto, abſit ut quidquam portendam mali, attamen in Perſona præſertim Principe abundans Cautela nunquam nocitura eſt: Iſta tibi quaſi per Nebulam abſens inſinuo atque Amico prudenti hocce Conſilio præſentes claudo. In gravioribus caſibus Medicos à Medicis conſuli jubet *Hippocrates*; In Principibus omnia ſunt gravia, & ipſe *Galenus* Imperatoris Filio Stomachi attritione laboranti Vinum & Piper innoxia, imò ſalutaria ſolus præbere veritus eſt. Itaque perſeverante affectu vide ne ſis ſolus, & dum Artis Peritiam ſingularia Certamine oſtentare ſtudes, tibique momentaneam conſiliare Authoritatem, cave ne vel incerti, vel longioris Eventus, ne periculoſi dicam Fortuna turbæ Judicio cui Ars noſtra nimium obnoxia in te recidat. Equidem meam in Arte experientiam extra Aulæ Limites probare ſine Arbitris, ſaltem advocatis (recuſatis nunquam) quotidie Satago, ſed regios Morbos non ſine Aſclepiadarum turba mecum unanimiter pugnante aggredior unquam. Principis Celſitudinem ſereniſſimam meo & Collegæ noſtri Domini *Liſteri* Nomine ſaluta: Utinam hic ſimul adverſus Hoſtem, quem brevi averruncari optamus, pugnare nobis liceret. Tibi in arduo tuo penſo omnia ſuccedant fœlicia. Vale per me qui ſum

Tui Amantiſſimus

Mayerne.

Memineris leviſſimè admodum Purgatum Principem & poſtquam deferbuerit Febris melius purgandum, ne alatur novæ Calamitatis Fermentum. Generoſus quidam ex Principis Familia, Nomine Dominus de *Beringhem* ab exercitio Pilæ, licet antea ſæpius purgatus in Morbillos incidit, graviter ægrotavit, & adhuc Diarrhæâ valde importunâ premitur.

Datum *Londini*, Die 3 *Februarii.* 1636.

Thomas Clotworthy, Eques Auratus, hoc Morbo laboravit.

Pro Laxitate ϖροστάτων, *Gonorrhæam ementiente.*

PRæſens Symptoma Excretionis Humoris cujuſdam viſcidi in Glandulis proſtatis laxioribus contenti, quæ potiſſimum inter nitendum, quando Alvus dura eſt, contingit, tanquam Gonorrhæam curare velle abſurdum, & à rationali Medico alienum eſt. Multò abſurdius, in hoc caſu Mercurialibus uti, quibus partes genitales & quæcunque nanciſcuntur à Cerebro robur convelluntur, colliquatur Corpus, & male mulctatur Cerebrum ipſum, à quo continuus jam per Triennium perſeverat Ptyaliſmus, tum excitatus intempeſtivo & noxio Argenti Vivi uſu. In Corpore Sanguineo redundat ſeroſi Humoris Colluvies, à quo præter Naturam plus æquo diluitur lentus ille Succus, quem in Glandulis proſtatis Natura generari & colligi voluit, ut continuâ Reſudatione diſpenſatus Urethram ad facilem Seminis & indolentem Urinæ Excretionem, lubricet. Quotieſcunque ſpongioſæ Glandulæ (vel per prægreſſas Gonorrhæas longas, aut per immoderatum Coitum relaxatæ) debilitantur, aut quando præ longâ Continentiâ plenitudine turgent, ordinarium eſt, ut in duriorum Fœcum Excretione compreſſa niſu Musculorum Abdominis Veſica, Mucus iſte exprimatur, qui in Viris, Venerem appetentibus, ſine Semine effluit, ut plurimum in actu venereo Spermatis Ejaculationem præcedit, ipſam cum quadam Vibratione neceſſariâ facilitaturus. Imponit pleriſque tum ægris, tum Medicis hic affectus, quem Seminis fluxum eſſe dejerant, eò conſtantius, quòd continuum ſubſtantiæ licèt Excrementitiæ effluxum ſequatur aliqua debilitas totius Corporis, magis tamen inſignis partium genitalium, Colis præſertim, qui minus firmiter arrigere ſolet, poſt diuturnam Perpeſſionem iſtius affectus. Torquentur ut plurimum magis Animo quàm Corpore ægri, ſibique Tabem aliquam Dorſalem imaginantur; & quoniam pertinax eſt malum, quod Remediis, Seminis Fluxus dicatis, nequaquam cedit, de ſe actum putant. Huic ut præſenti ſubjecto madeamur, præſuppoſitâ bonâ Victûs Lege, moderatè calefaciente & ſiccante, neceſſarium eſt, ut repurgato quantum ſatis ab Humoribus redundantibus Corpore univerſalis inſtituatur Ichoris abſorbendi & abſumendi Deſiccatio, quâ præſtitâ corroborantibus univerſalibus & particularibus Partium affectarum, Ventriculi, Cerebri, Gentalium erit incumbendum, ſervato in agendis ordine, ne præpoſtera intentionum commixtio Confuſionem pariat & Remediorum Adminiſtrationem reddat inutilem. Igitur quando idoneâ tempeſtate Dominus Curationem aggredi inſtituat, juxta ſequentem procedat Ordinem.

℞ Decocti Comm. emoll. & Carmin. ℔ i. Cathol. elect. Lenitiv. an. ℥ i. Mell. Mercur. Sacchar. rub. an. ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciend. pridie Purgation. ſeq.

℞ Caſſ. Fiſtul. rec. è Canna extr. ʒ vi. Diaphœn. ʒ ii. Thereb. Venet. Aq. Parietar. ad Albed. Lot. ʒ i. Pulv. ſubtiliſſ. Rhab. ʒ ß. Cynam. inter gr. v. Ms. Fiat Bolus ſumend. ex Nebul. Lacte madefactis cum Vino alb. dilato ad 3 Hor. Juſculo.

℞ Tereb. Cypr. ʒ ii. Pulv. ſubtiliſſ. Rad. Petroſel. & Glycyrrhiz. an. ʒ i. Specier. Diarrhœd.

Abbat. & Aromat. Roſ. an. gr. v. Ms. Fiat Bolus ſumend. ſex Matut. conſeq. ſuperhauſt. Jure Capi & Vitulinæ Carnis, in quo diſſoluta fuerit ʒ i. Crem. Tartar.

Elapſis hiſce Diebus purgetur inſigniùs Corpus ſequenti Apozemate.

℞ Zarz. par. alb. & Medullos ℥ i ß. Rad. Chin. ʒ x. Rad. Bardan. Cichor. & Taraxac. an. ℥ ii. Rad. Petroſel. Fœnicul. Apii an. ℥ i. Fol. Agrimon. Hepatic. Capillar. omnium Endiv. Raſtr. Porcin. an. M. i. Fl. Cordial. Nymph. an. P. ii. Paſſul. integr. par. xii. Prunor. Brignol. par. viii. Hord. integr. P. ii ß. Fiat omnium Decoctio in ſ. q. Aq. Font. in quâ per *vi.* Horas præmacerata fuerit ℥ i ß. Fol. Sen. Mund. cum ℥ i. Tart. alb. Pulveriſ. Colat. Addatur Infuſio ʒ vi. Rhab. elect. ſeorſim facta in Aq. Parietar. cum ʒ ii. Santal. Citr. & ʒ i. Cynam. Reduc. omnia ad ℥ xii. in quib. diſſolv. Syr. Roſ. pallid. compoſ. cum Agar. ℥ iii. Mann. Calabr. puriſſ. ℥ i ß. Ms. Fiat Apozema pro iii. Doſ. matut. ſumend. Hor. *iii.* ante Juſculum cum debitâ Cuſtodiâ, Diebus conſeq. vel alternis juxta Operationem & Vires.

Sic purgato Corpore inſtituatur Diæta Sudorifica in ſequentem modum.

℞ Zarz. par. ℥ viii. Rad. Chin. ℥ iv. Rad. Filic. Fœm. Bardan. Fragar. an. ℥ vi. Raſur. Lign. Abiet. Reſinos ℥ iii. Santal. alb. & rub. an. ℥ i. Fol. Agrimon. Parietar. Beton. Chamæpyt. an. M. i. Fl. Herb. Paralyſ. P. viii. Fl. Tiliæ P. iv. Sem. Card. Bened. Card. Mariæ & Bardan. Aquæ Pœon. Mar. an. ℥ ß. Infund. per Hor. *xii.* in eâ quantitate Aquæ, quæ ſupernatet iii. digit. Vaſe probè terſo, mox fiat lenta Decoctio donec reſtent Liquor. poſt Colatur. iteratam ℔ iv. pro viii. Doſib. bis in Die ſumend. longè à paſt. provocando Sudorem in Lecto, ſuperpoſitis Stragulis, & circumpoſitis, ſi opus fuerit, aliquot Lagenis Aquæ calidæ plenis. Major autem Sudor foveatur per Horam *i.* quâ elapſâ & deterſo Corpore, ſudet iterum blandè, remotis Lagenis per Horam integram. Sudet ita per Dies *xx.* aut *xxx.* pro ratione tolerantiæ, & ſi ſegnior fuerit Alvus ſollicitetur alternis Diebus, additâ Infuſione ʒ iii. vel ℥ ß. Fol. Sen. mund. factâ in Aquâ Borrag. aut aliâ, quæ permiſceatur Decocto Matut. Toto iſtorum Sudorum tempore, Victus ſit tenuior & magis ſiccans, veſcatur Carnibus aſſitis unius tantum ſpeciei. In primâ Menſâ comedat Pruna cocta Saccharo conſperſa; in ultimâ Paſſulas, Amygdala, Avellanas, Piſtachia, Pineolos, Panem Martium, Biſcoctum Saccharatum. Panis ſit biſcoctus Aniſo & Fœniculo dulci medicatus. Potus autem ordinarius eſto Decoctum ſequens.

℞ Zarz. par. ℥ viii. Lign. ſanct. ℥ iii. Raſur. Abiet. ℥ iv. Santal. alb. ℥ ii. Santal. rub. & Citr. an. ℥ i. infund. & Decoq. in ℔ xxx. Aq. Font. atque in magno Lebete Ferreo, addendo Paſſularum Solis integr. ℥ iii. conſumantur Liquor. ℔ v. ita ut xxv. reſtent. Colat. fiat per Manicam, quæ dulcoretur Saccharo aut Glycyrrh. & Aromat. vel

Cynam. vel Coriandro & reſerv. loco ſubterraneo frig. unde hic Liquor deprom. ad uſum.

In medio & fine Diætæ purgetur Bolo Caſſiæ primò præſcript.

Poſtea redeat paulatim ad priſtinam victûs rationem, utendo Cibis boni Succi & Coctu facilibus, & Cereviſiâ aliquâ medicatâ tum præſcribendâ: Quod ſi Vinum appetat meracum, ſit Claretum Oligophorum, ſi generoſius, diluatur Aquâ Infuſionis Ligni Nephritic. Diætam excipiat ſequent. Electuar. uſus.

℞ Farin. Zarz. par. ℥ ii. Conſerv. fiat Pœon. Mar. & Herb. Paraliſi Conſerv. Abſynth. Pontic. & Meliſſ. an. ℥ i. Pulv. Chamæp. Beton. Chamædr. an. ℥ ß. Roſ. rub. Cynam. inter. Rad. Tormentill. an. ʒ iii. Santal. alb. & Citr. an. ʒ ii. Corall. rub. præparator. Ocul. Cancr. præparator. Spod. an. ʒ ii ß. Corn. Cerv. ad albed. Calcin. Succin. præp. an. ʒ x. Omnia ut decet. præpar. excip. ſ. q. Syr. de Symphyto & de Corall. Fiat Electuar. de quo cap. ℥ i. manè per Menſem integrum Horis *iv.* ante Prand. Superhauſto Cereviſ. Abſynthit. momento.

Interim dum utetur hoc Electuario, bis in Septimanâ capiat Pilulas ſeq. Horâ dimidiâ ante levem Cœnam.

℞ Maſtich. Sandarac. Gum. Anim. Succin. an. ʒ i. Gum. Guajac. ℥ ß. Aloes ad Pondus omnium excip. Balſamo Peruv. nigro, & fiat Maſſa, de quâ detur ʒ i. pro Doſi.

Poſt medium Diætæ excipiatur in Sellâ perforatâ ſuffitus ſequens, idque paulò ante ingreſſum Lecti, Divaricatis Cruribus, cavendo à nimio Calore.

℞ Gum. Guajac. Animæ, Benjoin. an. ℥ i. Carannæ, Copinæ, Maſtich. Thur. Sandarac. an. ℥ ß. Nucum Cupreſſ. ʒ vi. Rament. Junip. Lign. Rhod. & Cedr. an. ʒ x. Roſ. rub. Sem. Coriand. an. ʒ v. Fiat omnium Pulvis craſſiuſcul. cujus ℥ i. abſumatur quavis vice, idque per particulas.

Hic ſuffitus etiam poſt Diætam utiliter uſurpabitur per plures Dies, imò Septimanas, ad partem affectam ſiccandam & roborandam.

Injectiones admodùm ſiccantes non erunt inutiles, dummodo Chirurgus adſit, qui cautè ſuſpenſâ manu Syphonem adigat in Urethram, aliàs Periculum eſt ne lædatur pars & Anſa Carunculæ ſubminiſtretur. Sperandum eſt fore ut iſta ad perfectam Curationem ſufficient. Quæ deinceps ad ſolidiorem Confirmationem, majorem Cerebri deſiccationem, & Virilitatis Inſtaurationem convenient, pro præcedentium effectu idoneo tempore præſcribentur; quemadmodum ea, quæ noxam à Mercurio illatam, ſiqua poſt Diætam ſudorificam reſtet, penitus aboleant. Omnia quæ ad longam confirmati alicujus affectus Curationem faciunt ſimul & ſemel præſcribere non modò non conſultum eſt, verum etiam perdifficile, ne dicam impoſſibile.

Datum *Twitnam*, 15 *Jul.* 1636.

Pro Sorore Equitis Johannis Monçon, *laborante Ulcere Renum.*

ILluſtriſſima Domina ætatis 24, habitu Corporis macilentiori, Staturâ mediocri, ad Proceritatem tendente, Melancholica, per aliquot Menſes de Dolore obtuſo circa Renis dextri Regionem fixo conqueſta eſt. Acceſſerunt Mictiones turbulentæ, purulentæ, pultaceæ, fœtidæ, poſt multas Horas Sedimentum copioſiſſimum deponentes. Nulla Inflammationis præceſſerunt indicia, Calculi verò ſubobſcura aliquot. Ab Ancillis ſæpius accepi poſt Equitationem Urinas illam nigras reddidiſſe. Vocatus Ulcus in Rene dextro ſubeſſe, & in profundâ illius parte (quod indicabat Puris copia) deprehendo, illuvie quadam à toto Corpore promanante & per Calorem Renum concocta comitatum.

Præmiſſo mitiori leniente Pharmaco, Pilulas per aliquot Dies de Terebenthina Specificas, Emulſioneſque pro ratione affectus præſcripſi, quæ illi Remedia fœliciter ceſſerunt, adeò ut integrâ Sanitate eſſe videretur. Ad reliquiarum illuviei verò & Purgationem uſum ſuaſi acidularum *Knaresburgenſium*, quas tamen ob Cœlum tunc temporis pluvioſum commodè ſumere non licuit. Reverſa igitur pejus ſe habere cœpit, omniaque in deterius lapſa. Urinæ ſiquidem fœtidiores, purulentiores, ardentes, Dolor exacerbatus, & (ob conſenſum Nervi à Lumbis ad parvum Ratatorem diſſeminati) per Femur ad Genu uſque extenſus.

Ad curationem ut prius accingor, verùm non pari ſucceſſu ingeminatis Morbi viribus. Quietem impero, lectiſternia Coriacea, Abſtinentiam à Coitu, Animi Pathematibus, Aromatibus, acribus, ſalſis, Cereviſiæ incoqui Jubeo Rad. China, Sandala, Hordeum decorticatum, Herbas appropriatas, raſuramque Ligni Abietini. Juſcula & Sorbitiones paranda curavi ex China, Santalis, Nephriticiſque abſtergentibus Acredinemque contemperantibus.

Ex Terebenthina ſæpius lota, additis Ambrâ præparatâ, Nuce Myriſticâ, Magiſterio Perlarum & Corallorum Pilulas concinnatas exhibeo Horis matutinis & quartis Pomeridianis, ſtatimque Lactis Caprilli Saccharo Candi edulcorati Hauſtum profero. Lumbos Unguentis refrigerantibus Anodyniſque inungo.

Ex Horum uſu longo minor in Urinâ purulenta Materiæ copia conſpicitur, Ardor fere ex toto remiſit Dolore Renali, Puriſque fœtore nihilominus manentibus.

Quid agendum ſit tam ad ulteriorem hujus Morbi Profligationem, quam ad præcautionem ne amplius ſuppullulet à Cl. & experientiſſimi D. D. ſcire deridero.

Fran. Pruiane M. D. & Socius Coll. Med. *Londinenſium.*

Octob. 12. 1637.

Remedia.

Injecto pridie Clyſtere, detur ſequenti Die in Aurorâ Bolus ſequens.

℞ Caſſ. Fiſtul. rec. è Cannâ extract. ʒ vii. Rhabarb. ſubtiliſſ. Pulver. ʒ i. Thereb. Venet. Aq. Pariet. & Melilot. ad Albed. lot. ℈ iv. Gum. Arab. ℈ i. Ms. Fiat Bolus ſumendus ex Obeliis Lacte madefactis cum Syrup. Nenuphar. & Violato mixtis, ſuperhauſto Poſſeti Cyatho, dilato ad tres Horas Juſculo, cum debitâ cuſtodiâ.

Poſtridie vel perendie Purgationis pro ratione Virium aperiatur Baſilica, vel mediana Lateris dolentis, & extrahantur Sang. ℥ v.

Circa Phlebotomiam notandum, eam ſatis frequenter celebrandam in parvâ quantitate, præſertim ſi minus copioſè vel commodè Menſes fluant.

℞ Thereb. Venet. ut ſupra lotæ ʒ ii. Pulv. ſubtiliſſ. Glycyrrh. & Virg. Aureæ an. ℈ i. Pulver. Nucis Moſch. ℈ *ß*. Balſam. Peruv. alb. ſi habeatur (alias nigri non adulterati) Gutt. vi. Ms. Fiat Bolus, dandus ut ſupra ex Obeliis cum Syrupo Violato & de Alth. ſuperhauſto itidem Poſſeti momento, dilato ad *iv*. Hor. Prand.

Perſeveret in hoc Remedio ad minus per octiduum vel diutiùs pro ratione facilis tolerantiæ & diſpoſitionis Urinarum, in quibus contenta ſedulò obſervabuntur.

Poſtea reiteretur Bolus Caſſiæ purgans, atque interpoſito uno Die affigantur ſub Horam quartam Pomerid. Hirud. N°. iv. Margini Ani, & extrahantur beneficio Aquæ calentis Sang. ℥ vi. vel vii.

Ab his fiat immediatè tranſitus ad Pillas notatas H. quarum ʒ *ß*. deglutiatur mane ſuperhauſto Aquæ Mineralis factitiæ Cyatho ℥ iv. primo, deinde vi. & tandem viii. Leviter huic hauſtui Domina ſuperambulet, ita ut Lumbi non incaleſcant. Atque perſeveret in hoc Remedio per Dies *xx. xxx.* & plures pro ratione effectus & emolumenti inde percepti.

Alvus ſi non reſpondeat, ſolicitetur vel Clyſtere vel diluto Caſſiæ præparato cum Liquore ſeu Aquâ Minerali prædictâ, Medullam Caſſiæ infundendo per Noctem ab ℥ i. ad ℥ ii. & manè poſt leviuſculam Ebullitionem Liquorem limpidum tranſcelando. Aqua hæc deinceps pro re natâ debite præparata poterit in majori quantitate juxta Indicationes præſentes inſtar naturalium Aquarum propinari, ſed tunc novo erit opus Conſilio. Ita ſufficienter erit præparatum totum Corpus, unà cum purulentis Renibus, ad uſum Pilularum noſtrarum Nephriticarum, quæ etiamſi nunc mittantur, attamen in conveniens Tempus ſunt reſervandæ, conſulto circa uſum ipſarum Medico.

In Diæta à Medico ordinario præſcripta pergat quoad Ciborum delectum. Abſtineat à Potu ordinario Vini, cujus loco Cereviſiam non lupulatam bibat, medicatam cum Radice Zarz. par. Symphit. maj. Santalo albo, Ligni Lentiſci, Raſura Ligni Abietis fragrantis, & reſinoſi plurima Foliis Plantaginis, Veronicæ, Virgæ aureæ, Chamæpyt. ſcabioſ. Piloſel. præſertim vero Equiſeti.

Hæc in præſentiarum ſufficiant Dominæ plura à nobis accepturæ, ſi ulterius Conſilium poſtulaverit occaſio.

Pillæ Balſamicæ ex Gummis. ℞ Gum. Guajac. natural. ʒ iii. Maſtich. Oliban. part. alb. Benjoin. Sandarac. Gum. Anim. an. ʒ ii. Santal. alb. Oculorum Cancr. an. ʒ i. Thereb. Cypr. coctur. indur. ℥ ß. Succin. alb. præparati ʒ ii ß. Alkool excip. ſ. q. Balſam. Peruv. nigr. form. in Mortario calente, fiat Maſſa. Doſis ʒ ß. primo, deinde ʒ i. ſuperhauſt. Aq. Medicat. & ab ℥ iv. ad ℥ viii.

Purgatio cum Caſſia, Rheo. Thereb. Venet. Phlebot. quæ ſæpius iteranda κατ᾽ ἐπάφαιρησιν. Boli ex Thereb. Venet. ſucc. Glycyrrh. Pulv. virg. Aur. Balſam. Peruv. per octo Dies, Nuc. Moſch.

Purgatio.

Hirudines.

Aquæ Spadanarum Emulæ Y Aq. Medicat. Naurat. ut *Wallenburg.* vel *Knasborough* ℔ xvi. Glycyrrh. ℥ i. Ligni Nephritici ℥ ii. Raſur. Abietis ℥ iv. Lign. Saſſafr. ʒ x. Rad. alth. ℥ i ß. Florum Hyperic. P. vi. Parietar. & Virg. Aur. ſicc. an. M. i. Fiat Infuſio per octiduum, deinde per Filtrum Colatura quæ redd. acid. ad Saporis gratiam ſ. q. Spiritus Vitrioli aut ⊖. Adde pro ſingulis Libris Animæ Hepatis gr. primo octo, deinde x. & xii. Cap. primo ℔ i. deinde ℔ ii. Manè, Hora quarta ante Prandium ſuperambul. Sud. blando.

Vide de dulcoratione cum Syrup. de Althea.

Quid ſi præpar. Syrup. ex profeſſo cum ſua Parietar. Scabioſ. Virg. Aur. Equiſeti & admiſceatur.

Noctu detur Emulſio leniens cum Syr. de Mucilagin. Hora Somni.

Vide de Caſſia diſſolvenda in iſtis Aquis ad ℥ ii. aut tres pro Doſi & de propinanda Colatura.

Hoc per 8, 10, 12, 15, 20,
Dies 30.

Purgatio ut ſupra iteranda 10 quoque Die.

Pillæ Nephriticæ cogendæ cum Thereb. Cypria emollita Oleo Amygdal. dulcium & Balſamo Peruviano emollito cum Vitello Ovi.

Cereviſia vulneraria cum Equiſeto multo, Plantagine veronica Virga Aurea & Rad. Alth. Symph. maj. Glycyrrh. Mell.

Pilulæ ex Thereb. Saccharo Ocul. Cancr. diu ♁ Diaph.

Maſtich. Succin. Gumm. Anim. Nux Moſch. tandem.

Pilul. Balſam. cum Gumm. Guajac. Aloe Myrrha, Croco, & Balſamo Peruviano bis in Septimana. Lac variis modis.

Præſcriptorum Ordo. 4 *Decembris*
1637.

Clyſter.

Bolus Caſſ. & Phlebot. Brach.

Bol. ex Therb. *&c.* ad minus per octo Dies.

Purgat. reiter.

Hirudin.

Pillæ Balſamicæ A. quibus ſuperbibatur Aqua mineralis factitia.

Pillæ Nephriticæ Michel. ſuperhauſta Emulſione Cereviſiæ medicatæ pro Potu ordinario, addito Chalybe.

Pilulæ Balſamicæ ex Gummis A.

℞ Gummi Guajaci natural. ʒ iii. Maſtich. Oliban. part. alb. Benjoin. Sandarac. Gummi Animæ an. ʒ ii. Santal. alb. Ocul. Cancr. an. ʒ i *ß*. Thereb. Cypr. Cortur. indurat. ℥ *ß*. Succini alb. præp. ʒ ii *ß*. Fiat Alkool. excip. ſ. q. Balſam. Peruv. nigr. form. in Mortario calente, fiat Maſſa. Doſis ʒ *ß*. primo, deinde ʒ i. ſuperhauſta Aq. Medic. *&c.* ab ℥ iv. ad ℥ viii.

Aq. Mineral. B.

℞ Aq. Pluviæ galon. ℔ xvi. redd. Acidula ad Saporis gratiam ſ. q. Spiritus ⊕li (♂) adde Glycyrrh. Hiſp. raſ. ℥ i. Raſur. Abiet. ℥ iv. Lign. Saſſafras ʒ v. Rad. Alth. ſicc. ℥ i *ß*. Infunde per quatriduum loco tepido. Cola per Chartam emporet. Adde quartam partem Vini Rhenani optimi & pro ſingulis Pintis *Londin.* Liquoris adde Animæ Hepatis Grana xxiv. Mitt. in Lagenis lapideis obturatis non Subere ſed Cera gummata vel Ligno Tiliæ aut Salicis cerato & aluta, v. a. e.

Dulcor. vel Sacchar. vel Syrup.

Doſis ʒ *ß*. primo, deinde ʒ i. ſuperhauſt. Aq. medic. *&c.* ab ℥ iv. ad ℥ viii.

Aq. Minerales. ℞ Aq. Pluv. galon. i. (℔ xxvi.) redd. acidul. ad ſaporis gratiam ſ. q. Spiritus Vitriol. ♂ adde Glycyrrh. Hiſp. raſæ ℥ i. Raſur. abiet. ℥ iv. Lign. Saſſafr. ʒ v. Rad. Alth. ſicc. ℥ i *ß*. Infunde per quatriduum loco tepido. Cola per Chart. emporet. Adde quartam partem Vini Rhenani optimi & pro ſingulis Pintis *Londinenſ.* Liquoris adde Animæ hepatis gr. xxiv. mitt. in Lag. Lapid. obturatis non Subere ſed Cera gummata vel Ligno Tiliæ aut Salicis cerato & aluta, v. a. e. Dulcor. vel Saccharo vel Syrupo.

Remedia præſcripta Dominæ Londino *diſcedenti & domum repetenti*, 1 Junii, 1638.

Pilulæ; Nephriticæ Michelii. ℞ Myrrhæ Thuris Maſcul. Maſtiches an. ℥ ii. Succini præpar. Croci an. ℥ *ß*. Camphoræ ʒ ii. ℈ ii. Ceruſſ. Antimon. fixiſſ. & albiſſ. ʒ xv. trita omnia ut Alkool. excipiantur ſ. q. Thereb. Venetæ in Spiritu Vini Tartariſato Liquatæ & medianti Aqua communi lactificatæ fiat Maſſ. Pilul. Capiat ʒ *ß*. Mane Horis tribus ante Prandium, & tantundem Horis totidem à Cœna levi, ſuperhauſto Aquæ Lactis parvo Cyatho. Idque diu, donec tota Maſſa conſumpta fuerit.

D: Medico Rupellenſi D. *Hamelot*, S. P. D. F. D. M.

Epilepſia.

QUamvis æquum eſſe videatur ut circa Curationem ægri tui, pro cujus valetudine me conſulis, ex tua agam Hypotheſi (Vir doctiſſime.) Attamen pro ea libertate quæ Philoſophis conceſſa eſt, liceat mihi à te diſſentire, non tam circa affectûs ipſius eſſentiam, quam circa ejuſdem cauſas. Ea quæ deſcribis Symptomata præſens malum ad Caput de Caducis referendum eſſe ſatis indicant. Sed in eo Cardo vertitur ut ſedulò inveſtigemus, quænam ſit ejus ſpecies, atque ubi ſint quærendæ tam difficilis, tam pertinacis, & tam ægrè expugnabilis affectus cauſæ. Licet in omni Epilepſia ſeu potius Caduco patiatur Cerebrum, attamen omnes Medicinæ proceres partem hanc Principem vel primariò & per ſe, vel per conſenſum affici confitentur. In Proſopathia ordinarium illud eſt, ne perpetuum dicam, ut ἀθρόως & ex improviſo concidant ægri, ſine ullis mali propinqui Præludiis & poſt Paroxyſmum omnium quæ præceſſerunt immemores ad ſe redeant, licet aliquando tam ſubitaneus præpotentis cauſæ ad Cerebrum ab inferioribus appulſus (ut in Caduco Matricis) eſſe poſſit, ut non præviſus inſtar Ictus Fulminis ingruat Paroxyſmus. Ægrum tuum in acceſſione audire, videre, dictorum & geſtorum recordari & ante eam Capite dolere & Artubus in iiſque quaſdam Extenſiones (num Pandiculationes aut ſubſultus) perſentire aſſeris, poſtmodum agitari tremore, convelli Motibus illis complicatis, quos in tuo ſcripto agnoſcis.

Equidem ex prædictis conjicio præſentem Morbum (quo Nomine *Hippocrates* indigitat quicquid Hominem lædit) non propriè Epilepſiam veram (licet ea ſit præ foribus) ſed Analepſiam eſſe appellandum; atque in eo Caput per conſenſum affici & concuti Cerebrum, ipſiuſque Propaginis Nervos, parte Principe dimicante adverſus hoſtem appellentem, & ad ipſius expulſionem inſurgente. Fateor Caput eſſe debile, curis edacibus, Vigiliis, Lucubrationibus diſſipari poſſe Spiritus, quos tamen Alimentis facile reparabiles eſſe Arbitror, neque poſſum mihi perſuadere, convulſivos iſtos motus eſſe ab exhauſto: Quàm periculoſa ſit ab Inanitione Convulſio, tute noſti, eam autem in ſubjecto, cui Vivas & Vegetas eſſe Facultates, & Functiones omnes eſſe prædicas ſuccedere poſſe vix credo. Materialis Caduci cauſa ut plurimum non tam male quam activitate cenſenda eſt, quæ Veneno pernicioſarum Ferarum ſcitè comparatur. Fermentum eſt, quod in aliqua Corporis parte ſine ullis manifeſtis ſignis latere poteſt, ubi ebulliens malignam de ſe fundit Auram, quæ motu Elementari ſublimia petens Cerebrum percellit, & in eo horrendam excitat tempeſtatem. At qualitatem ſine ſubſtantia nobis imagi-

nar

nari non licet, ita ut præſens malum non in ſola intemperie, ſed in ea cum aliqua Materia conjuncta collocem. Melancholicum prægravi negotiorum pondere, quibus acrius inſtat, ægrum evaſiſſe Notas. Melancholici facilè fiunt Epileptici, & è contra. Quocirca in Viſceribus nutritiis, præſertim circa Lienem, tam gravis infortunii Focum & minorem quæri debere Arbitror, unde fiant Terræ ad Cerebrum ἀναθυμιάσεις, quod nondum victum eſt ac ſuperatum à Cauſa morbifica, ſed proculdubio manus propediem daturum eſt, niſi ei quamprimùm ſuccurratur. Curatio ſic inſtituenda eſt, ut primò ſedulo everratur inferior Sentina, atque à pravis Succis, quorum tenuior & ſpirituoſa eſſentia Malignum iſtud Fermentum focit fovetque, penitus liberetur, ſedulò præcavendo quotidianam & perennem ejuſdem Generationem quàm facilis in ſimilia tranſitus promovet.

Deinceps excipienti parti conſulendum, quæ nutrienda eſt adverſus inſultus Hoſtis inteſtini, atque ita confirmanda, ut quæ hactenus invecta eſt Imbecillitas penitus deleatur, reſtituto parti Tono. Et quoniam inter cæteros Morbos omnes præſens incommodum Medicamenta requirit Specifica, quæ inexplicabili niſi per effectus qualitate pugnent, ea omnibus permiſceantur, quorum actio primis aut ſecundis qualitatibus tribuenda venit. Denique quoniam periodici ſunt inſultus, neceſſe eſt ut ea ſint in promptu, quæ Paroxyſmum vel finire, vel ſaltem leviorem reddere valeant, donec omnimoda cauſarum Sublatione, annuente Deo, ſiniſtri effectus prorſus obliterentur.

Diætam, ſeu rerum non naturalium adminiſtrationem debitam tuæ Præſcriptioni relinquo. Sed potiſſimum curato, ut latentes Obſtructiones ſine valdè manifeſta actionum Læſione convenienti victu vel prævertantur, vel tollantur: ut Melancholici Succi proventus arceatur, & quæ in eo luxuriant qualitates (maligna præſertim) corrigantur: ut ſuaves, lucidi, valentes quotidiana generatione ſuccreſcant Spiritus, quorum Vigor igneus tenebras Menti affuſas diſſipet, & Ventriculos Cerebri ab Opaca Caligine liberat. Circa Pharmaca hic & vacuantibus & alterantibus acriter pugnandum cenſeo: Neque enim facile eſt Palea Gigantem ſternere, vel Herculeum Morbum levibus atque imbecillibus aut frigidis, aut calidis debellare.

Quo ad vacuantia Vomitoria in hoc Caſu maximæ ſunt efficaciæ, præſertim ſi quando ad Subverſionem paratus eſſe videatur Ventriculus; attamen iſtam ſi metuas, quamvis tutam Evacuationem Catharticis primo blandioribus per Epicraſin rem peragito, non omiſſis Mochlicii ſi benignioribus Morbus non cedat: Emeticorum ſi incidat uſus, nolim te Antimonialibus dimicare, ſed potius Vitriolo albo, juxta Angeli Salæ Methodum præparato, vel Medulla Seminum Cataputiæ majoris Annotinorum.

Frequentes ſint Clyſteres lenientes citra Scammonii vel Colloquintidis admixtionem, quandò paulò validior citra Corporis Pertur-

Perturbationem requiretur Vacuatio ei Unciæ aliquot Infuſionis Croci Metallor. admiſceantur, uſualia vero ſunto duo ſequentia.

Syrupus Magiſtralis. ℞ Succor. depur. per reſident. Beton. Chamæpyt. Pom. redol. an. ℔ ß. Aq. Pœon. Fl. Tibiæ Lilior. Convall. & Ceraſor. nigror. an. ℥ iv. in hiſce mixtis infunde per Hor. *xxiv*. Pol. Sen. Mundat. minut. inciſ. ℥ iv. Rhabarb. elect. minut. conciſ. ℥ ii. quæ Cathartica prius macerata fuerint in æquis partib. Aq. Ceraſor. & Vini albi tenuis. Hiſce omnibus mixtis add. Ol. Tartar. per Salis deliquium ℔ i. ℥ i. Stent in Digeſtione in B. vaporoſo per tempus dictum, mox fiat valida Expreſſio & Colatura quæ levi Coctura reducatur ad ℔ i ß. cui adde Sacchari Chryſtal. ℥ xii. Syr. roſ. pallid. comp. cum Agarico ℔ i. Mann. Calabrin. puriſſ. ℔ ß. Ms. & lenta Exhalatione reducatur in Syrupum perfecte coctum, cui indatur Nodulus continens Santal. Citrin. Cynamom. an. ʒ iii. Sem. Coriandr. ℥ ß. Cortic. Saſſafras ʒ ii. Ambr. griſ. ℈ i. Inter coquendum ſæpius Nodulus exprimatur ſine Ambra, quæ Syrupo jam facto indenda erit in Nodulo ex Syndone rara ad gr. iv. Moſchi Doſis iſtius Syrupi ad ℥ iii. in convenienti Liquore, quod ſi minor expectatur quantitas in decocto ℥ ß. Senæ, & ʒ ii. Tartari diſſolvatur ℥ i ß. vel ʒ ii. hujus Syrupi, quo utatur ad minus ſemel in Menſe, nunc autem ſæpius, eo quo dicetur ordine.

Pilulæ Magiſtrales. ℞ Fol. Betonic. Chamæpyt. Verben. Abſynth. Hyſſop. Abrotan. utr. an. M. i. Rut. ſum. Hyperic. & Centaur. minor. an. M. ß. Fl. Calendul. Pæon. Mar. Garyophyllor. an. P. iii. Sem. Aniſi Fœniculi Ligni Saſſafras an. ʒ ii. Macis ʒ i. Fiat omnium Decoct. in ſ. q. Aq. colat. clarificetur, de qua cape ℔ i. Aq. Still. Fl. Tiliæ & Lilior. Conval. an. ℥ iv. Liquores iſti mixti affundantur ℥ iv. Aloes è Veſica cujus ad lentum Calorem fiat Colliquatio &, per Canapatium Colat. mox Coagulatio ad Mellaginem.

℞ Fol. Senn. mund. minut. inciſ. ℥ iv. Rhabarb. elect. ℥ ii. Trochiſc. de Agar. ℥ ß. infunde per biduum in ea quantitate Aquar. ſtillatit. prædict. quæ ſupernatet. iv. digit. idque ad lentum B. Calorem, aut ſuper Cineribus tepidis vaſe Vitreo. Fiat Expreſſio & Colatura quæ itidem ad Mellaginem reducatur. Accipe Mellag. Aloeticæ part. ii. alterius P. i. Ms. exactè addendo pro ſingulis Unciis Maſtich. ʒ ii. Pulver. ſubtiliſſ. Majoran. ʒ i. Specier. hier. Picræ ℥ ß. coagulentur lentiſſimo Calore in Maſſam Pilularum, de qua ſumantur ʒ ß. vel ℈ ii. bis in Septim. Hor. *ii*. à levi Cœna.

Nunc ut fiat univerſalis Curatio, viam præparatura ad uſualia Medicamenta, primò injecto Clyſtere purgetur Corpus tribus quatuorve Diebus conſequent. vel etiam pluribus pro εὐφορία & Viribus Syrupo præſcripto cum additione Senæ.

Poſtea per xx. Dies & plures celebretur Diæta non Sudorifica propinato bis in Die longè à ſobriis Paſtibus decocto Ligni Coryli, Ligni Rhod. Santal. Citr.

Lign.

Ligni Saſſafras & Calam. Aromat. cujus Sapor gratior reddatur Glycyrrhiz. Cynam. & Semine Coriandri. Hauſtus ſit ℥ vi. vii. viii. Superambulet.

Pro Paſtibus dentur in prima Menſa Pruna cocta ſaccharata, in ultima Panis biſcoctus Saccharatus, Anniſatus, Paſſulæ, Pineoli, Amygdalæ. Potus autem ordinarius Boſchetum ex China, Zarz. Parilla & Santalo Citr. pauco, additis ad Saporis gratiam Saccharo & Cynamomo.

Toto iſtius Diætæ decurſu alternis Diebus poſt levem Cœnam ſumatur ℈ i. Pilular. prædictar. Cibi autem ſint boni ſucci & coctu faciles, elixati vel toſti unius, vel ad ſummum duarum Specierum. Exacta Diæta ad uſualia tam dicta quam dicenda fiat Tranſitus, non ante.

Circa Phlebotomiam ipſam præſenti affectui parum proficuum duco, niſi vel Plethora adſit, vel ingens in Corpore accenſus CalorEventilationem ſuadet, at affixis Hirudinibus Hæmorrhoidas ſubinde aperire, & Revulſionis & Dirivationis ergò, neceſſarium Arbitror.

Intermiſcenda & ſubinde uſurpanda alterantia iſta ſunt.

Syrupus Flor. Pœon. Mar. Syrup. Ceraſor. nigror. Corallor. Fl. Vetonic. rub. & qui ex profeſſo præparabitur ex decocto Baccar. Juniperi matur. Aciduli reddantur iſti Syrupi invicem permiſti inſtillato Spiritu Vitrioli antiepileptico non vulgari, & diluantur Aquis ſtillatitiis Ceraſ. nigr. Beton. Fl. Tiliæ & Lilior Convall. Operæ prætium fuerit Julepum ex his concinnatum bis in Die ſumere biduò ante Novilunium & Plenilunium, ipſiſque Mutationis Lunæ Diebus. Prius aſſumpto Pulvere Antiepileptico ſequente.

℞ Rad. & Sem. Pœon. Mar. debit. Tempor. collect. an. ʒ ii. Rad. Valerian. Sylveſtr. verno Tempore effoſſæ ʒ iii. viſci quercini Ver. Spong. Bedegar. an. ʒ ii *ſs*. Succin albi præparati, Magiſt. Perlar. & Corallor. Smaragdor. præparat. an. ʒ i *ſs*. Cran. hum. uſti & non uſti an. ʒ ii *ſs*. Secundin. Mulier. primiparæ quæ Marem geſtaverit ℥ i. Ambr. griſ. ʒ i. Moſchi Oriental. ℈ i. Ms. Fiat Pulvis ſubtiliſſim. ſervand. in Ampulla Vitrea forti, cujus Doſis eſto ʒ i. except. aliquo prædictor. Syrup. & reducta in Bolum, reſtat aſſignatio Remedii ad Paroxyſmum, quod ſub Liquoris ſpecie continuò geſtetur in Pera Vitro valido incluſum, & deducto Ore Faucibus infundatur è Cochleari.

℞ Rad. Valerian. utr. Pæon. Mar. Enulæ an. ℥ iv. Rut. virid. Tanaceti Abrotan. utr. Trifol. Odor. Hyſſopi Majoran Salviæ an. M. ii. Fl. Lavendul. Stœchad. utr. Chamomil. nobil. Hyperic. & Sambuci an. P. viii. Baccar. Lauri & Juniperi matur. an. ℥ iii. Lign. Rhod. Cortic. Arantior. & Citri Flavi an. ℥ ii. Omnia conciſa & contuſa infundantur in duabus partibus Aquar. Card. bened. & Calendul. & P. i. Hydromel. vinoſi qui Liquores mixti 4 Digitis ſupernatent. Fiat Diſtillatio per Vas refriger. excipiend. ſaltem ℔ iii. primi Liquoris. Huic Aquæ ſic diſtillatæ adde in Alembico Vitreo vel fictili lapideo Vini Canarini opt.

℔ i. Caſtor. ℥ i. Camphor. ʒ ii. Fiat iterum Diſtillatio & Liquori ſtillatitio nidatur Nodulus continens Ambr. griſ. ʒ ß Moſchi ℈ i. Croci ℈ ß. Servetur hæc Aqua diligenter Vaſe probè obturato.

℞ Hujus Aq. ℥ iv. Aq. Cinam. Aq. Vitæ Aniſat. an. ℥ i. Spir. vitr. Antiepileptic. q. ſ. ad grat. Acid. Syr. Fl. Pæon. & Baccar. Juniperi an. ʒ vi. Ms. ad uſum dictum.

Caput frictionibus, ſuffitu ex Benjoin. Maſtich. Sandaraca, Succino Balſamo Cephalico interioribus Naribus mane illito corroboretur, Pectione matutina frictione, & quæ Poros aperiant & fumorum procurent Evaporationem.

Chirurgica alia Auxilia, ut Cucurbitulas, Veſicatoria, Fontanellas, tam ſiniſtro Cruri interno quam Collo inuſtas, cæteraque hujus cenſus adhuc differenda cenſeo, donec pateat præſcriptorum Operatio.

Hæc omnia Cauſam antecedentem corrigendo & malignam Auram diſſipando profutura ſunt. Eſt & alia via per coagulantia ad quam prædictis non proficientibus, id quod vix credibile eſt, tanquam ad ſacram Anchoram erit confugiendum. Interim hiſce fruatur æger tuus, tibique idonea ex hoc meo Conſilio pro re nata prudenter deſumpturo omnia ſuccedant fœlicia, ut mihi eſt in votis, qui,

Tibi ſum addictiſſimus

The. Mayern.

INæqualis partium naturalium intemperies, Stomachi quidem frigida, Hepatis autem calida & ſicca. Cruditatum in primis viis proventus & pertinax Vaſorum diſtributioni dicatorum Obſtructio, præpotentes ſunt Cauſæ omnium affectuum, quibus Vir nobilis conflictatur, Capitis Dolore continuo, Plenitudine Cerebri, Vicinarum partium Stupore, Tenſione Stomachi poſt Paſtus, Flatibus ipſum & inteſtina pererrantibus, ſubitanea juncturarum debilitate, Oculorum Caligine aliquando, & Lacrymis abundè per Vices defluentibus.

Denique dolorifica admodum Sternutatione, qua veluti rumpuntur Ilia, vexatus. Nitroſum Sanguinem generat fervidum Hepar cum magno aſſimilationis diſpendio, in qua ad Cutem expellitur Salſugo eam indeſinenti propter Centri vitium Pullulatione deturpans.

Fermentatio quæ fit in Partibus nutritiis, Acrium Succorum invicem permixtorum ſeditiones illas inteſtinas parit, quibus & Venter & Caput percelluntur tractis in conſenſum Artubus, quorum ut totius Corporis Robur potiſſimum à Cerebro pendet enervata à Malorum fumorum appulſu facultate Motrice. In hoc caſu & variorum Pathematum tam numeroſa Syndrome, primum illud eſt ut inteſtinus ille Fervor temperetur, à quo diſſipatus nativus Calor languet, & Functiones lente exequitur, cum inevitabili Excrementitiarum ſubſtantiarum incremento. Et quoniam Labem aliquam malignitatis non expertem Sanguineæ Maſſæ inurit iſta intemperies, quantumvis corrigatur, particularis exſurgit Indicatio, quæ neglecta cæteris omnibus Remoram injiceret. Facile deinceps erit Obſtructiones reſerare per Succorum peccantium attenuationem & eorundem per Vias convenientes excluſionem, quam minimò cum Labore conſequetur inculpata omnium Functionum executio & cum eventus certitudine robur debilitatis Partibus idoneis Remediis conciliabitur. Optandum eſſet ut commoda hiſce ceptis præſens eſſet Tempeſtas, ſiquidem multa facienda ſunt in quorum adminiſtratione Cœli Solique plane eſt neceſſaria benignitas, ita ut in Vernum Tempus differenda ſint abſolutæ Curationis non ita prompte futuræ Machinamenta. Attamen ne Votis ſolis relinquatur Dominus nova Spe ſaltem lactatus quotidiana experiatur cauſarum morbificarum Incrementa, ſi quidem id quod optabile eſt in præſentiarum nequit fieri, fiat id quod poſſibile eſt.

Purgetur Corpus univerſaliter juxta ſequentem Remediorum ſeriem.

℞ Decoct. comm. emol. & refriger. Clyſter. ℔ i. Catholic. ℥ i. Mell. violat. Sacch. rubr. an. ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciendus Horis quinque à Prandio, *ii.* ante levem Cœnam pridie Purgationis ſequentis.

℞ Rad. Cichor. Tarax. Oxylapath. an. ʒ iii. Polypod. recent. Fol. Sen. mund. an. ℥ *ſs.* Fol. Hepat. & Fumar. an. M. *ſs.* Fl. Cordial. P. ii. Sem. Aniſi & Fœniculi dulc. an. ʒ *ſs.* Glycyrrhiz. ʒ i. Crem. Tart. ʒ i *ſs.* Fiat omnium Decoct. & Colatur. Cui add. Infuſio ʒ ii. Rhabarbari ſeorſim facta in Aq. Pomor. Redol. cum ℈ ii. Santal. Citrin. reduc. omnia ad parvam Doſin, in qua diſſolve Syrupi Diaſereos Roſ. pallid. compoſit. cum Agarico an. ℥ i. Mann. Calabrin. ℥ *ſs.* Ms. Fiat Potio danda in Aurora, Hor. *iii.* ante Juſculum cum debita Cuſtodia.

Nuper fuit miſſus Sanguis, ita ut uſque in Vernum Tempus videatur abundè ſatisfactum huic Intentioni, ſolummodo neceſſarium eſſe duco ut poſt peractam Purgationem affixis Hirudinibus Hæmorrhoides aperiantur ad v. vel vi. Unciarum Sanguinis extractionem.

Poſt Potionem Catharticam immediatè ſequatur Apozema ſequens.

℞ Rad. Cich. Taraxac. Oxalid. Oxylapath. an. ℥ i. Fol. Agrim. Hepatic. Fumar. Scabioſ. Ulmar. Capillor. omnium an. M. i. Fl. Cordial. P. iv. Sem. Alkekeng. & Mil. Solis an. ʒ iii. Prunor. brignolenſ. Jujub. Sebeſten. an. par. v. Poma redolentia per Fruſta ſecta cum Corticibus N°. iv. Fiat omnium Decoct. in ſ. q. Aq. hord. add. Tart. alb. ſubtiliter. pulverizati ℥ i. Colatur Clarific. levi Coctura ad ℔ i *ſs.* in quâ diſſolve Syrupi Violar. de Cichor. ſimplic. & de Acetoſit. Citri an. ℥ i *ſs.* Julep. roſat. ℥ i. Ms. Fiat Apozema Aromatiz. ℈ iv. Santal. Citrin. pro iv. Doſibus bis in Die, ſumend. longè à Paſtibus ſobriis, continuando per octiduum.

Si pigra fuerit Alvus iſtorum Dierum decurſu, ſubducatur vel injecto Enemate præſcripto, vel addita Infuſione ʒ ii. Fol. Sen. mund. ſeorſim facta in Aq. Prunor. Doſi matutinæ Apozematis præſcripti.

Deinde reiteretur Potio purgans, & poſtridie vel perendie Purgationis affigantur Hirudines, ut dictum eſt.

Deinceps utatur D. S. Electuario ſequente.

℞ Rad. Cichor. Taraxac. Oxylapath. condit. an. ℥ i. Conſerv. Flor. Fumar. ℥ ii. Pulv. ejuſdem, Rad. Scabioſ. & Bardan. an. ℥ *ß.* Magiſt. Perlar. Corall. Ocul. Cancri an. ʒ ii. Trochiſcor. de Eupator. Vermium Terreſtrium præparator. Spec. Triaſantal. an. ʒ ii *ß.* Trochiſcor. de Vipera ʒ x. Ms. & cum Syrupo de Pomis redolentib. fiat Elect. inſtar Opiat. de quo cape ad quantitat. Juglandis circiter ℥ *ß.* quotidie mane Horis *iii.* ante Prandium ſuperhauſto Poſſeti cum Oxalide Endivia & Scabioſa præparati momento.

Perſeveret in uſu iſtius Remedii per plures Septimanas, 5, 6, 8. quo tempore capiat bis in Septimana Horis duabus à Cœna levi Pilulas ſequentes.

℞ Maſſ. Pilul. Maſtichin. Fernel. & Stomach. cum Gumm. an. ʒ ii. Aloes è Veſica ʒ iii. Specier. Hier. Picr. ʒ i. Pulv. Majoran. ℈ iv. Ms. & cum Succo viridium Saccharato. Fiat Maſſa Pilularum, cujus Doſis eſto ʒ *ß.* aut ℈ ii, ſine Cuſtodia, videndo ut ſequenti Die manè ſorbeatur Juſculum alteratum Herbis refrig. Hepatis & Cardiacis.

Poſt Paſtus autem ſingulos Hora dimidia capiat Pulverem ſequentem.

℞ Sem. Aniſi Fœniculi Coriandri an. ℥ *ß.* Flavedin. Citr. & Arantior. condit. ſicc. an. ʒ iii. Summ. Meliſſæ eodem modo condit. ʒ iii *ß.* Corall. rub. præparati Margaritar. præparatar. Spod. an. ʒ i *ß.* Oculor. Cancr. præparator. Roſ. rub. an. ʒ ii. Omnia debite præparata redigantur in Pulverem ſubtiliſſimum, addendo Sacch. albiſſ. triplum Pondus. Cochleare parvum ſumatur ut dictum eſt.

Iſta in præſentiarum ſufficient, dummodo iis annectatur bona victûs Lex, per quam Dominus utatur Cibis boni Succi & Coctu facilibus. Abſtineat ab omnibus acribus, ſalſis præſertim & piperatis, à nimio Piſcium eſu, à Potu omni generoſo, motu Corporis violentiore, Venere nimia. Somno longo, præſertim diurno, Animi, Pathematis, potiſſimum mœrore, & Alvum fluidam ſemper habeat.

Recurrente Vere etiamſi per negotia publica Valetudinem propriam curare ipſi incommodum futurum ſit, attamen ea facienda erunt quæ augmentum Cauſarum morbificarum præcavere & Corpus Medico idoneo Tempore ceſſantibus negotiis in tali ſtatu tradere valeant, ut illicò ad debellandos multiplices affectus præter Naturam alias luxuriaturos in infinitum Ars ſeſe ſeriò accingere poſſit. Interim de præſcriptorum ſucceſſu certior fiat Medicus qui Domino omnia fauſta ac fœlicia præcatur.

Datum *Londini*, 1 *Nov.* 1637.

Midelburgum miſſum An. 1639. 29 *Auguſti*, ad D. *de Mayerne.*

Conſilium pro Empyemate.

Clariſſime Vir,

VErſamur in Tractatione difficilis Empyematis, quo jam diù laboravit inſignis apud nos Vir, & Amicus noſter: Cujus Cauſa antecedens fuit ſtatus, D. laborantis, multo ante tempore, neuter, facilè proclivis in Febres, ac Habitus vergens in Icteritiam, quæ propter graviſſimæ hujus Suppurationis molem, non mirum eſt quòd totum Corpus tingat ſub pallidâ Aurigine (utque adſolet) conſtituat nobis Habitum Cachecticum, cum aliquâ Ventris protuberantiâ, imprimiſque Pedum, maximè ſiniſtri, Tumore ædematoſo, qui tamen multis jam Septimanis perſiſtens, non ultra Suras aſcendit, nec à conſuetis Deambulationibus intra Domeſticos parietes ceſſare cogit. Evidentem cauſam ſuſpicamur fuiſſe, quòd ante Annum & ampliùs, oblectandi cauſâ cum Amicis (ut hic adſolet) divagaretur in Maritimis Collibus arenoſis (quos *Dunas* vocamus) ubi cum Cibi Potuque largiuſculis, ac etiam deambulatione aliquantulum incaluiſſet, ex Aeris maritimi afflatu, ſubitò correptus eſt Frigore non admodum intenſo, ſed quod tamen ſequebatur manifeſtus dextri Lateris Dolor, eâ parte ubi Diaphragma carnoſo ambitu, per Coſtarum extrema caudatim decurrit, ad Regionem Lumborum: Dolorem comitabatur Tuſſicula, quæ licet familiaris ipſi eſſet ob conſuetos Catarrhos, tamen tunc moleſtior erat ob Dolorem quem dixi. Non erant tamen omnia tanti momenti, ut vel Medicam opem flagitare, vel patientem à conſuetis Muniis aut Victu remittere aliquid cogerent, niſi quod ſuſpectum Doloris veſtigium ſemper maneret loco indicato, quod preſſu, Tuſſi, vel majore Thoracis diſtentione per Anhelitum intenderetur, neque ab eo tempore decubitum in adverſum Latus unquam ferre potuit abſque Moleſtiâ. Quibus dein acceſſit, quòd circa Autumnum Anni præcedentis aliquandiù laboraret, Tertianâ duplici continuâ, qualis tunc ferè cum horrendis Symptomatibus, nobis erat Epidemia & popularis, à quâ ægrè eluctatus traducit Hyemem prorſùs inconſtanti Valetudine, quandoque ad morbidam conſtitutionem magis inclinans, donec tandem circà *Februarii* Idus in Febrem incidit acutam, quam comitabatur, immanis ac fere intolerabilis loci jam deſignati Dolor; & quidem punctorius, divergens etiam uſque ad Mamillam & Scapulam ejuſdem Lateris, qui tamen adhibitis Remediis convenientibus & Venæ Sectione ejuſdem Lateris aliquoties repetitâ, circa cæpit miteſcere, unâ cum Febre; nullis tamen toto Morbi decurſu apparentibus cruentis Sputis, perſtitit tamen ſuâ lentitudine Febris mitior ad aliquot Septimanas, cum nonnullis convaleſcentiæ Rudimentis, donec ipſo Feſto Paſchatis in Catarrhum incidit, Acrimoniâ

moniâ & copiâ inſignem, unde Tuſſis primò valida, dein eruptio puris exſtitit, quod coctum, æquale, albicans erat fœtoris omnis expers, magna tamen copia tuſſiendo prodiit; unâ atque alterâ Septimanâ, dein quantitas paulatim iminuta uſque dum purulenta Excretio ceſſaret, adblandientibus omnibus; rurſus cum Frigore invaſit Febris quæ quotidie exacerbata, quotidianis Remediis non ceſſit, niſi poſt ſeptimum Diem, circa quem purulenta iterum Sputa paulatim apparuere, primò pauca, dein copioſa, ut ferè ſingulis Diebus aliquot Libras Puris extuſſiret, expurgatoque (ut videbatur) abſceſſu, Tuſſis, Dolor, Febris ſimul miteſcebant. Ac licet ex Catarrho quædam rejiceret, erant tamen Sputa ſubindè cruda, nonnunquam concocta, ſed macilaginoſa omnia, & Puris expertia, ſic ut Corporis vigor paulatim rediret; poſt duarum tamen & ampliùs Septimanarum interſtitium, nullâ manifeſtâ Febris exacerbatione, à Catarrho quaſi exacerbato, eadem Puris Expectoratio exſtitit, pari copia ſimilique tuſſiendi impetu, perceptòque per intervalla in dextrum Latus decubitu quaſi ex Sentinâ copioſè & affatim profluit Pus ad multas Libras, nunquam niſi tuſſiendo rejectum. Id cum tertiò nunc recurriſſet ſolito interſtitio, adſtrictior præcepta Diæta, pro Potu nil conceſſum præter decoctum, quod reciperet Rad. Chinæ, Santal. rub. & Liquiritiam, vel decoctum ad Ulcera ex Saniculâ, Rad. Symphyt. &c. in Hydromelite decoctis, cujus uſum conjecimus in convenientiſſimas Horas; additum etiam Balſamum Sulphuris Sacchari Pulvere exceptum, cujus uſus nobis ſæpe viſus Salutaris. De Victu providimus ut is ſiccando Ulceri quoad fieri poſſet inſerviret. Alvus quia ferè ſponte reſpondebat, rariſſimè mota; & fere hoc poſtremo circuitu cum ἐυφορία, Catarrhus & Vigiliæ ne interpellarent, exhibitum ſubinde Laud. gr. i. in Chalybeato diſſolutum; ut ſimul Hepatis robori conſuleremus, quòd nobis ob Pedum (quem diximus) Tumorem ſuſpectum erat; cum viderentur tamen omnia arridere; poſt ſolitam Dierum intercapedinem levicula exſtitit Dyſpnæa, cum Tuſſi Catarrhoſa, quam dein ſequuta ſunt Sputa pauca rubro Sanguine exquiſitè permiſta cum exiguo dolore circa dextram Mamillam: Quibus diſparentibus, paulatim ſubiit purulenta Excretio, ſenſim increſcens uſque ad Pelves & Libras aliquot, fuitque id Pus ut ante album, ſed aquoſus omnique prorſus fœtore carens; & quod mirum videbitur, nulla vel leviſſima nobis accidit Dyſpnæa & Febriculæ exacerbatio, ſtatim ante Puris Eruptionem, ac ne quidem alicubi ulla tactui aut viſui accidit protuberantia, tunc cùm ingens iſta Puris Saburra contineretur, ſic ut obambulare nobiſcum & ſine manifeſtâ Moleſtiâ omnino colloqui poſſit. Solebat ante hac in Puris Evacuatione Sudore diffluere maximè circa Caput, ſed id nunc videtur deſiiſſe. Per Urinas nil unquam molita eſt Natura, licet Cicerum & aperientium decocto illam Viam etiam affectaverimus. Quia nunc quartò (verſamur in Puris decremento,) præter ſolitum decoctum Chinæ adhibemus Aquam Balſamicam D. *Quercetani* quam ad Guttas aliquot decocto mixtas bibit ſtatis Horis. Appetitus nec nimis nec minus viget; ſed nutriendo Corpori videtur ſufficere. Intereà medicatione & Diætâ accuratiſſimis nil hactenus videtur profeciſſe, quàm quòd malum ſuum Natura videatur meliùs ferre, alioquin quod alicubi proficit, albi deficiens. Quia igitur & Morbi tam difficilis Eventus, & Autumni adventus metuendus eſt, rogatum Amicorum deſcripſimus quanta potuit fieri brevitate, Hiſtoriam Morbi cum Remediis hactenus à nobis adhibitis eorumque ſucceſſu. Ad quæ primâ quâqne occaſione expectabimus Reſponſum tuum, & Judicium de Morbo, imprimiſque illo tanti Puris jam toties congeſti receptaculo, cum tam mitibus quæ diximus ſpirandi incommodis, unaque Conſilium de agendis in poſterum ſive à Pharmaciâ, ſive à Chirurgiâ petendis. Interea Salutem tibi tuæque optamus. *Mittelburgo* biduo Non. Sextil. An. 1639.

Veſtræ Reverentiæ addictiſſimi

P. Lansbergius.

J. Lansbergius.

Reſponſum D. M.

EMpyema, illud quo æger veſter conflictatur, ut ab abſceſſu in Thorace erupto duxit originem, ſic à Catarrho à Capite in Ventrem ſuperiorem decumbente fovetur, quod malum eo uſque progreſſum eſt, ut in Cachexiam, & ni fallor, in Hydropis principium, inſigniter labefacto jampridem debili Hepate; præcipitaverit, cum ſummo vitæ deſcrimine, de quâ fere actum puto, ſi Aquâ diſtendatur Abdomen, multò verò magis ſi Digitorum extremitates, mutatâ naturali Figurâ, veluti globoſæ unà cum Unguibus incurvatis, quod Conformationis vitium in pluribus ἐυπνοῖς inſanabilibus obſervavi. Quæcunque à vobis præſcripta & facta hactenus ex Arte fuerunt, probo, nec volo longâ Remediorum ſerie, aut Verborum lenocinio, ſpe inani lactare ægrum; cui ſi quod Salutis ſperandæ reſtet argumentum, id in Chirurgicâ ope quærendum eſt. Utinam vel ipſe voluiſſet, vel vos ſuaſiſſetis citius Lateris affecti apertionem, loco magis declivi, ut Pus datâ portâ commodiùs potuiſſet evacuari, quam per Anacatharſin, quæ languidis Pulmonibus, & fractis longitudine Morbi Viribus valdè eſt laborioſa. Faxit Deus ne occaſio, quæ ſemper eſt præceps, effluxerit. Equidem nullum aliud Præſidium profuturum ſentio; veſtrum eſt prædicere eventum, non Operationis in quâ nihil eſt Periculi, ſed Morbi qui penè devenit ad extremum. Non dubito quin periti vobis adſint Chirurgi, in majoribus artis Operationibus ſatis verſati; minor eſt in iſtâ Intercoſtalium Muſculorum (quorum internus per Fibrarum longitudinem dividendus eſt) Sectione metus, quam in difficili Phlebotomiâ. Aperto Latere deterſionem injectionibus tentabitis & Vulnerariis pectoralibus atque Hepaticis etiam in Potu ordinario, antecedentes Cauſas, & conjunctas paulatim averruncabitis. Hydromeli medicatum in uſum ordinarium vobis commendatum eſſe velim, ſi Chalybem, vel potiùs ex ejus ſubſtantiâ Virtutem dextrè extractam Remediis veſtris admiſcere volueritis, unâ eâdemque opera etiam conſuletis Hepati ut video vos jam feciſſe. Interim nolite negligere Caput, cui ſuſpenſorium Emplaſtrum applicatum profuturum puto, nec minùs arbitror, neceſſaria per Pyrotica Brachiis & poſteriori Collo inuſta Emiſſaria, quibus Humor fluens divertatur. Diætæ leves à vobis ex Arte præſcribantur, in quarum obſervatione (poſt prædictam) Curationis Cardo vertitur.

I.

Per breve ac nervoſum Reſponſum tuum, ad noſtras ad te datas accepimus: Quæ & Judicium tuum de Morbo Amici noſtri, & Remedia deinceps à Pharmaciâ & Diætâ petenda videmus, non multum abſimilia iis quæ hactenus à nobis adhibita eſſe vides & probas; identidem tamen inculcans à Chirurgiâ & Lateris affecti Perforatione præcipuum petendum eſſe ægro ſolatium; in cujus aſſenſu quia inter nos, Germani licet, & hic Collegæ, liberè diſſentimus, maluimus binis ad te datis ſinguli ſeorſim, de hac re ſententiam perſcribere. Id primùm conſtet multis antehac Septimanis, inter nos diſceptatum fuiſſe, utrum apertione factâ Pus averteremus, ut deorſum via inventâ quâ datâ Porta rueret. Anacatharſis enim illa per tam nobile viſcus, tam diutina, tam copioſa, non poteſt eſſe niſi periculoſiſſima: Ac licet Bronchiorum firmior contextus, Puris aquoſitas, ἀνωδεῖα facilè fluens aliquid ſolentur, tamen & caſus infælix quem ſæpè tranſit aliquando invenit.

Accedit & hoc, quod me ſollicitat, Puris enim illa Saburra inſidet ſepto inter Ventrem ſuperiorem & inferiorem propè Lumbos, quod ſi largiore incubitu perforaverit, viâ factâ, præter illam quæ ad Renes eſt & rara, totum Pus in Viſcera illac diffluens, ſine exitu, facilè mortem improviſam, vel gravia incommoda poſſit inferre. Hæc aliaque à nobis ante ſcripta movebant, ut illuc inclinarem, ut Puri quereretur aptior exitus. Nil tentatum tamen hactenus, quia graviſſimis in contrarium rationibus (quas in ejus Literis habes) ſemper diſſuaſit Collega meus & unà Frater qui jam multis abhinc Annis D. laborantem ſucceſſu prudentiſſimo tractavit, in cujus Sententiam ipſe æger, ac Amici hactenus ſunt, non modò quia commodior eſt, ſed quòd continuatis Diætâ ac Medicamentis conſuetis, beneficio etiam melioris Auræ videtur in melius proficere ægrotus noſter. Quod non ex Functionum tantum Vigore colligimus, ſed imprimis quòd longè breviore intervallo, minore copiâ & moleſtiâ, Pus expectoretur. Non ceſſo tamen in alteram viam etiam inclinare, quia tutior eſt, de quâ tamen (ſalvâ Pace) in hoc diſſentio, quòd putem Perforationem Thoracis Veterum more non neceſſariam eſſe, non tantùm quia moleſta & terribilis laboranti futura ſit, ſed ſubducendo Puri inſufficiens, niſi per Ambages in Pectus defluens, ſolitâ viâ Pus illac refluat, quod fiet ſi apertio non fiat præcisè loco ubi Pus colligitur. Is autem quia occultus, ſperaveramus in noviſſimarum noſtrarum Calce (ut videbis) uti acerrimi tui Judicii indicio nobis innotuiſſet.

Id quoniam per Literas hactenus non obtinuimus, non ceſſamus tamen ſtudioſè inveſtigare; certè in dextro Latere & ſupra Septum eſt.

Toto tamen illo pridem perſpecto & pertrectato, nil uſquam viſui aut tactui occurrebat, quod latentis abſceſſûs indicium faceret. Intus igitur ſinus eſt & conjecturis inveſtigandus. Is videtur eſſe capacitas dextra Pectoris à ſiniſtrâ Mediaſtino ſeparata; hæc quia Alæ Pulmonis dextræ ventilandæ inſervit, non capio quomodo tot Puris ſatis craſſi Libras & Pelves potuerit toties continere, ſine manifeſtæ Gravitatis & Strepitûs ſenſu quoties Corpus agitaretur. Adde quod Dyſpnæa vel nulla, ſaltem pauciſſima fuerit, tunc cum maxima eſſet Puris Collectio. Addatur etiam ſi in illam Puris Illuviem ſemper immergitur Ala dextra Pulmonis, quî fit ut tunc cum maxima ibi copia eſt, nihil prorſus rejiciat? Quicquid enim noviſſima Puris Collectione obluctati ſumus vel Syrupis vel decubitu Pulmonem ſtimulantibus ne Pus contineretur, non obtinuimus tamen quin toto ad minimum triduo Sputa prorſus eſſent ἄπλοα. Ratum ergo eſt ut puto, Pus intra Thoracem non colligi. Ante aliquot Menſes nobiſcum conſulens alter Collegarum noſtrorum, cenſebat Pus prorumpere ex tanta Pulmonis vomicâ toties erumpente; ſed quia id Pus Fœtore caret, nec Sanguinem aut Bronchia continet, ac ſine manifeſta Dyſpnæâ atque exitio laborantis toties prorupit, rejecimus illam Sententiam tanquam omni veritatis ſpeciei contrariam. Extra Capacitatem Thoracis igitur ſtatuendum eſt receptaculum ubi Pus colligitur; id non poteſt eſſe intra Pleuram & Coſtas, quia is locus anguſtior eſt; et ſi in tantum protuberaret introrſùm Pleura, quantùm neceſſe eſt ad tanti Puris quod rejicitur Collectionem, deberet certè exiſtere ex Dimulſione Dolor, & ex tumore Pulmoni contranitente, mainfeſta Dyſpnæa, quæ tamen non experimur. Reſtat locus mihi ſemper ſuſpectus à fine Coſtarum deorſùm ad Regionem Lumborum, ubi carnoſa pars Septi cadatìm decurrens, circa Lumborum initia, agglutinatur Muſculis illic per Spinæ interiora decurrentibus. Illic Dolor immanis antè fuit, & ſemper Veſtigia dolorifica remanent; illic quia Carnis & Muſculorum concurſus eſt, puto ad Sentinam quaſi amandari ſuperfluam Sanguinis & Humorum illuviem, quæ ibi undequaque collecta, & in Pus verſa, aliquandiù ſine incommodo poteſt contineri. Hepar enim Renes & Pancreas ac cætera Hypogaſtrii illi Regioni vicina, quia molliora, facilè dant locum, ſic Protuberatio nulla foras exiſtat, quia Pus ibi craſſioribus Muſculis tectum facilè occultatur. Videtur tamen ille ſinus inter Pleuram & Coſtas ſibi Canalem feciſſe, ſurſum uſque ad Mamillam, quâ parte Dolor ſemper remanet, inprimis tunc cum Puris Eruptio inſtat: Ubi Pleuram ex veteri Pleuritide, ruptam eſſe veriſimile eſt; quoties autem Pure repletum eſt Receptaculum, Natura non inveniens locum reponendis ſuperfluis idoneum, primò Anathymiaſi quadam transfert partem eorum ad Caput, unde ferè tunc cum Puris Eruptio inſtat, maximè Catarrhis graveſcit, uti & totum Corpus, donec Critico quaſi motu inſurgens, per Canalem Pus totum expellit ad Thoracem, imaque deorſum Catarrhos ex Capite, donec Pure & Catarrhis ſimul impetu ejectis, rurſus interquieſcit. Itaque ſi extrorſùm vergit à Pleura Pus, nec uſquam perforata eſt ea niſi circa Mamillam, ut conjecturis Colligo, (ſalvo meliori Judicio) non opus eſt iterùm Parakenteſi Pleuram perforare, ſed ſufficeret eò uſque Apertionem moliri, donec ad Puris contenti locum, qui intra Muſculos & Pleuram eſt, deveniatur. Itaque ſepoſito Ferro, arbitror imponendum eſſe Cantherium potentiale loco Thoracis declivi, illic ubi à Coſtis Nothis ad Lumbos vergit, & in Carnoſum Pannum deſinit, ſurſum aliquantulum vergendo ubi Carnoſa Septi Pars decurrit ad Lumbos.

Id Cauterium Carnis ibi aliquam partem, vel ſemel vel iteratum abſterget, factoque quaſi Fonticulo, prudenter dein tentandus locus an Puris aliqua Pulſatio ſentiri poſſit, ad quod multùm conferet ſi in id Latus continuò decumbat ægrotus, donec lento progreſſu certiſque indiciis, tandem cautè deveniatur in Puris cavitatem, nunquam perforatâ (ut dixi) Pleurâ. Adverſus hæc tamen multa regeri poſſunt ut ſunt, locum incertum eſſe, Muſculorum craſſitiem obſtare, Arteriæ Aortæ, Hepatis Venarum Nervorumque illic vicinam multum Periculi portendere, quorum ſingula (ut reor) in chariſſimi Collegæ & Fratris Literis habebis; exiſtimo tamen omnia prudentis Chirurgi (cujus hic nobis copia eſt) manu ac dexteritate evitari poſſe. Habes iterum Vir Doctiſſime, Amicorum rogatu, quæ de Chirurgicâ hac Curâ ſentio, eaque accuratiſſimâ tui Judicii trutinâ examinata expectabimus, quantâ fieri poteſt celeritate; Vale, & nos Ama.

V. Kal. Septemb. ciↄ cic xxxix.

Mittelburgo. Petrus Lansbergius.

EXcellentiſſime Domine. Reſponſum tuum ad Literas noſtras attentè legi, cujus Summa in eo potiſſimùm conſiſtere videtur; Res ægri noſtri in maximo diſcrimine verſari: Si qua tamen recuperandæ Sanitatis ſpes affulgeat, eam maximè ſitam eſſe in exquiſitâ Diætâ & Thoracis perforatione; modo Vires ægri conſtent, & peritus Chirurgus adſit qui modum perforandi teneat. De quâ Operatione inſtituendâ non ſolùm apud nos facta fuit mentio, verùm deliberatio quoque aliquoties inſtituta rationibus hinc inde adductis, quæ illam ſuadere poſſint vel diſſuadere; de Viribus ægri nulla apud nos eſt dubitatio; exiſtimamus enim ægri vires ſatis ſufficientes eſſe ad tolerândam talem Chirurgicam, modo illi ex uſu eſſe poſſit; de quo tamen (ſalvo meliori judicio) non parùm dubito. Perforatio enim in eo Pectoris loco facta, ubi vulgò ſolet inſtitui, neque ſuppreſſam Puris Evacuationem, neque novam Puris Eruptionem (quæ duo hactenus poſt Catarrhum præcipuum Curationis impedimentum nobis dedêre) haudquaquam poterit impedire. Quià cum poſt novam Puris Eruptionem (quæ nunc ſæpius contigit) Puris Evacuatio ad octo, novem, vel circiter Dies ſupprimitur. Purulenta colluvies non immediatè in Pectoris cavo continetur, ſed proprio abſceſſus Receptaculo conditur, è quo ſubitò in Pectoris cavum erumpens, expeditè à Pulmonibus aſſumpta, brevi Temporis ſpatio in magna copia tuſſiendo rejicitur. A primâ verò abſceſsûs Eruptione, quæ primo Paſchatis Die contigit, nova inſuper Puris Eruptio quinquies nobis accidit, idque Menſtruâ quaſi Periodo, præterquam quòd ab hinc Menſis ſpatio, dimidio circiter Temporis intervallo omnia celeriùs fuerint peracta, puta ſuppreſſi Puris Eruptio ſubita; ab Eruptione nova Excretionis purulentæ imminutio; nova Puris congeſtio, ac tandem nova ac copioſa Eruptio. Cras enim à noviſſimâ Puris eruptione elapſi erunt Dies circiter 14. à quâ poſtmodum octiduo ferè ſpatio Excretiones purulentæ paulatim imminutæ fuerunt; ita ut circa octavum vel circiter Diem æger parùm Puris rejecerit,

Quo demum Tempore & antè Reſpiratio paulatim ipſi facta expeditior, lenta Febris imminuta, Faciei Color factus laudabilior, Arteria magis proba, Somnus placidus, Corpus alacre, & Vigorem præ ſe ferens, & quæcunque per Anacatharſin prodibant, lenia erant, alba, rotunda, & Pure parùm permixta; ac ut breviter dicam, talia ferè, qualia poſt concoctam Catarrhi materiam è Pectore ſolent rejici. Tandem verò, hoc & Die circiter decimo & undecimo à Puris jam dictâ Eruptione, Expectoratio qualis nunc deſcripta fuit perſeverabit quidem, ſed Faciei vividus Color paulatim immutatus, Corpus univerſum factum graviùs atque ignaviùs, Febricula cum ſiti aucta, Reſpiratio quoque nonnihil impedita, Somnus inquietior, quibus ſimul prægreſſis, jam præcedenti Nocte nova Puris Eruptio facta fuit, quæ inſignem Puris copiam nobis dedit. Res ſanè Conſideratione digna, & quæ ſimul dubitandi rationem nobis offert, an Perforatio Pectoris in ſolito loco inſtituta Curationem Ulceris ſit datura. Primùm enim, quamdiù purulenta Impuritas proprio abſceſsûs Receptaculo continetur, per novam Portam Perforatione factam non egredietur, quia immediatè à Pectoris cave non continetur, neque in eo fluctuat; deinde novâ Puris Eruptione factâ (ut jam ſæpe contigit) Pus quidem per novam aperturam Pectoris emanabit; verùm Evacuatione finitâ, novam Puris in proprio ſuo Receptaculo Coacervationem, ſuppreſſionem, ac denique novam Eruptionem non impediet, in quorum ablatione totius Curationis cardo vertitur. Certiſſimâ enim Experientiâ comprobatum habemus, Pus dum in abſceſsûs Receptaculo de novo reconditur tam arctè ibi contineri ut mirandum ſit; tentavimus enim aliquoties Collectionem, & ſuppreſſionem Puris impedire, ſed fruſtra. Medicamentis enim Pectus ad Excretionem ſtimulantibus, id tantùm potuimus perficere ut æger noſter tum ſecreando, tum ad Sudorem uſque tuſſiendo, pauca quidem purulenta rejectaret, pituitoſa autem copioſiſſima. Quam ob cauſam perſuaſum mihi habeo, vix aliam Chirurgiam perfectam Curationem ægro promittere poſſe, quam quæ ita inſtituatur, ut Perforatio locum abſceſsûs latentis inferiorem ingrediatur, Pleurâ haudquaquam pertuſâ. Talis enim Perforatio ſola abſceſsûs purulentiam indubitatè educere, collectionem Puris novam impedire, ac denique Curationem Suppurationis poterit abſolvere. Verùm talem Chirurgiam adminiſtrare, hoc Opus hic Labor; quia cavitatis præciſus ſitus, Dimenſio, Principia, Finis, Latitudo & alia multa in tam arduâ Operatione, ſcitu neceſſariâ, nos latent. Illud ſaltem tenemus, neque in eo nos falli poſſe exiſtimo, abſceſſum in Pectore latere, & quidem in dextro Latere, quia ubi Dolor ibi pars affecta, & quæ pars primùm Pleuritide tentata fuit, eam quoque nunc latentis abſceſsûs ſedem eſſe opinari decet. Principium Doloris fuit ab infimâ Coſtâ non procul à Spina Dorſi, inde Doloris Propagatio facta fuit ad dextram Mamillam. Qui duo loci etiamnum Dolore tentantur quotieſcunque gravior tuſſiendi impetus Pectus concutit; itaque ſi per conjecturam inferior abſceſsûs locus determinandus eſſet, in eo certò loco ſtatuendus eſſet ubi dolor primùm incepit, non procul (ut dixi) à Spina Dorſi. Verùm locum iſtum Perforationi eſſe opportunum, vel Perforationem ibi ſine Periculo fieri poſſe, nemo facilè affirmabit, qui loci iſtius conditiones omnes, rectè conſiderabit, ac ſimul perpendet, neque in iſta neque in ulla dextri Lateris parte vel minimum Tumorem ſe manifeſtare: Tunc enim Temporis cum occulti abſceſsûs Receptaculum maximè oppletum videbatur; denudatum ægri Corpus vidimus & intercoſtales Partes, nec non infimum locum nobis valdè ſuſcitatum Digitis preſſimus, neque ullum tamen latentis abſceſsûs Veſtigium ſe nobis obtulit. Quamobrem, Vir Excellentiſſime, in re tam arduâ & obſcurâ, ad Te iterum confugimus, rogam uſque ut nobis explicare digneris an perforatio Pectoris in ægro noſtro ſit inſtituenda; & ſi inſtitui debeat, quo in loco? Et denique an quamprimùm tentanda, non obſtante quòd unius

Menſis ſpatio tùm in Morbo tùm in Viribus multum profeciſſe videamus; Vires enim omnes factæ ſunt alacriores, Macilentia non augetur, nulla Hydropis præſentis vel imminentis adſunt ſigna, ad Cibos benè ſe habet, bene concoquit, Anacatharſis expeditè procedit, & cum minori moleſtiâ quàm olim; quicquid tuſſiendo, rejicit, mite eſt omniſque pravi Coloris Odoris, Saporiſque expers, præterquam quod nunc in dupla vel tripla minori quantitate Pus erumpit, & cum minori defatigatione; fortaſſe quia Abſceſſus Receptaculo multùm imminuto in eo colligi nequit tantum Puris; ob quam quoque cauſam Eruptiones fortè breviori circuitu recurrunt, h. e. non Menſis ſed tredecim Dierum Spatio.

Quæ & alia nunc à me commemorata, quia libentiſſimè maturo tuo Judico ſubjicio, Verbum non addam. Vale, Vir excellentiſſime, & ſalve à tuæ Excellentiæ ſtudioſiſſimo,

Mittelburgi, Die.
Aug. 24 1639.

Jacobo Lansbergio.

Reſponſio.

MEI non eſt inſtituti (Viri Excellentiſſimi) poſitivè de propoſito Affectu pronunciare, veſtraſque ſigillatim diluere ex profeſſo Sententias; multò minus arduæ quam mihi imponitis ſatisfacere Provinciæ, determinando locum primò affectum, in quo videtur conſiſtere fundi Calamitas cum vobis ipſis qui jampridem ægro adfuiſtis, eique indeſinenter auxiliares porrexiſtis Manus, & qui ſenſuum κριτηρίῳ adjuti fœliciorem habetis dijudicandi anſam, quâ hæreat, ut doctæ & elegantes veſtræ Literæ ad me datæ teſtantur. Ad quas reſpondeo, ut vobis & Amicis ægri iſtud officium à me poſtulantibus ſatisfaciam, præter Morem meum quo vix adduci ſoleo ut in re arduâ ſtatuam ex umbratili conjectura, præſertim longa locorum intercapedine diſſitus ab ægris, de quorum vitâ agitur; licet aliquando, ut nuper in hoc caſu, Amicorum importunitas vel præter vel ſupra conſuetudinem à me extorſerit. Statutum vobis eſt ægrum ἔυπνον eſſe, ut ex periodicâ copioſæ materiæ collectione, ejuſdem per incertos circuitus Rejectione factâ per ἀνακάθαρσιν liquidè patet. Succeſſit hæc Suppuratio Pleuritidi, in quâ inflammatæ primò Pleuræ pars inferior, quæ ad Diaphragma vergit, rupta, Pus in Thoracis cavitatem dextram effudit, quam etiam nunc (ni fallor) id quod remanſit Ulcus perpetuò ſtillans paulatim replet, longioribus vel brevioribus intervallis pro ratione Catarrhi à Cerebro in Ventrem iſtum ſuperiorem decumbentis.

A quo Cerebro, frigidi & humidi Metropoli, Pituitâ ad Pulmonem diſtillante, ἔμπυους fieri docet *Hippocrates, lib.* 1. *de Morb.* etiam ſine Thoracis interim, vel Ulcere vel Abſceſſu, ſive Pulmonis putreſcentis in purulentam Materiam omnimoda Colliquatione (quam aliquoties & nuper in Filiolo meo acerbo Funere mihi erepto, vidi citra Febrem effatu dignam, ſpirandi difficultatem, Puris, quo totum Latus alterum turgebat, Rejectionem cæteraque vel Pathognomonica ſigna, vel neceſſaria ut concludimus accidentia.) Præterea ſine ruptâ Pulmonum Vomicâ ingenti, cujus Materiam in Cyſti concluſam nequaquam neceſſariò comitatur Fœtor, ſine Mediaſtini Ruptione, inter cujus Membranas aliquando Abſceſsus fiunt. Denique (quod auſim etiam dicere) ſine raro & inſolenti, obſervato tamen materiæ purulentæ in ipſo Pericardio συναθροισμῷ, quod aliquandiu impunè levi ſaltem Foramine pertuſum, ſeſe in cavitatem Thoracis (ſiniſtram potiſſimum) exonerare poteſt. Tam firmâ compagine Corporis partes cohærent, ut accedente ejus vel minima Solutione & dato contentis quantulocunque exitu paulatim & ſucceſſivè Ψέκας Rori ſimillima guttatim defluens, magnas Cavitates replere cum totius Corporis diſpendio & ultimâ Tabitudine poſſit. Quod ad conceptam opinionem de Abſceſsûs ſede, vel inter eam Muſculorum Epigaſtrii partes quæ Lumborum Vertebris adhærent; aut inter ipſos Lumborum Muſculos, vel circa alterutrum caudatum tendinem Diaphragmatis ad Thoracis inferiores, Lumborum ſuperiores Vertebras pertingentem, quo loci quiſquis ille ſit collectus Humor, ex iſtâ Cloacâ viâ ſibi factâ per ipſum Diaphragma; & perforatis Membranis, à Peritonæo & Pleurâ ipſum veſtientibus ἀυτομάτως ratione plenitudinis in Thoracem exundet, liberè ab ea mihi diſſentiendum credo, cum proprio Pondere, & loci declivis conditione, facilior & magis naturalis Puri ſit via, vel extrorſum affectare exitum ad Lumbos, ibique Tumore & Dolore abortis ſeſe prodere, aut ſecundum Muſculorum interſtitia (id quod aliquando vidi) ad ipſum Inguen deſcendere, vel brevi & facili in proximum Abdomen lapſu, eroſo Peritonæo, in ejus Cavitatem effundi, & devolvi ad Inguina; ubi in omnibus Ventris inferioris Suppurationibus magis Pus exitum quærens Tumores creare ſolet. Quæ cum in hoc ægro neutiquam contigerint, liceat mihi ad priorem Sententiam reverti, per Ulcus & Puris conceptaculum in dextrâ Thoracis parte ſitum eſſe ſupra Diaphragma, partibus omnibus ſub Septo tranſverſo Salvis concludo, concurrente à Capite perenni Catarrho, cujus Humor aliquando Puri permixtus, aliquando ſyncerus per Tuſſim in magnâ quantitate rejicitur. Ad Curationem video vos plurima tentaſſe ex Arte, ut Medicos peritos decet; nunc tantum quid de apertione alicubi facienda cenſeam, quæritis. Video ex veſtris meliùs eſſe ægro, non ita profuſas eſſe, licet freqentiores Materiæ collectiones, faciles utcunque Rejectiones; prætereà Vires eſſe ſatis validas, augeri potiùs quam concidere Corporis habitum: In ſummâ eſſe ſigna minùs mala, quæ infortunii (utinam evitabilis) aliquam Dilationem polliceantur. In iſtâ fucatâ & fallaci Tranquillitate, blandiuntur ſibi ipſe æger ejuſque

que Amici, & ſolis confici Medicamentis; Ferri appulſum refugiunt, cum quo ut nihil tentetur ſi ratum fixumque habeant primùm ſuadere Aëris mutationem, cujus Temperies ſit calida & ſicca. Quo ſolo Remedio (infinitis aliis à peritiſſimis Medicis irrito Labore exhibitis) vidi ſupuratim à Thoracis Vulnere ægrum ſelectâ Manſionis loco Hiſpaniâ (cui utcunque affinis eſt Narbonenſis Gallia, & in eâ Monſpelium Florentiſſimum Medicinæ Emporium) ex ſubinde recurrente Puris collectione, & Fiſtulâ Apertioni abſceſsûs ſuccedente, iterato convaluiſſe; itâ ut quoties rediret in Angliam malum recrudeſceret, quoties Hiſpaniam peteret, inculpatâ frueretur per duos treſve Annos ſanitate; Quidni idem in hoc ægro ſperari poſſet, non omiſſis interìm Remediis, & Colluviei exſiccationi & Fluxûs diverſioni convenientibus? Inter mille exſiccantia, qualitate Diaphoreticâ magnas Curationes perficientia & potenter abſorbentia, Antimonii ceruſſam fixiſſimam, ut ab Angelo Sala deſcribitur, vobis commendatam eſſe velim. Sed vereor ne tandem vobis ſit ad Apertionem deveniendum, circa quam non ſum admodum ſollicitus, de Puris in Thoracem exundantibus primo Conceptaculo inveniendo, in quo perveſtigando forſan inutiliter dum hærebitis diù, peribit æger. Et nihil eſſe Periculi in ſecandâ Pleurâ & dividendis intercoſtalibus Muſculis, dummodo alterutrius Fibræ ſerventur, & vitetur Vaſorum per infimum Coſtæ ſinum decurrentium læſio, multiplex me docuit Experientia; imò tam tutam credo iſtam Operationem, ut per Vulnus intercoſtale, curabile Pulmonum Ulcus in Phthoe laborantibus nondum deploratis, & ſatis adhuc robuſtis ſanari poſſe confidam, ductus ſucceſſu multiplici in ſuppuratorum Apertione quorum unus ante multos Annos qui nunc ſe habet Pancraticè, dum injicerentur idonea Remedia excitatâ Tuſſi, per Vulnus fruſtum Pulmonis explodit conatu maximo, in quo præter Viſceris Parenchyma aſperæ Arteriæ & aliorum Vaſorum (Arteriæ venoſæ, & Venæ arterioſæ) Ramuli apparebant manifeſtè; attamen vivit, & perfectè curatus eſt. Quoad locum ſecandus æger ut alii omnes qui aliquam Materiam præter Naturam in Cavitate Thoracis fluctuantem, imò contentam habent, inter quintam & ſextam Coſtam, numerando ab inferioribus, eo in loco ubi ſub infimo exortus pectoralis Muſculi Angulo, Muſculus ſerratus major & Epigaſtrii obliquus externus dentatim, ſeu εἰς ὄνυχα conjunguntur; ibi nihil eſt timendum dummodo Chirurgus experiens Scalpello acuto, non ancipiti, ut docet *Hippoc. Libr. 2. de Morb.* panniculo obligato deorſum nutante Mucrone, ſervatâ rectitudine Fibrarum intercoſtalis Muſculi, Cutem ipſam cum ſubjectis partibus audacter dividat, adactâ in ſuperiorem Coſtæ quintæ partem acie. Equidem in omnibus quotquot ego ſecui, interno peperci Muſculo & externum tranſversìm diviſi. *Fabritius* ab Aquâ pendente vult integrum ſervari externum, utpotè majorem,

rem, ſeu magis carnoſum, & potiori uſui, nimirùm Inſpirationi, deſtinatum. Vobis ſi eo deveneritis, optionis libertas relinquitur. Sic in Latere, potiùs antrorsùm aliquantulum, quàm verſus Spinam ſecandi omnes ἔυπνοι, ſalvis Diaphragmate & Pulmonibus, qui in iſtâ parte vulnerari nequeunt, ſumpto inter ſecandum Exſpirationis momento, idque cum Fiduciâ; quam ſola Pulmonis Coſtis affixi, nunquam dignoſcenda Adhæſio convellere poteſt. At forſan aperto Latere Puris nihil effluet; perindè eſt dummodo pateat Injectionibus, in Antrum Thoracis via, & quicquid injectum fuerit facilè effluat vel exhauriatur. Ulcus deterſionem experietur, Sinus ubicunque ſit everretur & vi Medicamentorum exſiccabitur, fovebitur Pulmo, & à ſeroſâ illuvie liberabitur, atque ea quam longitudo Morbi hactenus invexit, ſeu δυσκρασία, ſeu laxitas, ſive ἀτονία ſive Corruptelæ initium vi Balſamicâ pollentibus corrigentur & tranſibunt in contrarium, dummodo fatiſcens Natura Morbo nondum dederit manus. Scalpellum ad iſtam Operationem ſuadeo, potiùs quam Pyroticum, quippe deperditio ſubſtantiæ à Cauſtico cauſata, Fiſtulæ remanſuræ Periculum minatur. De Coſtæ terebratione licet ipſam in Hydrope Thoracis ſuadeat *Hippocrates*, taceo; cum tutior & magis expedita nobis ſit via. Quod ſi Ceptis veſtris cum ratione audacibus annuerit Natura, ad relapſus præcautionem facient notiſſima vobis, quæcunque antecedenti cæteræ debentur, & quæ conjunctæ non mox in affectas partes illapſuræ diverſioni & Derivationi inſerviunt. Dictum ſapientibus ſat eſt. Ne credatis me Ariſtarchi munere in præſenti negotio fungi velle. Omnia meliori ſubmitto Judicio. Valete Viri doctiſſimi & amantiſſimi Fratres, & diutiſſimè vobis mutuas præſtate operas, ex ejus Votis qui vobis omnia optat & præcatur fœlicia. Datum *Londini*, 29. *Auguſt.* An. 1639.

My Lord de *Soudaske*, 10 Novemb. 1640.

Hydrocele.

TRiplicis ſubſtantiæ effluvium indeſinens, cui ſublunaria omnia quocunque modo viventia Lege neceſſitatis obnoxia ſunt, continuâ indiget reparatione ad Conſervationem individui, quæ perficitur appoſitione novæ ſubſtantiæ per varias alterationes eò deductæ, ut illi ſit ſimilis quam inſitus Calor, paulò ante tranſmutavit in propriam Corporis eſſentiam planè admirando naturalis digeſtionis artificio, exactiſſimè facta Separatione puri ab impuro. Sic Hominis Vita ſuſtentatur Aëre Cibo & Potu, quæ duo poſtrema pro Diſpoſitionis paſſivæ nodulo in Ventriculo concocta ab Hepate alimentari ſui portione attrahuntur & convertuntur in Sanguinem non ſolùm ex quatuor Humoribus primariis conſtantem, ſed etiam perfuſum ac dilutum, plurimâ ſubſtantiâ Aquea, quam Natura ab aliis partibus Nutrimenti ſecernit. 1. Ad Vehiculum glutinoſi in minimos Corporis receſſus penetraturi. 2. Ad partium ſequaci mollitie opus habentium, fomentium. 3. Ad δυσπαθείαν Articulorum, quorum motus facilis in Humido. 4. Imprimis verò ad Tartareæ ſive Salinæ ſubſtantiæ quâ nihil ſub Cœlo exiſtens deſtituitur extra Corpus Eductionem, ne tandem totus Homo per Salis granatim concreſcentis Coagmentationem Lapideſcat. Magnam hujus Aquæ quantitatem, tam per octo inſignia Vaſa ad Caput delata quàm per Vaporum, ab infima Regione μετεώρισμῶν Cerebrum φύχρου καὶ ὕγρου μετρώπολις excipit, imò attrahit Cucurbitæ inſtar, quæ more Pluviæ deſcendens inferiores omnes Partes irrigat, bonis Naturæ rebus quandiu nihil eſt in exceſſu, tunc enim benigno Rore perfuſa Membra in ſua gaudent vigentque Integritate, & præcavetur nativi Caloris Conflagratio, per appulſum adventitii. Ut contra Aquâ ſupra Sanitatis Limites exuberante, Calor fatiſcit, Compages partium diſſolvitur, Frigus Mortis præcurſor fecialis occupat & tandem Excrementorum Mole ſuffocata Natura manus dat & extinguitur.

Tot & tam inſignes ſunt iſtius Superfluitatis ſeroſæ dotes & munia quibus Officiis defunctus Ichor per patentes Renum & ουριτήρων ductus effluit in Urinas, Hepate & Liene (quem Aquæ Fontem vocat *Hippocrates*) illo per Venas, hoc per Arterias in emulgentes ſe exonerantibus. Quidquid verò Excrementitium à tertia Concoctione reſiduum eſt, per anguſtos Cutis Meatus abit in Sudores, vel per inſenſibilem Tranſpirationem excluſum evaneſcit aut congelatur in ſtrigmenta quæ neglecta vel oſcitanter perpenſa graviſſimis Morbis ab impeditâ Evaporatione præbeat occaſionem.

Ita ſe res habet in Corpore bene valente, in quo omnia non interrupto Filo juxta Naturæ liberè agentis Rythmum procedunt: At quoties ingeſtorum liquidorum pondere ipſa Natura opprimitur, vel Viſcerum (præſertim Hepatis) præcalida Intemperies violenter ſubtrahit primæ Concoctioni, non tantum id quod actu fluidum eſt, ſed etiam id quod in ſolidis eſt de Elemento Aquæ, hoc pacto antevertens Elixationem, quæ non niſi in humido perfici poteſt, aut quando Renes enervantur & ἀτονία languent, Officii immemores, vel Obſtructionem patiuntur, aut quoties connivent Pori quæ duo præcipua ſunt Seri emiſſaria, planè neceſſe eſt ut Ichor tam alendis quam continendis Partibus inutilis effundatur in aliquam Lacunam, quæ quo magis eſt apta ad recipiendum vel imbecillitatis vel Situs conditione, eò citiùs repletur, & quantumvis exhauſta denuò turget novæ ſuperfluitatis affluxu ſine ſpe Exſiccationis niſi ab ipſis exundationis Fontibus ducantur Medelæ primordia. Hinc ab Hepate & Splene Hydrops, Aſcytes: Ab utroque Capite & Pulmonibus eorum Hyderus, à Cerebro Sero defluente Hydrocephalos; à toto Aquam excipiente, nec digerente Anaſarca, hinc etiam

Hydrops particularis Hydrocele in nobili Viro jam ſene, cui crudus eſt Ventriculus, Hepar plus æquo calidum, naturaliter quidem, ſed multò magis ex accidenti; Renes non ita validi, adſtricta nimium Alvus, Habitus tam obſtinatè occluſus, ut vel nunquam vel non niſi difficillimè ſudet: Unde fit ut collectum in Viſceribus Nutritiis Serum & ab ipſis ſtillans, aut per capillares Venas, quæ per Genitalia diſſeminantur, tranſudans infimam Seroti Sentinam petat, laxam, pendulam, per ætatem victam, atque paulatim & ſucceſſivè repleat Productionem Peritonæi, quæ propriam Teſticuli Membranam facit, eamque cum Darto ipſoque Scroto inſtar Utris inſigniter diſtendat.

Quandiu Cauſarum antecedentium præſentia perſeverat neceſſariò expectandi ſunt quotidiani conjunctarum effectus, eò citiùs tardiuſvè, quo vel frequentior eſt Procatarcticarum impreſſio, vel efficientium major minorvè activitas. Inde eſt quòd Ramex iſte aquoſus tam obnoxius eſt recidivæ, potiſſimùm in ſenili Ætate, in qua Solis intervi elumbis eſt & ſegnis Irradiatio. Id quod nobiliſſimus æger notabit obiter ne ab hoc noſtro Conſilio abſolutam deinceps ſibi polliceatur Curationem, & mali proculdubio recurſuri (niſi ſatis crudeliter cum ipſo agatur acie Chirurgica) perfectam depulſionem. Prudentis & pii Medici eſt in Morborum Profligatione non tàm Hominem curandum ſuſcipere quàm *Socratem*, & ea ſaltem præſcribere quæ Viribus ægri ſunt conſentanea, ſubjecti Securitati ſuper omnia conſulendo, ne dum Artis quæritur gloria, Artificis Nomen & Fides cum patientis vitâ periclitentur. Quibus poſitis in præſentis caſu præcavenda Aquoſæ Colluviei, ſi non Generatio, ſaltem luxurians Incrementum, (quantum quidem Arti datum eſt, & per Corporis ἰδιοσύνκρασιαν licet) procuranda ejuſper naturales vias, & loca conferentia Revulſio, diverſio, eliminatio, quas ſi quid effugiat (ut fiet) id vel abſumendum in ipſa parte vel datâ Portâ evacuandum. Reſeranda quæ clauſa ſunt in habitu: Quæ torpent in Renibus excitanda: In primis verò eluenda alvina Saburra, & curandum ut Corporis Cloaca pateat quantum ſatis. His Artibus præcautioni utique incumbent Medici & poſſibili Therapejæ. Denique quoniam inclinans in pejus Naturæ error, quantumvis expulſus, tamen uſque recurrit, quemadmodum juxta prædictas indicationes conſulitur Membris mittentibus, ita partibus excipientibus danda erit opera, ut influentium occurſui reſiſtant confirmatæ, conſtrictæ, & in ſuis correctæ Dimenſionibus. Intentionem iſtarum idonea & efficacia ſuggerent Inſtrumenta. Bona victûs Lex per debitam rerum non naturalium adminiſtrationem. Medicamenta & ea quæ Chirurgi manus præſtare poteſt Auxilia. Omnia Diæteticæ capita eò tendant ut citra intenſum Calorem Corpus exſiccetur. Quantum fieri poteſt eligatur Aër ſiccus, & degat Dominus in loco potiùs excelſo & perflatili, quàm in declivi, aut plano, humido & paludoſo:

ludoſo: Pateant Cubiculi Feneſtræ ad Orientem & Aquilonem, Auſtro verò præcludatur aditus, qui Vernâ & Æſtivâ Tempeſtatibus Radiis Solis ſit liber, per Autumnum autem & Brumam Nebulis Pruiniſque diligenter claudatur. Quæ vitari non poterit frigida & humida Intemperies, luculento foco perenni & ſuffitibus gratis non minùs quam proficuis corrigatur. Cibi ſint boni ſucci & Coctu faciles: Utentur omnia quæ craſſum & Melancholicum Humorem generant & fovent: Viſcida, cruda, à quibus flatus qui Vias aperiendo, Ichoribus præſtant Vehiculum. Noxia ſunt pinguia, lacticinea, Piſces glutinoſi & Cartilaginei, Fructus ὡραῖοι, vaporoſa Cæpis & aliis condita, aut Sale nimio vel Aromatibus perſperſa: In quibus Dominum oportet temperatum eſſe, nec ſub ſpecie Corroborationis Ventriculi, Injuriam inferre Hepati cujus Tonus in moderatione Caloris conſiſtit. Si Piperis ſit avidus, id vel integrum vel per medium ſaltem diviſum Crudo Ventriculo ad pauca Grana, rarò & Flatu ſaltem moleſtante, offerat. Nux Moſchata & Macis inter Aromata optima, nec contrarium Cynamomum, dummodò iſta rarò apponantur. Rectum ſiquidem Index eſt obliqui, ex ſequentibus (neceſſariò eligendis ad Alimentum) quænam ſint vitanda concludatur. Veſcatur Carnibus Juniorum animalium elixatis minùs, aſſatis ut plurimùm, nempe Agni, Vervecis, Vituli, Hædi, Cuniculi, Pulli Gallinacei & indici, Gallinæ, Capi, Columbæ, Turturis, Perdicis, Phaſiani, Scolapacis, Alaudæ, Merulæ, Turdi, relictis Aquatilibus omnibus Avibus, quales ſunt Cygnus, Anſer, Anas, Ardea & ſimiles quæ vivunt circa Flumina & in locis Paluſtribus. Inter Piſces præferantur Saxatiles, aut qui in Aquis puris natant; non qui ſtagnis aut Piſcinis incluſi Sanguine vel Animalium interaneis nutriuntur. Probantur Trutta, Perca, Lucius, Gobio & ſimiles. In Marinis verò Solea, Rhombus, Scarus, Albica, *&c.* Conceduntur aliquando Aſtrea (ſi cruda) cum propria Aqua, Limonum vel Arantii Succo & Nucis Moſchatæ (loco Piperis) tantillo: Si torrefacta ſuper Craticula, frixa in Satagine cum Farinâ & Butyro, inſtillatô ſuccô dicto, vel elixata leviter in proprio Liquore cum additionibus neceſſariis. Piſces in Aqua & Sale, Aceto, Vino, (cum Herbis ſuaveolentibus, Thymo, Satureia, Serpillo, Roſmarino, Lauro, Corticibus Citri & Arantiorum, Maci) coquantur: Vel ſuper Craticula Toſti, condiantur Vino Hiſpanico dulci & recenti Butyro vel cum Oleo non rancido frigantur.

Salmonum ferax eſt Scotia in ſuis Fluminibus, attamen parcè veſcendum eorum Carne, gratâ quidem, ſed Stomacho gravi. Apagè Anguillam quæ longæ cognata Colubræ, & Lamprædam, vix tuti uſus ſine multo Pipere, Sale & Cœpis, quæ Gulæ ſunt irritamenta; ſicut Fumo ſiccatur Halec, Encraſicholus, Acipenſeris Ova, Fœtore abominanda, cæteraque hujus Farinæ, in Arenam prodeuntia, quoties compotoribus Baccho citare ſtatutum eſt. Haud malum ſiccum generant Oſtra, Coderma & Conchilia, Aſtaci, Cancri, Tellinæ, Pectines, dummodo à perito Coquo præparata Menſæ inferantur, cum idoneo condimento & rarò veniant in uſum. Ova recentia ſunt optimi Nutrimenti. Inter liquida commendabilia ſunt Panatella, avenatum, hordeatum, Panis intritus cum Saccharo & Cereviſia coctus, idem cum Saccharo & Uvis Corinthiacis permixtus Cereviſiæ: Nec omittendus vernaculus Cibus *Sowins* dictus, qui nunquam onerat Ventriculum, detergente pollet Facultate, movet Urinas & gratiſſimus eſt genti, lautas Epulas (admittenti quidem ut decet, ſed ultra modum non expetenti. Gelatina Carnium, Alimentum eſt facilis Diſtributionis, erit autem pro Medicamento ſi cum Cornu Cervi, Raſura Eboris & Oſſium Bubulorum majorum, ex arte præparetur, condita Summitatibus Libanotidis, Cynamomo, Saccharo, & tincta tantillo Croci. Pro acetariis ſunto Endivia Cappares, Olivæ, Erithmum, Cochlearia, utraque Draco, Naſturcium aquaticum, hortenſe, Indicum: Aſparagi per tranſennam cocti, additis Oleo, Aceto Sambucino, & Saccharo, quod in hiſce Ferculis eſt pro correctivo, Acrimoniam Aceti temperans, cum aliàs ejus (ut & Mellis) largus uſus minimè ſit commendandus, quippe dulcia ſe in Bilem vertunt, & Spiritus acer (quo plurimo iſta perfuſa ſunt) validam diſſolvendi vim habens, Sanguinem liquidiorem reddit, per ſeroſæ ſubſtantiæ imo fluctuantis multiplicationem. Attamen ſi Paſtus conditis claudi debeant, id fiat Corticibus Citri & Arantiorum, vel Cydoniato. Panis ſit frumentaceus albus, benè fermentatus, benè coctus, levis; ſine Aduſtione, multum habens cruſtæ; dummodo id per Dentes liceat; eò melior erit ſiquid admiſceatur Seminis Fœniculi dulcis vel Aniſi. Forſitan ſecundarius gratior erit & magis conveniet ad laxandam Alvum. Paſtuum quoque obſervandus Numerus, Ordo, Tempus: Et Ciborum quantitas. Quibus diebus horis matutinis aſſignantur certa Medicamenta, careat Dominus Jentaculo, pro quo (ſi quando jentare appetat) habeat Fruſtum Biſcocti, Aniſati ſicciſſimi cui ſuperbibat nihil. Prandeat verò ſatis lautè & abundè, Hora undecima vel paulò ante duodecimam. Cœnet magis ſobriè, à ſexta ad ſeptimam, neque in Cerebri diſpendium ſub Veſperam Ventriculum oneret ingeſtis, per Somnum Caput Vaporibus non impunè oppleturis. Aliquando etiam ſemel aut bis in Septimana Cœnam ſubtrahat ſibi penitus, vel ſi ſit inediæ impatiens contentus ſit Ovo ſorbili, aut ſucco Coxæ Vervecinæ, vel Carnis Vitulinæ, cum intrito Pane & ſucco Arantii, ſuperhauſto Cereviſiæ (cum Toſta Panis Nuce Moſchata, & tantillo Sacchari) Cyatho, addito etiam pauco Vino ſi Stomachus id requirat. Potus ordinarius eſto Vinum Claretum Oligophorum dilutum Aqua Infuſionis Ligni Nephritici: Vel Radicis Chinæ decocto; aut ut plurimum Cereviſia medicata

dicata in ſequentibus deſcribenda. Poſſit & Hydromel ſimplex medicatum, ſaltem Baccis Juniperi aut Ramentis ejuſdem & Ligni Roriſmarini. Aut Paſſularum cum iiſdem fermentatum quotidiano Potui inſervire. Abſtineat ab omni valdè generoſo Liquore, licet innoxia ſit indulgentia pauci Vini Canarini, vel Malvatici, cum Panis Toſti Taleola aſſumpti paulò ante Paſtum, præſertim verò Cœnam. Somnus ſit moderatus, qui ſufficiat ad refocillandas Corporis Senilis Vires. Nullus immediatè à Cibo.

Et (ſiquidem negotium nobis faceſſit Rheumatiſmus) eſuriat, vigilet, ſitiat qui Rheumata curat. Exercitio opus eſt ad excitandum nativum Calorem, dummodò ſit mediocre. Mane fiant Frictiones univerſales ante luculentum Ignem, incipiendo à partibus inferioribus. Caput pectat diligenter retrorſum. Agitatione Trochleæ vel Serræ Brachia moveat: Cantu, Vociferatione, voluntaria Tuſſi, ad Expectorationem contentæ in Bronchiis Blennæ, Pulmones ſollicitet. Deambulet ante Paſtus, equitet etiam, ſed ſuper Aſturcone æqualiter & ſine Succuſſatione badiſante.

In hac Herniæ ſpecie non eſt tam periculoſus Corporis motus quàm in Enterocele, quippe licet ſedeat, per invias gliſcit Serum, cujus aliqua ex parte per Exercitium ſperari poteſt diſſipatio. Non eſt quod Viro in omnibus Mundi & Fortunæ caſibus experientiſſimo, & prudentiſſimo Seni præſcribatur Animi Tranquillitas, cujus Pathemata violentiora (Ira præſertim & Mœſtitia) Imperium habent in Spiritus & Humores Morborum Parentes: Dictum ſapienti ſat eſt.

Reſtat ut Ratio habeatur excernendorum per ea quæ Natura ſagax & in proprii Opificii ſalutem prona fabricata eſt Corporis emiſſaria. Alvo aſtrictiori providebunt Juſcula, alterata Summitatibus Malvæ, Violariæ Mercurialis, utriuſque Atriplicis hortenſis, Patientiæ, (quæ Lapathi eſt ſpecies) in quibus ſi diſſolvatur Tartari Cremor, erit Expultrici pro Stimulo. Pruna laxantia cum pauca Sena & Manna, Ptyſana cum Sena, Aqua Infuſionis ejuſdem in parva quantitate, addito etiam Ligno Nephritico, ut ſupra, ad diluendum Vinum. Manna in Lacte acetaria ex Ovilis Sambuci ſiccati Veris initio & infuſis in Aceto ſenato, addito uſûs tempore Oleo & Sale ut A. eſt. Caſſia recenter è Cannâ extracta devorata immediatè ante Prandium, & Clyſter ex Cereviſia aut decocto Furfuris, Malvæ, Parietariæ, addito Oleo & Sale. Ex iſtorum Catalogo, nunc hoc, nunc illud uſurpandum, ne uni Natura nimium aſſueſcat, licet ſperandum ſit fore ut minor ſit iſtorum neceſſitas quandiu Dominus Pharmacis paulò poſt præſcribendis utetur ex ordine inſtituto.

Urinas remorantes abigent (ſin ad ea ſit deveniendum) præter ordinaria quæ ſequentur, uſus Lapidis Prunellæ Cremori Tartari & Saccharo permiſti, in Juſculis aperientibus. Vinum album, tenue, dilutum Infuſione Ligni Nephritici prædicta, additis

ditis Limonum Succo & Saccharo manè hauſtum ſubſequente equitatione. Liquor reſtibilis à Præparatione Tartari Vitriolati, admixtus Juſculis ex Parietaria, Ciceribus rubeis & Radicibus Petroſelini, Fœniculi, Ruſci Taraxaci.

Ad Sudores movebitur Natura Frictionibus quotidianis antedictis, ſaltem reſerati Pori ad iſtam Evacuationem erant paratiores, ex quâ ſi levamen inſigne ſperet Dominus, quidni more Germanico quando ipſe ſibi gravis eſſe ceperit ingredietur Laconicum ſive Humidum ſive ſiccum, priùs ſumpto hauſtu Seri Cereviſiæ cum Carduo benedicto præparati, vel Aquæ ejuſdem Cardui ſupra Bolum Sapæ Baccarum Sambuci idoneâ tempeſtate ex profeſſo præparatæ. Sudandi Tempus convenientiſſimum longiſſimè à Cibo. Solent Germani Hypocauſtum ingredi ſub Veſperam, inde Lectum petere, ſudare, leviſſimè cœnare, & per totam noctem quietè curare Corpus, ut ſenſim claudantur aperti Pori, & ſequenti Die ambientibus injuriis minus pateant & exponantur. Caput denique per Nares deplebitur motâ Sternutatione, per indita Naribus aſſari folia viridia convoluta in Formam Turundæ, vel Cortices Citri recentes itidem convolutos. Per Os autem ducent Maſticatoria, & Gargariſmus Diaſinapi.

Nunc ad Medicamenta tam alterantia quàm vacuantia convenienti Ordine fiat tranſitus.

Nihil æquè Morborum Cauſas materiales ſubtrahit, earumque præcavet funeſtos effectus, atque Vomitio, quam excitare validioribus nolim in Domino ætatis jam provectæ, cujus Corpus ſine neceſſitate non declinanda, concutere & convellere Piaculum duco. Attamen ſi facilè ipſi ſubvertatur Ventriculus, non improbo ut ſemel in Menſe vel ſæpius juxta præmentis Sarcinæ ſenſum, poſt largiorem (& ſine ullo delectu Ciborum & Potulentorum) Cœnam elapſis duabus ad ſummum Horis, vel ſequi alterâ, digito in Fauces adacto quicquid ingeſtum eſt & à Stomacho chyloſo intendente jam alteratum, atque reliquiis prioris coctionis Viſcidis & Tartareis permiſtum, totum egredi cogatur, quo facto Dominus Os colluat, Lectum petat, & per totam noctem dormiat in utramque aurem, donec poſtridie jentandi ſit hora, quâ Ferculum ex Vino, Aqua, Ovis, Saccharo & Cynamomo, (Anglis *Caudel* dictum) ſorbendum præbeatur. Mirum tractu temporis tunc ſentiet Levamen, & Revulſionem hanc maximi eſſe momenti ex perceptâ inde utilitate ultrò fatebitur. Quoad cætera bis in Anno, Vere & Autumno ſolemnem aggrediatur ſive univerſalem Corporis evacuationem juxta ſequentem Methodum.

℞ Folior. Malvæ, Violar. Parietar. Chamomill. totius, Senæcionis an. M. i. Summitatum Anethi Flor. Melilot. Hyperici Sambuci an. P. ii. Semin. Aniſ. Fœnicul. Cumin. Baccar. Lauri an. ʒ ii. Semin. Fænugræci ℥ *ſs*. Fiat omnium Decoctio & Colatura, in cujus ℔ i. diſſolve Cathol. electuar. lenitiv. an. ℥ i.

Mellis Mercurial. Sacchar. rubr. an. ℥ ii. Ms. Fiat Clyſter injiciendus ſub Veſperam levi Cœna ſubſequente, pridie Purgationis, quæ fiat cum Pulvere ſequenti.

℞ Semin. Ebuli pleni & ſubſidentis, vel ſi deſit, Mechoacam, Turbith. Jalap. Cortic. Median. Frangul. ſicc. an. ʒ ii ß. Rhabarbari electi ʒ v. Tartar. alb. Vini Rhenani puriſſ. ʒ iii ß. Scammon. cum Sulphuris Oleo correcti ʒ i ß. Fiat omnium ſeorſim Pulvis ſubtiliſſimus ante Commixtionem quæ fiat exactè, diu triturando in Mortario, ſervetur in Ampulla vitrea, atque hujus Pulveris primo exhibeatur ʒ i. ex Vino albo, vel in Bolo, addito pauco Syrupo Roſarum pallidarum, ſumatur cum cuſtodia dilato ad *iii.* Horas Juſculo ad *v.* verò Prandio.

Interpoſito uno & altero Die repetatur hoc Medicamentum, augendo ſi opus fuerit uſque ad ℈ iv.

Poſtea per *vi.* Dies manè capiat Pulverem ſequentem, qui etiam exceptus Syrupo è ſucco Parietariæ poterit reduci in Bolum.

℞ Cremor. Tartar. alb. ʒ v. Salis Abſynth. Salis Cochlear. Chryſtall. an. ℥ i. Tartar. Vitriol. ʒ ß. Fiat omnium Alkool. ſervand. in Ampulla bene obturata. Doſis eſto ʒ i. diſſolvenda in Jure Capi & Vituli alterato Radicibus aperientibus Cichorii, Taraxaci, Fragar. & Foliis Naſturcii aquatic. Cochlear. Beccabungæ & Parietariæ; ſi diſpliceat Sapor, addatur Saccharum pro libitu. Bibatur Horis *iv.* ante Juſculum ſuperambulando.

Elapſis hiſce Diebus (quibus ſi pigra ſit Alvus ſollicitabitur Enemate præſcripto ſub Veſperam) repetatur Doſis una Pulveris Cathartici prædicti.

Hinc tranſeat ad Diætam Sudorificam hauſto quotidiè decocto.

℞ Zarz. Parill. alb. & Medulloſ. ℥ iv. Raſur. Lign. Sanct. ℥ ii. Radic. Bardan. ℥ viii. Radic. Tormentil. Anonidis an. ℥ iii. Raſur. Cornu Cervi ℥ i ß. Folior. Ulmar. M. iv. Semin. Cardui bened. ℥ i. Omnia debitè conciſa & leviter contuſa, Infundantur per Horas *xii.* in ℔ vi. Aqu. Fontan. & ℔ ii. Vini albi tenuis generoſ. ſuper Cineribus tepidis Vaſe idoneo fictili Vitreato probè tecto. Mox fiat lenta Decoctio addita ℔ ß. Limaturæ Stanni puriſſ. in Sacculo ex Tela rara Coque ad medias, dum reſtent Liquoris colati ℔ iv. quæ aromatizetur ℥ i. Semin. Coriandri & ℥ ß. Cynamomi pro viii. Doſibus, ſumendis bis in Die.

Mane quidem Hora 1. ante Sudoris Provocationem, qui Sudor movebitur in Lecto ſuperpoſitis Stragulis, & circumpoſitis Lagenis Aqua calida plenis. Vel in Laconico commodo. Sudet autem Dominus per Horam integram & ultra, ſi Vires id ferant ut Artis eſt. Deterſo Sudore dormiat & Horis duabus, poſt regreſſum ad priſtinam Temperiem Cibum ſumat. Horis autem quinque poſt Prandium, duabus ad minus ante Cœnam propinetur altera Doſis hujus decocti, ſic procedendo ad *xii.* ad minus, vel *xvi.* Dies, cavendo à nimio Calore, cujus gradus ſufficiat ſaltem apertis Poris ad expellendum blandè Sudorem.

Iſtorum Dierum decurſu, ſi (ut veriſimile eſt) pigra ſit Alvus, vel Decocto matutino ſecundo aut tertiò quoque Die addatur Infuſio ʒ iii. Folior. Sen. Mundator. Seorſim facta per noctem? In frigido in æquis partibus Vini albi, Aquæ Fontanæ & Succi Arantiorum, vel admittatur Enema ſub Veſperam, tunc omiſſo pomeridiano decocti uſu.

Toto eo tempore Victus tenuis ſit & ſiccans, veſcatur Carnibus aſſatis unius ſpeciei; abſtineat ab Elixatis & Juſculis, habeat in prima Menſa Pruna cocta Saccharata, in ultima Paſſulos, Amygdalas dulces, Avellanas, Piſtachia, Biſcoctum Saccharatum Aniſatum. Panis ſit piſtus cum Seminibus Fœniculi dulcis aut Aniſi & benè ſiccatus in Furno. Potus autem ordinarius decoctum ſequens per totum Diætæ tempus.

℞ Zarz. alb. optimæ ℥ vi. Radic. Chin. ℥ iv. Ligni Saſſafr. ℥ ii. Ligni Nephritic. Santal. alb. an. ℥ i. Paſſul. integrar. ℔ i. Infundantur & decoquantur in ℔ xxx. Aquæ Fontan. ad ℔ v. Conſumptionem.

Colatura fiat per Manicam quæ ad Saporis gratiam aromatizetur ℥ ii. Cynamomi & dulcoretur ℔ i ß. Sacchar. albiſſ. ſervetur in Lagenis lapideis probè obturatis loco ſubterraneo.

Poſt abſolutam Diætam, iteretur exhibitio Pulveris purgantis ſemel aut bis, Diebus interpolatis, pro facili tolerantia, ex Medici præſentis Conſilio.

Qui Pulvis deinceps ſumendus erit vel ſemel in Menſe duobus, tribuſve Diebus ante Novilunium, vel alternis Menſibus ſæpius rariuſvè pro urgentis neceſſitatis conditione.

Interim dum hæc fient præparetur Electuarium ſequens Baccarum Juniperi maturarum recentium ℔ ii. coquantur in Vino de Malaga limpidiſſimo ad Putrilaginem; fiat Expreſſio fortis & Liquaminis Coagulatio ad Mellaginem paulo ſpiſſiorem Syrupo.

℞ Pulveris Stomachic. *Brickemanni* à *Quercetano* deſcripti ℥ ß. Cortic. Radic. Saſſafr. Cortic. Winterran. an. ʒ i ß. Flavendin. Citri & Arantior. Summitatum Menth. hortenſ. Majoran. & Roriſmarin. Omnium Conditar. ſiccar. an. ʒ ii. Succini albi præparati ʒ iii. Macis, Cynamom. an. ℈ v. Salium Chriſtallinorum Abſynthii & Cochlear. noſtratis an. ʒ i ß. Ambr. griſeæ ℈ iv. Moſchi Oriental. ʒ ß. Omnia in Pulverem ſubtiliſſimum reducta excipiantur ſ. q. Mellaginis prædictæ, & fiat Electuarium, de quo capiat quotidie mane ad quantitatem Juglandis, ſuperhauſto vel Juris Capi, vel Alæ momento, dilato ad minus ad *iii.* Horas Prandio, idque per Dies *xv.* *xx.* aut plures pro ratione effectus & Ventriculi ad Remedium admittendum diſpoſitione.

Hyeme ſæviente Brumâ Operæ prætium fuerit ut capiat ad minus ſemel in Die manè Horis *iv.* ante Prandium (vel etiam Horis *ii.* ante Cœnam) hauſtum Hydromelitis ſequentis.

℞ Radic. Eryngii, Petroſelin. Fœniculi Anonidis, an. ℥ iv. Radic. Filic. Fœmin. & Bardan. an. ℥ viii. Raſur. Lign. Sancti, Ligni Saſſafras, Lign. Nephritic. an. ℥ iii. Folior. Veronic. Mar. Virgæ aureæ, Parietar. an. M. ii. Flor. Geniſtæ, Hyperici, Sambuci an. P. vi. Semin. Alkekengi Milii Solis, Cochlear. Batanæ, Naſturcii Hortenſis, an. ℥ ii. Baccarum Juniperi matur. ℥ xii. Paſſularum integrarum ℔ vi. Cynamom. Nucis Moſchat. an. ℥ i. Fiat omnium Decoctio in ℔ lxiv. Aqu. Fontan. ad Conſumptionem quartæ partis, ita ut reſtent Liquoris colati galon. vi. Fiat Clarificatio. Adde Mellis albiſſimi partem octavam. Coque ad debitam conſiſtentiam ſedulò deſpumando, indatur totum tranſcolatum Doliolo juſtæ capacitatis cum ℔ i. Fermenti Alæ optimi, ſinatur fieri Fermentatio primò ponè Furnum Piſtoris, deinde in Cellâ ad pefectam Depurationem. Liquor limpidus ſervetur in Lagenis lapideis, ad uſum.

Semel in Septimanâ Hora quadrante ante Cœnam levem per totum Annum (niſi quando utetur aliis Catharticis) exceptis Diebus calidioribus capiat ℈ ii. vel ʒ i. (pro ratione Operationis) ſequentis Maſſ. Pilularum dict. de tribus *Fernellii*, Cereviſia medicata ſequens erit pro Potu ordinario magis uſuali, in Paſtibus & etiam extra Paſtus.

℞ Zarz. parill. ℥ viii. Raſuræ Abietis & Juniperi noſtratis an. ℥ vi. Ligni Saſſafras, Raſur. Buxi an. ℥ ii. Radic. Bardan. & Filic. Fœmin. an. ℥ x. Raſur. Cornu Cervi, Eboris, Oſſium Bubulorum majorum an. ℥ ii. Nucis Moſchatæ ℥ i. Cereviſiæ lupulatæ vel non lupulatæ pro libitu galones x. Coquantur ad iii. galon. Conſumptionem: Adde ejuſdem Cereviſiæ recent. galon. iii. Sinatur fieri Infuſio per Noctem Vaſe probè tecto, manè fiat per Setaceum Colatur, aquæ indatur Doliolo juſtæ Capacitatis, addendo Mellis optimè deſpumati, ſucci Cochleariæ noſtratis an. ℔ iv. Sinatur fieri Fermentatio ad perfectam depurationem. Liquor depuratus ſervetur in Lagenis lapideis Subere opprimè obturatis loco ſubterraneo, unde depromatur ad uſum, qui erit primò permiſcendo cum Cereviſia tenui limpidiſſima, donec Stomachus huic aſſueverit Potui; deinde per ſe, idque per Septimanas & Menſes integros pro ſucceſſûs ratione.

Poſt ſingulos Paſtus capiat Pulverem digeſtivum ſequentem.

℞ Cruſtæ Panis albiſſ. ſicciſſimæ non combuſtæ ℥ ii. Semin. Aniſi Fœniculi dulcis, Coriandri an. ℥ *ß*. Cortic. Saſſafr. Cynamom. interior. Summitatum Menthæ hortenſ. & Majoran. condit. ſiccorum an. ʒ vi. Cornu Cervi ad Albedin. calcinat. Corall. rubror. & Oculor. Cancr. more vulgari præparat. an. ʒ iv. Ambr. griſeæ ℈ iv. Moſchi Oriental. gr. v. Sacchar. albiſſ. quadruplum Pondus omnium, Ms. Fiat Pulvis ſubtiliſſimus, dè quo capiat Cochleare *i*. Hora dimidia poſt Prandium & Cœnam.

Quinetiam utile fuerit ſi loco Salis communis condiat Cibos Sale artificiali ſequente.

℞ Salis Marin. albiſſ. ℥ iv. Salis Abſinth. Chriſtallini ℥ ii. Salium Chriſtallin. Cochleariæ noſtratis & Parietar. an. ℥i. Ms. Fiat Pulvis ſervandus in Ampulla vitrea forti probè obturatâ, reponenda loco ſicco, apponatur quotidiè Menſe in Porcellana ad uſum, idque ſolùm quantum Opus fuerit ad ſingulos Paſtus.

Sunt & alia de quibus Medici poterunt inter ſeſe capere Conſilium: Qualis eſt Potus Aquarum Ferri, Vitrioli, Nitri, Aluminis, Spiritibus ſeu Virtutibus prægnantium, quas aliquando in ſimili affectu efficaciſſimas compexi. Inter alios Generoſus quidam ob nimis licentioſum Vitæ genus Paſſus varios affectus contagioſos & valdè contumaces Partium genitalium, quæ in ipſo debiles admodum & ad recipiendas Fluxiones aptiſſimæ evaſerant, incidit in Hydrocelem, quam poſt iteratam Apertionem cùm videret recurriſſe, proprio motu, inconſultis Medicis Aquas Minerales Fontis ſcaturientis ad *Scarborough* Vicum in Eboracenſi Comitatu bibit, non in magna quantitate quidem, ſe per duos treſve Menſes quotidie, & perfectè convaluit me ipſo Teſte qui ei tunc Medicinam faciebam.

Adde etiam diverſimodam Tartari, Sulphuris, Chalybis, Stanni exhibitionem, nec non Antimonii fixiſſimi longum uſum à quo humani Corporis inexhauſtas alias Paludes potenter exſiccari & abſorberi docet Experientia, dummodo prolixo ſatis Temporis ſpatio Diaphoreticum iſtud inſipidum (vix unquam fruſtra uſurpandum) aſſumere ægri ſatagant. Sed de iſtis ſicuti de Thermarum Sulphurearum ingreſſu ſecundum præſcriptorum Remediorum effectum opportunè deliberabitur. Reſtant externa Remedia ex Claſſe Chirurgica. Phlebotomiam Seni in Hydropem prono vix ſine magna neceſſitate affectu aliquo calido Febre aut Inflammatione præſentibus, ſuaſerim. Per Pyrotica excitatæ Fontanellæ toti quidem nequaquam nocituræ, malo tamen nunc urgenti parum utiles, ſive ad Revulſionem, aut Diverſionem, ſive ad Interceptionem. Siquid eas poſſit ſuadere, vel potius iis dare locum id eſt, Corporis ſatis pleni moles quæ non infœciliùs caſtigabitur Evacuationibus præſcriptis, ita ut ambigam num quotidianæ vexationi ſub ſpe eventûs valdè ambigua, ſit devovendus æger. Si quæ hic locum habeat Cutis apertio, fiat turgente Scroto in loco declivi à Teſticulo remotiſſimo, ubi Cutis admota Candela magis eſt Diaphana per Scalpellum ſatis latum, ut penetrato uſque ad Ichorem Utriculo, data, ſatis ampla Porta, totum contentum ſimul & ſemel evacuetur, non tantæ quantitatis ut inde metuenda ſit magna Spirituum profuſio, in iis qui uruntur aut ſecantur Pure vel Aquâ affatim effluentibus aliquando pertimeſcenda. Crudeles nimiùm Operationes ſequentes. Cauterii applicatio ad ſummitatem Productionis Peritonei uſque ad Os ut fiat Callus. Apertio Scroti per Longitudinem ſatis amplo Vulnere & Portionis Elythroidis amputatio vel ſalvis Vaſis Spermaticis per Cauſtica magna ex parte Abſumptio. Caſtratio, quæ omnia periculoſa in omnibus (licet ab Operatoribus magno conatu, magnas Nugas ſæpiſſimè agentibus aliquando proponantur & fiant) planè ſunt inutilia. In hoc ſubjecto vide ne dum Sero exitum affectanti jam tritam Viam præcludere conaris, & exiſtens in parte ignobili obſerare Excipulum Venter impleatur, & pro Hydrocele Funeſtum habeas Aſcitem. Ex duobus malis minium eligendum eſt. Setacei Mentionem Antiqui fecere, eòque ſunt uſi non infœliciter, per quod continuò guttatim ſtillante Humore ejus Collectio præcavetur. Præfero tamen bis terve in Anno factam παρακέντησιν omni Periculo vacantem, ſi irritis omnibus tandem ad uſum Ferri Dominum adigat neceſſitas. Antequam tamen eò deveniatur præterea quæ ad Cauſam antecedentem à nobis aſſignata ſunt præſidia, tentetur Scroti ſemel evacuati Aſtrictio & per aſtringentia Corrugatio, ut difficilius influenti Materiæ cedat, cujus ſi nihilo minus aliquid prolabatur, procuretur (ſi fieri poſſit) ejuſdem diſſipatio. Quibus uſibus inſervient ſequentia Cataplaſma Neceptionis è Cupreſſo apud *Aëtium* ex ejus Foliis in Pulverem comminutis, tortivo Vino exceptis, atque ita volutatis dum in Fæcis Corpus coeant, cujus uſus maximè in Strumis & Ramice ab Autore commendatur. Vel magis compoſitum, validè ſiccans & abſorbens tale. ℞ Foliorum Cupreſſi ſiccorum ℔ i. Calcis Silicum & Concharum Oſtreorum probè lotæ & ſiccatæ, Cretæ an. ℥ v. Oſſium ex Artubus Equi calcinatorum ℔ *ſs*. Boli Armen. Ochræ uſtæ an. ℥ iv. Squamæ Ferri, Lapidis Pyritis Levigatorum in Porphyrite cum Vino rubro auſtero an. ℥ iii. Foliorum Rutæ, Seminis Cumini an. ʒ iii *ſs*. Trita omnia in Alkool. ſerventur in Pyxide & uſûs tempore excipiantur Vino tortivo prædicto valdè auſtero, addita quarta parte Mellis, & Fiat Cataplaſma applicandum calidè è Stuppis lineis mollibus pexis, & renovandum Manè & Veſperi.

Valet etiam Mixtura (ex optimo Vini Spiritu Albuminibus Ovorum & Alumine ſubtiliter pulverato, ſimul agitatis ad Formam & Conſiſtentiam Lactis) applicetur ex multiplici linteo vel Spongiâ molli, calidè.

Potens etiam erit Fomentum bis in Die applicatum ex Corticibus Quercûs & Granatorum, Myrobalanis Indis & Citrinis Foliis & Nucibus Cupreſſi, Sumach Gallis Hipoſciſtide & Prunellarum Succo ſive Acaciâ noſtrate coctis in Lixivio Sarmentorum, additis Vino rubro, in quo diſſolutum ſit Alumen, & optimo Vini Spiritu.

Iſto Decocto cum Spongiis vel Filtris multiplicibus totum foveatur Scrotum ad minus ſemel in Die manè per Horam integram, idque per plurimos Dies ſubſequentes, Fotum verò ſequatur Cataplaſmatis applicatio.

Subligaculum idoneum ſuſtinens & attollens, ſeu elevans Scrotum atque impediens, ne propendentes Teſticuli ipſo ſui Pondere Aquam attrahant, omne feret Punctum, quo omiſſo, veluti abſente cauſâ ſine qua non, vix proprium inſignem utillimè effectum præſtabunt, quæcunque hactenus præſcripta fuêre Chirurgica.

Amplum iſtud eſt Remediorum penu, in gratiam curioſi & perfectæ Curationis cupidiſſimi Domini, ejuſque Amicorum optimè ipſi volentium conſcriptum, inſtructumque, non ea Lege ut omnibus ſimul utatur neceſſariò, ſed ut ſiquid in manifeſto juvans experiatur, in eo conſtante perſeveret, cæteris habitis in repoſito, quæ ſucceſſivè aut cum delectu deinceps erunt depromenda ex præſentium Medicorum valetudinem Nobiliſſimi Viri curantium judiciorum. Deus proſperum huic noſtro Conſilio indulgeat ſucceſſum, & Domino diutiſſimè concedat ὑγιαινεῖν ϗ εὐπραττεῖν.

Datum *Londini*, Die x. Menſis *Novemb.* An. Dom. 1640.

FINIS.

PHARMACOPEIA.

LIB. SECUNDUS.

Cremor Tartari.

Per ELEVATIONEM.

℞ Tartari Vini Albi. q. v. teratur ſubtiliſſime ſubinde agendo partem tenuiorem per ſetaceum Pulvis abluatur ter quater-ve Aqua frigida, ad eluendas ſordes. Bulliat lento ſaltem fremitu in ampla patina vel olla fictili Vitreata. Spuma prima tollatur, Cruſta autem ſupernatans, poſtquam totam ſuperficiem occupaverit colligatur inſtrumento ligneo perforato. Extendatur in charta bibula. Abluatur denuò aqua frigida. Siccetur optimè. Et in porphyrite levigetur in Alkool. Servetur in ampulla Vitrea, & nullum attingat metallum.

Pars iſtius cremoris inter levigandum, irrocetur guttis aliquot Spiritus Vitrioli *v. q.* ℈i. *pro* ℥i.

Spi- erit iquori vel inctu- m, ſi dam æ Cy- netu-

℞ *Torneſol. Infund.* In Vino Rhenano cui addita ſit pars xij.ª Aqu. Cynam. Extrahatur tinctura affundenda pulveri in porphyrite ut rubeſcat. Siccetur in charta & aſſero.

Per reſidentiam. ℞ *Tartarum.* Ut ſupra pulveriſatum & totum. Bulliat in amplo cacabo ferreo primam ſpumam rejiciendo. Cruſtæ quæ elevatæ fuerint ne colligantur. Sed ab ebullitione frangi & ſubſidere ſinantur. Coctio iſta jugi labore continuetur per biduum. Si habeas ℔iiij. Tartari addita nova aqua ſi prima conſumpta fuerit. Aqua ubi refrixerit, effundatur per inclinationem. Glacies ſive Chriſtalli in fundo reſidentes ſeparentur à faculentâ materiâ abluantur Aqua frigida. Terantur in Alkool & ſerventur in ampulla. Ita totus penè tartarus abit in Cremorem.

Glacies Vegetabilis reſedens.

Ne ſumas ultra ℔ii.

Si aſtringentem qualitatem ferri metuas, (licet aperiens ejus facultas tartaro potius in hâc operatione communicetur,) ſumatur patina fictilis Vitreata.

Per Diſſolutionem. ℞. *Tartarum.* Album, lavetur primò optimè, ſiccetur pulveriſetur. Hujus cape ℥ii. (Neque multum eſt ſumendum ut Aqua liberius agat.) Aquæ fontanæ pintam

Glacies Vegetabilis diſſoluta.

N. B. *Ad Cremorem chalybeatum.*

pintam unam, bulliant ſimul donec vel Integra, vel magna ex parte facta ſit ſolutio. Dum ita bullit, detrahatur à magno Igne, & ſinatur parum fieri reſidentia, Adhuc calente Aqua fiat decantatio in aliud vas frigidum. Refrigerato decocto, intra 3. 4^{or} ve horas, ſubſident Chriſtalli ab initio nigerrimi, à quibus Aqua per Inclinationem ſeparanda. Chriſtalli verò tenuiſſimo calore ſiccandi. Et ut ſuprà tractandi quinquies, aut ſexies, donec ſint albi & pellucidi.

USUS. Ad omnes obſtructiones tollendas, & acuendam vim Catharticorum, præſertim Senæ.

Doſ. a ʒi. *ad* ʒiii. & ℥ß.

Turneri.

Magiſterium Vini.

Vide hujus veram deſcriptionem. p 36, l.

℞. *Cremoris Tartari Elevati Albiſſimi, Lævigati in Alkool* ℔i.
Spiritus Vini puriſſimi ℔i.
digeratur in vaſe concurſus, in B. ſicco vel arena per octiduum, decantetur Spiritus, atque Evaporatione vel ſi lubet diſtillatione blanda ſuperpoſito capitello, corpus 🜿 in vaſe reſtans exſiccetur. Optimè claudantur in tota hac operatione juncturæ veſicâ bubulâ, leviter ſaltem madefactâ, ne pereat viſciditas, cujus ope Vaſi firmiùs adheret.

Materiæ Reſiduæ affunde ℔i. Spiritus Aceti optimi, digere, in Balneo, decanta, & ſicca ut ſuprà.

Mox affunde ℔i *Liquoris* ſeu Spiritus acidi tartari bis ter-ve rectificati, digere in B. decanta, ſicca.

Tandem affunde ℔i. *Olei*, ſive reſolutionis ſalis Tartari. Et in cella frigida relinque, vaſe non ita exactè clauſo, per octiduum, quotidie, ſicut & in ſuperioribus infuſionibus agitando.

Liquores omnes ſeorſim reſervatos mox. Vas optimè clauſum (ſuperpoſito alembico, vel capite cæco, aut vaſe concurſus) relinque in B. per viij. vel x dies ſæpe agitando, fiet perfecta diſſolutio & liquor evadit rubeus ſubnigricans.

Mirum in hydrope Aſcite & Anaſarca.

Servetur in ampulla apprimè clauſa.

Magiſterium Tartari.

Quercetani.

℞. Tartarum album, pulveriſetur, & vigeatur per retortam in reverberio clauſo. Spiritus phlegmati permiſti ſeparentur ab oleo fœtidiſſimo per Infundivulum meliùs per chartam. Fiat ſemel atque iterum rectificatio ſuper Cineribus ſarmentorum aut filicis. Urendo ante novam diſtillationem cineres, ut omnis fœtor exhalet. Phlegma cum Spiritu miſceratur cum triplo optimi Spiritu Vini, fiat circulatio in B. per octiduum Add. Spiritus Vini cum Phlegmate Tartari evocentur per balneum. Spiritus Tartari in fundo vaſis reſitans ponderetur, eique ſenſim & guttatim affundatur aqua portio Spiritus Vitrioli corallati. Serventur (poſt duorum dierum digeſtionem in B. vel fimo) in ampulla vitrea optimè clauſa ad uſum. ***Nihil exſpiret.***

Tartarum Vitriolatum. ἰω-πθεισαν.

USUS. Admiſcetur Juſculus. Urinas potenter promovet, & ſedat ſitim Hydropicorum,

Magiſterium Tartari.

Haligraph.

℞. *Tartari ad Albedinem Calcinati*, q. v. Pulveriſa ſubtiliſſimè, eique in ampulla affunde bonum Spiritum Vini, cum diſtillatione evoca, vis & aculeus Spiritus in Tartaro remanebit, Affunde novum Spiritum, evoca, & fac ut ſupra, reiterato labore, donec Tartarus Vini Spiritu turgens, eund. reſtituat, cum nativo ſapore. Tunc Tartarus Inebriatus, teratur, Sinaturque fieri ſolutio. Cui adde duplum Spiritus Vini rectificatiſſimi, circulentur per duos menſes. Tartarus dulceſcit & ſuam corroſivam qualitatem amittit.

Doſis ad gr: x vel xij. Urinam promovet, Sanguinem mundat. Hydropem ſanat & expellit, Calculo confert & podagræ.

Etiligraph

Arcanum Tartari.

Hoc poſſumus carere, & tunc Magiſterium querc. vocab. Arcanum ♀

℞. *Salis Tartari* omnibus fæcibus carentis q. v. Huic affunde Aceti diſtill. quod ſupernatet 4 digit. Evoca, prodibit dulce; affunde novum & ſic perge donec Acetum ut ſolet acidum exſtillet. Invenies in fundo vaſis quandam mellaginem, quæ miſceatur cum tripla quantitate Luti vel boli, fiant globuli qui pellantur per retortam ſecund. gradus, exhibit acutiſſimus non fœtens Spiritus albus, qui recipienti primò adherebit, dde. in oleum flavum limpidiſſimum reſolvetur.

℞. *Hujus Spiritus Tartari* partem unam v. q. ℥i. Spiritus Vini ℥ii. Olei Sulph. ʒi. Olei Vitrioli ʒß. miſceantur ſimul guttatim. Ponantur in vas pellican. Hermeticé clauſum, & per tres menſes blandiſſimo calore circulentur.

In fimo, hypocauſto, pone furnum piſtoris.

Doſis gr. x. vel xii. Ad Calculum renum & veſicæ, Podagram, *Pſtſiſin. Tuſſin.* ἀπεφλὸν, Sudores promovet, *&c.*

Sal Tartari Dulcis.

Sorreli.

℞. *Salis Tartari* quantum volueris, ſolve in Aceto diſtillato, exſicca in cineribus calidis ſemper agitando. Calcina, id eſt, reduc in pulverem igne leviſſimo. Ter quater-ve repetatur ſolutio in ∴ & totus proceſſus, donec Sal exactiſſimè dulcoretur. Tandem ſolvatur Aqua pluvia, & quater aut quinques diſſolvatur in Aqua recenti cohobando, i. novam aquam poſt prioris evocationem affundendo. Exſicca, Spiritu Vini *optimo* ſolve: An potius diviti Aqua Vitæ? Abſtrahe ad pelliculam & ſine in cella Chriſtallizari.

Chriſtalli. ☐ Dulces.

Uſus. potenter aperit & movet urinas. Sen vim calfarticam admodum promovet, ſi v. g. ejus ℈i vel ʒß. addatur In uſo ℥ß. fol. ſen. minutim inciſos.

Tinctura Tartari.

Sorreii.

℞. *Tartari ad Albedinem* calcinati ℔i. vini albi generoſi ut *Hiſpanici* ℔iiii. digerantur aliquandiu in ſicco, & Sal extrahatur. Filtretur liquor ſale prægnans, evaporet ad pelliculam & Ft. Chriſtallizatio Chriſtal. rubri Cratione Vini exſiccent. & cum Alkool Vini in triplici phyala calore ſicco moderato extrahatur Tinctura.

Doſis ad Guttas x. & xx. in Juſculis aperientibus. Summum deobſtrueus Lienis.

Specific. Purgans Parac.

Sorreii.

Vitriolum tartariſatum.

℞. Vitrioli *Ungarici* quinquies aut ſexies cum proprio phlegmate cohobati, & ad rubedinem Calcinati Salis Tartari ana partes equales. miſce: per noctem in ſicco digere, calore mediocri Aceto diſtillato extrahe Calore ſufficienti evoca acetum. Dulcora multiplici affuſione & evocatione Aquæ pluvæ diſtillata, ut Spiritus aceti auferatur. Ex ſicca in B. Tandem Spiritu Vini Tincturam extrahe, quam liquidam ſerva.

Præparans Univerſale ad x. guttas in Juſculo, Aliquando nauſeam movet: & vomitum excitat ſed raro, aliquando ſedes.

Refer ad Cathartica.

℞. *Hujus Eſſentiæ* Liquidæ ℥i. quam Junge cum ℥iiij. Aloes in Vino ſicco diſſolut. In B. vaporoſo baculo ſemper agitando reduc ad conſiſtentiam Pilularum.

Doſis ad gr. iiij. vj. x. paulo ante cibum Blandè ſubducit alvum. Eccoproticum in chronicis.

Sal. Martis. & Tinctura.

℞. Olei Vitrioli Rubei partem unam Aquæ Fontanæ partes duas miſce & in iſtis diſſolve Limaturam Martis. Solutionem filtra & ad tertiam partem Evapora. Vitrum pone in loco frigido, fient Chriſtalli. Aquam effunde à Chriſtallis atque iterum evapora reiterando donec nulla amplius ſuccedat Chriſtalliſatio.

Chriſtallos ſub fornice fulminatorio (*Muffel*) ignefac. ſenſim & continuó movendo rudiculâ ferreâ, habebis pulverem purpureum pulcherrimum, cui affunde optimum. Vide de aceto ex ſolutione perlarum elevato, quod ſi videatur debilius acuatur ſpiritum rectificato Tartari. Vel ſucco depuratiſſimo Limonum etiam a phlegmate ſeparato, cujus ſolius vini experire in extrahenda hac Tinctura, acetum diſtillatum, & ſic tincturam Martis extrahe rubicundiſſimam.

℞. Acetum tinctum ſuccum ribes, Verbenis, Limonum, Cydoniorum Tincturem corallorum cum ſucc. lim. extr. & cum Sacharo Ft. Syrupus. Cùm non amplius colorabitur Acetum, reſidua materia exſiccetur. Ex quâ cum corroſivâ Aquâ Mellis diſtillata extrahatur Sal Martis à quo evocetur Aqua. Dulcificetur Sal ſæpius repetita diſtillatione per Coſob Aquæ communis. Tandem cum Spiritu Vini clarificetur.

Cum Aceto & pauco Oleo Vitrioli ſumptus Sal Martis Dyſenteriam, nimium Menſium fluxum, diarrhæas omnes curat. Doſis ad *gr. v. vel vi.*

Cum Melle Virgineo ſi applicetur, evocat omnia Apoſtemata, & malignos tumores, & curat ex fundamento.

Tartarum Vitriolatum.

Officina.

Paretur Cremor Tartari per elevationem ut ſupra, cujus Cape ℔iii. diſtilla inſtar Aquæ Fortis, emanabit liquor cum Oleo, quæ ab Invicem ſeparentur.

℞. Liquoris iſtius & Spiritus Vini optimi an. ℔i. (in alio exemplari, pro ℔i. Liquoris ♀ habentur tantum ℥iiij. Spiritus vini) quibus irrorentur ℔ii. vitrioli ad fuſcam flavedinem igne moderato deſiccati, ſenſim imbibendo. Mox digerantur in retorta in *B. M.* per octiduum, deinde fiat diſtillatio per gradus donec tota Humiditas exſtillarit, addito amplo recipiente. Tunc cape Aquam ſive ſubſtantiam, (Vide ne Sal Tartari in hâc affuſione ad ſe trahat liquoris vim & acumen) que egreſſa fuerit, quam affunde capiti mortuo Tartari ex primâ diſtillatione in evocatione Spiritus & Olei reſidui. Digerantur in B. per 24 horas, mox ſeparetur Liquor per inclinationem, qui tinitus erit. Fares reverberentur ad albedinem, terantur, affundat. Aqua tincta, digerantur per 24 horas, ut ſupra, fiat effuſio per inclinationem. Atque hæc aqua diligenter ſervetur in phyala probè obturata.

USUS. Valet ad tolendas omnes obſtructiones, putredinem arcet. Febribus omnibus conducit quotidianis & quartanis. Duritiem Hepatis & lienis tollit. Calculis medetur. Cachexias. Hydropi Hemicraniæ, omnibus quibus capitis affectibus.

Purgetur primo corpus Cremore 🜿 per *viij* vel *x* dies aut ſœpius pro morbi magnitudine, add. exhibeantur iſtius Tartari vitriolati *viij*. vel *x* gutte in liquoribus appropriatis. Augendo doſin pro ratione mali, & vehiculum addendo pro ratione partis.

Chriſtalli Martis.

Waſſerkun.

℞. 🜖^{li} *℥iij. Salis Communis ℥i. fiat Aqua Fortis cum Bolo.*

Eodem modo cætera metalla poterunt tractari.

Hanc aquam ita præparat *Serreius*.

℞. 🜖 & Salis albi ana partes equales, miſce cum duplo Argille, & fac globulos, qui ſiccati indantur retorte fictili, vel vitreæ optimè lutate. Exibit primò phlegma, 2^{do} Spiritus. 3° Oleum viride intra 24 horas ad ſummum vel etiam citius. Rectificetur liquor, & phlegm. ab Oleo ſeparetur. verùm in rectificando hoc oleo ſubtiliſſimo, vel ſpiritu, propter volatilitatem, videndum eſt ut projiciatur in portiunculam vitrioli cohobati cum proprio phlegmate & calcinati ad rubedinem, tunc calore lentiſſimo, phlegma educatur ad Medias: Reliquum in ſicco per retortam pellatur.

Ad febres tertianas. pro Julep. Arcet putredinem.

Oleum viride ultimum ſeparandum à reliquis ſubſtantiis. Crocus Martis diſſolvatur, in hâc Aquâ exſiccetur, abluatur ad dulcedinem, reverberetur: Demùm cum Aqua vitæ Alkalizata per Chriſtallos Tartari chriſtallizetur.

Chriſtalli 🜿. ℞. Salis Tartari opt. q. v. cui affunde Aqua vitæ mediocri ſenſim: Digere, evapora ad medias, pone in cella, & poſt aliquot dies fient Chriſtalli. De his Chriſtallis pone in 🜈. que affuſa fuerit Croco Martis ut ſupra ad ſummam rubedinem reverberato. Qui crocus ita eſt elevatus, ut in 🜈. poſſit diſſolvi. Ejus quibus tinctura extrahi. Diſſolve in Calido. Colloca in cella, fient chriſtalli rubri.

Arcanum ad Dyſenteriam & omnes fluxus. Ad malignos humoris melancholiei fumos frangendos.

Roborando aperit hoc Medicamentum.

Vitriolum Martis.

Trogny.

Poterit parari ut ſupra, *pag*. 8. *cap*. De Sale & Tinctura

Martis. Ità tamen feci juxta preceptum Trogny.

N. B. Vitriolum ſive Chriſtal. Martis.

℞. Limaturas Chalybis ℥i. olei vitrioli ℥iiij vel plus; para in amplo vaſe ab igne remoto, & iſta ſenſim miſce, cavens ab ingenti fumo, & horrendo fœtore, qui elevatur ab impuro Martis ſulphure. Sine per aliquot dies ut calcinetur ♂. mox affunde aquæ fontanæ tepidæ q.ſ. totum ferrum in omnem diſſolvetur, excepta pauca Ochra. Bulliat ad pelliculam,& ut a. eſt multis ad medias ebullitionibus & in cellam repoſitionibus chriſtalliza.

Vitriolum iſtud Martis eſt ſubviride, ſine acrimonia, ferri tantum ſaporem redolens, in omni liquore diſſolubile. Ex hoc Aquæ Spadenſium emulæ fieri poſſunt, quæ ſunt ſingulares ad fluxos alvi. Expertus eſt Trogny in proprio filio. Dat de iſtis aquis ut de Pugienſibus aliquot Cyathos cum pari effectu.

Selim.

Vitriolum Martis. ℞. Limaturas Chalybis Sulphuris an. partes reiterantur ſimul, & agitentur in mortario ferreo amplo, ſenſim irrorando Aqua communi. Inter agitandum accendetur Sulphur Martis, ab externo, & mirabiliter incaleſcet maa' atque elevabitur fumus fœtidiſſimus. Perge in agitatione per iiij horas, donec materia per ſe refrigerit. Tandem calcina in fornace donec plane conſumptum fuerit Sulphur. Remaneat que Mars ut vidi rubicundiſſimus. Ex quo Sal etiam rubeus, ſive ⊖. extrahatur per aquam diſtillatam.

Ad guſtum eſt ſummè aſtringentis ſaporis & ſapit vitriolum. *Ad obſtructiones ſingulare.* Ad Cachexiam & fœdos virginum colores.

N. B. Extrahatur cum ∴ clarificetur cum vini ſpiritu, & cum Chriſtallis ⍊. ſi velis chriſtalliſetur.

Tinctura Philoſophica & Medica.

℞. *Chalybis Mineralis* non factitii. ℥iiij. ſolve in oleo vitrioli. Facta ſolutione adde Aquam pluvialem & omnia in ea ſolventur, poſtea filtra per papyrum, hoc totum permitte evaporare ad tertiæ partis conſumptionem, pone in loco frigido per noctem, emittit Chriſtallos planè dulces, quos auferes, add. denuò evapora Aquam, & pone loco frigido, ut emittat lapillos; hunc laborem repete donec nulli amplius concreſcant lapilli, quos diligenter collectos ſerva.

℞. *Antimonii Crudi Ungarici*, & Mercurii exprofeſſo ſublimati ana. partes equales, pulveriſa optimè, miſce & diſtilla per retortam in reverberatorio clauſo, primò prodibit oleum, in fine da ignem fortem, ſublimabitur ad collum retorte cynnabaris, quam ſerva. In fundo retorte invenies pulverem, quem triturabis optime & miſcebis cum equali parte ſublimati. Ut priùs feciſti, donec totam ſubſtantiam Antimonii diſtillaveris. Nota autem quod in ſecunda diſtillatione aſcendit Mercurius vivus, quem ſeparabis ab oleo, ſi lento calore liquatum oleum effundas per inclinationem. Aut idem oleum blandiſſimo calore evoces. Cynnabaris ponderoſa, in prima deſtillatione collo retortæ adherens ſervetur.

℞. *Chriſtallorum Chalybis* & Cynnabaris dictæ ana ℥iiij. Mſ. ſimul optimè triturando, pone in vitrum non nimis magnum. Et imbibe cum olei dicti ℥viij vel *ix*. Pone alembicum ſupra vitrum, & digere lento igne. Aptetur recipiens Alembico, & ſi quæ humiditas exſtillarit ſuperfundatur denuò, continuando, donec chriſtalli & cynnabaris, in fundo, converſi fiat in lapidem rubrum.

Huc uſque ad Medicinam

De iſto Lapide, cape paululum, & experire, an ſuper lamina cuprea fluat, ſine fumo, tunc benè eſt. Quod ſi hoc non fuerit, & fumum ediderit, tunc denuò putrefac in fimo equino. per 14 dies. Solvetur in oleum rubicundiſſimum. Illud ſupra cineres calidos lento igne coagula, & hoc fac donec fixum ſit.

Si fixes penitus erit Diaphoreticum Medicamentum.

Tunc cape de iſto Lapide ℥ß. & projice ſuper ℥ij. auri fuſi. Aurum fit fragile, & eſt tinctura, cujus ℥i. convertet ℥x. Lunæ fuſce in ſolem.

Scilicet.

Nota quod hæc Tinctura antequam ſupra ☉. projiciatur, eſt Medicina Summa, polychreſtos ad corpus humanum, ſi vid. granum unum cum Vino exhibeatur.

Electuarium Chalybeatum

℞. Conſervarum cum duplo ſacchari trituratione ſola, & inſolatione paratarum ex floribus calendulæ, Geniſt. *Hiſpan.* Hyperic. *an.* ℥i. extracti Bacc. Junip. matur. cum vino *Hiſpan.* par. ℥j radic. ſicc. Aſari Chelid. maj, Rub. Tinct. *an.* ℥ß. Rad. petroſ & Glyzeriſ. *an.* ʒv. fol. ſicc. virg. aur. Chamædr. Chamæp. Fumar. Sal. Vit. Scord. *an.* ʒiij. Semin, Alkek. Milii Solis *an.* ʒiiiß. Bacc. Heder. matur. Oculorum Cancri, ſuccini Præpr. cum aceto ſcyllitico, & Vino *Hiſpan.* Cortic. aurant. & Citri exterioris flavi ſicci *an.* ʒiiijß. Coralli rub. præpr. Marg. præparat. Cornu Cervi Uſti *an.* ʒijß. Pulver. Elect. Aromat. Roſat. Gabriolis. Cornu cervi primar. recent. *an.* ʒvj. Mſ. & cum Syrupo Chalybeat. fiat Electuarium. Inſtar Opiatæ.

Omnia terantur ut Alkool & per minutum ſetaceum agantur.

Cum melle deſpum.

℞. Hujus Electuarii ℥i. Trochiſcor martis aperientium ʒii. Miſcet. ut Doſis ſumma ſit ʒv. Media ʒijß. minima ʒi. *gr. xv.* Pars juxta hanc proportionem preparata ſervetur. Pars vero ita purgans reddatur.

El. Chalybeat. ſimplex.

℞. Elect. Chalyb. ſimplicis ℥i. Pulv. ſubtiliſ. Sen. ℈iiij. Cremor. Tartari albi. ʒi. miſce Doſis ſum. ʒv. ℈ß.

El. Chalybeatum purgans.

Syrupus Chalybeatus.

℞. Radicum Cichori ℥iiij. Ligni Saſafras cum cortice Rad. rub. Tinctor. filicis fœmin. Cortic. med. fraxini & Bugis ſive Berberis *an.* ℥ii. Rad. ahari Chelidon. maj. *an.* ℥iß. fol. Chamedryos, Ceterach, Saxifrag. Agrim. Betonic. Virg. aur. Artemiſ. *an.* *Mij.* florum Geniſtæ *Hiſp.* eupator. avic. *an.* *Piij.* Semin. Alkek. Milii Sol. Ruſci. Aſparag. *an.* ℥ß. Tartari Vini albi Loti, & ab omni immunditis liberati triti ut Alkool ℔i. fol. Sen. mund. ℔iß. Croci Martis aperientis ℔ij. Sicca omnia, conciſa & contuſa ponantur in doliolum vel aliud vas commo-

Lavetur ad vitrioli ſeparationem ne vomitum concitet.

N.B. In urendo ♂. cum 🜍

Pars ejus convertit. in ⊕.

Quæ eſt vomitoria, reliquum corporis aperitur ſatis & attenuatur, neque erit minus efficax.

commodum in vino *Hiſpannico*, quo cum primum imbuta fuerint ſimplicia, ejus affundantur Libræ *xxxij* ſive pintæ pariſienſes *xvi* ſinantur ita per dies quadraginta. Mox fiat per triplex filtrum colatura. Servanda ſi lubet vaſe probe obturato, & per ſe utenda in obſtructionibus. Idque aut ſeorſim, aut ejus *v gr.* ℥ii vel *ij* miſcendo cum Apozemate Hepatico Spleenitico vel Hyſterico.

N. B. Poſt primam imbibitionem cum vino malvatico, potes loco ejuſdem vini affundere ℔xxxij. Hydromelitis ex parte una mellis, & octo partibus Aquæ Pluviæ, ad ſupernatantis ovi terminum cocti. Fermenti cereniſſimi ℥iiij. ſinantur fermentari donec liquor per ſe clareſcat. i. circiter per dies 40. Tunc fiat per triplex filtrum colatura, ſeorſim ſervanda vaſe probè obturato, per ſe ſi libuerit utenda, ad viſcerum obſtructiones, lienis præſertim. Hepatis uteri.

Syrupum Paraturus. ℞. Hujus liquoris, ſive infuſi alterutrius ℔i. Sacchari Candi ℔ſs. mſ. & lenta exhalatione fiat Syrupus.

Olea Chymica præterquam quod impediunt, ne extractum tam citò ſiccetur, corrigunt Medicamentum, & ejus actionem promovent. Attamen, ſi lubet, uſus tempore guttatim poterunt inſtillari ſingulis doſibus.

Pulveres Purgantes. Pulvis Cholagogus.

Pro una doſi, quæ eſt quantitas omnium ſequentium.

℞. Radic. Rhabarbari Monachorum. Cremoris Tartari albi Chriſtallini, *an. gr. x.* foliorum Sen. Jalap. *an. gr. xv.* Scammonii, Guttæ, *an. gr. v.* Cynamomi corticis citri, *an. gr: vi.* Diaphoretici ♁. vulgaris, *gr. viij.* miſc. fiat pulvis ut Alkool.

Item, ℞. Rhabarbari electi ℈i. foliorum Senæ Jalap, *an. gr. xv.* Scammonii Guttæ, *an. gr. v.* Cremoris Tartari, *gr. x* Cynamomi, *gr. xij.* Diaphoretici, *gr. viij.*

Item, ℞. Rhabarbari electi, ℈i. Radic. Taliethri pratenſ. Rhabarb. monachorum, *an.* ℈ß. Jalap. Sen. Tartari, *an. gr. xv.* Guttæ Cynamomi, *an. gr. v.*

Pulvis Melanagogus.

℞. Foliorum ſen. fol. Elleb. nig. Flore purpureo. Radic. ejuſd. in cocturam. Lapidis Lazuli præpar. Tartari Scammonii præpar. *an. gr. x.* Fumaris Epithymi Diaphoretici, *an. gr. viij.* miſc. fiat pulvis.

Item, ℞. Fol. ſen. fol. Ellebori in pane hordaceo in cocturam, *an. gr. xv.* Tartari ℈i. Lapidis Lazuli præpar. *gr. x.* Scammon. præpar. *gr. xij.* Diaphoretici, *gr. viij.* fiat pulvis.

Si iſtis pulveribus admiſceatur Cremor Tartari Chalybeatus potentius erit medicamentum, atque ad malignitatem, quartæ bilis domandum magis idoneum.

N. B. De Elleboro. Ita, inquit, Tragus, Chriſtwurtus, Elleborus niger Flore è viridi purpuraſcente, inſtar Florum Caparum vel Cydoniorum. Eſt medicamentum blandum, amara eſt radix. Mulieres utuntur pro Cathartico, & ſtatim ab aſſumptione potum exhibent. Radix infunditur per noctem in vino, cujus ſumitur dimidius Cyathus, purgat & ventrem mollit. Sine nox. Potentiùs purgat ʒi. pulveris radicis in vino aut alio liquore ſumpta.

Pulvis Benedictus Valeſci ad maniam Melancholicæ ſuccedentem ℞. Epithimi ʒiiij. Lapid. Lazuli Agarici, *an.* ʒij. Scammonii ʒi. Caryophyll. N°. xx. fiat pulvis, dentur ʒij. qualibet ſeptimana.

Munginot ſœpius expertus eſt. Succeſſit etiam mihi fæliciter ſœpiſſime.

Pulvis Phlegmagogus.

℞. Turbith, Hermodact. Jalap. Sennæ Tartari Gratiolæ, *an. gr. x.* Guttæ Diaphoretici, Zinziberis Caryophyllorum, *an. gr. v.* Miſc. Aut demptis ſpeciebus aromaticis, adde uſus tempore ☿. Calomel. *gr. x.* & ad pulveris conſervationem, ſacchar. Caryophyllata ʒij. De ſacchari a. admixtione, vide in ſequentibus.

Pulvis optime & blande purgans. ℞. Jalap. Senæ, an. ʒß. miſc. fiat Alkool.

Pro Robuſtis ut Ruſticis, Luc Venerea præſertim infectis. ℞. Jalap. Senæ *an.* ℈i. Gratiolæ Agarici, *an. gr. x.* Thym. Alhandal, *gr. v.* Gummi Guaiac. *gr. xij.* Diaphoretici, *gr. viij* ☿. Calo-

Doſis hæc eſt ʒij.

Calomelan. *gr.* x. Miſc. fiat Alkool.

Valida eſt iſta doſis, in cujus exhibitione latiùs eſt infra ſubſiſtor. v. g. ad ʒj vel ℈iiij.

Pulvis Hydragogus.

Cortex medianus frangulæ ſiccus reduct. in pulver. potenter ducit aquas, ſine terminibus, quæ à recenti excitantur.

℞. Jalap. Mechoac. Soldanell. Gratiol. Tartar. Senæ, Scammon. cum ſpiritus vini præpar. *an gr.* x. Guttæ, Diaphoret. *an. gr.* v. miſc.

Item, ℞. Jalap. ℈j. Cortic. med. Sambuc. radic. & ſemin. ebuli Sen. Tartar. *an. gr.* x. Scammon. Gutt. *an. gr.* v. miſc.

Pulvis Catholicus gratus.

Loco Rhabarbari monachorum addatur verum.

℞. Radic. *Rhab. Monach.* ℈i. Senæ, Jalap. *an. gr.* xv. Turbith. Tartar. alb. *an. gr.* x. Scammon. Gutt. *an. gr.* v.

N. B. Huc Referendus eſt pulvis ad infuſum Catharticum quercetani deſcriptus, pagina 44.

Item pulveres ſequentes *Turneri*.

Pulvis Benedictus. ℞. Turbith. foliorum, ſen. floris Tartari Scammon. præpar. Hermod. Cynam. ana partes equal.

Pulvis Podagricus. ℞. Turbith. Hermod. fol. ſen. Scammon. præpar. Semin. Ebuli an.

Pulvis ad Scrophulas.

Doſis hæc eorum ʒij.

℞. Radicum Gladioli Spatulæ fœtidæ, *an. Gr.* xv. Jalap. Mechoachan Turbith Senæ Tartari, *an. Gr.* x. Fumariæ agerati Radic. filipendulæ Oenanthes Scrofulariæ majoris, Chelidon. min. *an. Gr.* v. Diaphoret. *Gr.* vi. ☿. Calom. *Gr.* x. miſc. Acuatur ſi opus ſit, *gr.* iij, iiij, v. Guttæ. Cautiones circa pulveres præſcriptos.

Paretur Manus Chriſti, ſive ſaccharum tabellatum quatuor generum, vid. cum Oleis Cynamomi, Aniſi, Caryophyllorum, Antheæ. Alterum iſtorum admiſceatur pulveri ad conſervationem v. g. ʒij. pro doſi: Vel addatur ſaltem uſus tempore, cum multi à ſaccharo abhorreant; vel etiam ſi dandus ſit pulvis in juſculo cui admiſcere ſaccharum ingratum eſt. In vino ſatius eſt, neque eſt quod quantitas ſacchari quenquam turbet, cum in liquore diſſolvatur nec pulveris molem augeat.

Scammonium ſemper Intelligatur cum ſpiritu vini præparatum inſtar Colophoniæ, ut pote quod optimè reduci poteſt in pollinem tenuiſſimum; niſi malis more Quingeri correctum cum ſpiritu vitrioli ſumere.

Metallica, ut Diaphoreticum & Mercurius non niſi uſus tempore admiſcenda, tum quòd multa corpora iis non indigeant, tum quod pondere ſuo fundum vitri petant, ac proinde imperfecta futura ſit eorum cum cæteris & inſida connixtio.

Pulveres iſti in tenuiſſimum pollinem reducendi ſunt, & per tenuiſſimum ſetaceum trajiciendi, aſſervandi vaſis vitreis, ſubere cerato & veſica bubula exactiſſimè clauſis; & quoniam eorum virtus facilè evanida redditur, opere pretium fuerit, præparationem renovare tertio quarto-ve quoque menſe, vel ſaltem bis in anno; ita ut quod de veteri pulvere reſtabit cum triplo mellis reducatur in Electuarium, utendum in aſſumendis vel admittendis.

Modus aſſumendi. Exhibeantur iſti pulveres ut plurimum in vino albo generoſo, & tunc ſaccharum admixtum proderit; unde optimum fuerit partem cum ſaccharo oleis prædictis aromatizato, partem ſine eodem præparare.

Sumantur, & in juſculo carnium, cui inſtillentur ad correctionem guttæ aliquot oleorum præſcriptorum, vel potius poſt aſſumptionem Juſculi, ſumatur tabella una Manus Chriſtum Anthoſatæ vel alterius ad tollendum ingratum ſaporem remanentem à medicamento.

Bolus concinnetur extempore additione ſyrupi alicujus, ut Roſ. pallid. Viol. Cynamom. de corticib. citri, & exhibeatur ex nebulis iis qui pulveris aſſumptionem reſpuunt.

Ut virtus penitiùs ſubeat, & partes magis pateant actioni medicamenti, atque ſequacior reddatur humor optimum fuerit pro re nata diſſolvere in Vino vel Juſculo ℈j. ʒß. ℈ij. Chriſtallorum Tartari dulcium, ante admixtionem pulveris.

Si varii humores purgandi occurrant. Tunc ℞. Pnlveris Phlegmagogi & Melanagogi ana & fac doſin, vel alterutrius duplum; variando pro occaſione ſucci peccantris, in quanto vel in quali.

Tartarus Catharticus.

℞. Cremoris Tartaris albi Chriſtallini ʒj. Extracti Scammonii cum ſpiritu vini parati, *gr. xij.* miſc. fiat pulvis ut Alkool, qui totus diſſolvitur in juſculo, & ad *vi* vel *vij* ſedes purgat; ſi detur robuſtis augeatur pondus ad ℈iiij. vel ʒß. Aquas in primis educit, & ſimul viſcida quædam.

Turnerus. ℞. Cremoris Tartari albiſſimi ʒj. Scammonii ſpiritu vitrioli irrocati in mortariolo vitreo, *gr. iiij.* (plura requiruntur in robuſtis *viij. x. xij.*) Vini Hiſpanici ℥iiij. Olei Cynam. guttas ij vel tres, fit potus inſtar lactis turbidus, at ſuaviſſimus.

Vide in charta, aut in aſſere. Sol bene faciet quia minimus calor ſufficit ad exhalationem ſpiritus vini. Mone ſœpiſſime ad exactam miſtionem Fac Alkool. ſerva in vitro.

Pulveres Minerales, Clyſſus Mercurii.

Clyſſus propriè dicitur ſubſtantia quædam ex puris partibus rei alicujus, ab impuro primò ſeparatis, & ad extremum ſubtilitatis gradum reductis, mox junctis & unitis, compoſita. Ita ut Inclyſſo nihil ſit quod à corporis rudi compage & indigeſta mole ſolutum ac ſeparatum, ſui juris non ſit, & abſque ulla remora vel impedimento ſuos poſſit producere effectus.

Juxtà hanc definitionem inſigne iſtud remedium (quod inſtar Panaceæ eſſe poteſt adverſus omnes morbos curabiles) analogicè vocatum fuit nominè Clyſſi, quia quicquid preci eſt in omnibus metallis, habet-que ut ita dicam radium ſolerem, in hoc corpore unitum reperitur.

Mercurius autem dicitur, quia præterquam quòd Mercurius eſt materia altera metallorum; ſub ſpecie Mercurii, iſtud medicamentum præparatur, & exhibetur. Neque immerito, quia Mercurius ſolus ea vi pollet, ut percuncta metallorum (ob affinitatem, & tenuitatem) meabilis, ex iis ſugat, & magneticè veluti extrahat, quod purum putum eſt, & ad auri naturam accedit, cum quo ei tanta eſt familiaritas, ut ſolum id ex omnibus metallis in eo mergatur, & ab ejus Aqua ſicca in momento ſubmerſum abſorbeatur. Hic notandum id quod in Pupillâ dicit Riplè de Mercurio, aſſerens eum ſolum aureitatem (ſi vocabulo artis liceat uti) trahere ex metallis, non ſecus ac apicula inter innumera animantia, ſola mel ex floridus inſita virtute ac proprietate ſugit.

Itaque in hoc noſtro opere planè Philoſophico, & quod ultra vulgarium claſſem eſt, partim metalla quædam reducuntur in ☿. Vivum, tanquam ad primam materiam, partim Mercurius iſte Philoſophicus, (quippe à philoſophis præparatus,) animatur, & impprægnatur ſulphure ſeu tinctura metallorum.

Porrò cum ignis naturæ, & fermentum omnium generationum calcar (ne authorem dixerim) lateat in venere, ac proinde in vitriolo, cujus ſpiritus acidus omnibus metallis adeò penitus ſeſe inſinuat, ut difficulter ab iis ſit ſeparabilis, neceſſe eſt ut ſpiritus iſte metalli ſulphure & tinctura prægnans, ſit mercurii vivi vinculum, & draconis mobilis retinaculum: Quoniam autem eo tanquam naturali pabulo, ſupra Naturæ Humanæ modum, & vitres quæ ſint ferendo, attracto, nimis inebriatur, ac proinde eo pacto in corporibus ſumptum, corrodente aculeo noxius eſſe poſſet Mercurius. Neceſſe eſt ut accidentarum Venenum (ob virtutem in minima mole venitam,) diſperſione miteſcat, atque ita ſaluberrimum reddatur id quod anteà erat deleterium: Ratione manifeſte qualitatis tantùm, vid. accrimonicæ & penetrationis; nequis quidquam veneni à tota ſubſtantia agentis ſibi fingat.

Iſta eſt totius operationis *Theorica*, cujus Praxis ſequitur, fidiſſimo & experientiſſimo operatori committenda. Notandum Mercurium dupliciter attrahere virtutes aliorum Metallorum, vel inviſibiliter, & tunc Mercurius fluens eſt, neque poteſt à vulgari diſcerni: Vel manifeſtè, & tunc ſiſtitur atque ejus fluidum corpus congelatur in chriſtallum à ſpiritibus acidis Vitriolatis in omnibus Metallis latentibus.

Neceſſarium eſt ad hoc Opus habere Optimum Mercurium Vinum. Et optimum Sublimatum. In quibus concurrant. ☉. ☽. ♂. ♀. ♄. ♃. & ☿. *Latro vulgi qui quod uni adimit vel ipſe retinet vel alteri tribuit.*

Cætera metalla actu ingrediuntur opus. Antimonium autem tenet locum ♄. & ♃.

NB. ♁. Eſt marchaſi ♄. ſicut Biſmutum eſt Marchaſ. ♃.

Mercurius Philoſophicus vivus, ſive currens.

℞. Reguli Martialis, qui alias dicitur Leo ſtellatus, ʒvj. Solis per antimonium depurati. Lunæ ex copella prodeuntis, ʒß. Sublimati Magiſtralis, duplum, i. ℥xiiij. Primo fundatur Regulus in X. ei inſtar Aquæ fluido iniciantur Luminaria duo, quæ ilicò Philoſophicè calcinata abſorbebuntur a Leone. Projiciatur maſſa in Cenum fuſiorum ferreum, & in mortario ferreo pulveriſetur ſubtiliſſimè; mox addatur Sublimatum Magiſtrale, atque ilicò ponantur in retortam, ſine mora metu periculi, vas in arena ſepeliatur, dato igne ſuppreſſionis, primo tamen adeò lento ut liquor gummoſus tantum ex ſcillet, ſine Mercurio: Axungia hæc Mineralis ſive gummoſus liquor, coagulatus lentiſſimo calore liquetur & fæcibus denuò affundatur, cohobando lentiſſimo igne ad tres vices. Quarta detur ignis validus, qui pellat Mercurium una cum gummi in recipiens. Hoc pacto parum aut nihil remanet in retortâ, ſed luminaria duo ſoluta aſcendunt cum Mercurio: Siquid tamen reſtet, id addito duplo ſublimati, juxta proceſſum dictum elevari poterit.

Mercurius iſtè verè Philoſophicus ſeorſim reſervetur. Gummoſus autem liquor bis ter-ve certificatus etiam reponatur in uſum.

Hoc Mercurio contenti eſſe poſſumus; ſi tamen liceat habere ſMercurios Auri Lunæ. Antimonij, majorum adhuc erunt virium, atque ex iſtis omnibus in equali proportione mixtis, componendus erit *unus Mercurius*, & pro uno reſervandus in uſum dicendum.

Quoniam verò multa ad iſtam operationem concurrunt; ſequuntur particulares præparationes Ingredientium, quæ ſunt.

Regulus Martialis.

Leo Stellatus. ℞. Laminas vel fruſtula ferri, quales ſunt apices clavorum fabrorum ferrariorum, horum cape ℔j. ♁ij. Ungarici vel alterius ſcintillantis ℔ij. ferrum candeat in amplo X. mox addatur ♁. optimè plurimum, tegatur X tegule donec ♂ ſit optimè fuſum. Ut autem promoveatur fuſio injice ſubinde ac per vices quantitatem ℥iiij. ⦶. optimè depurati. Nota a. ſubinde rudicula ferrea eſſe amovendam cruſtam quæ colligitur in ſuperficiè. Fiat hæc operatio in furno venti. Fuſio fiat per horas duas, donec materia ſit inſtar Aquæ fluida, Tunc vel ſine omnia refrigerari vel projice in conum fuſorium, & in fundo invenies Regulum. Quem ter quater-ve funde, addendo quavis vice, ⦶ ℥i. vel ℥ij. Ita erit optimè præparatus Leo.

NB. Ex ℔ij. ♁. & ℔j. ♂. prima vice, poſt datum magnum ignem per horas duas, injectis ℥viij. ⦶. poſt refrigeratum tigillum, habui Reguli puriſſimi & ſcintillantis ℥xx. ℔i. eſt ℥xvi.

Purgatio ☉. per ♁. ℞. Ducatos Vulgaricos, vel alterius auri puriſſimi ℥i. projiciatur in X. candens, & liqueſcat, ei liquato injice ♁. crudi ℥iiij. ſine ut optimè ſimul fundantur. Projiciantur in Cenum fuſorium ſebo illicum, pecutiendo baculo, ut fæces (Rhlaeken.) ſupernatantes, à regulo fundùm petente ſeparentur; Reiteretur hic labor cum novo ♁. bis vel ter ut omnes impuritates ☉. admixte conſumantur. Regulus iſte urgeatur in teſta igne fulminis,

minis, & follibus, donec ⊙. puriſſimus remaneat.

Copella. Luna cum quadruplo ♄. ponatur in Copellam paratam ex parte una cindrum mortuorum, parte una Cornu Cervi ad albedinem calcinati. Et parte una oſſium vervecum calcinatorum. Fulminetur oram ſub fornice (Muffel.) donec Luna puriſſima reſtet.

Sublimatum Magiſtrale.

Neptis.

℞. ☿. ex Cynnabari vulgari cum calce viva revivificati ut a. e. q. v. diſſolvatur in duplo vel triplo Aquæ Fortis communis paratæ ex 🜖. & 🜕. diſſolutio hæc in frigido per exhalationem Chriſtallizetur. Chriſtalli lento calore ſiccentur, miſceantur cum equali quantitate Salis communis præparati, & duplo Vitrioli Ungarici aut alterius optimi (ut Cheſſiaci, aut factitii ex Venere aut Marte.) Omnia exactiſſimè mixta ſublimentur in vaſe idoneo, non acuto igne, niſi poſt omnimodam humiditatis exhalationem. Ignis flammæ detur per 8 vel 10 horas. Poſt refrigerata vaſa quicquid aſcenderit, ſive ſit ſublimatum Chriſtallinum, ſive farina Volatilis, ſive ☿. currens, teratur cum novo Sale & Vitriolo in proportione dicta, atque iteretur Sublimatio ad tres uſque vices. Tandem iſtud ſublimatum teratur cum duplo vitrioli (ſi haberi poſſit Cyprii (vide de Cheſſiaco, vendero vel Martiali) quod vitriolum priùs calcinatum ſit Philoſophicè, per cohobationem proprii phlegmatis toties reiteratam ſupra corpus, donec ſuum phlegma penitus imbiberit, & remaneat ſiccum atque inſtar ſanguinis rubrum. Hæc mixta per ſe ſine ſale ſublimetur in arena: ad ſingulas ſublimationes ſemper ſumpto novi vitrioli ut ſupra calcinati pondere duplo. *Uno Verbo*, Toties ſublimetur donec nihil amplius attrahat de Sulphure 🜖-li, ideo poſt ſingulas operationes ponderetur.

Sulph. ♀. vide an. ſit 🜖.

Venus ſolvatur in Aquæ Forti, (vide in oleo 🜖.) ſolutioni affundatur optimus ſpiritus vini Sulphur fundum petit.

Quod à Parac. commendatur ut res pretioſiſſima. Vide Proceſſum vitrioli ♂. pag. 11. *D. Duval.*

Denique hoc Sublimatum magis ac magis, cum Oleo Vitrioli ſequente animetur.

oleum 🜖.

vide de ⊖. ♂. aut ♁.

Vitriolum Martis. Fit ex ejus limatura irrocata cum olei vitrioli, affuſa aqua calid, & chriſtallizando ut artis eſt.

℞. Vitrioli Ungarici vel alterius cœrulei ut Cypri (nota a. ex cheſſiaco tanquam admodum metallico, & frixo, parum aut nihil Spiritus vel Olei poſſe per ſe extracti.) q. v. diſſolve in aquâ diſtillatâ, digere in B. ut ſeparetur ſedimentum ſive Ochra, quæ impedit quominus Oleum ſive Sulphur Spirituoſum exſtillet, clarum decantatione vel filtratione per chartam ſeparetur à fæcibus, & coaguletur in vitro, vel fictili lapideo non penetrabili. Calcinetur philoſophicè cohobatione proprii phlegmatis, ad perfectam imbilitionem, ſiccationem, & colorem rubeum reiterata. Huic calcinato affundatur nudum vini optimus, pro libitu, digerantur per diem, deinde in retorta Bellovacenſi vel ſimili optimè lutata, detur ignis per *quatriduum* & extrahatur Ol. ut a. e. Hujus Ol. ℔v. affundantur ℔ij. Optimi Vitrioli Cyprii neceſſario, (vel potiùs Veneris & Martis) philoſophicè calcinati ut ſupra. Mox in pluribus retortis detur Ignis per gradus ad quatuor dies, ut quicquid eſt olei ſeparetur & extrahatur. Spiritus Vini ſeparetur per balneum. Phlegma ab Oleo in Alem-

♀. Cum oleo ſulphuris eodem modo.

Cum oleo vitrioli. Ex ere uſto cum ſulphure per acetum diſtillatum præſertim ſi eæ uſtum calcinetur, continuo agitando rudicula cuprea.

Item, ex ere uſto per acetum diſtillatum acutum pauca aqua forti. Extrahatur tinctura & fiat chriſtallizatio. Satius tum eum ad medicinam non tranſgredi 🜍 & 🜖.

lembico cum amplo Capitello per cineres. Oleum rubrum vel per retortam in arena diſtilletur: vel digeſtione à fæcibus ſeparetur; vel filtratione per pulverem vitri ut a. e.

Iſtud eſt Oleum ⊕. Magiſtrale.

℞. Hujus olei partes duas, Sublimati dicti partem unam miſce, pone in retortam lati colli cum recipiente, dato igne per gradus, tandem etiam ſublimationes, aſcendet ad fornicem retortæ, ſublimatum animatum optime Sulphure Vitriolatò. Album, ſolidum Chriſtallinum. Iteretur hæc operatio ad tres vices. Reſervato oleo quod exſtillabit, ut & vini ſpiritu, & acidulo phlegmate prædictis ad varios Uſus in Medicina.

Sublimatum Magiſtrale.

Huic ſublimato tincto Veneris cupidine, vis ineſt liquandorum ☉. quod ſi nimis operoſus videatur hic proceſſus, & interim dum per otium parabitur, hanc operationem clyſſi minus laborioſum aggredi ſit animus, loco iſtius Sublimati Magiſtralis ſumatur ſublimatum vulgare, in cujus uſu ea eſt differentia, quòd cùm à ſublimato Magiſtrale, prima ipſa vice totum penè Aurum elevetur, ſœpius eſt repetenda vulgaris ſublimati additio antequam ad eundem finem (reſolutionis ☉. in ☿.) pervenias.

Serrejus.

Sublimatum Vulgare. ℞. Salis communis decrepitati, ⊕i. ad albedinem calcinati, *an.* ℔i. ∴ q. ſ. ad ſolutionem liquidam, filtra, uſui ſerva. ℞. Hujus ſolutionis q. ſ. ☿. cynnabaris ℥viij. agita optimè in phyala; donec in calcem redigantur. Sine ut fiat Calcis reſidentia. Decanta acetum, & calcem cum ſalis decrepitati & ⊕li ut ſupra calcinati, *an.* ℥vj. optimè miſce. Irrora liquore præcedenti, tere in porphyrite, ex ſicca calore lento, ſubtiliter pulveriſa. Pone in cucurbitam vel Phyalam, probè lutatam ſublima igne aperto, primò lento, deinde ut aliquandiu candeat; Iſtud ſublimatum ut ſupra ad tertiam uſque vicem ſublimetur, cum nova materia. Tandem irrecatum leviter aceto præcedente, per ſe ſublimetur.

Meum. In ſecunda & tertia ſublimatione opere pretium fuerit ſumere loco Vitrioli vulgaris, Vitriolum ♂. aut Veneris, vel utrumque: In ultima, loco âceti irrocare duplo Olei optimi Vitrioli.

Compoſitio Clyſſi.

℞. Mercurii ſublimati Magiſtralis ℥viij. Mercurii Philoſophici currentis ℥vi. ʒij. miſceantur in porphyrite aut mortario vitreo irrocando pauco vini ſpiritu, fiat paſta, quæ ſicca pulveriſetur, & in matratiis vitreis ad tertiam uſque quartam-vevicem ſublimetur. Sublimatum Chriſtallinum, à volatili farina ſeparatum, teratur inſtar colorum in porphyrite & ſubigatur cum optima Aqua Cynamomi, vel cum Roſarum aut lavendulæ ſpiritu, fiat Trochiſci vaſe vitreo apprime clauſo aſſervandi.

Panacea. *Mercurius ad ſolarem* accerens paretur in magna quantitate, & ex eo optimo quoque modo fiat ſublimatum.

Paretur Regulus triplex ſeorſim ex ♂. ☉. ☽. mox conjunct. & dicto ſublimato, ter cohobando axungiam, quarta vice igne ſuppreſſionis pellatur ☿ currens Azoth.

Sublimatum Philoſophicum.

Clyſſus Exellentiſſimus.

℞. *Mercurii Philoſophici* currentis. Mercurii Solis, Lunæ, & Antimonii, *an.* ℥jß. & ʒß. ut ſint in totum ℥vi. ʒij. Mercurii Sublimati Magiſtralis ℥viij miſc. ut ſupra.

Clyſſus Facilior.

℞. *Sublimati Vulgaris,* ℥viij. Mercurii vivi ad ſolarem accedentis ℥vi. ʒij. miſc. & fac, ut ſupra.

Electuaria Mollia Purgantia.

Elect. Catholicon.

℞. Polypodi vulgaris defectu querni, ℔i. Glycyrrhizæ recentis, ℥iiij. Radicum Violariæ initio Martii collectarum cum folia edere incipiunt & ſiccat, ℥v. Semin. recent. integrorum Cucurbitæ & Melon. *an.* ℥ij. Semin. Aniſi & Fœnicul. *an.* ℥iß. fiat omnium eorum & colatura, cui adde Sacchari albiſſimi, ℔viij. clarificentur & reducantur in Syrupum, cui cocto, adde Pulpæ Caſſiæ & Prunorum dulcium, vel unarum Chorinthiacarum extractæ cum decocto infra-ſcripto, pulveris ſubtiliſſ. fol ſen. *an.* ℥viij. Rhabarb. electi, ʒiiij. Agarici recenter thir. Medullæ ſeminis Carthami, *an.* ℥ij. Cremoris Tartari albi, ʒiij. Pulveris ſubtiliſſimi polypodii querni fumariæ, ſeminis violarum, Epithymi, *an.* ʒvi. Santali citrini corticis exterioris citri ſicci, *an.* ℥ß. Spicæ Nardi Cynam. interior. *an.* ʒij. Mannæ Calabrinæ puriſſimæ vj. Pulveres omnes frigidè addantur, Manna omnium poſtrema. Agitatione fiat exacta mixtio.

Elect. Pro Enematibus Minus.

℞. Radicum Altheæ ℔i. Polypodii communis Rhab. Monach. *an.* ℔ij. Glycyrrhiz. rec. ℔ß. Foliorum Atriplicis utriuſque, Malvæ, Violariæ cum toto, Betæ totius ſive Siclæ, Pſyllii totius, Bliti *an.* *Miij.* Chamæmeli totius *Miiij.* Mercurialis *Mvj.* Semin. Malvæ Altheæ Fœnugr. *an.* ℥iß. Semin. Fœnicul. Anethi, *an.* ℥ij. fiat omnium Enema in ſero lactis recenti, vel in Aquâ Fontanâ. Colaturæ adde Sacchari rub. vel Caſſonadæ Mellis optimi, *an.* ℔vij. clarificetur, & fiat ſœpius colatura quæ rduçatur ad conſiſtentiam ſyrupi. Cui adde pulpæ Prunorum dulcium extractæ cum decocti præſcripti parte ℔iij. Pulpæ uvarum Chorinthiacarum, Pulpæ baccarum ſambuci, *an.* ℔ij. Medullæ ſemin. Carthami terendo cum Aqua hordei inſtar Emulſionis extractæ, Succi baccarum ebuli & Spinæ Cervinæ, *an.* ℔iß. (ſi deſit Spina Cervina, ei ſubſtituatur ſuccus baccarum ebuli, pulpa ſambuci, vel ſuccus Mercurialis.) Pulveris Senæ ſubtiliſſimi ℔i. Pulver Polypodii ℥x. Glycyrrhizæ ℥vj. Seminis Aniſi ʒiiij. Mannæ Calabrinæ ℔iij. miſc. & lento calore reduc. in Electuarium, continuo agitando ad debitam conſiſtentiam. Pulveres in frigido ſimul & ſemel addantur, & Cylindro ligneo fiat longiſſima in gyrum agitatio, donec formetur Electuarium inſtar Opiatæ, vaſe vitreo, fictili vitreato recondendum, & poſt aliquam fermentationem uſui deſtinandum.

Elect. Pro Enematibus Majus.

℞. Radicum Polypodii & Violariæ ſiccarum, *an.* ℔ij. Radic Eſulæ majoris excortic. ebuli, cyclaminis, irridis noſtratis, Bryon. Ariſtol. rotund. *an.* ℔ß. Cortic. mediani Sambuci, frangulæ. Ulmi Bugiæ, *an* ℔i. Fol. Centaur. min. cum floris. Agerati totius præſertim verò radicum *an. Miij.* Mercurialis *Mvj.* Abſynthii Soldanell. Gratiol. *an Miiij.* Florum Geniſtæ Hiſpanicæ, Prunellarum, oculorum ſambuci & perſic. florum ebuli ſambuci *an. Mij.* Florum Chamæmeli *Pvj.* Seminum Ariſtol. noſtratis longæ ebuli colocyntid. *an.* ʒvj. Semin. Fœniculi Anethi Cumini Baccarum Junip. recent. *an.* ℥ij. fiat omnium Enema in ſero lactis & colatura, quæ clarificata, cum Mellis & Sacchari rubri *an.* ℔x. reducatur in ſyrupum; cui ut decet cocto, adde Pulpæ prunorum dulcium cum parte decocti extractæ ℔xv. Medullæ ſeminis carthami inſtar emulſionis cum ſero lact. rec. extract. ℔j. Medullæ ſemin. caputriæ eodem modo extractæ ℔ß. pulpæ baccarum ebuli ℔iij. ſucci bacca ſpinæ cervinæ ℔iiij. Coquantur ſimul ad liquidiorem ſive molliorem conſiſtentiam, Tandem addantur ſequentia ſubtiliſſimè pulveriſata & longa agitatione extra ignem omnia diligentiſſimè cylindro miſceantur.

℞. Fol. ſen. mund. ℔iij. Mechoacan. Jalap. *an.* ℔ß. Aloes Hepat. turpidioris ℥xij. pulveris ſubtiliſſimi colocyntid. ℥iiij. Semin. Ariſtol. noſtratis ℥vj. Polypodii ℔j. Glycirrhiz. rec. ʒv. Semin. Aniſi & Cumini *an* ʒiij. fiat omnium Alkool, & ex arte formetur Electuarium.

N. B. Croci Metallorum ad ſingulas libras ℥i. utiliter addetur, niſi malis ejus, vel vitri Antimonii. Infuſionem ſeorſim parare, paratam habere in promptu, ejuſque ʒij. iij. iiij. juxta neceſſitatem admiſcere enemati uſus tempore.

Vide hunc modum cap. de Clyſteribus pag.

Hiera Simplex. Picra.

Galenus.

℞. Cynamomi Interioris corticis Guaiaci viridis, vel ligni Rhodii vel ſantali citrini, loco Xylobalſami Radicum Aſari, Maſtiches Chiæ croci, *an.* ʒvi. Mavis, Caryophyll. loco ſpicæ, Indicæ, *an.* ʒiiij. Aloes non lotæ drachmas centum, ſive ℥xijß. Mellis deſpumati ℔iiij. ʒiij. Miſce fiat Electuarium.

Elect. Diaphœnicon.

Meſuæ.

℞. Dactylorum fulvorum ſucculentorum pulpæ paſtularum cum duos præſcribendo extractæ (pro dimidia parte Dactylorum) *an.* Drachmæ quinquegintà. Mannæ Calabrinæ præparatæ (loco; penidiorum & Amygdalarum) ʒlxx. Amygdal. dulc. recent. cultro excorticat. ʒx. Turbith. optimi ʒxxxv. Scammonii puriſſimi ʒxij. Zinziberis Caryoph. foliorum Rutæ ſiccorum, Cynamomi, Macis, Ligni Aloes vel Rhodii. Semin. Aniſi, Fœnic. dauci cretici,

tici, Galangæ tenuioris vel Zedoar. an. ʒiijß. Mellis deſpumati ℥xiiijß. miſc. ſequenti modo.

Dactyli.

℞. Dactylorum à mucleis & pelliculis mundat. q. v. Infunde In aceto albo, vel quod magis probatur In vino malvatico, per triduum, ſi ſicciores fuerint, per horas 24 ſi molliores. tere in mortario marmoreo, & pulpam trajice per ſetaceum, cujus ſume quantitatem dictam.

Paſſulæ.

℞. Glycyrrhizæ raſæ ℥iß. polypodij querni ℥iiij. fol. ſen. mundat. ʒiij. Hermodactyl. ℥ij. fiat omnium Enema in qua & coque paſſullarum ab arillis mundatarum ℔iß. terantur in mortario marmoreo, trajiciatorum pulpa per ſetaceum, & cum reſiduo decocti lentiſſimo colore coq. ad conſiſtentiam debitam, mox ponderetur.

Manna in hydromelite Malvaticato liquetur, lentiſſimo calore coaguletur & ponderetur. Vel ſi ſit puriſſima, frigida compoſitionj addatur & miſceatur Cylindro.

Mel optimè deſpumetur, coquatur & ponderetur.

Pulvis cum Amygdalis metu exhalationis ſubtiliſſimus.

Melli addatur manna (ſi impura diſſolutionem poſtulaverit) cum pulpis, & lentiſſimo Igne ſimul coquantur ad debitam conſiſtentiam, detractis ab Igne & ſaltem egelidis, ſi non planè frigidis, admiſceantur pulveres, atque ligneo Cylindro diutiſſimè agitentur per plures dies, quotidie per duas tres-ve horas, ut perfecta fiat mixio. Sinatur fermentari ad uſum.

Optima erit iſtius Diaphoenici operationem atque exhibendum erit in minori doſi quam vulgare ut ad ʒß. vel ʒvi. ad ſummum.

NB. Potentius erit ad phlegma educendum efficacius ſi detrahas quantitati paſſularum & dactylorum an. ʒxv. & ſupponas medullæ ſeminis Carthanu recentis acu diligenter mundatæ ʒxxx.

Confectio Melanagoga.

Ad inſtar Confectionis Havmech.

℞. Rhabarbari electi Myrobal. citrin. an. ʒij. Myrobalan. Chebul. Indarum an ʒj. fol. ſen. mundat. ʒiiij. Agar. albiſſimi. Pulpæ Colocynt. Corticis fibrarum rad. Elleb. nigri. polypod. quern. an. ℥ijß. fol. Abſynthij Thym. an. ʒv. florum vel Seminis violarum Epythimi an ℥ij. ʒij. Seminum foenicul. dulcis Anethi Roſ. rub. an. ʒvj. Purgantia ſeorſim macerentur in Aq. ſtillatitia ſeri lactis, vel pomorum redolentium, In Balneo vaporoſo per triduum, deinde fiat expreſſio & colatura lentiſſimo calore reducendo ad mellaginem. Cætera eodem modo in fundantur, atque in Infuſo colato diſſolve Mannæ Calabrinæ puriſſ ℥iij. Sacchari Candi ℥xij. Pulparum Caſſiæ, prunorum Turonenſium, paſſularum extract. cum parte Infuſionis an. ℥iiij. Succi depurati fumariæ ℥xvj. Lenta coctura reducantur omnia ad conſiſtentiam Electuarij, Inſtar Opiatæ, addendo ſub finem extra Ignem mellaginem purgantium.

Manna addatur in frigido.

Tandem pro doſibus Centum.

℞. Hujus Electuarij ℥xxxj. ʒij. foliorum Ellebori nigri præparatorum fol. ſen. mundat. an. ℥iiij. ℈iiij. Scammonij puriſs. ʒx. Rhabarbari electi. Seminis vel fol. ſicc. fumar. an. ℥ij. ℈ij. Semin. Aniſi Spicæ Nardi Calam. Arom. Cortic. exter. citri Cinam. Inter. Santal. citrini an. ʒvj. ℈ij. miſc. fiat Electuarium ut a. eſt.

Juxtá hanc proportionem ſingulæ doſes recipiunt.

Electuarij primi mollioris ʒijß. fol ſen. & Elleb. præparatorum an. ℈j. Scammon. gr. vi. Rhab. Sem. fumar. an. ℈iß. Aniſi ſpic. nard. Calam arom. cort. citr. Cynam. Santal. citr. an. gr. iiij. Summ. ℥ß. ſive gran. 240.

Benedicta Laxativa.

Nicolai.

℞. Turbith electi ʒx. Jalap. Senæ Agarici Hermodactylorum dacrydij vel gummi Guttæ an. ʒv. (quæ Cathartica ſubſtituuntur radici Eſulæ) Roſarum rubrarum ℥ß. Baccarum Juniperi Radic. Aſari an. ʒiii. Garyophillorum Spice Nardi Zinzib. Groci. Cynam. maris, Galang. tenuioris. Seminum Saxifragiæ Apij petroſel. Cervi cretici fœniculi Aſparagi, milij ſolis Ruſci an. ʒi. Salis gemmæ ʒij. Mellis albi deſpumati triplex pondus omnium. Pulveres ſubtiliſſimi excipiantur melle, fiat longa agitatio ad perfectam mixtionem, & fermentatio ante Uſum.

Preſtat radicem Eſulæ præparatam cum aceto ſumere, ut ſolent innoxie in Germaniæ, ubi ſuis radicis uſus eſt familiaris, ſolius vid. ad. ʒi. ex vino albo, Cereviſia, lacte.

Diaprunum Solutiuum.

Diadamaſcenon.

Nicolai.

℞. Pruna Turonenſia N° 100. Coquantur in Aqua jus ſeparetur, pulpa per cribrum cernatur. Cum jure prunorum coque in ſyrupum Sacchari albiſſimi ℔iß. mannæ Calabrinæ puriſs. ℔ß. huic add pulpæ prunorum inſpiſſatæ ℥viij. pulpæ Thamarindorum Caſſiæ recenter è cann. extract. an. ℥iij. pulveris ſubtiliſs. Santal. citrin. ℥ß. ſeminis Violarum ℥i. Rhab. optim. ʒiij. Spodii Cornu cervi primar. recentis an. ʒiß. Roſarum rub. florum bugloſs. Semin. portul. intybi ſeu ſcariolæ Alkekengi. Succi ſive extracti Glycyrrhizæ diſſol. ſub finem addend. Gummi Arab. an. ʒii. Seminum iiij. frig. maj. recent mund in Aq. Roſarum macerat. an. ʒi. fiat Electuarium ſecundum certem, cuique ſingulas libras adde dacrydii ʒß. Addatorum extra ignem. Agita Cylindro quotidie per quatuor, horas, diebus quatuor, ad perfectam mixtionem.

MB. Poterit etiam Gummi gutta præparari hoc Electuarium hoc modo.

℞. Conſervæ Roſarum rubrarum, vel potius muſcatellinarum ℥iiij. Gummi guttæ in Alkool lævigati ʒv. ℈j. Ambræ griſ. ℈i. Moſchi orientalis ℈ß. miſc. fiat Electuarium, cujus fermentati & quotidie ſpatula agitati doſis ſit á ʒj. ad ℈iiij. vel ʒiß.

Electuaria Solida. Tabellæ Purgantes.

El. Diacarthami.

Arnaldi de Villa nova.

℞. Medullæ ſeminis Carthami non rancidi ℥ij. Turbith Gummoſi ʒvj. Hermodactylorum non perforat. ℥ß. diacrydii ʒiij. Cynamomi Interioris Roſ. rub. an. ʒiiß. Cortic. exterioris citri flavi Santali citrini an. ℥iß. man. Calabrin. albis. Sacchari Candi & Roſati an. ℥iiij. Gummi Tragacanthæ ʒij. Pulveriſentur pulveri-

Hoc Electuarium ut omnia ſequentia poteſt cum aliquo ſyrupo liquidum reddi inſtar opiatæ, forſan meliori cum ſucceſſu propter melliorem fermentationem.

Ut cum ſyr. up. viol. roſ. pall. ſolut. de fumaria. De flor. perſic. de ſpina cervina, &c.

verizatur pulpa Carthami cum Turbith. Hermodaƈtylis, cæteriſque ſpeciebus, cum ſuccis, prius reduƈtis in Alkool.

Diacrydium cum portione ſacchari, cum cujus reliquo manna ſedulò ducatur, ita exaƈtiſſimè mixta omnia, per longam triturationem excipiantur muccagine Gummi Tragacanthæ, extraƈta in ſucco depurato Cydoniorum, & pauca Aqua Cynamomi fiat tabellæ ponderis ℥ß. lentiſſimo hypocauſti calore ſiccandæ. Singulis poterit inſtillari gutta una vel altera Olei Cynamomi vel Aniſi. Serventur loco ſicco.

Loco Scammonii vulgaris, ſumatur ejus extraƈtum per Aquam pluviam diſtillatam, cujus eadem pene eſt operatio.

Loco Cummi Tragacanthæ, ſumatur muccago ſeminis cydoniorum, quæ eſt minus tenex; vel Ichthyocolla diſſolutam in Aquæ Roſarum.

Quoniam Scammonium Hepati eſt inimiciſſimum, præſertim in hydropicis quibus vulgò præſcribi ſolet iſtud Eleƈtuarium, ſumatur Gummi Guttæ eadem quantitas, nempe drachmarum, & potiùs minuatur doſis.

Eleƈtuarium de Citro.

Gidionis de cauliaco.

℞. Corticis exterioris citri flavi optimè ſiccati lentiſſimo vel nullo calore ℥ß. Seminis Violarum Martiarum Diacrydii, *an.* ʒiij. Turbith. (pro quo poſſet ſupponi Jalap.) ℥ß. Senæ ʒv. zinziberis albi ʒß. Sacchari albiſſimi ℥x. Gummi, Tragacanthæ ʒj. Subtiliſſimè pulveriſata omnia excipiantur muccagine, diſſoluta in Aquâ Cynamomi. Et fiat tabellæ ponderis ℥ß. ad lentum calorem Hypocauſti ſiccandæ. Illinantur Oleo Cynamomi vel Aniſi, aut inſtilletur in formanda paſta.

Bene facit in infuſione vide ſeq. pag. ſub finem.

Doſes ſunt circiter *xxv*. Quod ſi cum ſcammonio per vini ſpumum extraƈto parare velis, loco ʒiij. admiſcendæ ſunt ʒiiijß. Ita ut ſingulæ unciæ recipiant circiter, *gr. xxij.* ſingulæ doſes, i. ſemunciæ, *gr. xi.*

N B. Hoc Eleƈtuarium non niſi fermentatum exhibeatur diu poſt præparationem. Alias n. ciet termina. Satius eſt cum extraƈto Dacrydii fiat. Item de cæteris.

Eleƈtuar. Melanagogon.

℞. Foliorum Sen. mundat. ℥j. Cremoris Tartari albi ℥ß. Diacryd. ʒij Cynamomi interioris, corticis exterioris citri, *an.* ʒii *gr. xxiiij.* Sacchari albiſſimi ℥iij. Omnia ſubtiliſſimè pulveriſata, excipiantur muccagine ſeminis cydoniorum extraƈta in Aquâ Roſarum fiat Tabellæ in *xij* Doſes, quarum ſingulæ erunt Drachmarum quatuor aut circiter, & recipient fol. ſen. ℈ij. Cremoris Tartari ℈i. Scammonii ℈ß. cinamomi corticis exter. citri, *an. gr. xij.* Sacchari ʒij

Poterit addi foliorum ellebori nigri veri (præparatorum in pane hordeaceo faciendo Sſſ. cum cortice exteriori recenti Limonum.) ℥j.

Tabellæ Phlegmagogæ.

℞. Mechoacan, Jalap. Turbith. *an.* ℥ß. Diacrydii. Corticis exterioris citri flavi ſicci, *an.* ʒij. cynamomi interioris ʒiij. Caryophyllorum ʒi. Sacchari albi maderenſis aut candi ℥iij. fiat omnium pulvis ut Alkool excipiendus

piendus muccagine ſeminis cydoniorum extracta in aquâ cynamomi formentur Tabellæ ponderis ℥ſs. aut circiter, pro Doſi.

Ita ſingulæ doſes recipient Jalap Mechoacan Turbith, *an.* ℈j. Scammon. cortic. citr. *an.* ℈ſs. cynam. *gr. xv.* caryophyll. *gr. v.* Sacchari ʒij.

Tota compoſitio eſt Doſ. *xij.* vel circiter.

Nota autem hic deſcribi purgationem quæ homini mediocris complexionis conveniat, ita ut pro ratione operationis & virium, liberum ſit doſin augere vel minuere.

Tabellæ Hydragogæ.

℞. Jalap. Mechoacan *an.* ʒß. Gutt. gummi, *gr. x.* Macis, *gr. vij.* confectionis alkermes, *gr. xv.* cynamomi inter. *gr. x.* Sacchari albiſſimi ʒij. Cum muccagine ſeminis cydoniorum extracta in aquâ cynam. fiat Tabell. pro unâ doſi, robuſto exhibenda.

Tabellæ Polychreſtæ.

℞. Biſcocti aurantiorum ℥iij. confect. alkermes cynam interioris *an.* ℥ſs. Gummi Guttæ ʒij. *gr. xxiiij.* Diaphoretici antimonii ℈iiij. *gr. xvi* miſc. & cum muccagine ſeminis cydoniorum extract. in aquâ roſarum fiat tabell. in *xij* doſes, quarum ſingul. capiunt.

Biſcoct. aran. ʒij. conf. alk. cynam. *an.* ℈j. Guttæ *gr. xij.* Diaph. *gr. viij.* Ita ut doſis ſit ʒiij. circiter aut.

Panis Marcius Purg.

℞. Medullæ ſeminis carthami recentis diligenter acu mundat. ℥viij. Medullæ ſeminis cataputiæ major. vetuſti ℥ij. Medull. ſeminis Heliotropii majoris ℥iij. amygd. dulc. recent. mundat. ℔i. terantur diligentiſſimè in mortario marmoreo, cum ℔iij. ſacchari albiſſimi addito aqu. roſarum tantillo; add. Jalap Mechoachan tritorum ut Alkool, *an.* ʒiſs. Turbith ℥i. Scammonii ʒſs. corticis exterioris citri cynamomi *an.* ʒij. fiat panis Marcius, lentiſſimo calore coquendus. Doſis ℥ſs.

Vide modum præparandi panem Marcium ſine ulla coctione, ſaltem cum Gummi Tragacanthi ſiccando morſellos ad leviſſimum calorem.

Guttæ gummi ℥ß.

Vide de coctione in vaſe idoneo ad moreta.

Vide de admixtione ſeminis Titſymali cypariſſiæ maturi, cujus ℈i. dedi ex conſerva Roſarum. Blandè & citra ullam nauſeam edrexit aquas copioſas.

N. B. Pro Hydropicis.

Piliulæ Purgantes.

Pilulæ Macri.

℞. *Aloes* crud. ℥iiij. majoranæ ℥ſs. maſtiches ℈ij. aut vice verſa injice in quibus inſignius ſunt deprimendi vapores. Vel magis roborandus ventriculus, fiat omnium pulvis & alkool, excipiendus ſucco caulium. Doſis ℈i. ʒß. ℈ij. horis duabus poſt cœnam.

N. B. *Aliquandoſi.*

Pilulæ Stomachicæ cum Gum.

℞. Aloes crud. ℥iiij. Gummi Ammon. in aceto Scyll. vel vino malvatico diſſoluti ℥iiij. extracti Senæ & Rhab. in aqua

Endiviæ parati, *an.* ℥jß. Myrrhæ ʒvj. Croci Salis gemmæ *an.* ʒß. miſc. & niſi extracta & Gummi ſufficiant ad formandam maſſam, adde ſyrupum roſ. pallid. comp. cum agarico vel ſurupi de Abſynthio q. ſ. fiat Maſſa, utenda & ſupra.

Pilulæ ex Gutta.

℞. Pulveris ſubtiliſſimi foliorum Senæ ʒx. Cremoris Tartari albi ʒv. Gummi Guttæ ℈iiij. Caryophyllorum ʒi. miſc. & cum ſ. q. extracti liquidiuſculi ſenæ fiat maſſa, cui adde Olei expreſſi Macis ℈ij. Olei Aniſi ℈j. Pro xx doſibus, quarum ſingulæ capiunt. Senæ ʒß. Tartar. *gr. vx.* Cuttæ *gr. iiij.* Caryophyll *gr. iij.*

Vel ℞. Aloes ſenæ *an.* ʒvi. ℈ij. Cremoris Tartari ʒiij. ℈j. Guttæ ℈iiij. Caryophyll. ʒj. cum extracto ſenæ, addendo Ol. Macis ℈ij. Ol. Aniſi ℈j. miſc. fiat maſſa pro xx doſibus, quarum ſingulæ recipiunt Aloes ſen. *an.* ℈j. Tart. *gr.* x. Guttæ, *gr. iiij.* Caryoph. *gr. iij.*

Cum viderem Guttam noxiam eſſe melancholicis, ob ingentem ſeri evacuationem, & corporum exſiccatione, excogitam has pilulas, quarum laudabilis ſemper fuit operatio, & educta viſcida ex meſenterii & viſcerum pentioribus receſſibus. Contrarias haſce operationes obſervavi in corpore Enema Marbault atrabilarii.

Pilulæ Sanctæ.

Turnerus.

℞. Gummi Guaiaci naturalis, Myrrhæ, Aloes, an. partes equales, miſc. fiat pulvis ut Alkool excipiendus ſ. q. Balſami Peruviani nigri. Fiat maſſa pilularum. Doſis ℈j. vel ʒß. hora dimidia, ante levem cœnam. Poſtridiè blandè ſuberuunt alvum.

Sic ego ℞. Gummi Guaiaci Aloes *an.* ℥j. Myrrhæ Cremoris Tartari albi, Balſami Peruviam albi ſicci *an.* ℥ß. Ambræ griſeæ ʒij. Moſchi ʒi. miſc. fiat omnium pulvis ut alkool excipiendus ſ. q. Balſami peruviani nigri. Doſis ℈j. vel ʒß.

Hoc remedium potentiſſimè ſtomachum roborat, & primarum viarum obſtructiones ſolvit.

Eccoproticon. Roborans. ℞. Aloes Gummi guaiacini, an. partes equales cum balſami peruviani nigri ſ. q. fiat maſſa. Perit aloes amaritudo.

Pilulæ Mercuriales.

Componuntur ex Mercurio vivo, vel præparato, & in pulverem reducto per ſublimationem vel præcipitationem.

Vivus ſumatur vel ex cynabari cum duplo calcis vivæ revivificatus, vel is qui in parando oleo antimonii, cum regulo & ſublimato, diſtillat in vas recipiens.

Quod ad præparatum attinet; mihi notæ & milleſſima experientia fœliciſſimè comprobatæ mercurii præparationes ſunt. Aquila rubra. Pulvis Calomelas, Mercurius Lunaris. Præcipitatum album, & (quod meum eſt inventum) Clyſſus metallorum. Horum doſes ſequuntur.

Aquila rubra. Sublimetur ☿. ex ⊕. ⦶. ☉. coquatur in reverberio clauſo ad rubedinem, diſſolvatur in ∴ exhalet acetum abluatur reſidunm aqua pluvia diſtillata ad dulcedinem. Eſt flavus pulvis.

Aquila rubra datur per ſe, à gran. xvi. ad xx. cum Theriaca.

Calomelanici ſublimati dulcis à ℈j. ad ʒß.

Mercurii Lunaris à *gr. vi.* ad *viij.* vel *x.* vulgaris tamen, & certiſſima doſis eſt *gran.* vi.

Aquil. alb. Præcipitati ſine Turbith albi à *gr.* viij. ad xij.

Clyſſi, ſive Mercurii univerſalis à ℈j. ad ʒß.

Pilulæ Mercurii Crudi. ℞. Maſſæ pilularum cochiarum minorum ʒxiij. ℈j. Mercurii vivi prædicti ʒvi. ℈ij. Therebentinæ Venetæ ℈v. folia auri N° xi. miſc. fiat maſſa pro x x doſibus.

Barot. Talibus frequentiſſimè ſum uſus fœlici cum ſucceſu in lue Venerea.

℞. Mercurii per retortam pulſi, ſale & aceto ſæpius loti, & furfure exactiſſimé ſiccati in mortario marmoreo. Conſervæ Roſarum rubrarum *an.* ℥i. Aloes, Diacrydii *an.* ʒij. cynamomi nucis moſchatæ *an.* ʒi. miſc. fiat maſſa longa agitatione in eodem mortario. Doſis ʒi.

Pilulæ Mercurii Præparati.

Aquil. rub. ℞. Aquilæ rubræ, *gr.* xij. cochiarum min. ʒß. vel ℈ij. pro ratione corporis; vel Extracti mei pancymag. ℈j. Vel pilularum polychreſtinum ℈ſs. Olei Roriſmarini & Aniſi an. guttæ *ij.* miſc. fiat Doſis.

Calomel. ℞. Calomelan. ſublim. dulc. ʒj. extr. panchymag. vel coch. min. ʒj. vel pilul. polychreſt. gr. xij. Vel extracti colocyntid. gr. x. (quæ compoſitio ſucceſſit mihi fœliciſſimè) olei aniſi gutt. *iiij.* miſc. fiat Doſis.

℞. Extracti panchymag. gr. xv. extracti ellebori nigri gr. v. Calomel. gr. xvi. olei aniſi guttas *iiij.* miſc.

Pil. quercet. Pilulæ quercetani conſtabant ex ʒi. vel ʒß. Coch. min. & gr. xij. ☿. Calomel. eadem erit doſis Mercurii univerſalis ſive clyſſi metallorum.

Clyſſus.

☿.lunaris. ℞. Mercurii Lunaris gr. vi. Cochiarum min. ʒſs. vel extracti colocyntid. *gr. iiij.* vel polychreſt. gr. x. vel extracti Panchymagog. mei gr. xv. aut xx. vel pro delicatis aloes crud. aut cum ſuccis præparat. ℈j. olei aniſi guttas *iiij.* miſc. fiat doſis.

Præcipit. albi. Aquila alba. ℞. Turbith albi præcipitati gr. x. Coch. min. ʒj. vel Polycreſt. ℈ſs. ol. guttas *iiij.* miſc. fiat doſis.

Sufficiet vel paucas doſes parare, vel etiam unicam pro re nata, quippe hic non eſt opus fermentatione.

Notandum a. pilulas iſtas, (quæ ſeorſim omnes, & ſingulæ parandæ ſunt) admodum dureſcere, quod non refert, quippe poſt modum facilè in ventriculo diſſoluuntur: Vel etiam non diſſolutæ, nihilominùs optimè operantur.

Clyſter Mineralis.

Matthias Quercetan. ℞. *Fruſtrum Vitri Antimonii* integrum ponderis ℈ſs. cui affundantur ʒxvj. vini albi, fiat infuſio per aliquot dies, vel etiam relinquatur vitrum continuò in vino. Hujus ℥ij. ſunt optimum vomitorium. *Clyſteribus a. ſi addantur* ℈v. Iſtius vini potens fit attractio & larga evacuatio.

Antimonium utilius ſumetur in craſciuſcula fruſtula contritum aut confractum, quam integrum. Vide quid in tenuiſſimum pulverem reductum.

Myreus ad ℈ſs. ♁. affundit vini ℈viij. hujus infuſi ℈ij. admiſcuit clyſteri ſatis valido, qui cum alias parumpurgaret, cum hâc additione evaſit potens Catharticum.

Optime operatur ſine torminibus ut ſæpiſſime expertus ſum, ad ℥ij. iij. iiij.

Croci Metallorum ʒj. infundatur in vini albi ℥iij. per horas 24 add. totum admiſceatur clyſteri. Egregiè operatur.

Quercetanus. Infuſio ſola ad ℥ii. iij. iiij. v. vi. optimè oparetur.

Nitrum, ſive Chriſtallus mineralis ſi diſſolvatur in clyſtere ad ʒij. everrit, aperit, reſrigerat, aquas ducit & promovet vini Catharticorum.

Sal Gemmæ ad ʒij. iij. & ℥ß. diſſolvatur in jure carnium, potenter deterget, aperit, & Meſenterii mæandros ſubit, viſcidos humores incidit. Optimum remedium in morbis ortis ab obſtructionibus, & impuritatibus primarum viarum.

Gutta gummi. Cambuja ſi diſſolvatur in clyſteribus ad gr. x. xv. xx. potenter operatur.

Syrupus de Aſaro.

℞. Corticis mediam juglandis, ex trunco vel potius ex radice collecti, veris initio dum ſucco turget, & ſiccati Julorum ejuſd. turgidulorum, compactorum, nondum planè ex panſorum, ſiccatorum. Corticis mediani ſambuci, antequàm folia eruperint collecti & ſiccati *an.* ℥iiij. Corticis ſeminis geniſtæ hiſpanicæ per Aquam ſeparati poſt triturationem ℥ij. ſucci aſari totius depurati ℔j. Succi radicum ebuli depurati ℔ß. Aquæ ſtillatitiæ ex ſucco radicis Bryoniæ ℔iiij. Omnia debito modo præpar. & mixta digerantur ſimul in frigido per quatriduum, mox fiat colatura, & valida expreſſio, deinde per triplex filtrum actio. Liquor affundatur Saccharo in Roſatum cocto & fiat ſaltem in ſolatio, vel in Balneo vaporoſo digeſtio lenta, ſaltem ad mixtionem.

Sufficiet hic ſyrupus quoties ventriculus ſaltem & prima regio per vomitum erunt evacuanda. At cum à remotioribus partibus trahere erit animus.

℞. Infuſi prædicti filtratione clarificati ℥xij. Vitrioli albi chriſtallizati ℥iß. miſc. & lento calore fiat ſyrupus. Doſis primi ſyrupi ab ℥j. ad ℥ij. Ultimi ab ℥ß. ad ℥j. ex quovis liquore.

Aut citra laborem præparationis. ℞. Ptyſanæ ℥iiij. Syrupi primi ℥iß. Vitrioli albi ℈j. ʒß. plus minuſ-ve pro ratione ſubjecti & morbi, miſc. fiat Doſis.

Syrupus de Stibio.

℞. Florum, Hepatis. Pulveris emetici vel etiam Vitri Stibii Alkoliz. ℥ij. Sacchari candi ℥xij. Vini Hiſpan. aut Malvatici Aquæ Vitæ mediocris *an* ℔iß. Pulvis cum liquoribus digeratur per xij vel xv dies. Liquor filtretur per chartam. Addatur ſaccharum & fiat inſolatio, aut in Balneo vaporoſo leniſſima exhalatio.

Infuſioni Croci metallorum primæ, ſatis longæ, factæ in vino hiſpanico, colatæ per chartam additur ſacchari quantum ſ. ad conſiſtentiam ſyrupi v. g. an. ſollicitur ſine ullo calore.

NB. Baſilius in curru triumph. ♀. ait aciditatem aceti ſtillatitii retundere vim purgatricem antimonii, eam autem per vini ſpiritum optimè extrahi.

Poteſt dari infantibus à ʒj ad ij. iij. Adultis ad ℥i. ultra. Blande operatur.

Syrupus Nephrocathartic.

Succi omnes ſequentes ad ſolem depurati & per triplex filtrum cum punice vel pilis cervinis colati ſumantur.

℞. Succ. baccarum Alkekengi ℔ij. Succi limorum ℔j. Succi parietur. Naſturtii aquatici *an.* ℥viij. Succi baccarum maturarum caprifolii ℥vj. Succorum charephylli zaraxaci petroſelini, virgæ aureæ *an.* ℥v. In hâc quantitate ſuccorum mixtorum macera per biduum in Balneo Mariæ ſemin. Alkekengi & milii ſolis contuſorum *an.* ʒij. flore ericæ, Baccarum Ruſci & maturarum rub. Aſparagi contuſ. *an.* ʒjß. Seminum ſpatulæ fœtidæ & paliuri contuſ. *an.* ℥j. Hæc omnia contrita ante macerationem vino albo irrocentur, poſt eam fiat expreſſio & colatura, pro cujus ℥xvj. ſumantur Sacchari candi ℥viij. Chriſtalli mineralis, vel etiam nitri depuratiſſimi in chriſtallinæ ſtirias congelati ℥ij. miſc. & lenta coctura in vaſe vitreo vel argenteo, aut fictili, (ſaltem non eneo) fiat ſyrupus.

Potentior erit ſyrupus ſi addantur ʒvj. Chriſtallorum Tartari quadruplici diſſolutione in aceto diſtillato, & coagulatione dulceratorum ut artis eſt. Deſcribuntur hi chriſtalli pagina viª.

Vinum Medicatum, vel Hydromel. Diureticum.

℞. Baccarum Alkekengi ſucculentarum ℔iij. Baccarum Juniperi recentium ℔ij. Senellarum ℔i. Radicum ſiccarum petroſelini eryngii. Urinariæ Graminis Aſparag. Ruſci fœniculi *an.* ℔j. Semin. milii ſolis & Bardanæ ac Palineri *an.* ℔ß. Vini albi generoſi tenuis pintas Pariſienſes triginta. Aut tantundem hydromelitis communis ex parte una mellis & partibus octo Aquæ fiat infuſio aut fermentatio.

Cautio notanda.

N.B. Quoniam Diuretica longo uſu viis obſunt & partes fatigant operæ pretium eſt iis emollientia admiſcere, v. g. vino præſcripto Radicum Malvæ & Altheæ ſiccarum *an.* ℔ß.

Aqua Diuretica.

℞. Radicum Scolymi Anonidis Rubis tinctorum, Ruſci Graminis Aſparagi cum ſummitatibus Eryng. an. ʒiiij. Totorum petroſel. macedonici, dauci, apii. Bardanæ chamæpyt petroſelini vulgaris an *M iiij.* Argentinæ Saxifragiæ utriuſque Betonic. Urticæ chamæm. Virg. Auran. an. *M iij.* Tribuli tereſtris *M. v.* Siliquarum fabarum recentium ℔i. Baccar. Juniperi Aſparagi recent. Ruſci an. ℥iij. Semin. ſpatulæ fœtidæ ʒv. ſem. milii ſolis ℥iiß. Succorum Crithmi marini Raphani Lincon Aurant Limon. Aurant. acid Parietar. Naſturtii Berul. Baccarum Alkekengi & caprifolii maturarum fragorum Uvæ criſpæ, Mororum Rubi Idæi *an.* ℔iiij. Vini albi generoſi ℔xx. Omnia ut a. e. præparata macerentur in liquoribus. & fiat diſtillatio tingenda Geraſis nigris dulcibus ſiccatis, atque in eum uſum reſervatis, vel Ligno Nephritico, aut floribus Malvæ Roſ. aquilegiæ conſolidæ Regalis.

Cum ſpiritibus acidis evadet penetrantior & majorum virium.

Addito nitro & nonnunquam in rem pontem ſale chriſtallino fabarum, ericæ fraxini, inſigniter erit diuretica hæc aqua. Quoniam a. rerum ſuccorum magma erit admodum viſcidum ac turbidum, circá medium diſtillationis, fiat liquoris reſidui á fæcibus decantatio, magmatis per prelum expreſſio : cuicum decantatione mixtæ addatur aqua quæ prima exſtillarit, fiat in Balneo digeſtio per biduum, mox per chartam emporeticam filtratio, tandem diſtillatio aquæ aſſervandæ reſtante in fundo alembici extracto, adjuſtam conſiſtentiam coagulando cum additione ʒj. Chriſtalli mineralis, vel ʒß. ſalis fabarum pro quavis uncia.

Si ʒß. vel ℈ij. (plus minuſve pro ratione perſonæ) iſtius extracti in forma pilularum deglutiantur, ſuperhauſtis aquæ ℥iiij. potenter movebuntur Urinæ.

Alias ordinaria ſit hæc potio diuretica.

℞. Aquæ diureticæ ſimplicis ℥iij. Olei amygdal. dulc. recent. extracti ſine igne ℥iß. ſucci Limonum. Liquoris è Raphano *an.* ʒvj. Chriſtalli mineralis à ʒj. ad ʒij. miſc. fiat potio ſumenda in ſemicupio ex emollientibus parato.

Clyſteribus etiam utiliter admiſcebitur extractum. ℞. Enema communis emollientis & aperientis ℔i. Cathol. Bened. Lax. *an.* ʒvi. extracti diuretici ℥ß. Mell. Mercurial. ℥ij. Ol. de Scorpionib. Amygdal. dulc. *an.* ℥iß. Thereb. venetæ ʒv. miſc. fiat Enema injic. ante uſum ſemicupii.

Arenulas & Caſculum unà cum Urinis Pellentia.

Quidam epoto decocto radicis ononidis, & virgæ aureæ totius calculum magnum cito & utcunque facile ejecit.

℞. Cortic. rad. Ononidis. Pulveriſa ſubtiliſſimè, & ebibe cum vino albo.

℞. Aquæ vitæ optim. Olei Amygdal. dulc. *an.* ℥ij. miſc. & Jejuno ſtomacho bibe.

℞. Gummi Ceraſorum. In vino albo ſolutum bibe.

℞. Pulverem pellis Lucii piſcis, cum aqu. parietariæ & vino albo.

℞. Omnia genera lapidum, qui in capitibus piſcinum reperiuntur, ut Tiburonum, tere & cum vino bibe.

℞. Radic. enulæ pimpinell. Semin. Aniſ. & petroſel. Fœnicul. Gran. Junip. Semin. Saxifrag. alb. *an.* ℥ß. fiat pulvis ſubtiliſſimus, quo utaur æger cum vino calido mane, Jejuno ſtomacho, ſemper die ultimo pleniluni, i. uno die ante Novi-Lunium.

Raphani in ſalis cumulos & ſalinas projecti vel conſepulti, in igneam ſalſuginem totam maſſam reſolvi & liqueſcere cogunt; Tum ex toto corpore Raphanorum aquam exprime, quam cum vino albo & pulvere Therebentinæ uſtæ vel ad ſolem reficcatæ ebibe. Medela optima & probata.

℞. Interioris tunicæ ventriculi gallinarum interioris partis ligneæ Juglandium zeſt *an.* ʒß. fiat pulvis ſubtiliſſimus exhibendus ex vino albo.

Calculi ſimpliciſſima experimenta uſualia Kolreiitera.

Ducis Saxoniæ Medic.

MB.

Pulvis ſubluteus tenuiſſimus Spicarum plantæ quæ à noſtris pro Setagine Plinii habetur, communiter autem pro Muſco tereſtri ſerpente, & à lobelio in libro obſervationum Muſcus clavatus, Pes Leoninus vocatur. Hujus inquam Muſci Spicæ cum maturæ & flavæ ſunt concuſſæ mittunt pulverem ſubluteum, tenuiſſimum, cujus ʒß. vel ʒi in aqua petroſelini exhibita, pellit egregie ſabulum & arenulas ; item craſſam & tenacem pituitam.

Eundem effectum habet ſuccum radicum Helenii ʒj. vel ℥ß. cum pari quantitate vini albi hauſtus.

Item raſura tenuiſſima radicum ononidis infuſa per noctem in vino albo, & vinum tranſcolatum mane hauſtum.

Pulvis pellicularum interiorum ventriculi Gallinarum.

Nuclei ceraſorum frequenter cemeſti.

Radicis Eryngii frequentior uſus, calculum ita perfectè curat, ut in poſterum neque arenulas amplius mingant ægri.

MB.

Idem præſtat Emulſio nucleorum ceraſorum & granorum Peoniæ, excorticatorum, maxime in infantibus.

Pulvis Specif. ad Calcul.

Kolkenter cui ſimile remedium propoſitum aliquando ab Horatio Augenio.

℞. Aſellorum, vel mille pedum in locis humidis repertorum N° xv. aut plura paria. Lumbric. terreſt. Aqua Saxifragiæ & rad. angelic. ſylveſtr. ablutorum. N° viij. Cantharid. cum mucilagine tragacanth. præpar. N° v. Vermiculorum qui in hortis reperiuntur, coloris corallorum nigris punctis maculatorum, vino ſuffocatorum milio ſolis reſervatorum N° iij. His omnibus ſuperfunde malvatici tantum ut nonnihil ſuperemineat. Addatur & parum aceti diſtillati & eſſentiæ Vitrioli ſine corroſione præparatæ. Stent in infuſione per triduum. Tranſpolatus deinde liquor reſervetur ſeorſim. Reſidentia verò terreatur in furno, ut pulveriſari poſſit. Tenuiſſimè pulveriſatis adde corticum exteriorum radicis Ononidis ℥ß. Radic. filipendulæ, Armantiæ, Graminis, armorantiæ Rubi, altheæ *an.* ʒj. Liquiritiæ helenii, *an.* ʒij granorum pæoniæ excorticatorum, ſem. milii ſolis, Lapillorum cancrorum fluviatilium vivis exemptorum *an.* ℈j. Nucleorum meſpilorum Cicerum rubeorum nucleorum ceraſorum, *an.* ʒj. putaminum avellanarum longobardicarum ʒij Animarum halecum, i. corpuſculi illius argentei coloris, quod ſub ſpina halecis reperitur extenſum, ℈i. fiat ex his omnibus pulvis tenuiſſimus.

Si eſt remedium naturale aliquod ad calculum comminuendum, certò iſtud primum locum obtinet. Doſis eſt à ℈j. uſque ad ʒj. in aquis fragorum, pimpinellæ, capillorum veneris, vel ſucco Raphani armarantiæ, Helenii dulcorato ſaccharo clare facto.

Horatii Augenii remedium ex mille pedibus.

℞. Pulveris millepedum præparat. ʒj. Aquæ vitæ ℥ß. Juſculi Cicerum rubeorum ℥x. Capiat calidum horis v. ante prandium. Hoc remedium pro ægrorum natura & temperamento corrigendum.

Ducis Tuſciæ ſecretum.

Ad Calulum. ℞. Tartari vini albi pulveriſati ℔v. penicillo intincto in vino Malvatico vel Hiſpanico agitetur, gumecteturque ; mox fiat diſtillatio in vitro quinquies cohobando, ſervetur hic liquor in ampulla probè obturata. ℞. lauhietti d'harenghi ſalati q. v. infundantur in vino malvatico per 45 dies, mutato vino ſingulis xv diebus, mox ſiccentur ad ſolem optimè fiat pulvis ſervandus.

Uſus urgente dolore. ℞. Hujus pulveris ʒj. Aquæ cichorii ℥vj. Liquoris prædicti ʒj. ſumat jejuno ſtomacho. Intra horæ ſpatium mira videbis.

Ad Calculum in Veſica.

Matthiol. Decoctum ericæ tepidum mane & veſperi per xxx dies ſumptum ad ℥v. tribus horis ante cibum.

Poſt quod Balneum è decocto ejuſd. plantæ & in balneo inſeſſus ſuprà ſacculum foliolis, tenellis ſummitatibus, ac floribus ericæ farctum. At multo melius injectio è lixivio cinerum ericæ, per ſyphonem in veſicam; quod tanta vi pollet ut ſi in veſica ſuilla affundatur ejuſmodi liquor ſilici, eum comminuat illæſa veſicâ. Vide.

Modus quo ſe curatum fuiſſe aſſeruit mihi D. Ottonaius *Medicus Florentinus, ex calculo veſicæ, eo per urinam ejecto.*

Florentiæ anno 1599.

Manè ʒj. Lapidis Judaici vel Gagatis per menſem.

Vel guttæ ij. Olei è Scorpionibus Matthioli in Aqu. Herniar. vel Ononidis.

Injectio è lixivio ſcoparum fœminarum, i. Ericæ, bis in hebdomade.

Aquæ Lucenſes vel ſimiles Spadenſes, Puguenſes, Saurbrun, nitroſæ & Vitriolatæ omnes, quia ope ſalium vias urinarias everrunt, & arenoſam educunt ſaburram.

Pulvis Specificus ad Calculum Ren. & Veſicæ.

Roturund.

℞. Radicum pimpinellæ Saxifragiæ ℥ij. Granorum fuſani, i. Lardariæ ſive evonymi ℥ij. Semin. petroſelini ʒij. Lapidi cancrorum fluviatilium ℥ij. granorum milii ſolis Nº xxxx. coralli rubri ʒj. Omnia probè ſiccata pulveriſentur in mortario æneo in Alkool, mitte per ſetaceum.

Puto meliores fore ſi vivis extrahantur.

Ad Arenulas. Per triduum, & ultimis tribus Lunæ deficientis diebus ſumatur doſis dicenda, continuando ſi dolor urgeat, per tres aut quatuor menſes. Mox per annum aut biennium ſemel ſingulis menſibus ut 28 aut 29 Lunæ die. Uſus quantumvis continuus innoxius.

Ad Calculum. Per triginta dies aut amplius ſumat continuò æger, donec nulli lapilli aut arenulæ in urinâ appareant, atque hoc tempore ſemel aut bis in ſeptimana ingrediatur Balneum cui incoxerint Rapa craſſiora in taleolas ſecta, & malvæ, ut molleſcant & lubricentur viæ, pateatque facillimus lapidi exitus, & deſcenſus: ſumatur è cochleari cum vino albo generoſiſſimo, vel juſculo pulli aut vervecis. Deinde colluatur os, deglutiendo collutionem, nequid de pulvere perdatur.

Doſis pro Viro à 30 granis ad 40.

Pro Muliere á 25 ad 30.

Pro puero *viij* vel x. annorum tantundem. Unius anni, gran. iij. Duorum vel trium annorum vj. vel vij grana. Quinque vel vi. annorum xij. Septem vel viij annorum xx gran. &c.

Pulvis Lithontripticus Major.

℞. Radicum altheæ & Glycyrrhizæ *an.* ℥ij. Rad. Ononidis exter. i. corticis Saxifrag. bulboſæ albæ, filipendulæ *an.* ℥j. fol. Herniar. Virgæ aureæ nucleorum Meſpilorum, Linguæ avis *an.* ℥jß. Glandium quercus, Seminum Aquilegiæ, milij ſolis, Evonymi, Alkekengi, Violarum, Ocymy ſpatulæ fœtidæ, paliuri, Oculorum cancri præparat. *an.* ʒx. Liquoſæ partis interioris juglandium, Interioris tunicæ ventriculi gallinarum *an.* ʒvj. Grillorum clybani, Milleped. Vermium tereſtrium Animarum Galecum in malvatico præparat. *an.* ℥ß. Lapid. Judaici præpar. Lapid. tiburonum *an.* ʒx. Gagatis, Succini præpar. *an.* ʒv. chriſtalli præparati ℥ijß. miſc. fiat pulvis ut Alkool, ſervandus per ſe in ampulla optimè obturata: vel excipiendus triplo ſyrup. de Althea & nephrocathart. in equal. proportione mixtorum, ut fiat Electuarium inſtar Opiat. utend. poſt fermentationem.

Zeſt·

Doſis pulveris à ℈j. ad ʒj. ex vino albo, aut aquis ſaxifrag. pimpinell. argentin. fragorum, parietariæ. Succo Raphani, aliiſque liquoribus convenientibus.

Pulvis Lithontripticus Minor.

℞. Radicum Altheæ & Glycyrrhizæ recent. *an.* ℥jß. Virgæ aur. ℥iij. Radic. Ononidis Linguæ avis *an.* ℥j. nucl. meſpilor. ʒj. Semin. aquileg. ocymi, milii ſolis, Alkekengi Spatul. fœtid. *an.* ʒvj. Semin. viol. martiarum ʒx. Oculorum cancri præpar. cum ſpiritu vitrioli & ſpiritu vini. Lapidis tiburonum, chriſtalli rupis præparati *an.* ℥ij. Grillorum præparatorum cum Malvatico ℥j. miſc. fiat pulvis ut Alkool, & ſi velis cum triplo ſyruporum prædictorum Opiata. Doſis à ℈j. ad ʒj pulveris vid. Opiatæ autem à ʒj. ʒij & iij. pro adultis.

Herniariæ.

Caprifol.

Off. meſpil. per ſe ex vino albo ſunt optima.

Cicadæ veræ quæ in regionibus calidis inveniuntur, ſunt grillis præſtantiores.

℞. Glycyrrhiz. recent. ʒvj. virgæ aureæ, Herniar. Oſſium meſpilorum *an.* ℥j. ſemin. milii ſolis, Alkekengi, aquilegiæ *an.* ʒiij. Oculorum cancri præparat. in magiſterium (vide de eorum uſtione cum nitro) chriſtalli rupis præpar. *an.* ℥ß. miſc. fiat Alkool. Doſis ʒj.

Magiſt. Ocul. Cancri, diſſolvantur in ∴. diſſolutio agatur per chartam, fiat cum oleo ſulphuris aut ⊕li præcipitatio. Liquor à pulvere albiſſimo ſeparetur per chartam. Pulvis non totus eſt acidulus gratiſſimi ſaporis.

Chriſtallus extinguatur candens ſœpius in aqua urticæ, & redigatur in Alkool. *Aiunt* chriſtallum cum ſale Tartari fuſum totum in Aquam diſſolvi, quæ utiliter datur ad urinas potentiſſimè movendas.

Serreius.

Fit maſſa inſtar ſalis armoniali, quæ in cella ſolvatur per deliquium.

De Nuce Vomica. Ex Saxionia vir quidam doctus ad me ſcri-

Joachimus Camerarius.

ſcribit in peſte ibidem magno ſucceſſu xhiberi nucis vomicæ vulgaris ℈i. vel duos quoque, atque inde ſine moleſtia ſudorem moveri, Atque etiam alvum reddi lubricam. Vomitum concitare perniciosum falſum eſſe ſcio, & hîc quidam civis quoties in balneum ſecontulit non exiguam illius doſin in vino ſumpſit ſudoris eliciendi cauſa. Atque affirmavit patrem ſuum hoc remedio ad extremam ſenectutem ſe á multis morbis tutum reddidiſſe. Fælibus tamen & canibus præſens venenum eſſe experientia teſtatur.

Antidotarium Auguſtan. in Elect. de ovo.

Idrotica Diaphoretica.

Aqua Sudorifica.

℞. Aquarum ſtillatitiarum poſt longam putrefactionem extractarum, ter quater-ve ſuper novis herbis cohobatarum, Valerianiæ majoris Scordii, linguæ avis, i. floris fraxini, Cardui Bened. Ulmariæ *an.* ℔j. Aquæ Cornu Cervi mollis, ac recenter redivivi ℔ij. Spirituum Guaiaci, Ligni Rhodii. Tartari an. ʒviij. Spiritus iſti ex propriis cineribus vel Cornu Cervi ad albedinem uſto bis ter-ve rectificentur, calcinando poſt ſingulas diſtillationes cineres, & tum demum cum aquis miſceantur. Mixtis omnibus adde Salis puriſſimi Guaiaci Cardui Benedicti Juniperi *an* ℥ß. Diaphoretici antimonii cum vel ſine nitro fixati ℥ij. Miſc. digerantur ſimul in Balneo vel arena per quatriduum, adde fiat decantatio, vel etiam ſi lubet aquæ relinquatur ſuper pulvere, cujus ſubſtantia eſt ſummarum virium.

Doſis ab ℥j. ad ℥ij. per ſe aut cum decocto vel liquore conveniente. Ut in lue Venerea. ℞. Decocti antiſiphillici aquæ idroticæ *an.* ʒij. miſc. In Peſte aut alio affectu congenere. ℞. Aquæ Theriacalis & peſtilentialis *an.* ʒiß. Aqu. ſudorific. ℥ij. Electuarii de ovo Mineralis ʒi. miſc. fiat potio, primis diebus repetenda octava quaque hora.

N. B. Aqua iſta retinenda eſt ut optima, & efficaciſſima, licet ſequentes adſcribere placuerit ad varietatem.

Aqua Cardiaca Sudorific.

℞. Radicum Scorzoneræ Gentian. Enul. Carlin. Pentaphylli Tormentill. Cypri Ariſtoloch. utriuſque *an.* ʒiiij. Zedoar. ℥iij. putamin. nucum virid. ℔i. foliorium citri aurantiorum Lauri ocymi Scordii *an.* *M iiij.* corticis exterioris citri & aurantiorum *an.* ʒx. Baccarum Juniperi recentium ʒviij. Baccarum Heder. maturarum ℥xij. Succorum clarificatorum per ebullitionem medicam, & filtrationem Valerian. majoris Ulmar. Scabioſ. Calendul. Cardui Benedic *an.* ℔iij. Vini albi Rhenani aqu. pluv. vel Roris majalis *an.* ℔x. aceti albi ℔v. mixta omnia macerentur per quatriduum in fimo equino, mox fiat diſtillatio ad medias in cineribus, deinde reſidui colatura, & magmatis fortis expreſſio, ac calcinatio ad albedinem. Liquor expreſſus coletur per triplex filtrum, & diſtilletur donec reſtet *Extractum Cardiacum* ſeorſim ab aqua aſſervandum, cui ſale magmate addatur ad conſervationem & virtutis augmentum.

Petaſitis.

Aqua Idrotica. ℞. Aquæ Cardiacæ mox deſcriptæ ℔iij. Acidi Guaiaci rectificati ℔j. Acidi Tartari rectificati ℔ß. miſc. rectificentur ſimul. Rectificatis adde diaphoretici antimonii vulgaris, cum vel ſine nitro parati ℥ij. ʒvj. Cornu cervi ad albedinem uſti ʒiij. miſc. digerantur ſimul per octiduum in arena, & fiat per chartam bibulam colatura. Doſis ab ℥j. ad ʒij. & ʒiiij. per ſe vel cum aquâ Theriacali aut decocto conveniente.

In febre ardente maligna. ℞. Aquæ Sudorific. ℥ij. Aqu. Trifolii acetoſi vel potius ſucci ℥iij. Syrupi de Limonibus recenter parati, aut ſucci tantillo Sacchari ſine coctura dulcorati ℥j. Lapid. bezahar gr. vij. vel radic. Contrayervæ ℈j. aut ʒß. miſc. Idem valebit in variolis & morbillis.

Aqua Sudorifica. MB.

Serreius.

℞. Antimonii crudi triti ut Alkool ℥j. Salis Tartari Chriſtallini ʒvj. Miſceantur optimè & in humido per aliquot dies ſinantur, agitentur denuò & ſiccentur. Labor bis ter-ve imò ſœpius repetatur. Tandem pulverem ſiccatum, & optimè tritum in ovo philoſophico in arena ſepulto, vel ſi lubet in reverberio clauſo fove calore ſicco per dies ſex, ultimo die dando ignem quarti gradus, ita ut obſcurè candeant omnia. Materia rubicundiſſima teratur optime, & in triplici phiala cum ſpiritu vini extrahatur, donec ſpiritus rubini inſtar tingatur. Doſis á guttis *x* ad *xx*. ex liquore conveniente ut vino, Aqua Cardui Benedicti. Theriacali, vel alia.

Potenter movet ſudores. Inſigne ad variolas remedium, quas ſtatim ad habitum propellit.

Bezahar Minerale Diaphoreticum.

Hartmannus.

℞. Olei antimonii ex æquis partibus ejus crudi, & ☿. ſublimati parati (malim tamen, & feci ex Regulo) ʒiiij. huic quantitati in vitro amplo, guttatim affunde. Spiritus nitri ſive Salis Petræ ʒiiij. Excitabuntur magnæ turbæ: Cave à fumo: Poſtquam tumultus reſederit, & facta fuerit ſolutio, ponantur omnia in alembicum parvum, aut retortam optimè lutat. Cum recipiente, clauſis juncturis, pellatur ſpiritus, qui tranſibit rubicundus; perfecta diſtillatione teratur pulvis remanens in alembico, cui affunde ſpiritum Nitri qui jam diſtillavit, & novi ſpiritus ʒij. fac ut prius. Tertio pulveri rurſus trito affunde ſpiritumque tranſiit, & recentis ℥ij. procede ut prius. In prima diſtillatione fixabuntur ʒij. in ſecunda ℥iij. in tertia ʒiiij.

Pulverem ſume, & in teſta ſub fornice fulminatorio da ignem ſummum per horas 14, continuò movendo rudicula ferrea. Ita albeſcet pulvis. Eum tere ſuper puro porphyrite, conjice in alembicum, & adde ſatis magnam quantitatem optimi Spiritus Vini; diſtilla per Balneum. Adde novum: diſtilla iterum, & ſic tertiò procede.

Spiritus Nitri fit ex Nitri puriſſimi ℔i. Teſtarum non coctarum ℔iij. miſc. in pulvere, vel fac globulos. Pelle per retortam optimè lutatam, igne forti, ſenſim aucto per gradus. Intra *viij* vel *xij* horas habebis ſpiritum.

Expertus ſum ſæpius.

Doſis à gran. *iiij*. ad *vij* & *x*. Potenter movet ſudores, non ſiccat aut calefaciturpus ultrà modum, non excitat ſitim: ſed Os humidum ab operatione remanet.

De hoc ita Hartmannus. Valet in quibuſlibet morbis ex veneno prodeuntibus. In Eryſipelate capitis vel cæterorum membrorum nihil mihi promptius; Propino in liquore convenienti. Interdum etiam exhibeo cum Theriaca, gran. *viij*. vel x. tantum ad incorporationem. Hujus uſus planè ſingularis & mirabilis eſt in malis penè omnibus; In primis verò in Peſte, febribus malignis, aliiſque affectibus conſimilibus.

Liber imperatoris. *Webs.*

Item, ℞. ♆. & ♁. *an.* extrahatur per retortam gummi ut a. e. ter rectificata, dulcora, & ſicca pulverem album. De quo cape partem unam, Salis petræ puriſſimi partes duas, pellantur igne vivo per ſex horas, tunc dulcocentur lotione multiplici. Hujus pulveris gr. *vi*. in Theriaca vel Mithridatio ſumpta purgabunt tantum per ſudores. Detur in quovis Cardiaco. Sed pro delicatis ſatiùs erit deſuper incendere novem vel decem vicibus optimum ſpiritum vini in vaſe argenteo. Ita n. faciliùs operabitur per ſudores ad granas ſex.

Nota.

NB. Si vires amiſerit, & evanidus evaſerit pulvis, iterum incendatur deſuper ſpiritus vini, & recuberabit priſtinam virtutem.

Diaphoreticum Ralegh.

Holien qui fuit cum Ralleo.

℞. Mercurii ſublimati ℔i. Antimonii crudi (experire cum Regulo) ℔ij. terantur ſimul diutiſſimè in marmore, donec fumus prodire incipiat, Tunc ponantur in ſcutella vitrea, in cellam ſubteraneam, atque ita intra *xv* dies materia evadet inſtar Butyri. Hoc butyrum ponatur in alembicum, & fiat diſtillatio donec nihil amplius prodeat. Augeatur ignis donec appareat albedo quædam, ſublimata in ſuperiorem partem alembici. Tunc ceſſa, & ſine ut vaſa refrigerentur. Invenies in circumferentia alembici materiam albam, quæ ſeorſim reſervetur. Magna autem in fundo reſidens dividatur in duas partes æquales. Hujus cape partem dividiam, totum ſublimatum, ſive totum id quod in ſuperiori parte alembici repertum & collectum fuerit, miſceantur & ponantur in alembicum, iiſque affundatur Aqua, quæ in primâ diſtillatione aſcenderit. Pelle donec nihil amplius ſtillet, vas refrigeretur. Magma cum eo quod ſublimatum fuerit, teratur in vaſe ſeu mortario vitreo, atque hiſ in alembico affundatur aqua: pellatur, & repetatur hic labor ad *viij* vices. Ultima autem vice detur. Ignis magnus, ut fiat exacta Sublimatio. Tunc poſtquàm vaſa refrixerint colligatur id tantum ſublimatum fuerit circa Alembicum. Teratur in marmore, atque in parvo ſublimatorio ad xxx vel xxxx vices per ſe ſublimetur ſingulis vicibus pulveriſando. Quò ſœpùs eò meliùs. Ultima vice reducatur in

Alkool, atque in vaſe aureo, vel argenteo de aurato ei affundatur optimus vini ſpiritus, & incendatur, reiterando ad plurimas vices, per *viij* vel ix horas. Tandem ſiccetur pulvis & ſervetur ad uſum. Doſis uſque ad gr. xij pro robuſto Homine. Hoc remedium D° *Ralleo*, eſt fere Panchreſton ad omnes qui morbos, præſertim verò ad Luem Veneream, Arthritidem, Scrofulas, variolas, Peſtem, febres malignas, & omnes Morbos cutaneos. Potenter movet ſudores.

MB. Magnificum hujus effectum vidi in juvene Cornuallis admodum cacochymo, cum ab aperto empyemate fiſtulam haberet & pene incurabilis haberetur, ſepties accepto remedio copioſis motis ſudoribus perfectiſſime convaluit, intra x aut xv; dies. Vel prima aſſumptione coepit materia purulenta minui tertia Plane evanuit.

Diaphoreticum ♁ *Vulgare.*

℞. Antomonii. Salis petræ an. partes æquales, pulveriſentur ſubtiliſſimè & miſceantur exactè, adde paulatim immittantur in x candens, amplum, madefaciendo leviter materiam ne tam cito 🜕. avolet; Poſtquám totam materiam immiſeris per partes, da ignem ſummum per tres vel quatuor horas, fiat hepar. x. cum materia projice in peluim aqua frigida plenam; materiam á Chriſtallo ſepara, ſicca, tere, & cum æquali 🜕. pondere eam pone in aliud x. ilicò ubi mana ignem ſentire ſive calefidei incipiet fiet levis ſtridor, & in inſtanti albeſcet, relinquatur in igne per quatuor horas. Ablutus & illotus pulvis idem facit.

Doſis à ʒj. ad ʒß. & ʒij.

Si pulvis iſte in Oleo Tartari infundatur per quatuor vel quinque dies, mox ſeparetur oleum per Inclinationem, pulvis vero blandè ſiccetur, ut ad ſolem, decem grana ſufficient.

Quercetan. ℞. 🜕. & ♁. an. pone in x fiat ignis rotæ, accendendo carbones extrinſecus, ut ſenſim in x incaleſcat & materia aſcendatur. Hanc refrigeratis vaſis exime, & ablutione aquæ bullientis (quod notandum) dulcora, ſicca, tere denuò, cum 🜕 an. & fac ut prius, obſervando ut in lotione aqua ſemper bulliat. Siccum pulverem pone in chriſtallum cui alterum ſuperlutato; ſi multum habes pulveris pone in pluribus chriſtallis parvis, quæ ſepeliantur in arena, & per 24 horas, detur ignis validus cum pigro Henrico. Sequenti die detur Ignis ſub & ſuper, cooperta prunis arena. Tertio die detur ſummus gradus. Servetur.

Froment. ℞. ♁. 🜕. an. partes æquales pulveriſa. Incende in vaſe lato ex luto crucibulorum, idque in frigido, prima operatio facit hepar, de quo ſepara quod volueris ad Vomitorium. Reliquum tere cum æquali portione nitri. Incende in frigido, fiet maſſa, aliquando griſea, aliquando alba, purgans. Separa portionem reſiduum incende denuò cum novo nitro, *an*. albeſcet & fiet Diaphoreticum.

Peſtis.

MB. Pars infima in prima præparatione hepatis optima, quæ ablutione non indiget, quæ ablutio in cæteris requiritur.

Experimentum in Peſte. Intra duodecimum horas primo detur vomitivum ad granas x infuſ. in vino. Poſt quatuor horas detur laxativum *gr.* ad xxv. uſque ad xxx. Tandem poſt quatuor horas ſudorificum ad ʒi.

Lues Venerea.

In Lue Venerea. ℞. Secundæ præparationis ℈j. ☿. Calomel. gr. x.

gr. x. miſc. fiat doſis. Purgat ter aut quater, aliquando per vomitum, ſed rariſſimè & ferè nunquam. Secunda vice parum aut imbeciliter purgat, & tunc ſenſim augenda doſis. In quodam ab hâc dicta doſi pervenit uſque ad gr. 60, ſive ʒj. juxta proportionem dictam. Ille lue venerea laborans & puſtulis tectus quotidie aſſumpſit per dies xv. intepoſito aliquando vomitorio dicto ex croco. Convaluit, bibebat Aq. Drum. Guaiaci cum Glycyrrhiza. Sine recidiva.

Enchartre Consumption.

In Pueris tabidis, macilentis, quibus eſt admodum tenſum abdomen, *Liendurus*. Purgentur ʒvj. ſyrup. de cichorio compoſit cum Rheo, & infuſo ʒj. Senæ.

℞. ☿ Calomel. gr. *iiij.* ♁ Diaphoretici, *gr. vi.* miſc. detur cum conſerva, pomo, butyro, in Pane extenſo. Saccharo. Ter aut quater purgantur, ejiciunt viridia, viſcida, rarò vomunt. Alternis diebus exhibeatur per *iiij.* aut *v.* vices.

Die intermiſſionis ℈j. ʒß. Cremoris Tartari in juſculo, cui tribuebat purgationem diei ſequentis. Nonnunquam tincturas pro potu.

Troigny.

Vocabat Bezoar album. Plurimos optimè reſtituit, qui perfectiſſimè convaluerunt.

Flores ♁ *fixi.* Extrahantur in triplici vaſe per latus locato ut artis eſt, dein. vaſe optimè clauſo, vel duobus crucibulis invicem allutatis ſine additione fixentur in reverberio clauſo per *xv.* aut xx dies. Sunt albiſſimi, in lamina fixi bonæ operationis. Injectus in laminam candentem pulvis inſtar nivis albicans, ilicò flaveſcit ſine fumo.

MB. Olivier Reginæ Muſicus in febre ardente cum omnibus lethalibus ſignis, & ſumma malignitate, circa diem morbi 13. ſumpſit Bolum Cardiacum ex Elect. Viperino, Radice Contrayerva, Bezoar, & ℈j. iſtorum florum. Sudavit copioſiſſimè, neque per triduum ferè, potuit ſiſti ſudri. Rebus jam deſperatis præter omnium ſpem convaluit.

Diaphoreticum Jovis.

Sic eſt optimum.

℞. Mercurii ſublimati, ♃. per paleam calcinati ut a. e. ana. partes æquales miſceantur optimè, ponantur in retortam, optimo, luto munitam, in reverberio clauſo detur ignis per gradus appoſſito amplo recipiente. Primo exit fumus albus cum violentia, deinde aqua limpida ſtillat, tandem cum Mercurio crudo aſcendit pinguendo inſtar ſulphuris fuſi, griſea, quæ partim adhæret collo vaſis, partim decidit in vas recipiens. Colligatur & quàm citiſſimè, aqua pluvia calente abluatur, & dulcoretur. Pulvis griſeus eſt, ſtanuum maximopere ſapiens & olens, Doſis á grano uno ad *iij.* & *iiij.*

Fit præcipitatio ut in Mercurio vitæ.

Expertus ſum cum regulo parato ex ♁ & ♃. ſed nihil exit.

MB. Magnum ſudorificum & tutum. Exp.

Poteſt etiam ſumi duplum ſublimati ad Jovem, ita n. fiet ut plures ſpiritus acidi, majorem quantitatem ♃. ſolvant, & ſic habeas plus pulveris.

Sic Experire. ℞. ♃. calcina cum duplo ſpiritus nitri vel aquæ fortis communis. Pulverem album ad ſummum dulcorara. Hunc cum duplo ſublimati urge per retortam.

Vel. ℞. Hujus pulveris ℥iiij. Reguli Antimonii ʒij. ſublimati duplum, miſc. pelle per retortam præcipita.

Vel. Loco iſtius pulveris ſume Flores Jovis, & procede ut prius cum vel ſine Regulo.

Præcipitat. ♃. Diaphoret.

Turnerus. Turbith Diaphoreticum.

℞. ☿ii crudi ac puri, ut ex ♋. revivificati, vel ejus qui in parando oleo ♄ exſtillat ʒij. Aquæ Fortis vulgaris ℥vj. diſſolve, facta diſſolutione adde ſenſim in vaſe amplo limaturæ ♃. finiſſimæ ℥j. fiet ſtrepitus, & tandem præcipitabitur pulvis albus, ſœpiſſime reiterata ablutione ad ſummum dulcorandus. Hunc pulverem cape, & in concha aurea, quæ natet in aqua frigida (Paracelſus vult in aceto) incendatur deſuper ſpiritus vini puriſſimus per 24 horas, continuò, rareſcit materia, & tandem ignem concipit inſtar carbonum, tandem fit pulvis ſubgriſeus, cujus gr. x. potenter movent ſudores.

Sic ab alio. ℞. ☿. & ♃. *an.* ℥iiij. fiat amalgama, & diſſolv. in ℔j. Aquæ Stigiæ ſuper cineribus calidis, quod diſſolutum fuerit diſtilletur, & bis vel ter cohobetur. Materia abluatur, & rubefiat ut ſcis. Teratur in marmore hic pulvis, qui ponatur in ſcutellam argenteam, quæ natet ad ſummum uſque in alia plena aceto fortiſſimo. Affundatur pulveri optima Aqua vitæ i. ſpiritus vini, ita ut duobus digitis ſupernatet. Incendatur, & conſumi ſinatur, reaffundatur & incendatur, toties reiterando donec pulvis abeat in oleum ſpiſſum & craſſum. Doſis gr. i. cum optimo vino tegatur æger & ſummus prodibit ſudor.

Oleum ♃. Mercuriale Diaphoreticum.

Fiat Amalgama ex partibus tribus ☿. & parte una ♃. diſſolve in Aqua Forti præcipita per aquam ſalſam ut a e. ablue ad dulcedinem, ſicca. Tere cum æquis partibus ſacchari, cui affunde optime ſpiritum vini incende, & agita materiam rudicula argentea donec ignis extinguatur. Affunde novum ſpiritum vini & fac ut ſupra, toties reiterando donec tua materia acquirat conſiſtentiam olei flavi. In quod convertetur præcipitatum tuum. Doſis gutt. ij. cum pauco vino tepido manè.

Piotiere.

Mirè movet ſudores. Summum remedium ad Hydropem, Paralyſin Luem Veneream.

Flores Jovis.

℞. ♃. ſubtiliter limati, vel in ſcutella lignea creta obducta in pulverem ſecundum artem redacti ; ⦶. an. partes æquales ponantur in ollis fictilibus invicem ſuperlutatis, ita ut ſint vi. vel viij. detur ignis rotæ ſenſim admovendo, intra paucas horas fiet cum ſtrepitu ſublimatio florum albiſſimorum , qui abluendi ſunt à ſale ne ad aerem humectentur.

De ♃. ad Diaphoretieum.

℞. ♃. In Aqua Forti diſſolut. longa ablutione dulcorat. ad *iij.*

aut *iiij* grana perhibetur eſſe diaphoreticus.

Explora num flores poſt ablutionem ſint ſudorifici, vel etiam ſine ea ratione ⦶ adjuncti.

Bucker. Si limatura Jovis infundatur in vino albo, & propinetur colatura, ſudores movet. Utiliter hæc infuſio addetur decoctis ſudorificis ad Luem Veneream. Vel admiſcebitur Antiſiphillicis, & omnium fiet Infuſio in vino albo.

Vide num ante infuſionem limatura poſſit utiliter irrocari ſpiritibus vitrioli aut ſulphuris, vel an vino albo utiliter poſſint addi acida, ſuccus limonum, Spiritus Tartari, Junip. Guaiaci, &c.

Mercurius Diaphoreticus.

Holten: expert. ℞. Olei ⊕ rectificatiſſimi partes duas, Mercurii puriſſimi partem unam. Calcina, adde exime ex cineribus calidis in quibus locanda ex boccia cum alembico, Evapora oleum in crucibulo, & fac ut candeat pulvis per horas quadrantes, vel paulò plus. Ablue ad dulcedinem & ſic habebis Turbith minerale. Ut verò facias Diaphoreticum non eſt neceſſe ut abluas, ſed ℞. octuplum nitri depuratiſſimi, miſce cum parte una Turpethi non loti, extende in patina fictili lata ut melius incendatur. Injice carbonem, & fac ut ⦶ penitus comburatur. Tandem ablue ad dulcedinem, fiet pulvis griſeus inſtar cineris. Doſis à gr. viij. ad xx. communis doſis eſt gr. xv.

Uſus. Poteſt ſœpius conſequenter exhiberi ad *v.* & *vj* vices, ſine Salivatione, necunquam meminit ſe vidiſſe. Potentiſſime movet ſudores. Ad luem Veneream ſingulare. In Hypoſarcha ſœpius bene fecit, præſertim ſub finem & viam ſtravit Catharticis.

Miſcetur nonnunquam cum Diaphoretico Antimonii.

Sal Mercurii Diaphoret.

Liber Imperati. MB. ℞. Mercurii ſœpius præcipitati & revivificati in aqua calida quantum volueris, huic affunde aceti diſtillati q. ſ. ut ſupernatet 4 digitis. Bulliat in vitro clauſo per quatuor horas in B. filtra acetum, & ſerva. Iteretur ebullitio cum novo aceto, quoties opus fuerit, & filtratio. Solutiones jungantur, & fiat exhalatio in B. Reſtavit in fundo vitri ſubſtantia inſtar granorum ſalis. Huic affunde aquam pluviam diſtillatam, claude vas, digere per dimidium diem, cela, facta reſidentia quod clarum fuerit decanta, exhala in balneo reſtabit ſuſtantia puriſſima inſtar ſalis chriſtallini. Siccetur optimè, & dividatur in duas partes; Alteri affundatur Spiritus Vini, fiat digeſtio in Balneo per 8 vel 10 dies. Diſtilla per parvam retortam in cineribus, cum longo ſatis recipiente, primò aſcendet ſpiritus vini, deinde Spiritus Mercurii. Nihilque remanebit in fundo retortæ, præter reſidentiam paucam nigerrimam & leviſſimam. Ne aperias vas recipiens donec planè reſederint omnia, quod fiet intra 24 horas. Nam chriſtallinus Mercurii Spiritus adhæret lateribus vaſis, nec poteſt ſeparari niſi poſt xij horas. Aperto recipiente evocetur liquor leniſſimo Balnei calore. Spiritus Vini exibit. Mercurialis autem ſubſtantia remanebit in fundo limpida inſtar ſpiritus Terebinthinæ, eritque coloris cinerei. Hunc liquorem pone in parvulum vitrum ad lentum calorem atque huic adde id pondus maſſæ prius reſervatæ ſubtiliter pulveriſatæ, quod poterit in liquore diſſolvi. Coaguletur in maſſam. Claudatur optimè vas, & coquatur in cineribus à primo gradu ad ultimum, fiet tandem maſſa rubra omnis acrimoniæ expers, quæ inſtar ſalis in omni liquore diſſolvetur. Summarum virium in omnibus ſymptomatis luis Venerea, & in Podagra.

Uſus. Exhibeatur granum unum, adverſus leipopſychiam. In liquore Guaiaci diſtillato, adverſus luem veneream. In aqua meliſſæ adverſus cardiacam paſſionem. In Aqua Cardui ad peſtem, intra xii dies ſi quotidiè ſumatur perfectè curat luem Veneream, & Leproſa ſymptomata. Eo tempore patiens abſtineat ab aere, maneat in conclavi clauſo, fugiat omnem repletionem. Nihil bibat præter Julapium ex Vino Aqua & Saccharo. Perfectè curabitur.

Operatur vel per ſudores. In quibuſdam per ſedes. In aliis per urinas. In nemine per vomitum.

De Valeriana.

W. Ralegh.

Pulvis radicis Valerianæ majoris exhibitus ad ʒj. ex Aqua Cardui vel ulmariæ movet ſudores.

Diodati expert.

Succus Valerianæ majoris, cum hauſtu poſſeti Anglicani mirificè ſudores provocat. Poteſt poſſetum parari cum Valeriana, deinde etiam addi ſuccus.

Matthias.

Aqua allii Urſini ſœpius ſuper nova planta cohobata mirificè redolet allium & eſt ſudorifica. Cum hâc poſſunt dari Idrotica præſcripta.

Myreus, Certo experient.

Cornu Cervi ad albedinem calcinatum infuſum in liquoribus convenientibus eſt ſudorificum.

Milii decoctum adeo potens eſt ſudorificum; ut omnibus aliis irritis nunquam fallaci eventu tutiſſimè operetur. ℞. Hujus ℥iiij. fiat decoctio in Aqua. Colatura ſit pro una doſi.

Caput Vacuantia. Errhina. Caput purgan. Pituitam Liquantia.

1. ℞. *Aeris uſti* ſubtiliſſimè pulveriſati ʒj. aut ſi velis medicamentum fortiùs ʒij. vini albi tenuis & generoſi, ℔ij. miſce fiat ebullitio levis, deinde colatura, attrahenda per nares ore aqua pleno, Ne diu contineatur in naſo, Pituitam multam vacuat. Poteſt huic vino virtut. æris uſti imprægnato addi ſuccus Betæ, iridis, Anagælidis purpurea, radicum cyclaminis, Cucumeris ſylveſtris, Ellebori albi & nigri, &c.

Myreus.

Sic ego.

℞. Euphorbii, gr. xij. virid. æris, gr. x. Succini præpar. ʒj. magnetis optimi lapidis hæmatatitis lævigat in Alkool, an. ℈iiij. Aqua majoran. ℥iiij. Infund. per ſui 24. ſuper

2. *Potentiſſimum* quod cerebrum mirabiliter purgat, & aquas ac Pituitam copioſiſſime educit. Expertiſſimum.

℞. *Aquæ Majoranæ* ℥iiij. ſuccini præparati ʒj. Euphorbii gr. xij. magnetis, lapidis hæmatitis *an.* ℥ß. Viridis æris gr. x. miſc.

cinerib. calid. vel ſi res urgeat, fiat tres aut quatuor ebullitiones, fiat colatura per chartam ad uſum.

miſc. digerantur in cineribus & fiat colatura. *Modus utendi* eſt attrahendo naribus facie prona, cum inſtrumento tali, ex vitro, cujus loco poterit ſumi pes fractus vitri quo vulgò utuntur ad cereviſiam.

NB. *Quid ſi iſtis liquoribus* addantur flores benzoin qui mirabiliter cerebrum movent & caput purgant?

Non abſurde huc referetur Medicamentum ſpecificum ad omnem Amentiam, quod ab authore, dicetur.

A Quercet.

Elleboriſmus Michelii. NB. Purgentur prius ægri mente capti, & fallantur vino ſtybiato, vel alio purgante non ingrati ſaporis. Purgatio autem ut præcedat neceſſe eſt, ne ſubitanea colliquatio inducat ſuffocationem.

Tunc per biduum aut triduum exhibeatur decoctum Anagallidis purpureum florem gerentis, atque hâc plantâ utatur æger in Julculis, deinde parentur ſequentes ſacculi.

℞. *Radicum Ellebori nigri* ℥iiij. baccarum lauri ℔j. Anagallidis purpur. *M ij.* miſc. repleantur iſtis ſacculi quatuor vel duo, qui coquantur in xij pintis Aquæ Fontanæ, donec quarta pars conſumpta fuerit; iſtis ſacculis viciſſim applicatis foveatur manè caput, calidè, per horam integram, per novem dies, ita ut ſingulis diebus ex novem reſiduis pintis pinta una abſumatur. *Poſt fotum* applicetur ſacculus capiti & circum ligetur, atque ſi poſſit æger, quieſcat.

Quarta vel quinta die incipit tanta pituitæ acris copia per nares & os fundi, ut mirum ſit, & loca per qua tranſit exulceret. Tandem ſuccedit ſanatio.

Quercetanus mihi dixit ſe vidiſſe quendam fatuum hoc remedio integrè curatum, quod præſidium, ad omnem amentiam ſummum eſſe prædicavit, *D. Michelius.*

De fumo Tabaci.

Petum ſive Tabaco, Indicum Planta eſt, quæ præter alias Partes multum cntinet Salis Volatilis, ſive Armoniaci, qui dum per tubum ex accenſo plantæ pulvere ore attrahitur, in cerebrum agit potenter, atque in eo contentam pituitam attenuat & colliquat, unde fit ut illa per conſuetos ductus, oculos, nares, palatum abundè profluat atque effundatur. Habet & in ſe ſulphur quoddam Narcoticum, quod cerebrum Stomachumque percellens, ſi deglutiatur, vomitum excitat, & in multis alvum quaſi è veſtigio turbat. Senſus ſopit, atque inebriat, ſuntque ejus hauſti ſymptomata, tyronibus vel delicatioribus ordinaria, frigidus ſudor, Cardialgia, Nauſea, Vertigo tenebricoſa, virium dejectio, quæ oram in quibuſdam quiete, & frigido potu, in nonnullis ſomno evaneſcunt.

Utilius jejuno ventriculo hauritur hic fumus, ſuperhauſto tenui potu ut aqua vel cereviſia, quám (ut plerique ſolent) ilicò à paſtibus, ingeſto vino generoſiore, plerumque Hiſpanico: Naturis ſiccis noxium, humidis proficuum medicamentum, non a. ut plurimis eſt in abuſu, quaſi alimentum. Ejus præparandi in *India* hæc eſt ratio,

tio, ut decerpta folia filo tajecta dimidia ex parte ſiccentur, mox in arena ſepeliantur ſtratificata, ut ad radios ſolis fiat fermentatio, tandem exempta, ac perfectè ſiccata, torqueantur veluti in funiculos, qui orbiculatim complicati ad nos adferuntur.

Uſus talis eſt ut minutim concidatur Petum, ſiccetur in charta, atque tubo inditum, compreſſumque accenſa charta incendatur.

Ad ſuaviorem ſaporem opere pretium eſt inſtillare guttas aliquot olei ſtillatitii Aniſi, Salviæ, Roriſmarini Cynamomi, &c.

NB. *Siquis vel Linguæ* ſaltem apice Vitriolum Veneris attigerit, ei Tabaci fumus inſtar ſacchari dulcis eſt.

Juxta iſtum modum *poſſunt infinitæ rationes excogitari fumi diverſarum plantarum ſcribendi ad varios affectus Capitis & pulmonum. Ut vid. & pituita in cerebri ventriculis contenta prolectetur, & intemperies humida frigida iſtius partis emendetur.*

Exempli Gratia.

Ad Cephalæam à causa frigida. ℞. Fol. betonic. ſicc. partes duas, fol. Lauri Roriſmar. majoran. Salviæ an. part. unam. Florum ſerpilli Thymi Lavendulæ an. ½ omnia ſicciſſima craſſiuſculè pulveriſentur, atque uſus tempore addantur guttæ aliquot ol. roriſmarin. ſalviæ vel alterius. Pulvis iſte vel per ſe ſic uſurpetur, vel addita parte una Tabaci.

Videnum poſſit tuto addi Veratrum utrumque.

Quidni etiam addentur ligna, Juniperi, Santal. Rhod. Lign. Aloes & Reſinæ Maſtiche Thus, Ladanum Styrax calam. Benjoin, & ſemina ut Nigellæ Roman. Fœniculi Aniſi Coriandri, ipſaque odorata ut Ambra griſea, Balſamum album induratum & ſimilia juxta varietatem affectionum & Indicationum?

Ad Cephalagiam Veneream. Cephalicis præſcriptis addatur Raſura Ligni Guaiacini, aut ipſum gummi Guaiaci. Cogita etiam de Mercurio Calomelanico, vel alio optimè præparato, cujus portiuncula cæteris ſpeciebus adjiciatur; Credo a. id fieri poſſe innoxie in robuſtis, optimé repurgato corpore, quum præſertim innoxie ipſis adminiſtretur ſuffumigium ex cynnabari, & ex ☿° Argilla excepto. Cautè tamen hic procedendum, nec jocandum cum ☿° aut ludendum de humano corio niſi in deſperato affectu.

Potentiſſime in intimos Cerebri receſſus penetrat iſte fumus, & ſuperfluam humiditatem ſiccat atque conſumit.

Ad Epilepſiam, in primis Protopathicam, licet etiàm conveniat Deuteropatheticæ ob Cerebrum affectum, quamvis id fiat per conſenſum.

Opus eſt volatili ſale Antiepilepticorum, qui vel abſumitur in eorum præparatione, vel in ventriculum aſſumptus, à calore nativo vix ac ne vix quidem in cerebrum elevatus ſublimatur. Nulla autem arte facilius eo pervenire poteſt quám per ejuſmodi fumos, v. g. ℞. Betonicæ ʒij. Valerianæ minoris rad. ℥iij. rad. pæon. viſci querni aut coryli an. ℥j. Ligni Rhod. Guaiaci *an.* ʒx. Ligni Aloes Cynamomi *an.* ʒß. Bacc. Juniperi ℥iß.

℥jß. raſuræ Cranii humani non ſepulti ℥ijß. ſuccini ℥j. fol. ſalu. Majoran. Roriſmar. *an.* ʒvj. miſc. fiat omnium ſicciſſimorum pulvis craſſiuſcula. Add. uſus tempore Ol. ſem. nigell. roman. Bacc. Junip. cortic. citri ſimil. In præhumido cerebro Iſtius pulveris portio præparabitur addita quarta parte Tabaci Indici, ad majorem penetrationem, & potentiorem humoris attractionem.

Porrò licet fœterat iſte fumus ratione ſuccini, hauriendus tamen eſt, Jejuno Ventriculo, manè, præmiſſis univerſalibus; quippe æquum eſt ut mollitiem ſenſus, rationis conſtans rigiditas infringat. Succinum plurimum habet ſalis volatilis, qui in iſto ſuffumigio cum cæteris elevatur.

Si tamen adeo gravis ſit fœtor, extrahantur ſalve volatiles cranii humani, & ſuccini ut a. e. atque admiſceantur pulveri uſus ſaltem tempore, alias n: ad aerem reſoluti pulverem reddent humidum, igni ſuſcipiendo ineptum.

Ad ſiccandum In Paralyſi Cerebrum Ad abſorbendam Apoſtematis in eo contenti materiam idem eſto proceſſus. Ex Cephalicis cum Tobaco.

Quidni etiam hâc arte poterit præcaveri Arthritidis illa ſpecies quæ à Cerebro originem ducit, eo per ſalivationem, & ſputi viſcidi copioſam profuſionem evacuato?

Ad Ozænam & Polypum.

Valebit iſte fumus, ſiccando, ac proinde putredinem arcendo, & carnem ſuperfluam conſtringendo: Detergendo etiam ulcus ſale ſuo volatili. Attrahatur per os, reddatur per nares, & oleum ex Guajaco extractum non fœtens (per refrigeratorium poſt longam macerationem) inſtilletur. Item Ol. Salviæ, Juniperi, &c.

Ad Surditatem & Tinnitum.

Operæ pretium fuerit fumum ore contentum, fideliſſime obſeratis & conſtrictis Labiis, impulſione ſpiritus, & buccarum Inflatione, vi adigere in internam auris cavitatem, per illud foramen, quod ab ea in palatum obliquo ductu penetrat.

Alias fumus tabaci (per fiſtulam vacuam) ore attractus vi in auris ductum πόρον ἀκουστικὸν inſuffletur. Tinnitus à flatuoſo & frigido humore ſic egregiè tolletur.

Ad Aſthma cui Pituita viſcida bronchiis pulmonem impacta anſam ſubminiſtrat.

Sic de Tuſſilagine Dioſcorides, lib. 3. cap. 107. Aridæ fumus per infundibulum hianti ore raptus, hos ſanat qui ſicca tuſſi atque orthopnœa infeſtantur: pectoris vomicas rumpit. Eundem effectum præbet ſuffita radix.

Hyſſopum inflationes auricularum vaporis ſuffitu diſcutit. Idem lib. 3. cap. 26.

Sandaracha (ſpecies Arſenici, pro quâ ſupponitur Auripigmentum) Datur ex mulſo purulenta exjuſſientibus. Suffitur quoque cum reſina, adverſus veterem tuſſim rapto per fiſtulam nidore. Vocem expedit cum melle delincta; Suſpirioſis cum reſina in Catapotio optime datur. Idem l. 5. cap. 71.

Potius vitello.

Ad Inveteratum Aſthma ſolent in Anglia Auripigmentum cum cui *albumine* inſtar pigmenti ſubactum extendere in panno bombacino (*Fuſtrian* vulgò appellant) ſiccare, & fumum per tubum in pulmones innoxie attrahere, fœlici etiam cum ſucceſſu.

Hollerius cap. 25. De Aſthmate. Deſiccandum jam bene purgato corpore & thorace hoc modo. ℞. Styracis, Maſtiches Therebentinæ, Arſenici rubri *an.* ℈iiij. Incorporentur in vitello ovi. Deinde cum hoc medicamento fruſtula ligni Juniperi illinantur, poſteà ſiccentur. Vox ſiccatis fiat ſuffumigium, quod per tubulum ore excipiat. Similiter fiat ex ſulphuris vini & arſenici rubri pari pondere.

In debilioribus arſenico abſtinendum eſt, utemúrque ſolo ſulphure incorporato in Therebentina Styrace Maſtiche.

Mſr. Louis Lutetiæ.

Ego magnam vidi utilitatem in Lue Veneria ſuffumigii ſub Conopæo excepti ex Auripigmento, Antimonio, & Cynnabari. Fœtet & redolet ſulphur. tuſſiunt ægri, & mirabiliter exſpuunt. Curantur. Nodi reſolvuntur & impedimenta partium reſpirationis quæ in dira iſta Labe plurimùm patiuntur, radicitus tolluntur.

Itaque. ℞. Tuſſilaginis totius ſicc. partes vj. Hyſſopi Marrubii albi Hederæ terreſtris *an.* partes ij. rad. Enul. campan. Ireos Florentiæ *an.* part. jß. Tabaci (ſi lubet) partem. j. miſc. fiat pulvis, add. corticis exter. Citrii, Aurantiorum *an.* part. ß. Inſtill. Olea Thereb. Hyſſop. baccarum Juniperi. Rubinus ſulphuris non fœtens adjiciatur. In graviſſime laborantibus addatur Arſenicum rubrum, vel auripigmentum.

In Phthiſi, ſive Pulmonum Ulcere

Utiliſſimi ſunt ſuffitus, nihil quippe aliud in pulmonum cavitates poteſt penetrare ob Laryngis Epiglottide exactiſſime clauſæ conformationem. Fiant itaque modo dicto ex eadem materia additis Maſtiche, Thure, Gummi, Junperi, Gnajaci. Ladano, atque Herbiæ vulnerariis. Scabioſa piloſellæ Veronica, Bugla, Sanicula, &c. ſit autem octupla portio Tuſſilaginis ad reliqua.

Quidam ex Tuſſilagine in hoc affectu vaporem potiùs parant, quàm ſuffitum Plantam totam recentem ollæ fictili, altæ, ſtricti orificii indunt, operculum paſta muniunt, coquunt Inclybano, mox dempto operculo, & ſuperpoſito infundibulo fumum per ejus tubum hauriunt, miro & copioſo expectorationis effectu atq; proventu.

In ſuffocatione hyſterica precavenda non abs refuerit credere magnam eſſe vim Tabaci, præſertim ſi iſte affectus Ingruat a retentione & corruptione ſeminis.

Manifeſtum eſt plantam iſtam in partes genitales agere, cum homines qui ea præter rationem abutuntur in venerem ſegnes reddat Nocturnaque bella.

Poterit addi aliquid Capſuræ,

ræ, quæ etiam ſolo odore mares caſtrare perhibetur; atque hyſtericis affectionibus quaſi miraculo medetur.

Juxta præſcripta paradigmata varii poterunt præſcribi ſuffitus ad affectus præſertim partium Animalium & Vitalium.

Ad Vaporationes iſtas & ſuffitus pertinet ſequens experimentum.

D. Bongars. Nobilis vir quidam cum ſummo dentium dolere vexaretur, ſumpſit folio Nicotianæ ſeu Tabaci Gallici, eáque cum floribus chamæmeli, aliiſque Cephalicis coxit, fumum ore excepit, quo tantus provocatus fuit oris fluxus, ut intra dimidiam horam vacuato humere copioſo ceſſaverit dolor, & caput fuerit redditum leviſſimum.

Nobilis planta, ſed cum ratione utenda. *Tabaci vis penetrantiſſima inde innoteſcit quod plerique ab ejus per fumum hauſtu, ilico quaſi ſudore diffluant.*

Sternutatoria.

Quercet. *Flores Benjoin* naribus inſufflati ſunt optimum ſternutatorium.

Pulvis Tabaci eodem modo.

Pulvis radicis Raphani ruſticani

Vitriolum album.

Oleum Sulphuris aut Vitrioli naribus admotum, vel Sulphur accenſum Apoplecticis excitandis prodeſt.

Capſicum incenſum ſternutationem & tuſſim omnibus aſtantibus movet, quæ ſymptomata vitare qui cupiet ore & nares colluat aceto.

Fernel. *Elleborus albus* potentiſſime ſternutamenta movet, ſi vel ſola radicis ejus fibra inſeratur in narem, multóque magis ſi arida ea in Aqua Vitæ macerata ſit. Pulverem ejus in nares indere non niſi veterno aut Apoplexia correptis & conſopitis liceat.

Compoſita. ℞. Vitrioli albi ℥ß. radic. Elleb albi ʒij. Florum benjoin ʒjß. miſc. fiat pulvis ut Alkool, inſufflandus per calamum.

Validiſſimum. ℞. radic. Ellebori albi cum Aqua Vitæ præpar. ʒij. rad. rannuncul. bulboſ. Cyclamin. Cucumeris ſylveſtr. *an.* ʒiij. fol. Daphnoeidis, Tabaci Indici Ptarmicæ totius *an.* ℥ß. Semin. Ocymi ʒijß. Capſici Piperis albi *an.* ʒß. (Euphorbii in graviſſimo caſu ʒß.) Caſtor. ʒi. fiat Alkool. ſerv: loco ſicco, in ampulla exactiſſime clauſa.

Ocimi ſive Baſiliconis ſemen hauſtum naribus, ſubinde movet ſternutationes, quod idem herba efficit: ſed ocules premi neceſſum eſt cum ſternutamentum urget. Dioſcor. lib. 2. Cap. 134.

Maſticatoria. Apophlegmatiſmi. Salivam moventia.

Nitrum, ſive Lapis Brunellæ ſi ore contineatur, multum ſalivæ in os prolectat.

Maſtiche Commanducata.

Nodulus, ex Tabaco at ſi quid ſalivæ deglutiatur vomitum movet.

Folio Lauri vel ramulo Roriſmarini ſi titillentur fauces & columella plurimum pituitæ attrahitur.

Stapſis agria ſemine. Pyrethrum radice. Cardamomum.

Compoſitum. ℞. radic. pyrethri ʒij ſemin. ſtapſ. agr. vel ejus defectu Radicis, Cubebarum Cardamomi *an.* ʒijß. fiat pulvis craſſiuſculus ex quo noduli. add. Cynam Interioris ʒiij.

Alius modus eſt ſi ex iſtis fiat pulvis ſubtiliſſimus, qui excipiatur Maſtiche in optimo Vini ſpiritu emollita, & formentur globuli, mane maſticandi.

Riverus. *Formulæ variæ* ℞. pyrethri ℈j. Maſtiches ℈ij. ſemin. Flor. Staph. agr. *an.* ℈ß. pulveriſentur, & concludantur nodulis.

℞. Cubebarum ℈ij. pyrethri ℈j. piperis ℈ß. miſc fiat pulvis.

℞. Pyrethri Staph. agr. *an.* ℈ij. Glycyrrhiz. ℈j. Maſtich. ʒj. miſc. fiat pulvis.

Epilepſia. ℞. Pyrethri radic. & ſemin. Pœon. Cyperi Zinzib. Muc. Moſchat. Macis Caryoph. *an.* ʒjß. fiat omnium pulvis. Includatur panno lineo forti ſed raro ad nodulos.

De Expurgatione Cerebri ſic fernel. lib. 5. Patholog. cap. 16.

Gargarizatu cerebri interiora exquiſite non purgantur, quod minimè ad cerebri baſim is pertingat, quò maximè cerebri excrementa confluunt. Optima a: & utiliſſima Cerebri expurgatio per palatum fiet, ſi aptus convenienſque liquor hauſtus in nares, reſupino capite relabatur in fauces. Etenim tranſitu Cerebri baſim ſubiens, viam perquam excremento curſus eſt expedit: Cerebrum vi ſua ferit, cujus etiam excrementa facultate deducit.

Mercurius ſive aſſumptus, ſive admotus tandem os petit, gingivas & fames exulcerat, ſalivationem movet, & pituitam Cerebri liquat.

Axungia ſuilla illita, in ore ſentitur, & ſalivam movet.

Pulmonem Vacuantia.

ἀναχαθαρτικὰ

Syrupus Bechicus.

℞. Radicum Tuſſilaginis ℥vj. Glycyrrhiz. recenter raſæ ℥iiij. radic. Altheæ mund. ℥ij. fol. Scabioſ. pulmonar. Capill. Ven. LinguæCervin. *an.* *Mij.* Florum Viol. Malvæ Tuſſilag. *an.* ℔iij. Seminum Malv. Bombac. Cydon. nodulo incluſorum *an.* ℥iij. Semin melon. recent. integr. pineol. recent. In Aq. roſ. macer. *an.* ℥ß. Jujub. Sebeſten. *an.* par.xx. paſſul. purg. par. xxx. Dactyl. mund. ſicuum *an.* par. x. fiat omnium Enema & colatura quæ clarificata cum ovi albumine, mittatur per manicam, & lenta coctione reducatur ad ℔iiij. quibus adde Sacchari albiſſimi penidiorum *an.* ℔jß. miſc. atque exhalatione blanda fiat ſyrupus ſecundum artem.

Syrupus Pectoralis.
De Eryſimo.

℞. Glycyrrhiz. recent. raſ. ℥iiij. Rad. Tuſſilag. Enula *an.* ℥iij. Radic. Ireos Florent. Apii fœnicul. *an.* ℥ij. Eryſimi totius *Mvj.* Pedis cati totius *Miiij.* foliorum cum Florib. Hederæ terreſtris Marrubii albi Roris ſolis *an* *Mij.* Summit. Hyſſop. *Mj.* Florum Tuſſilag. Betonic. Stœchad. Arab. *an.* Piij. Paſſul. purg. par. xx. Dactilorum mundat. Par. x. ficuum par. *vij.* Omnia ut artis eſt præparata coquantur in tribus partibus Aquæ pluviæ & una hydromelitis Malvatic. Colatura clarificetur, & reducatur ad ℔iiij. quibus adde ſucc. depur. Eryſimi ℔j. Sacchari albiſſimi vel Candi, Mellis Narbonenſ. deſpum. *an.* ℔jß. Penidiorum ℔ß. miſc. fiat lenta coctione ſyrupus ut a. e.

NB. Uſus tempore reddatur acidulus guttis aliquot Olei ſulphuris ad excitandam tuſſim, & promovendam ἀνακάθαρσιν Loco Oxymelitis, cum quo tamen vel ſimplici vel Scyllitico, defectu ſpiritus acidi poterit utiliter commiſceri.

Oxymel Pectorale De Rore Solis huc referatur. Deſcriptionem vide pag. 36. c.

Looch Myrrhæ.

℞. Myrrhæ optimæ ʒj. ʒij. vel ad ſummum (licet rarò) ℥ß. teratur cum ℥iiij. Sacchari albiſſimi, fiat in ovo diſſolutio, fiet optimus ſyrupus, Ad tuſſim inveteratam, Aſthma, Ulcus renum.

Looch acidum.

℞. Conſervæ Florum pulmonariæ & Tuſſilaginis *an.* ℥ijß. ſyrupi Viol. de ſucco ſcabioſæ, Bechii. Capill. ven. *an.* ʒij. Penid. ℥iij. Extracti mellaginei glycyrrhiz. recent. lentiſſimo calore parati ℥jß. miſc. fiat looch cui Inſtillentur guttæ aliquot Olei Sulphuris, quæ ad gratam aciditatem ſufficient.

Valet in calidioribus affectionibus pectoris & pulmonum, ubi expectoratione opus eſt, ut in pleuritide, Peripneumonia, Empyemate, &c.

Hydromel cum Tincturis

℞. radicum Enulæ Campan. ſicc. ʒij. Radic Tuſſilag. filic. fœm. *an.* ℥j. raſur. Eboris Lign. Rhod. *an.* ʒvj. Glycyrrhiz. Uvarum Chorinth *an.* ℥jß. Macerentur in ℔iiij. hydromelitis ſimplicis per 24 Horas, deinde coquantur ad medietatis conſumptionem addendo ſub finem coctionis Acetoſitatis Sulphuris ℥ß. In his extra ignem dein macera florum Violarum & bugloſſ. ſiccorum *an.* Piij. donec color purpureus eliciatur fiat colatura. Doſis ℥ij. vel iij. mane & veſperi.

Tabellæ Pectorales.

De Althea. Lenientes, coquentes, expectoratum juvantes. ℞. Radicum Altheæ q. ſ. coquantur in aqua decocti Glycyrrhizæ, recentis, & extrahatur pulpa per ſetaceum, cujus cape ℥iij. ſacchari albi in eodem decocto diſſoluti ℔j. coquantur ad bonam conſiſtentiam, continuè movendo. Adde aliquid gummi Arabici.

NB. Ego ſine coctione ſoleo eſſe contentus muccagine pulpæ Rad. Altheæ, atque iſtas tabellas ad lentum calorem ſicco. Sunt optimi effectus.

Tabellæ De Althea, ſive Pectorales Compoſitæ.

℞. Pulpæ radicum Alth. & paſſularum extract. per decoctionem ut ſupra *an.* ℥iij. Pulveris ſubtiliſſ. Glycyrrhiz. recent. ℥j. pulv. Ireos Florent. ℥ß. Lactis ſulphur. non fœtentis ʒvj. ſacchari albiſſimi ℔ij. miſc. fiat paſta lento calore ſiccanda ad uſum.

NB. Si magis incidens ac potentius medicamentum cupis adde Ambræ griſ. ʒj. Moſchi ʒß. Olei Aniſi & fœniculi *an.* ʒß. Ultima hæc compoſitio optima erit in Aſthmate pro magnatibus.

Matricem Purgantia.

Syrupus de Artemiſia.

Matt. de Grad. in q. ad Almanſorem. Cap. de Menſ. ſuppreſſ.

℞. Radicum Aſparagi Petroſel. Rubiæ tinctorum Enulæ Cyperi, Aſari, Chelidon. maj. Anchuſæ Irid. noſtrat. Valerianæ maj. *an.* ℥j. fol. Artemiſ. Sabinæ Rutæ *an.* *Mij.* fol. Puleg. Regal. hyſſopi Meliſſ. Dictam. Cret. Perſicar. non macul. Chamædrios Chamæpyt. Hyperic. Matricar. cum flore Centaur. min. Nepetæ Ocymi *an.* *Mj.* Bacc Junip. Seminis Apii Leviſtici Aniſi Nigell. Rom. *an.* ℥ß. Omnia ut a. e. in Umbra ſiccata & conciſ. minutiſſimé cultro ſutorio in aſſere, imbibantur optimo Vino Malvatico, vel hydromel. malvatic. mox affuſis æquis partibus & ſ. q. quæ ſupernatet ∽*vj.* Digit. Aq. ſtillat. Betonic. Abſynth. & Cynamomi ultimæ ſive debilioris fiat digeſtio per quatriduum in B. Phyala, ſivematratio optimé clauſo, deinde fortis expreſſ. & colatura, quæ clarificetur, levi ebullitione vel per triplex filtrum. Tandem addito dimidio Sacchari albiſſimi pondere fiat ſyrupus per exhalationem, vel diſtillationem, addendo ſub finem nodulum qui contineat Cynam interioris ʒvj. Coſti ſambucini, ſive corticis Winterani Calam. arom. Zedoar. *an.* ʒiij. Croci Caryophyll. Macis *an.* ʒij. Infricetur ſæpius, & relinquatur in Syrupo filo appenſus.

Catamenon Specificum.

℞. Lienem bovis perfruſtula conciſum detractis pelliculis. Pulegii Regalis hortenſis, *Miiij.* Nepitæ Matricar. Rutæ ſicc. *an.* *Mjß.* Rad. Gentian. Valerian. minor. Ariſtol. utriuſque *an.* ℥jß. Croci orient. ℥ij. Cortic. exter. aurantiorum ʒx. Caſtorei. ℥j. fol. ſabinæ ℥iij. fiat Extractum in B. cum ſpiritu Vini rectificatiſſimo.

℞. Hujus extracti ℥j. Aloes in ſuccis depur. Tanaceti Rutæ Matricar. Mercurial. ter liquat. & coagul. ℥ij. Extracti fol. ſicc. ſabin. parat. cum ſpiritu Vini diſtillato ex pulegio Regali ℥ß. Salis Artemiſ. ʒij. Sal. corall. ʒj. Olei ſabinæ longa digeſtione Dulcor. ʒjß miſc. fiat Maſſa pilul. Doſis ℈j. vel ʒß. quatuor matutinis inſtante menſtrua purgatione, ſuperhauſto vel vino, vel juſculo, cum Hyſſopo, Thymo & Croco.

Sequentia καταμηνιὰ *pro occaſione uſurpanda.*

Memento ad provocandos menſes Oxymelitis majoris Elleborati Juliani & quomodo Commendetur à Geſnero ad ſanguinem ſuperfluum ex corpore, per vias convenientes expellendum.

Ex Dictamno, Pulegio, Croco Valeriana ſabina Caſtoreo Baurace minerali, vel ejus defectu, factitio, Rad. Cyclam. Ariſtol. fol. Nepet. Rutæ, &c. quod volueris præparetur.

Trogny. ℞. Radic. Gentian. Baccarum Lauri Piper. long. Croci *an.* ʒij. Infund. in ℔iiij. Vini albi, & de hoc bibat mulier per quinque dies, ſex diebus ante conſuetum purgationis tempus. Optimum eſt hoc remedium, quo vix ulla mulier irrito labore uſa eſt.

Sacher. *Pulvis optimus.* ℞. Cynamomi Croci *an.* ℈j. Boracis ℈iiij. fiat pulvis detur in Aqua Artemiſiæ.

Experimentum probatiſſ. Capiat mulier ſingulis diebus cochleare unum Aceti ſcyllitici, cum duobus Aquæ Cynamomi.

Decoctum foliorum & baccarum Juniperi potentiſſimè menſes movet.

AR, opt. ℞. Veronicæ maris, Pulegii Regalis, Hyſſop. *an. Mj.* Infund. per noct. in vino albo, mane fiat colat. cui add. ℈j. vel ʒß. Croci exhibeatur. Potenter menſes provocat.

℞. Sabinæ ʒij. Croci ʒj. Myrrhæ Seminis Nigell. *an.* ʒß. Specierum Triperæ magnæ ſine Opio ʒjß. ſacchari albi ℥j. fiat pulvis, detur ʒj. & ſuperbibatur Juſculum aperiens, cum hyſſopo, Satureia, Calendula, vel Aq. ſtillat. Calendulæ, cum vino albo.

Wintzius. *Peſſus Exp.* Coque in allio Aloen hepaticam in cineribus calidis, & cum ſapone fiat peſſarium.

Des Affix. Pilulæ Cochiæ minores ſubditæ ad ʒj.

Exhibe patienti ſolutionem corallorum, aliquot guttas olei Caſtorei cum Aqua ſtillatitia Alliorum.

NB. *Buſo* exſiccatus plantis pedum applicatus potenter provocat menſtrua, Cauté tum eo utendum. Manu ſi contineatur contrarium facit, nam Hæmorrhagiam ſiſtit.

Suffitus intra 24 horas menſes ciens. ℞. Stercoris ovilli cum croco pulveriſ. pro libitu, excipiatur fumus per Infundibulum cum tubulo ligneo perforato, intromittendo penitiſſimè. Statim prodibunt menſes. Priùs exhiheatur Juſculum ex hyſſopo & croco.

Si nimis Fluant, fiat ſuffumigium ut ſupra ex cortice ficus.

Mel non miſcendum, nec acetum in affectibus uteri.

Φθοριὰ *fœtum mortuum & ſecundinam deturbantia.*

℞. Aquæ vel ſucci Artemiſ. ℥ij. In quibus diſſolve Theriacum de Myrrha ʒj. pulv. Sabinæ ℈j. miſc. fiat potus, capiat manè. Proceſſus potens.

℞. Sulphuris Vivi. Galbani. Opopanac. *an.* ʒij. Theriacum, de Myrrha ℥ß. fiat ſuffitus excipiendus per Embotum.

℞. *Foliorum* Sabinæ Rutæ Conyzæ *an.* q. ſ. Scammonii & Myrrhæ *an.* ʒij. fiat peſſus.

Menſes, Secundinam, Molam fœtum mortuum iſta deturbant.

℞. *Olei* ſtillat. Sabinæ guttas iiij. cap. cum vino albo.

℞. Caſtor. Myrrh. *an.* ℈ij. miſc. cum Vino albo fiat potio.

℞. *Teſticulum* unum Caſtoris,

diſtilletur in B. cum aceto, ſumat ℥j. iſtius liquoris.

Oleum ex Caſtoreo extractum igne mediocri cum pulegio. Dictamno & pauco aceto. Ultimum hoc remedium prodeſt Convulſionibus, & omnibus affectibus Comatoſis ab utero.

Potio quam vicinæ meæ parturienti moribundæ, & pleriſque aliis exhibui fœliciſſimo cum ſucceſſu.

Expert. ſæpis. ℞. *Aq. Bryon.* & Artemiſ. *an.* ℥iii. ſabinæ ſubtiliſſ. trit. ʒj. fiat decoctio & colatura, Inqu. diſſol. pulv. oſſ. Dactyl. baurac. mineral. *an.* ʒj. Vini albi hiſpan. generoſ. ℥j. miſc. fiat hauſtus.

D. Dumn. *Si parturienti* mulieri detur ʒß. Trochiſcorum e vipera cum aqua Cynamoni, partus paulo poſt promovetur certo experimento.

D. Wilſon. *Pulvis Viperinus* vel *Colubrinus* idem facit.

Uſnea ex cranio humano ad ℈j. ex vino rubro.

D. Turner. *Oleum* ſtillatitium Ligni ſaſafras mire promovet partum. Dentur xx. guttæ ex aquâ convenienti. Si addatur Borace potentius erit remedium.

Hæmorrhoidas Provocantia.

Dioſc. *Cepæ dettactis* purgamentis in oleum conjectæ Hæmorrhoidas, reliquóſque ex cretionum exitus reſerant, ſubditæ pro Balano.

Matthiol. *Cyclaminis* radix recens affricta, aut ſuccus ex Lanâ impoſitus Hæmorrhoidas ejicit.

Iridis Radicis ſuccus expreſſus eas fotu elicit.

Sophiæ Cheirurgorum fotus venas Latentes aperit, ficulneorum foliorum affrictus. Geſner.

Sedantia à Propritate. Radix ſcrofulariæ majoris, tuberoſa in femoralibus aut induſio ad regionem ani geſtata.

Dens Equi marini, *Robart*, in annulo geſtatus, digito Medico manus ſiniſtræ. Item ejus raſura pota.

De Specificis. NB.

Specifica ſunt directoria, ut pote quæ partes reſpiciunt. Oportet autem omnibus & ſingulis addere partem cui dicantur extractam ex corpore ſano. Et metalla etiam ſive mineralia partibus deſtinata, ſpiritualia reddita. V. q. 1. Pro Capite Cranium & Argentum 2. Pro pulmone, pulmonem hominis ſani, vel ejus defectu, vulpis aut agni, & Sulphur. 4. Pro hepate, hepar, ferrum, Corall, Magiſterium ſanguinis; & quæ ſanguinem rectificant Ophiogloſſum, Baudan. Naſturt. agnaticum. Sal. *A*ntimonii 5. Pro Liene, Lienem & ferrum. 3. Pro Corde Cor & Aurum. 6. Pro utero. Uterum Cervæ, Damæ, Scrofæ, Mulieris vel virginis ſanæ, & Stannum.

NB. Quanta ſit affinitas Lieni cum utero unde in ſpecifico pro Matrice ſumitur Lien bovis.

NB. Ubi fit fermentatio, poteſt addi ſpecificis ea Laudani quantitas, quæ ſufficiat ad eam ſedandam, non ad inducendum ſoporem. v. g. In ſuffocatione hyſterica. Specific. hyſter. ℈j. Laudan. gr. ij. In fermentatione melancholica à Liene eodem modo.

Clyſſus Mercurii poteſt eſſe generale additamentum ad omnia, Movens, promovens, dirigens impetum faciens, radiciens extirpans.

In eo omnes cœli concurrunt & v. g. parte addi ad gr. ij velut. univerſale.

Roborantia quæ inſita proprietate Partes reſpiciunt.

Cephalicum Specificum.

Paretur hic Spiritus. ℞. ſucci Ceraſorum nigrorum ℔xxx. (ſuccus autem anni præcedentis bonus erit.) Florum Lil. convall. Herbæ paralyſ. Keyri, Lavendul. galengæ Tiliæ Calendul. Pœon. *an.* ℔x. Betonic. viridis totius ℔ Baccarum Juniperi recentium & ſucculentarum ℔viij. Herbæ terantur optimè in mortario marmoreo, iiſque ſuccus affundatur. In vaſis fictibus vitreatis, aut lapideis, amplis optimè clauſis. fiat fermentatio & digeſtio perfecta, cui addentur utiliter Vitrioli ☾ v. g. ℥iiij. peracta fermentatione fiat fortis expreſſio, depuratio expreſſionis, per filtrum (an balneum in vaſe circulatorio ?) Deinde ſpiritus ardentis diſtillatio una cum phlegmate. *Mellago* quæ erit in fundo vaſis reſidua ſervetur.

℞. Radicum pœoniæ utriuſque *an.* ʒiij. radicum Valerianæ majoris Cyperi *an.* ℥ij. Rad. Ireos Flor. ℥jß. Ligni Aloes Coſti Corticis Winterani *an.* ℥ß. fol. ſicc. Lauri Majoran. Salviæ Roriſmar. *an* ℥iiij. Florum ſpicæ ℥j. Florum Stæchad. Arab. & citrin. *an.* ʒx. Macis ʒvj. Cynamomi ʒv. Caryophill. ʒiij. Cum ſpiritu prædicto fiat Extractio tincturæ, & reductio ad mellaginem in Balneo vaporis.

℞. De hâc mellagine ℥vj. Mellaginis ex ſpititu reſiduæ ʒiij. miſc. & addendo tincturæ Succini, & Cranii humani utriuſque *an.* ℥ij. ſalium volatilium eorundum *an.* ℥ß. Auri ferientis ritè in cocturem ʒiij. Ambræ griſ. ʒij. Moſchi orientalis ʒj. miſc. fiat veluti Extractum In form. mellaginis craſſioris, ſervetur ad uſum. Adde Olei ſtillatitii Roriſmar. Majoran. Salviæ. Succini non fœtentis *an.* ʒß. Salis fixi cranii humani utriuſq; Chriſtallini *an.* ℈iiij. Spiritus vitrioli veri communis vel potius Lunaris ʒij. miſc. & in amplo vaſe ſinito fermentari per multas ſeptimanas, donec ſedatus ſit motus, Tum utere vel per ſe vel cum additione.

Verbi gratia, ſi velis purgare Caput Epileptici. ℞. pilul. Polychreſt. ex tribus ℈j. vel cochiarum minorum ℈ij. Extracti Cephalici ℈j. miſc. & ſic de cæteris.

NB. Cum hoc miſceri & corrigi poterunt hypnotica, ut Laudanum. v. g. ℞. Extracti Cephalici ℈j. Laudani gr. ij. iij. iiij. vel ejus defectu Opii ſucco Albi irrocati, aut vino hiſpanico in quo maduerit Allium, gr. j. ij. &c. miſc.

Tinctura Succini. Infundatur primò in ∴ adde per Spiritum Vini optimum extrahatur tinctura rubicundiſſima, coagulanda ad mellaginem.

Tinctura Cranii humani. Ex eo non ſepulto ſiccisſimo extrahatur, cum ſpum ardente Cephalico præſcripto.

Sal volatilis Cranii & Succini. Extrahitur inter diſtillandum, aſcendit ad retortæ collum, ſumatur, Diſſolvatur in phlegmate Cephalico, acidulo cum tantillo ſpiritus vitrioli, vel potius cum acido olei Antimonii Lunaris, in Aqua Cephalica præcipitati. Solutio filtretur per chartam. Exhalet ad medias, & in Cella ut a. e. Chriſtallizetur. Vide.

Aurum feriens. Pro eo utilius ſupponatur tinctura Auri ex eo calcinato cum Spiritu vini Tartarizato extracta.

Ambra griſea. Ejus poterit augeri pondus in dupla, tripla & quadrupla quantitate, ut & Moſchi. vel iſta potuerunt addi uſus tempore pro libitu. Ea ſiquidem non conveniunt omnibus ſubjectis, Et mulieribus ſuffocationi hyſtericæ obnoxiis, licet iſtorum gratus odor ab Oleo ſuccini ſatis ſuperque retundatur.

Oleum Succini. Primò ex eo infuſo in Aceto diſtillato, & nudato propria tinctura, per ſpiritum Vini, extrahatur, deinde bis vel ter ex calce cranii humani, & Colcothare rectiſicetur. Tandem ductiſſime agitatur cum Vino Hiſpanico ad ablutionem, & poſt omnia cum eodem vel potius novo vino diſtilletur in cineribus, vel balneo, ut foetorem magna ex parte amittat.

Sal fixus Cranii. Chriſtallizetur multiplici ſolutione, filtratione ac coagulatione in cella.

NB. *Sales* fixi ad Caput parum, vel (ut verum dicam) nihil faciunt, ſiquidem eorum emunctorium eſt urinarum via. Ideò nihil de ſalibus ſimplicium hoc remedium conſtituentium additur, & Jure.

Spiritus Vitrioli verus. fit ex eo digeſto Infimo vel Balneo, per multas ſeptimanas, tandem diſtillando per altiſſimum canalem & anguſtiſſimum. At vide num hoc poſſis carere, præſertim cum in fermentatione ſucci & florum addideris Vitriolum Lunæ, unde fit ut ipſius ſpiritu prægnans ſit liquor ardens, Corpore verò mellago, quæ ipſum totum continet.

Diſtilletur Iº ⏀ª ⊕ʰ optimi, inquo diſſolvatur bona quantitas ejuſdem ⊕li fiat digeſtio, & per multas, & prꝫaltos atque anguſtos tubos vitreos diſtillatio feci.

Exhibitio iſtius Extracti erit vel in forma ſolidiuſcula perſe, vel diſſolut. in ſpiritibus qui à mellaginibus prima & ſecunda ſeparabuntur.

Decoctum Cephalicum.

℞. Rad. Pœon. mar. Cyperi. Viſci querini *an.* ℥j. fol. beſon. Chamæpyt. *an.* *Mj.* Flor. Anthos Stæchad. utriuſque Calendul. Primulæ veris *an.* ℈j. Semin. Nigell. Rom. Baccarum Junip. recent. *an.* ʒij. fiat decoctio.

Pectoralia. alia.

- *Univerſalia*
  - *Mumia pulmon.*
  - *Sulphuris*
    - *Flores.*
    - *Lac*
    - *Tinct.*
    - *Oleum.*
- *Particularia.*
  - *Siſtentia.*
  - *Lenientia.*
  - *Expector. mori.*
  - διαφθορῶν *arc.*
  - *Ulicus curantia.*
  - *Reſumptiva.*

Univerſalia.

Mumia Ex Pulmonibus.

℞. *Pulmonem Hominis* ſani violenta morte interempti, vel ejus defectu Vulpis, Agni. Vituli, ſeretur plurimis diviſuris, ita ut vaſa omnia, ſive aſpera, ſive Lævia aperiantur, Exprimantur optimé contenta, munus & ſanguis, abluatur vino generoſiſſimo albo, Hiſpanico aut Græco, ſiccetur linteo, ſeretur in particulas, atque in aſſere ſiccetur in clybano poſt exemplum Panem. Hujus in minutiſſimas partes redacti ℞. ʒvj. Ireos flor. xiiij. Styracis Calamit. puriſſ. ʒj. miſc. & cum Aqua roris ſolis, per digeſtionem in Balneo roris fiat tincturæ extractio Liquoris tincti per chartam filtratio, & evaporatio in Extractum mellagineum, cujus ℥iiij. addatur ℥ß. Florum Benjoin albiſſimorum, non fœtidorum ab Empyreumate.

℞. Tuſſilaginis totis id umbra optime ſiccatæ, (id quod de cæteris ſimplicibus etiam intelligendum eſt) ʒvj. Glycyr. recent. ʒiiij. Rad. Enul. campan. ʒij. Scabioſæ totius ʒiij. Roris ſolis, pedis Cati, *an.* ʒjß. Marrub. albi, Eryſimi Hyſſop. *an.* ℥j. Cum hydromelite Malvaticato limpidiſſimo, vel cum Aqua pectorali paretur Extractum mellagineum ut ſupra.

℞. Extracti primi ex pulmonibus ℥ij. Extracti ſecundi ℥iiij. Mellis parati ex ſex partib. paſſul. quatuor Dactyl. & duab. Injub. ſimul. in hydromel. coct. ʒviij. Penid. Mell. Deſpum. albiſſ. Sacch. Violat. *an.* ℥v. Lactis ſulphuris non fœtentis ℥ij. Rubin. ejuſdem non fœtid. ℥ß. Pulp. Rad. Alth. & ſymphyt. maj. extract. per decoct. In hydromel. malv. vel per coct. ſub cinerib. *an.* ℥ijß. Mucilag. ſemin. Cydon. Phyll. & Malv. æqual. proport. mixtorum eodem liquor. extract. ʒj. miſc. agitentur diutiſſimé. Inſolentur, vel in ſimili calore ſerventur per dies 40 ad perfectam fermentationem, quotidie ſpatula lignea ſedulo agitando: Confectio iſta optimé fermentata in duas partes dividatur, altera ſervetur uſurpanda in affectibus pulmonum qui irritatione non indigent ut fluxione ferina,

Mumia pulmonum dulcis.

Tuſſi ſicca, Tabe ſine ulcere, Pleuritide etiam & peripneumonia, ſatis per Phlebotomiam ſublato inflammationis periculo. In ſumma ſit dirigens & præſervans hoc remedium, cui juxta indicationes varias & mixtas idonea addere licebit. Ut cum volueris ſiſtere Catarrhum in pulmones labentem. ℞. Mumiæ ex pulm. ℥j. Conſerv. Florum papav. doratici & Florum Menuph. *an.* ʒvj. Elect. de Styrac. ℥ß. Bol. armen. loti ʒß. miſc. Capiat æger circa noctem inſtar Juglandis, ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur. Et ſic de Cæteris.

Mumia pulmonum Acida.

Pars altera reddatur acida inſtillato Sulphuris oleo. Eique juxta neceſſitatem addatur quarta aut ſexta pars olei ſacchari compoſiti, (cujus deſcriptionem quære pag. præcedent. 224.) atque uſus tempore, ubi hæret in bronchiis pituita viſcidiſſima) olei aniſi guttas aliquot. Valet in Aſthmate. Catarrho ſuffocante, Empyemate, ſine Pleuritidis, ubi Expectoratione opus eſt.

In Ulcere Pulmonum. ℞. Mumiæ pulmonum dulcis ℥iiij. Pulp. radicum ſymphyti major. extractæ cum decocto piloſell. Pulmonar. Garyophyllat. Veronic. utriuſque Scabioſ. heder. terreſtris, Buglæ, Brunellæ, parato ex ſiccis in hydromelite communi ℥j. (Pulpa autem cernatur per ſetaceum, vel etiam ſi lubet extrahatur ex radice cocta ſub cineribus in foliis tuſſilaginis.) Gummi Guajaci factitii. ℥ß. radic. Ari præparat ʒij miſc. Inſolentur, & quotidie moveantur. Uſus ſit inſtar Looch.

Mumiam Ex Pulmonibus talem præſcripſi D°. Comiti de Perthe Phthiſico, quæ fuit ſaporis ſatis grati.

℞. Pulmones vulpinos N°. iiij. Pulmon. unius agni, concidantur minutim, abluantur Vino Hiſpanico optimo, atque in aſſere ſiccentus in Clybano poſt exemptum Panem. Mox ſcindantur in fruſtula, iiſque addantur Rad. Tuſſilag. & ſymph. major. ſicc. *an.* ℥ij. fol. ſicc. pedis Cat. Roris Sol. Scabioſ. *an.* ℥j. Florum Tuſſilag. Piiij. hiſce omnibus affundantur partes æquales & ſ. q. Aq. ſtillat. Roris ſolis. Scabioſ. Buglæ. Garyophyllatæ, & ſpiritus hydromelitis (vel ejuſdem) Malvaticati & Vini Hiſpanici. fiat. digeſtio per quatriduum in B. ad tincturæ extractionem. Mox decantatio, filtratio & exhalatio ad mellaginem, cui addatur inter coagulandum par quantitas Sacchari Candi. Servetur in forma Extracti ad uſum, qui erit vel per ſe ſenſim lambendo, vel cum aliis medicamentis, ut in Electuario ſequente.

℞. Conſerv. Florum Tuſſilag. & Scabioſ. *an.* ℥jß. Conſerv. Flor. Menuph, & Papav. Rhoead. *an.* ℥j. Conſerv. Roſ. rub. ℥iij. Conſ. rad. ſymph. majoran. ʒx. Medull. ſemin. melon. & Pineol. in Aq. Roſ. macerat. *an.* ℥ijß. Margarit. per ſuccum limon. vel Ol. Sulph. præparatorum & ad dulcedinem lotarum ℥ß. Mumiæ ex pulmonibus ʒß. Lactis ſulphuris ℥ß. miſc. & addita Syrupi Reſumptivi ſ. q. fiat Electuarium melliuſculum, de quo capiat inſtar majoris Avellanæ, mané &

veſperi, Longè à paſtibus, ſenſim degluriendo quod diſſolvetur.

Flores Sulphuris.

℞. Sulphuris flavi in bacillos fuſi, quod manu conſtrictum, crepitet, q. v. pulveriſetur ſubtiliſſimè, & admixta dupla portione Colcotharis, ſive Vitrioli optime ad rubedinem calcinati fiat in arena ſublimatio in vaſe fictili, cui ſuperpoſitus ſit orbis latus, cum amplo capitello perforato. Subdatur autem talis ignis qui ſublimando, non liquando ſulphuri ſufficiat, Bis ter-ve ſublimati flores ſubtiliores evadunt.

Lac Sulphuris.

NB. Ex Cynnabari Antimonii, nec non ex factitia potest eodem modo parari h: 🜍 quod eſt ſpecificum ad affectus pulmonum qui manant a Lue Venerea quale eſt Aſthma valde ordinarium. Valet etiam ad pertinaciſſimas viſiorum obſtructiones, ad chæradicas glandulas Meſenterii, &c.

℞. Florum Sulphuris ℥iiij. Olei Tartari ſive ſalis in humido reſoluti, atque hujus reſolutionis filtratæ & puriſſimæ q. ſ. ut ſupernatet tribus digitis ponantur in matratium charta tantum obturatum, ſuper arena, ſubdito igne mediocri ita ut levis exurgat fremitus, diſſolventur Flores Sulphuris, eritque diſſolutio rubicundiſſima, iſta effundatur ſeparatim in plura vitra, ita ut tranſverſum unius digiti tantum ſit in quolibet vitro. Deinde paulatim ei affundatur acetum, paulatim inquam ob ingentem ebullitionem, acetum a. ſit acerrimum, fient colore, multi, & elevabitur ſummus foetor, & totus liquor albeſcet inſtar lactis, ſinantur omnia uſque in diem ſequentem. Effundatur liquor per inclinationem. Subſidebit materia ex flavo albeſcens, huic denuò affundatur Acetum album, ut ſupra, deinde ſubſequentibus duobus diebus Aqua fontis vel ciſternæ, puriſſima. Tandem pulticula in charta extenſa per ſe ſiccari ſinatur, ſine calore quem ſi intenſiorem ſenſerit, redolet ἐμπύρευμα. Sapit allium.

Du Val. *At ſi minus in gratum pulverem velis.* Poſt diſſolutionem Florum in Oleo ♀ fiat præcipitatio in Vino albo, quod redditum fuerit acidiſſimum Oleo Sulphuris vel vitrioli ſpiritu. In cæteris procedendum ex arte. Uti ſoleo in tabellis ubi expectoratione opus eſt, & ulcus pulmonis vel detergendum vel ſiccatione ferruminandum. Impedit pulmonis corruptionem. Vulgò ʒj. admiſcetur ℥j. Sacchari & cum gummi Tragac. aut pulpa radic. Altheæ vel Symphyti fiunt tabellæ.

Tabellæ ex Lacte 🜍

Rubinus Sulphuris.

℞ Flores Sulphuris, quibus in ampulla affunde Olei Therebentinæ clari in B. M. cum aqua extracti. Vel Olei baccarum Juniperi, aut ſemin. Aniſ. Extr. in refriger. q. ſ. ut ſupernat. iij. Digit. digerantur in B. per iij. aut iiij. dies, donec Oleum evadat rubicundiſſimum. Fiat decantatio Olei tincti à fæcibus. Mox ejuſdem per balneum evocatio (etiam addita ſi opus ſit aqua) Mellagini reſiduæ, graveolenti aliquantulum, affunde vini ſpiritum rectificatiſſimum. Digere in B. ad tincturæ extractionem. Evapora ad ſpiſſitudinem, & ad tertiam uſque vicem ut ſupra extrahe. Ita habebis veram ſulphuris tincturam inſtar Rubini rubicundiſſimam. Cui nihil eſt ſecundum ad pulmones à Diaphthora præſervandes, & partis tonum conſervandum. Poteſti. Tabellis & opiatis admiſceri, & per ſe inſtar pilularem ſumi.

Oleum Sulphuris.

℞. Sulphur flavum ut ſuprà ſubtiliſſime pulveriſatum pone in tigillum ſive X. immiſſo ad fundum uſque Elychnio ſulphurato, accende. Superpone campanam, cum recipiente. Sint a: plures campanæ, quia ſingulæ parum admodum dant Olei. Ego aliquando ex 24 campanis, ſive vitris aut cyathis quibus vulgò utuntur ad bibendam (Cereviſiam habui intra biduum Olei, ℥xvj.

Vel Infornacula colloca catinum ſulphure plenum, ignem ſubdito ita ut ſulphur ſit continuò infuſione, incende, & capitellum ſuperpone filo ferreo alligatum, quod à vaſe continente Sulphur diſtet tantum ſpatio unius digiti. Stillabit in vas recipiens Oleum nigrum, acidiſſimum & optimum. Nigredo hæc à fuligine quæ ſeparabitur ſi Oleum in aqua tepida digeratur, deponet faces nigras, coletur per pulverem vitri in tritorio ſive infundibulo vitreo.

NB. Multò majorem habebis Olei quantitatem ſi hæc operatio fiat cœli tempeſtate humida, ut pluvia, & in loco ſubteraneo ut cella.

Quidam campanam ſive capitellum foliis ſalviæ fricant fœlici ſucceſſu: ſic n: Oleum citius coagulatur & condenſato vapore diſtillat.

Siſtentia. Incraſſantia.

Electuar. de Styrace.

Riverius.

℞. Pulpæ paſſularum per ſetaceum trajectæ ℥iij. Pulveris Glycyrrhizæ ʒiij. Terræ ſigillatæ Nucis Moſchat. aſſat. *an.* ℈ij. Styrac. calamit. ʒj. Sacchar. in Aq. Roſ. & Betonic. Diſſoluti. ℔j. Ex arte fiat Electuarium per tabellas. Utilius addetur muccago Altheæ, ſymphyti, ſeminis Malvæ extracta in Aquis prædictis & fiet tabellæ ſine coctura ut a: e.

Memento pulpam paſſularum commodius extractum iri ſi illæ exarillatæ coquantur in Ptyſana vel alio liquore convenienti. Deinde contundantur in mortario marmoreo, trajiciatur pulpa per ſetaceum, quæ juncta cum reſiduo decoctionis coquatur lentiſſimo calore ad debitam conſiſtentiam.

Uſus iſtius Electuarii eſt cum incraſſanda & ſiſtenda tenuis fluxio, circà horam ſomni, ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur.

Tabellæ Hypoglottides.

℞. Sacchari albiſſimi ℥viij. pulveris Liquiritiæ ℥ß. Coralli rub. Margar. præparatarum *an.* ʒij. Bol. Armen. finiſſ. loti, vel Terræ ſigill. ʒjß. Gummi Arabici ʒijß. Amyli ℈iiij. pulveriſata omnia ut Alkool excipiantur ſ. q. muccag. radic, Altheæ extract. in Aq. Tuſſilaginis fiat tabellæ. Uſus ſit tenendo ſub Lingua, & ſenſim deglutiendo quod diſſolvetur, adſiſtendam fluxionem & ſedandam tuſſim à tenui Catarrho labente in pulmones.

Syrupus ἴσχαιμος.

℞. Succorum depuratorum Plantaginis Lamii ſive Archangelicæ flore albo, Centinodiæ Portulacæ *an.* ℥viij. Suc. Perſicar. maculatæ, Milleſol. Virgæ Paſtoris, Radicum Biſtortæ & tormentill. *an.* ℥iiij. miſc. atque in iis infunde per biduam in B. Myrtillorum. Rad. Biſtort. & Tormentill. *an.* ʒiij. Expreſſioni factæ adde Tincturæ extract. ex Roſ. rub. & papav. Errat. cum ſpiritu Vitrioli Aceto Roſ. aut ſucco Limonum in aq. Roſ. & Plantag. ℔j. Tandem cum dimidio pondere ſacchari fiat Syrupus.

Semin. Sophiæ Cheirurgorum ℥ij.

Tabellæ ad Sanguinis Sputum.

℞. Pulveris mororum in clybano ſiccatorum ℥ß. Croci martis aſtringentis Lapidis Hæmatitis præparari *an.* ʒiij. Terræ ſigillatæ, Boli armen. loti *an.* ℥ijß. Corall. rub. praparar. Margar. præparari *an.* ʒij. Spodii. Cranii humani ad albedinem calcinati *an.* ʒj. Sanguinis Draconis puriſſimi Roſ. rub. *an.* ℈iiij. fiat omnium pulvis ut Alkool & additis ℥viij. Sacchari albiſſimi cum diſſolutione gummi Perſic. aut muccagin. ſemin. Cydon. extract. in aq. Roſ. fiat paſta & ex ea tabellæ hypoglottides. ad uſum ordinarium.

Lenientia.

Paſſulæ Pectorales.

℞. Paſſularum Damaſcenarum ℔ß. (ſi expectorationem magis promovendam cenſes tollantur gygarta, ſin vis aliquantulum aſtringere ſinantur) His pro varia intentione adde Radic. Tuſſilag. Symphyti majoris, Ireos Glycyrrhizam per taleol. ſect. Aquas verò Roſarus Hyſſopi. Hydromel, Vinum album Hiſpanicum. Aquæ vitæ ſubfinem tantillum. Cum Saccharo Roſato Violato Cando, & inter duas patinas argenteas, coquantur ſimul, donec & inflentur paſſulæ & fiat ſyrupus: ſubinde teneantur in ore ſenſim deglutiendo, & extuſſiendo quod emollitum fuerit.

℞. Paſſularum ℔ß. Radicum dictarum ℥j. Aq. ſeu liquoris, Sacchari *an.* ℔j. miſc. fiat ut dictum eſt. Cum incidendum validè ut in Aſthm. aut Catarrho ſuffoc. adde Ol. Sulph. q. ſ.

Electuar. de Bechio.

Riverius.

℞. Radicis Bechii recentis, lotæ, mundatæ & minutim inciſæ ℔j. Coquantur cum Aqua Bechii, donec molleſcant & contundi poſſint. Aquam per ſetaceum ſepara, radices in mortario marmoreo contunde diligentiſſimè, & pulpam reſerva trajectam. Poſt cape Pinearum, Amygdalarum dulcium *an.* ʒiij. Pulpæ paſſul. exemptis arillis ℥ij. diligenter trita miſerantur cum pulpa radicum, & cum decocto ſupraſcripto diſſolvæ Sacchari ℔ij. coque ad bonam conſiſtentiam, & inſperge Pulveris coralli rubri præparari & margaritarum *an.* ʒvj Pulveris Radic. Bechii ℥ß. fiat Electuarium.

Uſus eſt die & nocte ad quantitatem nucis ſenſim deglutiendo urgente tuſſi.

Vel ℞ Radicum Bechii lotarum & inciſarum ℔jß. Involvantur foliis Tuſſilaginis, & coquantur ſub cineribus calidis ad perfectam remollitionem. Contunde in mortario marmoreo, & per ſetaceum trajice, & cape Pulpæ ſic trajectæ ℔ß. adde pulpæ paſſularum ʒiij pulverum coralli rubri præparari Margaritarum & Radicum Bechii *an.* ℥ß. Sacchari albiſſimi in Aqua Bechii diſſoluti q. ſ. fiat Electuarium per tabellas. Addere licet Styracem pro non dormientibus.

Vellem ℔ij. Sacchari albiſſimi miſcere cum pulpis prædictis, diligenter contundere affuſo ſi opus eſſet decocti radicum Altheæ vel Bechii tantillo, formare paſtam, & ex ea tabellas, ad lentum calorem ſiccandas.

Syrupus Pectoralis.

℞. Radicum Altheæ teneriorum mundatarum ʒij. Radic. Conſolid. maj. & Tuſſilag. *an.* ℥iß. Rad. Enulæ Campan. & Ireos Flor. *an.* ʒx. Liquirit. raſ. ℥iiij. foliorum Scabioſæ Succiſ. Pedis Cati Pulmonar. Meliſſ. Tuſſilag. *an.* *Mij.* Roris ſolis, ſummit. Heder. terreſtr. *an.* *Miij.* ſumm. Marrub. alb. & hyſſop. *an.* *Mj*ß. paſſul. exarill. Jujub. *an.* ℥ij. Pulpæ Dactyl. ℥jß. Semin. Malv. ℥j. fiat omnium decoctio in Aqua communi vel ſtillatitia Tuſſilag. Colatura clarificata reducatur levi coctura ad ℔iii. quibus adde Mellis Narbonenſ. deſpum. vel Sacchari Candi ℔iij. recoq. in Syrup. Aromatiſ. noduſo croci & ſi lubet gr. x. Moſchi orientalis.

Dimidia pars reddatur acida Oleo Sulphuris, ut ſit inſtar Oxymelitis, cum incidendum & attenuandum, ut in Aſthmate. Reliquum ſervetur ad Linctum pro Phthiſicis, &c. ad expectorandum.

Expectorationem moventia quære in Vacuantibus.

διαφθορὰν

Arcentia. Tabellæ Diaſulphur.

℞. Lactis Sulphuris vel florum ejuſdem (in optimo & puriſſimo Vini ſpiritu diu maceratorum, qui poſtea effuſus fuerit per inclinationem) ℥j. pulv. ſubtiliſſimi Liquirit ℥ß. pulveris Rad. Ireos florent. fol. hyſſop. & Rad. Enulæ *an.* ℥iij. Florum Benjoin ʒij. pulveris Croci ʒj. Sacchari Candi ℥x. Trita omnia ſubtiliſſime, excipiantur Muccagine ſeminis Malvæ vel Altheæ extracta in Aqua Cynamomi, & fiat Tabellæ hypoglottides.

Ut incraſſantium uſus commodus eſt circa horam ſomni, ad ſiſtendum Catarrhum, ſic harum optimus in egreſſu lecti, ad incidendum Phlegma, & contentæ in bronchiis materiæ provocandam expectorationem. Utiliſſimæ ſunt in primis Aſthmaticis iiſque quibus craſſior pituita replet tubos aſperæ arteriæ.

Proprietate Sulphuri inſita impediunt pulmonis corruptionem.

Simpliciores parabuntur ad ulcus pulmonum ex Sacchari Roſ. ℥viij. Flor. Sulphur. vel Lact. ℥j. cum muccag. aut pulpa radic. Alth. vel potius Symphyti majoris.

Pulvis Pectoralis.

℞. Florum Sulphuris ſæpius ſublimatorum aut Lactis ℥ij Florum Benjoin non fœtidorum, (i. lentiſſimo cindorum calore ex parva materiæ quantitate per Vitrum in chartaceam pyramidem ſublimatorum) ℥ſs. miſc. ſumatur ℈j. vel ʒſs. ſingulis matutinis ex ovo ſorbili. Ad Aſthma.

Penuriâ præparatorum, poſſunt ſulphur crudum, cum Benjoin puriſſimo ſumi, in æquali proportione mixt. ad ʒj.

Putredinem & corruptionem partis perbellé arcebunt Generalia præſcripta. Inprimis verò Mumia expulmonibus, quæ ob ſimilitudinem In partem affectam aget potentiſſimé. In his autem non ſunt conſervandæ primæ qualitates, quæ admodum debiles ſunt, ut ab iis poſſit inſignis aliquis effectus expectari, tunc præſertim cum de inſtauranda parte aliqua exfundamento agitur incidit neceſſitas utendi iis quæ ipſam formam reſpiciunt.

Specifica ad Pleuritidem.

Pomum excavetur, & Olibano repletum atque operculo proprio tectum coquatur in foro igne lento, ut liquatum Olibanum facilius poſſit penetrare pomi medullam, quæ tandem à cortice ſeparata ſenſim lambenno deglutiatur, Optime maturat Lateris Apoſtema, ejuſque expectorationem promovet.

Diaphoreticum ♁ potenter prohibet humorum coagulationem, & jam coagulatos diſſipat, unde initio pleuritidis incipiente phlegmone tutò poteſt exhiberi in aquis idoneis, Scabioſæ, Aparines, &c. Cum præſertim manifeſta omni qualitate careat, nec calefaciat. Si ſudor profluat bonum. Sin minùs, etiam operabitur.

Memini me cuidam pleuritico die 12 morbi exhibuiſſe gr. x. Diaphoretici Hartmanni, qui ſequenti die aliquot libras puris exſpuit. Obiit tamen, quia ſub finem morbi advocatus ipſi non potui citiùs exhibere remedium.

Cubicularius Dni. de Vitry.

Stercus equinum recens vino albo dilutum & expreſſum utiliter multis exhibui, qui poſt copioſum ſudorem, aliàs deſperatis rebus, convaluerunt, D. de La Creſſonniere pleuroperipneumonicus moribundus, die morbi quinto ſumpſit, ſudavit, cœpit, purulenta exſpuere; Iterum atque tertio hauſit & ſanatus eſt. D. *De la Chaſtagnerage.* Die vij. D. *De Beaucler* pleuritide laborans, & ſummo alvi fluxu poſt quater miſſum ſanguinem, exhibitum ſæpius lapidem Prunellæ, &c. Perſeverantibus lateris dolore & Diarrhea, ſumpſit die 14 ſtercus equinum vino albo dilutum. Sudavit copioſè, & ab eo tempore imminutus dolor, ac convaluit. Perſeverant ad multas ſeptimanas tuſſis. Temperamento ſicco, corpore ex ſucco.

Exp. in multis atq; inter cæteros in auriga Domini *le Goux*, graviſſime decumbente, qui nobis invitis etiam multum vini febricitans hauſit.

Lapis Prunellæ bis ter-ve in die per biduum aut triduum primis morbi diebus exhibitus mirabiliter calorem extinguit, febrem ſedat, & pleuritidis Materiam deducit per urinas;

NB. In ſero acri latet ſal pungens, & membranam Vellicans, unde dolor; hoc ſerum ſi divertatur, ſublata cauſa procul dubio tolletur effectus.

Syrupus confectus cum floribus Scabioſæ, & ſucco Florum Papaveris Rhocadis.

D. Korndawer. Med. palat. Exp.

NB. ℞. Succi Naſturtii Aquatici recenter expreſſi, ſive etiam Naſturtii hortenſis Aceti Roſacei *an.* ℥j. Olei. Olivarum ℥ß. Salis communis ℈j. miſc. fiat hauſtus in pleuritide, & ſtatim curabis cum admiratione.

Hæc autem omnia intelligantur præmiſſa Phlebotomia, quæ in omnibus internis inflammationibus, præſertim verò partium, ventrem medium conſtituentium, eſt unicum remedium.

Ulcus Curantia.

Vide Arceum de vulnerib. Pulmonum.

In pulmonum ulceribus (omnibúſque aliis internis) perfectè per ſtrenuam exſiccationem curandis nulli ſecundum eſt Guaiacum, cujus non eſt metuendus calor, cum abundet radicali humido, reſinoſo, Balſamico, quod ejus ſiccitatem temperat. Adde quod cum in ejuſmodi affectu febris continua lenta, planè ſit ſymptomatica, & cor vicinum à putri exhalatione quam ulceris ſanies fundit, inficiatur, ſublata putredine, ejuſque emendatis qualitatibus neceſſe eſt ut febris ipſa faceſſat. Quoniam autem duæ indicationes contrariæ concurrunt: Altera ſiccandi ulcus, altera emaciati corporis replendi, ne remedium alteri noceat ſequenti modo temperatum poterit propinari.

℞. Raſuræ ligni ſancti Interioris nigerrimi ℥iiij. rad. ſymphyti majoris ℥jv. Radic. Tuſſilaginis ʒv. Scabioſæ Veronicæ Garyophyllatæ, Botrydis *an.* *Mij.* Glycyrrhiz. recentis. ℥ji. Infund: in ℔iij. aq. fontan. vaſe probe occluſo, mox coquantur in Alembico ſuperpoſito capitello ad ℔ij. conſumptionem, Colatura ſumatur bis ter-ve in die ad ℥vj. vel viij. quavis vice longè à paſtibus.

In valde exſucco corpore Guajacum ſaltem Infundatur citrâ cocturam, vel maceretur per noctem in aqua tepidula, atque hæc prima infuſio abjiciatur.

Ubi ſimul. Siccandum & renutriendum Pullus farciatur hordeo mund. radic. Tuſſilaginis, paſſulis, Dactylis, & Raſura Guajaci & paretur juſculum.

Syrupo reſumptivo addatur Syrupus Guajaci, ſumendus & ſenſim Lambendus è cochleari.

Radix Chinæ eam habet vim ut ſiccando humidum excrementitium, radicale ſuſtentet, & corpus repleat, ideò addatur juſculis, decoctis, aliiſque. imò ſi videbitur, ab ea ducatur initium, ejuſque præcedat uſus ad aliquot dies ante uſum Guaiaci.

Debent autem iſta decocta, & Guaiaci & Chinæ ad vj. ſeptimanas,

manas, vel duos menſes exhiberi: ſi quæ verò reſtet intemperies uſu Lactis Aſinini cum Saccharo roſato emendari.

Symphyti majoris Radix ſub cineribus cocta, in tabellas eodem modo reduci poteſt, quo Radix Bechii; Præparationem, vide, pag. 251.

Reſumptiv. Lac.

Lac Purgans.

Aetius. tetr. ſerm. 3. cap. 88. ℞. Lactis Aſinini vel caprini ℥ix. Scammonii ℈ij. Bilem purgat. At ſi granorum Gnici partem internam N° xx. addas, purgatur pituita.

Riverius.

℞. Lactis Aſinini recens multi à ℔ij. ad ℔iiij. Capiat mane una vel pluribus vicibus, modó a primo hauſtu ad ultimum non intercedat plus hora. Alvum ſolvit, nutrit, malam intemperiem calidam ſedat in toto corpore, aperit obſtructiones pulmonis, Pulmonem reddit immunem à phthiſi. Sed tunc ægernon utatur victu copioſo, nec ſe exponat aeri, ne Lac coaguletur in ventriculo, ne aceſcat. Quod ſi alvus non dejiciat utere clyſtere, & poſteà augedoſin. Ne ea die aut ſequenti comedat corruptioni obnoxia, non piſces, non fructus, non carnem elixam. Ne exerceat ſe à cibo, nec curis animum fatiget.

Vacuat alvum Nutrit.

Aſina paſcatur mollibus herbis, & comedat ſpeltam & avenam, & partus ſit recens fœminæ, & ipſa vivat in pratis liberé cum ſuo pullo. Alatur etiam Tuſſilagine, roſis, ſummitatibus rubi.

Lac aſſumitur vel paucum vel multum.

Paucum Incipiendo à ʒx. ad ℥iij. ex Averr. ſept. Coll.

Galen. 10 Method. cap. 11. ait dandum initio non plus Cyatho, id eſt ʒxij. &. ℈i. & augendum ſenſim altero Cyatho uſque ad mediocrem Doſin & menſuram. Hic ſomnus eſt nenecesſarius à 6. ad 10. tunc n. erit coctum. Poſt dabis clyſterem, fricabis, & dabis panem cum teſticulis & Jecore pulli. Sic non gravat, non replet, non corrumpitur, refrigerat, humectat, nutrit, pulmonem lenit, Ventriculum detergit.

Multum. Hipp. 4. de victus ratione in acutis, text. 29. Inferiori ventri ſi non dejecerit Clyſmum injicito; Deinde coctum aſinæ Lac dabis, bibet-que heminas xij. non minus, i. ℥96. & ſi virtus toleraverit. xvj. *Galenus in commentario.* Neque admirationi ſit Lactis copia, cum antiquis omnibus ſit ita aſſuetum. Datur verò Lac aſinæ, quia non coagulatur, ut quæ craſſa ſunt, Debet a. mellis & ſalis addi aliquid.

Hîc non eſt ſuperdormiendum, ne purgatio impediatur.

Hemina. ſemiſextarius Pariſienſis. ℥ix.

Vide 7. Epidem. ægr. 3. ubi dat ℥40. ½. Idem lib. de Internis affect. Lactis equini octo heminas dato melle affuſo. Corrupti lactis indicia ſunt ſi ructus moveat, ſi æger liquida dejiciat.

Lactis corruptio

Dyſenteria.

Hipp. 7. Epidem. Creſicrati Lac in farina magis quàm ſerum caprinum contulit, quum dolor eſſet circà totum ventrem, & dolores cum multa, ad egerendum, ſurrectione, & ſuberventa egeſtione, & tumor circà pedes ferè jam ad dies 25 eſſet: Et Adriano eadem contulerunt.

Lac quibus non conferat, vide Hipp. Aphor. 64 ſect. 5. nempe Capite dolentibus, putrida febre laborantibus, plurimùm ſitientibus, viſcera obſtructa & flatulenta habentibus. (illud eſt quod ait quibus bilioſæ dejectiones in febribus acutis ſunt, & quibus ſanguinis multi egeſtio facta eſt. At 7. Epidem. contra agit. ægro 3.

Convenit in febribus longis, debilibus, & præter rationem conſumptis, nullo ex præteritis ſigno apparente.

Aqua inſtaurans.

Huc referatur Aqua Analeptica deſcripta, pagin. 281.

Cochlearum Uſus.

Matthiol. lib. 2. c. 9.

Cochleis nemoralibus à muccagine nativa optimè repurgatis & in lacte bubulo recenter mulcto, una cum Tuſſilagine conciſa decoctis, fœliciter utuntur Tabidi in condimento, loco cibi.

Item. Cochlearum carnes à putaminibus & excrementis repurgatæ, quin etiam aqua ablutæ involuuntur linteo craſſiore pluries complicato, & ſepeliuntur in fimo ferventi equino, duarum horarum ſpatio, indeque detractæ Lavantur lixivio calido, & coquuntur in jure pulli gallinacei, atque tabidis & ſumma macie affectis auxilio ſanè magno propinantur devorandæ.

Majori cum utilitate parantur hoc modo. ℞. Cochleas majores quinquaginta, eáſque prius benè lotas coquito cum putaminibus in aqua, unà cum hordeo à gluma repurgato: quouſque hordeum rumpatur: Deinde exemptas è putaminibus, coquito iterum ex capi jure, quouſque probe diſcoquantur. Demum jus percolato linteo mundo, & quotidie propinato ℥vi. cum Sacchari ℥j. tam mane quam veſperi horis tribus ante cibum.

Alius modus. ℞. Cochlearum putaminibus exutarum ℔ij. Radicum Glycyrrhizæ recentium ℔j. Rad. Altheæ ℥iiij. atque omnia minutim conciſa, diſtillentur per alembicum vitreum in B. Dato hujus aquæ ℥iiij. cum ℥j. Sacchari quotidie mane Tabidis.

De Herba Coſta. Ingraſſa Porci.

Kolreuterus ad River. Manuppr.

Decoctum pectorale. ℞. Origani Pulegii hyſſop. Veronicæ Scabioſæ. Pulmonar. Capill. Ven. Tuſſilaginis Betonicæ Meliſſæ fragariæ *an.* Mß. Herbæ Coſtæ quam Itali ingraſſa porci vocant *Miij*. Liquiritiæ, Ireos, Helenii *an.* ʒij. paſſularum parv. ʒiij. Caric. Ping. N° v. ſemin. lini fœnugr. *an.* ʒj. Coquantur in Aquæ hordei ℔iij. vel iiij. ad medietatis conſumptionem, Colaturæ adde Sacchari candi ℥iij. Mellis puriſſimi ℥iiijß. decoquantur ſimul uſque ad mellis deſpumationem.

Hoc Syrupo ſanantur tuſſes etiam antiquiſſimæ, ſi ſingulis diebus mane & circa veſperam in ingreſſu lecti ℥ij. vel iij. aut ſaltem duo vel tria cochlearia uſui apta, mane calida, poſtea autem per ſe paulatim deglutienda propinentur. In Principio etiam Phthiſeos expertum remedium, quamvis in hâc urbe (Dreſda) ſint viva exempla quæ ex confirmata tabe ex ulcere pulmonum ſunt ſanitati reſtituta;

Aſthmatis inſuper & multis affectibus Thoracis ex plenitudine, plerumque valde utilis.

Alias indicavi Magnificentiæ tuæ (ſcribit Sigiſm. Kolreut. Elect. Saxon. Medicus ad D. *Riverium*) ſecretum in tabe de Herba Coſta quæ ingreditur decoctum pectorale præſcriptum. Eſt ea Herba ut mihi videtur Sonchi ſpecies. Folia jacent humi ſtrata, & nunquam eriguntur, in ambitu crenata, ſullo non profundo. Prope caulem anguſtiora, circa extremitates verò ampliora nonnihil piloſa, craſſiuſcula, inſipida, Caulem profert ſub initium autumni, ſimplicem, ſine foliis, nudum, cavum, tenerum, in quo Flores Lactei denti leonis ſimiles, cui & ferè tota Herba aſſimilatur.

Riverius. Herba coſta Italorum eſt Hieraceum quoddam repens, non amarum, non lacticinoſum, folio pinguiore paulum piloſo flore Lacteo, cujus folia ſunt in terram converſa, & adhærentia, ſi transferatur in ſolum pinquius adeo mutat, creſcendo figuram ut ſit mirum quam excreſcat. Ea ſecundum omnem adminiſtrationis rationem juvat Phthiſicos & reficit μαρασμώδεις. An hypochoeis Theoph. & plinii: An Hyoſeris? Incibum porcinum. Vide *Hieracium*, longius radicatum in herbario Gerardi. pag. 234.

Hujus Herbæ Conſerva cum Saccharo Cando parata devoratur ad Libitum à Phthiſicis vel per ſe, vel mixta conſervæ Roſarum rubrarum. Solet & coqui & præparari cum Oleo aut Butyro ſicuti Spinachia aut Beta. Conficitur & ex ſucco expreſſo cum Saccharo clarefacto Syrupus. Extrahitur & diſtillatione Aqua. Præparatur & cum ea Cereviſia & Vinum. Pulveriſatur, & ſub variis formis frequenter uſurpata multos liberavit à tabe. Soleo ego alias indifferenter ea uti in quocunq; affectu viſcerum, præcipuè Hepatis, Lienis, Pulmonis. In macie & extenuatione corporis, deductus in hanc ſententiam ex vocabulo Italico, quo ea ingraſſa porci, i. impinguans porcos vocatur. Atteſtatur & hoc quod proſit tabidis, quia circa Autumnum quo tempore ſolent manifeſtari ſecundum Hipp. tabidæ diſpoſitiones ſemper reperitur vividior pinquior, & ſuccoſior.

Modus quo ſe ſaginant Meretrices Venetæ.

℞. Nucis Indicæ, ſolidæ, albæ, & recentis q. v. ablato cortice & mundata medulla, comminuatur ſicut panis ad panatellam, hac repleatur capo, qui bene coctus tribus matutinis comedatur, cum ſcutella magna juſculi ejuſdem capi. Duobus ovis recentibus, & duobus cyathis Vini malvatici, ſuperdormiendo ad faciliorem digeſtionem.

Aſſelineau. qui quendam frigidum & pene ſpadónem hoc remedio reſtituit.

Item. ℞. Nucis Indicæ Sacchari *an.* Amygdal. Piſtarum quadruplum miſc. fiat pandaleon, per partes unciales dividendum. Coquantur, ſumantur 4 aut 5. matutinis, eodem modo quo ſupra, cum ovis & vino. Quidam addunt alia quæ impinguant & naturæ ægri maximè conveniunt.

Vide Mercurialem de decoratione cap. 7. de Gracilitate.

Syrupus Reſumptivus.

℞. Tres teſtudines nemorales in ferventi aqua elotas abſciſſis extremitatibus, coque optimè munda pulpas carnium, & in mor-

Guainerius cap. de Cura febris Hect.

Riverius. NB. Vide Syrupum Reſumptivum meum in Pharmacopoea. Sectione. De Syrupis.

mortario marmoreo diligenter tere, atque in vitreo vaſe contine. Poſtea accipe Radicum Altheæ Tuſſilaginis, Liquiritiæ *an.* ℥j. Gummi Arab. Tragac. ſeminis Pap. alb. Lactuc. Portulac. Malvæ iiij. ſem. frigid. maj. mundat. *an.* ℥ß. Semin. Cydon. & Berberis *an.* ʒvj. Paſſul. enucl. Sebeſten Jujub. *an.* ℥j. Roſarum Viol. Hord. mund. Capillarium Borrag Bugloſſ. *an. Mj.* Contundantur cum carnibus, & deſuper projice Aq. Ciſternæ ℔v. Coque ad tertia partis comſump. in B. M. vaſe vitreo vel fictili vitreato probe clauſo. Cola, fortiter exprime. Sacchari æqualem portionem adde. Clarifica, & recoque in Syrupum, perfecte coctum ad uſum.

In Ulcere Pulmonum poſſunt addi Syrupo folia roris ſolis. Hederæ terreſtris. Pedis cati. Piloſellæ. Pulmonariæ, & quæcunque partem ipſam reſpiciunt. Ut Scabioſa, Veronica, Botris Garyophyllata, &c.

Reſumptivum Solidum.

Riverius.

℞. Carnium teſtudinis nemoralis eviſceratæ, & in aqua hordei debite coct. ℥iiij. Caudarum cancrorum fluviatilium ſimiliter præparatorum ℥iij. Pulpæ pectoris perdicis & Caponum in eadem Aqua coct. *an.* ℥iiij. Contundantur carnes minutiſſime inciſæ in mortario marmoreo, & piſtentur, addi Nucleorum pini mundatorum & in Aqua Roſ. calida prius maceratorum ℥ij. Seminis Melon. mundat. ℥ß. Semin. Cucurbit. Vel Anguriæ ʒvi Contundantur omnia fortiter in mortario, & per cribrum ſetaceum cum Aqua Hordei tranſmittantur, Poſtea adde Sacchari albiſſimi ℥xij. Penid. ℥iiij. Coquantur ad ſufficientem glutinoſitatem. In fine addendo Margarit. præparatorum ʒvj. Cynamomi interioris ʒij. vel iij. fiat reſumptivum ſolidum ad formam Pignolati. Deauretur. Capiat æger fruſtum unum inter paſtus & de media nocte.

Tria ultima valent in Hectica & Maraſmo, qui ab hâc febre procedit; & Tabe.

Confectio Capi.

℞. Pulpæ pectoris capi ſatis coctæ ℥x. Amygdal. Dulc. mundat. ℥iiij. Nucleorum pini. ℥v. Piſtachiorum ℥j. Sacchari in aqua Roſarum diſſoluti ℥xij. Coquatur Sacchatum ex arte & clarificetur, deinde addantur bene contuſa prædicta, & perge coquere ad formam Electuarii, atque ubi ferè eſt coctum adde Cynamomi Piſti ʒij. Moſchi gr. viij. repone in vaſcula. Si coquatur validius fient morſelli. Pro Piſtachiis poner ſemina frigida majora ſubſtitui.

Conf. Teſtudinis fit eodem modo: ſed Pulpæ paucæ habentur: & expurgandæ ſunt à nervis & pelle. Quæ non poteſt contundi. Miſce cum pulpis Jecur, non autem Ova.

Pandaleon.

℞. Amygdal. Dulc. mundat. Pineolorum non racidorum in aq. Tuſſilaginis vel Roſ. infuſorum *an.* ℥viij. Medull. ſem. Melon.

lon. Cucurbitæ (Anguriæ, Citrulli) recentium, eodem modo infuſorum *an.* ℥iiij. Pulp. paſſul. Dactylorum & Jujub. extract. per decoctionem in Ptyſana vulgari ex hordeo & Liquirit. *an.* ℥ij. Pulpæ Rad. Althææ & Tuſſilag. *an.* ʒj. Sacchari albi vel Candi duplum triplum-ve pondus omnium. Terantur nuclei & ſemina diutiſſime in mortario marmoreo adjectis pulpis & affuſa pauca Aqua Roſarum; mox addito ſenſim ſaccharo fiat paſta ex qua formentur morſelli, qui extenſi ſuper obeliſis in vaſe placentario tecto lentiſſimo igne coquantur.

Hoc remedium Eclegmatis vicem ſupplet, expectorationem Juvat, & Tabem arcet. Quod ſi ulcus pulmonum adſit, addatur ℥j. Rad. ſymphyti majoris. Si incraſſandum, Gummi Arabici ℥ß. Corall. rub. Margarit. præparatorum *an.* ʒiij.

Univerſalis Cautio in uſu iſtorum reſumptivorum eſſe debet, ne cum vires ad extremum lanquoris reductæ ſunt, corporis regionibus nihilominus adhuc impuris, de purgatione ſollicitus ſit Medicus, atque Analeptica negligat, quæ in Marcore ſunt exhibenda, dilata corporis evacuatione, donec vires conſtent; ita tamen ut ſubinde primarum viarum ſaburra Clyſteribus everratur. Neque nos turbet Aphoriſmus. *Corpora impura quantô magis nutries tantô magis Lædes*: Quippe hæc Enuntiatio de Plethoricis in quibus humores computruerunt, non de Exſuccis & Tabidis laborantibus ab exhauſto eſt intelligenda.

In Aſthmate, Catarrho præfocante aliiſque affectibus pulmonis frigidis, adde decocto pectorali Rad. Enul. ℥ß. fol. heder. terreſt. pedis cati Marrub. alb. *an.* Mß. ſumm. hyſſ. Eryſim. *an.* vj. Coq. in hydromelite.

Decoctum Pectorale. ℞. Glycyrrhiz. rec. ʒj. fol. Scabioſ. Pulmonar. Tuſſil. Capill. Ven. *an.* *Mj.* Florum Viol. Malv. *an.* Pß. Paſſul. purg. Jujub. Sebeſten Dactyl. *an.* par. iij. Caric, par. ij. hord, integ. *Pj.* miſc.

Cardiaca.

Aqua Capitis Cervini

℞. *Cornua unius cervi mollia*, & ſanguine turgentia menſe Junio, quæ per tenuiſſimas taleolas inciſa ponantur in Alembicum vitreum amplum, addendo ſuccorum Evæ criſpæ, fragorum, Scabioſæ, ulmariæ, Cardui benedicti Calendulæ, Scordii Cruciatæ, ſive Molluginis Plinii. Trifolii Acetoſi *an.* ℔ij. Baccarum maturarum Juniperi & Hedere ſuccnlentarum *an.* ℔j. Mixta omnia digerantur per biduum in B. & fiat in eodem diſtillatio uſque ad ſiccitatem, mox in cineribus rectificatio poterunt addi Baccæ Juniperi & hederæ præſcriptæ. ℞. *Liquoris iſtius ſtillatitii* ℔iiij. Vini Canarini vel Hiſpanici dulcis & ſuavis ℔ij. Aquæ Roſarum & Naffæ *an.* ℔j. ſucci mororum rubi Idæi extracti ut dicetur ʒxij. Succi Limonum & Aurantiorum *an.* ʒiij. miſc. atq; his adde Cynamomi Interioris ℥iij. Ligni Aloes, Santali Citrini

Præſcripta pro Rege. 1613.

ni *an.* ʒß. Corticis exterioris Citri flavi recentes ʒj. Ambræ gris. ʒij. Moschi orientalis ʒj. Salis perlarum dulcis ʒvj. misc. atque in matratio amplo fiat digeſtio per octiduum in B. vaporis, vaſe exactiſſimè obturato. Tandem fiat per chartam colatura quæ ſervetur ad uſum.

NB. *Si lubet* Moſchum & Ambra nodulo includantur, atque vel addantur infuſioni primæ, vel etiam continuò natare ſinantur in colatura.

Servetur hæc Aqua in pluribus ampullis probe obturatis. Præſtat a: vaſa eſſe parva, ne à ſubeunte aere liquor corrumpatur.

Succus mororum Rubi Idæi commodiſſimè extrahetur ex iis in vaſe lati orificii maceratis, in aqua calente: vaſe benè clauſo, fiat expreſſio per linteum mediocriter rarum, & ſuccus excipiatur ad uſum.

Si velis ut Aqua habeat aliquam dulcedinam, Aquæ Roſarum & Naffæ ſeorſim aſſerventur, in iis diſſolvantur ℥viij. Sacchari albiſſimi, hæc diſſolutio addatur Liquori filtrato.

NB. *Digeſtio fiat per* circulationem in duobus alembicis ſuper invicem Lactatis, in balneo Locatis. ferruminentur autem juncturæ glutine ex calce viva, & albumine ovi.

Aqua Cardiaca Calida.

℞. *Radicum Gentianæ*, Enulæ, Carlinæ, Scorzoneræ, Pentaphylli Tormentillæ Contrayerva Cyperi. *an.* ℥iij. Zedoariæ ʒij. Putaminum nucum viridium ℔ß. foliorum Meliſſæ Citri Aurantiorum Ocymi Cardui Bened. Ulmar. Scordii, Scabioſæ Calendulæ *an. Miij.* florum hyperici Centaur minoris Roriſmar. Vetonic. Citranguli *an. Piiij.* Spicæ Nardi ℥ij. Corticis exterioris Citri & Aurantiorum *an.* ℥v. Baccarum Juniperi hederæ Kermes *an.* ℥iijß. Ligni Rhodii ℥iiß. fiat Maceratio in Vini albi generoſi & Aquæ fontanæ *an.* ℔xx. deinde diſtillatio, cujus pars poterit reddi acidula, cum oleo ſulphuris, & tingi floribus Vetonicæ & granis Kermes. Pars aromatiſari additis ad ſingulas ℔iiij. ſive menſuras duarum pintarum pariſienſium, Ligni Aloes ʒij. Cynamom. interior. ℥j. *Niſi malis* totam aquam virtute iſtorum aromaticorum perfundere; addendo poſtea pro neceſſitate uſus tempore Acetoſitatem ſulphuris.

NB. *Circa medium diſtillationis* fiat reſidui liquoris in boccia cum materialibus exiſtentis effuſio, & magmatis expreſſionis & per filtrum colatura, tandem per diſtillationem paretur Extractum ſedulò aſſervandum, ut pote cujus vis magna eſt ſi ejus ʒß. vel ʒj. in ℥iij. vel iiij. Aquæ diſſolvatur.

Portiuncula iſtius aquæ odorata & magis cardiaca reddetur additis in nodulo Ambra griſea & Moſcho.

Aqua Cardiaca frigida.

℞. *Succorum depuratorum* Limonum Aurantiorum, pomorum redol. Granatorum acidorum, Berberis, Ribes, unæ Criſpæ, Cydoniorum, fragorum *an.* ℔iiij. Succ. depur. Oxalid. rotund. Acetoſ. longæ Trifol. acetoſi Bugloſſi. *an.* ℔iij. Phlegmatis Vitrioli ℔ij. Florum Nenupharis Roſarum Incarnat. Muſcatellinarum Cynorrhodi Echi *an.* *Ꝑvj.* Raſuræ cornu cervi recentis ℔j. Santali citrini ℥iiij. fiat diſtillatio. Liquor Oleo ſulphuris vel Vitrioli ſpiritu, aut Limonum ſucco reddatur acidulus, Tingatur Roſis rubris, floribus cordialibus, Santalo rubro, Radice Acetoſæ per digeſtionem in calido. Santalo rubro. Floribus Amaranthi. Niſi ſatis aromatiſatus videatur, in ſingulis pintis maceretur ʒj. ſantali citrini. *Poterit tantillum* Camphoræ addi portioni iſtius Aquæ. v. g. gr. v. pro ℔ij.[69] ad majorem penetrationem.

Iſtius aquæ uſus erit in febribus malignis ardentibus, in quibus metus eſt ne magis ac magis incidantur humores. In peſtilentibus potuerunt æquales vel in æquales partes utriuſque Calidæ & frigidæ miſceri, pro intenſione aut remiſſione caloris, & diverſo malignitatis gradu.

In certis caſibus nitri admixtio proderit.

Huc referatum Aq. Cardiac. Temp.

℞. *Radicum fraxinellæ* Vetonicæ totius, Pentaphyll. *an.* ℥iij. Rad. Scorzoneræ ℥iiij. fol. bugloſſ. Borrag. Echii Scabioſæ Succiſæ Trium Oxalidum Trifolii Acetoſi Portulac. Card. bened. pimpernelle Ulmar. *an.* *Miij.* Florum Nymph. *Ꝑiij.* fol. Meliſſ. & Scord. *an.* *Mijß.* Semin. Citri Oxal. portulac. Card. bened. *an.* ℥j. Baccarum heder. ℥ijß. Cortic. exter. citri ℥ij. Santal. citrin. ʒx. Ligni Rhodii ℥j. Radic. Junip. ʒvj. Sacc. Mali citri & Aurantiorum *an.* ℥xvj. Succ. pomorum redol. & granat. acid. *an.* ℥xij. Aceti albi ℥viij. fiat diſtillatio in B. bulliente, ad ſiccitatem donec acetoſitas exeat. quæ niſi in Balneo aſcendat, pellatur moderato igne in cineribus.

Hac Aqua ſi cum ſ. q. Olei ſulphuris acida reddatur, evadet adhuc potentior.

Extrahatur ſal è magmate ſi Lubet.

Uſus in Peſtilenti febre, ardentiori, ubi à majori calore metus eſt.

Poteſti etiam miſceri cum aquis calidioribus ut Theriacali ad contemperationem.

Item Phlegma Peſtilentiale.

℞. Succi Cardui Benedicti ℔xij. Succi Calendulæ Bugloſſ. Scordii Artemiſ. Meliſſ. *an.* ℔iiij. Succi Oxalidis longæ. Rotundæ hortenſis, Acetoſellæ ſylveſtris Trifolii acetoſi. Portulacæ Florum Geniſtæ *an.* ℔iij. fol. Rutæ, abſynthii. hyperici *ana.* *Mvj.* Roriſmarini ulmariæ *an.* *Miij.* Baccarum Juniperi & hederæ recentium contuſ. *an.* ℔ij. fiat diſtillatio in vaſe refrigeratorio duplici, & extrahatur phlegma ad uſum.

Infuſum Diaphoreticum.

Paracelſus. ℞. Spiritus Vini optime rectif. ℔iij. Theriacæ optimæ ℥vj. Myrrhæ ℥ij. *Wartzen von Rothufft* vj. loht. Baccarum hederæ ʒij. Nitri præparari ʒj. Spermatis ceti terræ ſigillatæ *an.* ℥ß. Radicis hirundinariæ ʒj. dictam. Bibernell. Zedoar. Rad. Angelic. Rad. Imperatoriæ & Valerianæ majoris *an.* ℥ß. Camphor, ʒi. Macerentur vaſe vitreo optimè clauſo ad Solem per octiduum, vel ad ſimilem calorem, poſteà utere.

Doſis Cochlear unum, vel dimidium, pro reſpectu perſonarum & ætatis.

Poterit temperari cum aliqua ex aquis præſcriptis.

Aqua Theriacalis.

℞. Theriacæ veteris Mithridatii *ana* ℥iiij. Radicum Zedoariæ Carlinæ *an.* ℥iij. Rad. angelicæ imperatoriæ *an.* ℥ij. Ariſtoloch. utriuſque Gentianæ Enulæ Valerianæ majoris *an.* ℥jß. Rad. Vincetoxici Tormentillæ Petaſitis Garyophyllatæ Scorzoner. Hiſpan. *an.* ℥ijß. Baccarum Juniperi recentium, Hederæ *an.* ℥iij. Ligni Rhod. Corticis exterioris citri ſicci *an.* ʒxv. foliorum ſiccorum Rutæ Scordii *an.* ℥iijß. Phlegmatis peſtilentialis, vini albi generoſiſſimi, ut Malvatici, Canarini, *an.* pintas *vij* ℔xij. Succi Limon. Depurati pintas ij. Aceti roſacei, vel ſambuccini aut de floribus Vetonic. pintam unam, ut ſint omnium mixtorum pintæ xv. ſive ℔. xxx. Omnia ut decet præparara infundantur ſecundum artem in fimo vel B°. per vj. dies, aut ſi ſpiritus exhalationem metuis, fiat infuſio in frigido mox diſtillatio ad medias, valida poſt reſidui liquoris colaturam magmatis expreſſio, diſtillatio expreſſionis ad ſiccitatem. Succagini in Alembici fundo reſtitanti affundatur denuò aqua, extrahatur tinctura, fiat filtratio per chartam, & tandem diſtillatio ad ſufficientem extracti coagulationem. In Limbo & roſtro Alembici ſint noduli plures continentes ʒß. Croci & gran. xv. Camphoræ: poſt ſingulas quatuor libras renovandi. Diſtillatus liquor croceus dividatur in duas partes, quarum altera reddatur acidula ſ. q. Ol. limpidiſſimi ſulphuris. Alia verò recipiat pro quavis libra, ℥ß. Lapidis Brunellæ.

Extracto addatur ſal Scordii. Artemiſ. Cardui Benedicti Brunellæ, Videl. ʒj. pro ℥j.

At ſi Ecchylomatis majorem vim poſtulas, ℞. Extracti ℥j. Myrrhæ Chriſtallorum ſulphuris *an.* ʒij. Croci ʒjß. Aloes in ſucc. depurat. Scordii & ulmariæ diſſolut. & per evapor. coagul. ℥ß. ſalis Artemiſ. & Corallorum *an.* ℈iiij. miſc. fiat maſſa pilularum, ſumenda ad gr. xv. vel xx. ſingulis matutinis, tempore peſtilenti ad præcautionem. Proderit etiam ad tetros & veneratos vapores cujuſuis generis diſcutiendos, ſi miſceratur cum appropriatis.

Uſus tempore poterit etiam diſſolvi non nihil extracti in aqua ſtillatitia ut potio evadat majoris virtutis.

Laudanum Theriacale. Sumpſi aliquando iſtius extracti & Extractorum Opii & Croci *an.* partes æquales, & concinnavi optimum Laudanum,

num, cujus Doſis ſufficiens fuit ad gr. iiij.

Acetum Theriacale.

Optimum.

Magmati aquæ præſcriptæ affunde aceti vini, acerrimi ℔x. Digere per octiduum,cola, Exprime Expreſſioni addeCaryoph. ℥ijß. Cortic. Aurant. & Citri ſicc. *an.* ℥iiij. Florum Lavendul. ʒiij. infunde denuò ante uſum,qui erit pulſus abluendos & nares manè, item ad imbuendam ſpongiam, quæ in pyxide perforata geſtetur, & naſo admoveatur olſaciendo tempore peſtilenti.

Aqua Imperialis.

℞. Radicum in umbrâ leviter ſiccatarum linteo Vincetoxici, Angelicæ, imperatoriæ Gentianæ Enulæ *an.* ℥ij. Radic. Carlinæ Bardan. Ariſtol. rotund. Biſtortæ Tormentill. Cyperi Scorzoneræ Hiſpan. Contrayerva *an.* ℥ijß. fol. ſiccatorum Hyſſop. Majoranæ Rutæ Lauri Menthæ Meliſſæ Malabathri Cardiacæ, Ulmariæ, Cruciatæ Abſynthii. Roriſmarini *an.* ℥jß. Florum Centaur. min. Geniſt. Hyperic. Calendul. Salviæ Lavendul. Citranguli vel Auranitorum *an.* ʒj. Cynamomi Caryophyllorum Macis.Nucis Moſch. Zedoariæ Galang.CalamiCaromatici. *an.* ʒx. Baccarum Juniperi recentium Ligni Rhod. Santal. citrin. *an.* ℥iij. Corticis exter. citri ſicci Aurantiorum *an.* ʒvj. Vini albi Hiſpanici pintas xij. fiat circulatio in B. in duabus cucurbitis adinvicem lutatis per vj. dies, deinde diſtillatio in præalto Alembico, in cujus capitello ſint complures noduli continentes Moſchi orientalis ʒjß. Ambræ griſ. ʒij. Croci ʒj. Niſi iſta (ut ſatiùs eſt) malis Infundere, atque in nodulo in aqua continuò ſinere.

Optimum erit diſtillare ad medias, deinde exprimere, atque ſuccaginem parere quam ſi ſubtiliorem velis eam de ſicca & denuò cum aqua vel optimo vini ſpiritu extrahe, & reduc ad eam quam volueris conſiſtentiam. Addito ſale proprio, atque oleis Cynamoni & Corticis citri.

Poterit etiam cum mero Vini ſpiritu parari iſta aqua, ut ſit potentior ad Leipothymias, ſuffocationes Apoplexiam, præfocantem Catarrhum,cæteroſ-que affectus ſubitaneos.

Elixir Vitæ Aureum.

Aurum potabile D. Blanc. eſt optimus vini ſpiritus,cum Melle, Moſcho, Ambra, & nonnunquam Aniſo vel ei Olei circulatus. Validiſſimus & potentiſſimus eſt liquor quencenties de guſtavi, & ad cujus inſtar ſequentem compoſui, magis artificioſum tamen & penetrantiorem.

Vide Aurum potabile deſcriptum à *Gabel Rhovero* in Antidotarii ſui parte ſecunda pag. 383. unde arbitior Blancum ſuam præparationem mutuatum eſſe.

℞. *Spiritus vini Malvatici*, Hiſpanici, Vaſconici, vel alterius generoſiſſimi, qui purus putus ſit,ab omni phlegmate ſeparatus. ℔xv.

Spiritus mellis aciduli, flavi, in olla moderato igne ſine ullo empyreumate extracti ℔vj. (olla a: eſt vaporarium, hypocauſtum, Balneum ſiccum.) Auri ferientis per aquam Regis ſoluti, & per tartari Oleum præcipitati,

cipitati, atque ad dulcedinem loti, tandem in charta citrà ullum calorem ſiccati. Vel quod melius eſt Chriſtallorum ſolis ut infra dicetur præparatorum ℥ij. Magaritarum ſelectarum ℥iiij. Sacchari candi ℔iiij. Ambræ griſeæ ℥ij. Moſchi orientalis ℥ſs. Croci ʒj. Spiritus ſalis per Aeolipilam, vel cum duplo Luti præparari. ℔j.

Portio ſpiritus vini affundatur Ambræ Moſcho & Croco; atque in vaſe exactiſſime obturato fiat tincturæ extractio in frigido, vel ſaltem cum tepore.

In ſpiritu mellis ſaccharum diſſolvatur. Aurum & Margaritæ in ſalis ſpiritu ad perfectam uſque vel ſaltem poſſibilem diſſolutionem digerantur. Ita per octiduum præparatis ſingulis omnia miſceantnr, atque in duplici cucurbita fideliter occluſa fiat circulatio in cineribus, ſepulta ut artis eſt in iis olla fictili vitreata, quæ ruptionis periculo medeatur. Stent ita per quadraginta dies & tandem fiat limpidi liquoris decantatio, qui in phyalis optime clauſis reſervetur. Tanquam *potentiſſimum Roborans, in Peſte, Suffocatione hyſterica, Vertigine, Incubo, Guartana, Colica flatulenta,* &c.

Lutum ad juncturas vaſorum ſit ex vernice & Minio, niſi Cera ſufficiat, Veſica bubula, aut calx cum albuminibus ovorum.

Chriſtallus Solis. ℞. Solem lamitatum, & cincinnatim circum volutum, cui affunde duplum vel triplum olei ſalis puriſſimi, fiat diſſolutio, mox cohob ad vj. vel vij. vices, in alembico cujus capitellum ſit perforatum. Tandem pellatur materia △ validiſſimo. Aſcendent ad vaſis collum Chriſtalli in omni liquore diſſolubiles licet in magna aquæ pluviæ diſtillatæ quantitate, ſeparatis ſalis ſpiritibus, ilicò reducantur.

Aqua Analeptica.

Cardiaca & inſtaurans partim huc ſpectat, partim referenda ad pag. 261.

℞. Cornu cervi mollis ac tenelli Menſe Junio cum ſanguine turget ex animali recens interfecto deſumpti, per taleolas ſecti ℔iiij. Aut ſi deſit Gelatinæ ex cornu cervini raſura recenti cum vino albo paratæ tantundem. Succi carnis Vituli, Vervecis, perdicis, Gapi, in vaſe duplici extracti ℔vj. Succi pomorum redolentium Curtipendulorum aut de Rainette, ℔ij. Succi Bugloſſ. Oxalid: rotundæ, Trifolii acetoſi Scabioſæ, Pulmonariæ, Cardui benedicti Ulmariæ *an.* ℔j. Vini albi generoſi ℔iij. Santali citrini Ligni Rhod. *an:* ʒjſs. Cynam. inter. ℥ij. Raſuræ ligni Juniperi ℥j. digerantur omnia per biduum, deinde fiat diſtillatio in Balneo vaporoſo, & excipiatur liquor ſtillatitius, cujus portio per ſe ſervetur ad infuſa, decocta, &c. Pars verò magis Cardiaca reddatur, hoc modo.

℞. Aquæ inſtaurantis ℔iiij. reddatur acidula ſucco depurato Limonum. Adde Florum Vetonicæ rub. *Piiij.* Florum borrag. Bugloſſ. Echii. Violarum *an. Pj.* Roſ. rub. *Pij.* Extrahatur tinctura ut a. e. Adde eſſentiæ dulcis perlarum & Corallorum, *an.* ʒiij. recondatur ad uſum.

Vel cum aqua ſimplici extrahatur *Lac Perlarum & Corallorum* hoc modo.

℞. Pulverem ebrum, quem irrora guttis aliquot Olei Sulphuris, fiet ebullitio, qua ſedata affundatur aquæ quantitas parva, in mortario vitreo, agitando donec aqua albeſcat, quæ turbida effundatur per inclinationem, & reiteretur proceſſus donec totum corpus ſolutum ſit. Uſus tempore agitanda erit ampulla, ut quidquid ſubſederit pulveris albi, cum Aqua miſceatur, atque una cum liquore ſorbiatur.

Butyrum Perlarum fit inſtillatis ſenſim ſpiritibus acidis ſulphuris aut Vitrioli, corpus liqueſcit, & veluti in pultem redigitur, quæ uſus tempore admiſceatur julepis. Non ſubſidit perlarum corpus, ſed inſtar nubeculæ natat in Liquore, unde facillimè poteſt & bibi & diſtribui.

Dulce.

Magiſterium Perl. & Corallorum. Diſſolvantur in optimo Spiritu aceti. Mox fiat præcipitatio vel per Oleum Sulphuris, à quo habebis corpus ſcintillans, vel per Oleum ſive ſalem diſſolutum Tartari, quod tibi dabit pulverem impalpabilem candidiſſimum inſtar farinæ. Neuter pulvis eſt diſſolubilis. Iſtis ſiccatis affundatur ſœpius optimus vini ſpiritus & Aqua Cynamomi deſuper evocetur aliquoties. Reſtabi optimum perlarum Alkool quod licet in liquoribus non diſſolvatur, attamen ori inditus penitus liquatur.

Ex propria Experientia.

Per Spiritum Salis communis. Optima & eximia fit perlarum diſſolutio atque mihi perplacet hæc ratio, quippe Margaritæ, (ut Corallium) fructus maris ſunt nihil que aliud eſſe videntur præter concretum ſalem. Unde fit ut ſit magis affinis, & naturæ conſentanea ipſorum ſolutio per ſalis Spiritum. Adde quod nihil eſt præſtantius ſale, ad arcendam putredinem, nihil naturæ humanæ minus inſenſum. Ita ut Spiritus hic tutò poſſit etiam per ſe uſurpari inſtar Spiritus Vitrioli in putridis febribus, & ardoribus à putredine. Cur non igitur corpora per ipſum præparata? Nullo modo namque noxius aut corroſivus eſt hic ſpiritus.

NB.
℞. Oleum ſalis, in quo diſſolve perlas & corallos. Affunde huic diſſolutioni Oleum Sulphuris, fiet præcipitatio, atque in calcem congelatio, X ista exhibeatur in idoneo liquore, ad omnes febres pro ſummo cardiaco.

NB.
Extrahatur ſpiritus ſolvens ex ipſis corallis an crudis, an cum aceti ſpiritu diſſolutis. In hoc ſpiritu ſi corallorum pulvis diſſolvatur totus abit in ſalem ſali communi affinem. ſal iſte ad aerem ilico liquatur in oleum ſive aquam, quæ miſcetur exactiſſime cum vino & alio omni liquore: Huic miſturæ ſe inſtilletur oleum Tartari vel Vitrioli ſpiritus, ilico fit Lac. Du-Val.

Sal autem ſive eſſentia Perlarum ſeparatur à ſuo diſſolvente.

I°. *Per Exhalationem* remanet-que ſcintillans corpus, ſatis acre, quod liquatur ad aerem, ſiccatum, inſtar ſalis per evaporationem ex Capitello parati. Hic ſal ſolvitur in omni liquore, etiam in vini ſpiritu, id quod aliis non contingit, neque illi qui eſt ex ſpiritus aceti evaporatione reſiduus. Unde videtur magis ſpirituoſum & tenue hoc magiſterium. Atque hac ratione forſan perlæ (num etiam Corallium?) crebra affuſione Spiritus Vini poſſent per diſtillationem & ſolutionem reduci in Oleum Guttatim exhibendum.

Ut verò tollatur illa ad aerem liquabilitas, quæ procedit à ſpiritu acido ſalis, diſſolvente, qui remanet in corpore diſſoluto ſali perlarum ſcintillanti affundatur oleum ſulphuris, fiet ebullitio, & elevabitur nidor ad-

admodum ſulphureus, tandem aqua ſtillatitiâ extrahatur per ablutionem oleum acidum ſulphuris, cum ſpiritu ſalis, relinquetur corpus perlarum non diſſolubile in liquore, at quod facile per minima miſcetur.

MB.

II^a^ *Separatio* fit per præcipitationem cum Oleo ſulphuris, fit-que coagulum album quod abluitur aqua diſtillata, ſiccatur deinde tractatur per ſpiritum Vini, & aq. Cynamomi. Eſt optimum.

III^a^. Fit per Oleum Tartari, coagulatur inſtar glutinis, Ablue & fac ut ſuprà. Hæc duo non diſſolvuntur, attamen mihi videtur optima hæc præparatio.

Quercetanus vult Magiſterium perlarum parari earum diſſolutione in æquis partibus optimi ſpiritus aceti, & ſpiritus Vini, deinde præcipitatione per Oleum Tartari, quam ſequatur evocatio aquæ Cardiacæ ex Margaritis.

Medulla diſtillatoria.

Solutio Perlarum. Menſe Aprili fac foramen in procera arbore Betulæ, Birckenbaum. Exſtillat aqua vaſe ſuppoſito excipienda, de qua cape menſuras duas Succi Limonum menſuram dimidiam, bulliant ſimul ad conſumptionem quartæ partis unius menſuræ. (*ſeudt es ein bis auff ein viertheil eines Maaſs*) mox adde quartam partem menſuræ ſucci Limonum. Pone in bocciam, & diſtilla, diſtillationem rectifica, & ſic habebis paratum optimum diſſolvens. Accipe perlas quas albue aqua calente, ſicca lento calore, & præſerva à pulvere. ℞. Harum perlarum non tritarum v. g. ʒj. Aquæ prædictæ ℥iij. Intra quatuor horas perlæ ſolvuntur in aquam abſque ulla reſidentia, fere inſtar vini turbidi.

Videnum hoc iſte debeat intelligi, ut reſtet tantum quarta pars unius menſuræ.

Hæc ſolutio Cor mirabiliter roborat, & inſtaurat vitales ſpiritus.

Perlarum & ☉ *Oleum.* ℞. Minii optimi ℔vj. ſpiritus aceti à Phlegmate & Oleo fœtido ſeparati ℔. 20 aut 24. Infundantur ſimul in vitro vel lapideo vaſe per v. aut vj. dies quotidie bacillo agitando, mox fiat ſeparatio per inclinationem, deinde per filtratio, tandem ad pelliculum, exhalatio & in cella Chriſtallizatio, ſic-que habebis Saccharum Saturni. Hujus ℞. ℔iij. pone in retortam vitream amplam optime Lutatam, atque in cineribus lento igne evoca primò Phlegma, donec fumi albi aſcendere incipiant: Tunc alluta retortæ amplum recipiens, optime claude juncturas, ita ut nihil exſpirare poſſit; Ad majorem cautelam vide ne ignis nimis magnus ſit metu ruptionis vaſorum, ſitque ad manus artificium quo nimium ignem moderari poſſis, injiciendo cineres, vel rectricem laminam interponendo: Ita pelle ſpiritus per viij. vel ix. horas, donec nihil amplius exſtillet. ℞. Quidquid diſtillarit, pone in novam retortam nitidam, rectifica in moderato balneo. Primò aſcendet ſpiritus guttatim, nec venas ullas faciet in lateribus recipientis. Deinde prodibit Oleum inſtar ſpiritus vini per venulas obliquas. Tandem exſtillabit aqua

Sir Thomas Challoner. Oleum non aſcendet ſi inter diſtillandum poſt phlegmatis & ſpiritus exitum ceſſetur, alias facta per chartam filtratione in qua remanebit Oleum, vel per infundibulum ſeparatione, liquor eſſet rectificandus.

qua per venas rectas; qui ſinguli liquores ſingulis vaſis ſunt excipiendi.

Ad Perlas

℞. Perlas quas projice in aquam, in inſtanti reſolventur. Affuſo autem pauco ſpiritu, ilicò coagulantur in oleoſam ſubſtantiam, quæ eſt ſummum Cardiacum ſanis & ægris utiliſſimum. Valet præſertim in palpitatione cordis & cerebrum confectat mirabiliter.

Ad Solem.

Oleum autem Auri ſic paratur. ℞. Aurum Calcinatum cum ſale vel Mercurio, & apertum per reverberationem q. v. ei affunde oleum ſaturni prædictum. Circula per vj. vel vij dies. Decanta, utere.

Valet adverſus venena, & in agone mortis hujus viij. aut x guttæ in vino exhibitæ, ſi ſit ulla ſpes vitæ ilicò excitant patientem. Prodeſt in paralyſi & apoplexia.

Cum Spiritu quo perlæ præcipitantur ſive coagulantur ſine alia additione corpus immune redditur à Catarrhis omnibúſque fluxionibus, ſi guttæ 10 vel 12. mane & veſperi ſumantur 4 aut 5. Diebus conſequentibus.

Vide an ſit Aurum quod poſt calcinationem cum ♀ fuit in Oleo Saturni infuſum.

Pulvis Amalgamatis ſumptus in quantitate granorum trium vel quatuor blandum provocat ſudorem, dolorem ſtomachi ſedat, & tres quatuor ve ſedes pervocat.

Moſanus.

Hoc pulvere, & oleo ſolis prædicto (inquit Moſanus) curavi hydropem & Luem veneream in extremo gradu.

Syrupus Theriacalis.

℞. Radicum Vincetoxici Imperatoriæ, Bardanæ, Petaſitis, Carlinæ, attractilidis Flore Luteo Tormentillæ Scorzoneræ Hiſp. Diptami albi ſive fraxinellæ Garyophyllatæ Biſtortæ Enulæ Valerianæ majoris *an.* ℥j. Ligni ſaſafras cum cortice ℥ij. Rad. angelicæ ℥ß. fol. ſicc. Scabioſ. ſucciſæ cum toto Ulmariæ Calendulæ totius, Scordii Meliſſ. Rutæ, artemiſ. Cruciatæ *an. Mj*. Florum Tapſi barbati Hyperici Geniſtæ Hiſp. Jaſmini Vetonic. rub Galeg. Aurantiorum & citri. *an. Piiij.* Seminis Citri, Echii, Cardui Bened. *an.* ʒv. Baccarum Juniperi recentium, Hederæ maturarum *an.* ʒx. Corticis exterioris citri ſicc. ℥jß. Santali citrini, Zedoariæ *an.* ʒvj. Sicca omnia minutim conciſa ea quantitate vini Hiſpanici vel alterius albi generoſi irrocentur, quæ ſufficiat ad macerationem, faciendam per horas 24 mox affuſa ea quantitate aquæ Theriacalis quæ ſupernatet vj digitis, fiat digeſtio in B. ut a. e. per quatriduum, deinde expreſſio fortis & colatura per triplex filtrum, quæ in alembico & Balneo vaporoſo addito Sacchari albiſſimi & mellis deſpumati *an.* quadrante uno reducatur in Syrupum.

Magma calcinetur ad albedinem, atque ex eo ſecundum artem ſal extrahatur, cum Aqua quæ in parando Syrupo exſtillarit commiſcendus.

Uſus iſtius Syrupi erit potius ad peſtilentis cujuſvis affectus curationem quàm ad præcautionem. Atque ex eo concinnari poterunt potiones quæ ſudores provocent; Formari Opiatæ, ipſum etiam Electuarium de Ovo utrumque.

Bland. *Formulæ autem potionum ſequantur*. ℞. Aquæ è Syrupo ſtillat. ℥iiij. Syrupi ℥j. Acetoſitatis ſulphuris Gut. vj. miſc.

Mediocr. ℞. Aquæ Theriacalis ℥iiij. Salis Artemiſ. & Carduui Bened. *an.* gr. vij. Syrup. ℥j. Electuar. de Ovo Vegetabil. ʒß. miſc. fiat potio calidè exhib.

Valida. ℞. Aquæ Theriacal. ℥iiij. Syrup. ℥jß. Elect. de Ovo mineral. ʒj. Pulveris ex Auro feriente ſublimati gr. iiij. miſc. fiat. potio propinanda tepide.

Theriaca Andromachi: Senioris Cretenſis ἀϱχίατϱου Naronis. Hanc compoſitionem, ex Mithridatio quibuſdam mutatis & additis mutuatam, doctus ille Medicus Carmine deſcripſit 140 annis poſt Mithridatii divulgationem; nomenque impoſuit γαλήνης ſive tranquillitatis ab affectu. Longo poſt tempore Medici Nicandrum imitati, hanc Antidotum Theriacam dixere, ſive quòd omnia Alexiteria eo nomine donentur, ſive quòd viperas recipiat, Echidnas, quæ per excellentiam ϑηϱία i. feræ appellantur.

In Celeberrima hac, atque tot annorum decurſu per innumeras experientias comprobata, tot graviſſimorum Authorum (*Galeni* præſertim qui integrum librum de ea ſcripſit ad Piſonem) authoritatibus confirmata compoſitione, nihil auſim immutare; atque cenſer ut ex deſcriptione ad amuſſim præparetur, neque in re quæ à ſola experientia pendet (qualia ſunt omnia Alexipharmaca) inutilis & ſuperflua ſi non (quod credo) noxia ſubtilitas quæratur in præparatione, ſub faſtuoſo & ampullato titulo ſeparationis puri ab impuro.

Multorum vires etiam ſunt interno craſſamento, vel ut melius plurima per diſſolutionem alterata, virtutibus veluti capite minuta effœta manent.

Bonis ſemel inventis, ubi ratio deficit, experientiæ eſt acquieſcendum.

Galen. *In ea* requiritur poſt ſedulam præparationem exacta & longa fermentatio quam *Galenus* concoctionem vocat, ut tot taliumque pharmacorum ipſius compoſitionem conſtituentium. Qualitates totæ per totas miſceantur, & alterentur, conſpirantesque in unam eandemque temperiem, communem quandam facultatem atque naturam acquirant, ab ea diverſam quæ antea ſingulis in erat. Galenus. Perfecte concoquitur duodecim annorum ſpatio. Cæterum qui vigentiore ipſa uti volunt etiam quinto anno ſeptimoque ipſam exhibent, præſertim iis qui à virulentis beſtiis & à cane rabido ſunt commorſi: nec non in medicamentis lethalibus. Eſt autem potens medicamentum uſque ad triginta annos. In levioribus affectibus juvat etiam Theriaca ſexagenaria.

Ejus deſcriptionem uſum & vires petere licebit ex prædicto Libro *Galeni* de Theriaca.

Mi-

Mithridatium Democratis.

Rex iſte callebat XXII. Idiomata, ſive linguas quibus loqui poterat ſine interprete. Requavit circiter 100 annis ante mortem Chriſti.

Inventum Mithridatis illius magni Regis Ponti & Bithyniæ, qui continuo Alexipharmacorum uſu, ita ſe reddiderat veneno impenetrabilem, ut tandem mori cupiens, ferro vitæ vincula ſolvere coactus fuerit, bis irrito labore aſſumpto toxico. Deſcriptio iſtius Antidoti in ſcriniis Regis à Pompeio victore reperta, Romam delata fuit, diu poſt hexametro Carmine conſcripta ab inſigni Medico Damocrate, tandem à *Galeno* inſerta libro ſecundo de Antidotis. Inde peratur, neque quidquam in excellentiſſima iſta compoſitione mutetur.

Idem Author eodem libro deſcribit Antidotum ſub nomine Theriacæ Mithridatis, quæ magnæ Theriacæ, ut & Mithridatii ordinarii vices abunde ſupplere, iiſque non ſine effectu utiliſſime ſubſtitui poſſe mihi videtur. Sunt autem iſta verba *Galeni*.

Mithridatis Theriace.

Ex Lacuna.

Qua Rex Mithridates utebatur perpetuo, ut ſe à lethali veneno aſſereret. Cum itaque à Romanis captus eſſet, nec bis epoto veneno mori poſſet, gladio ſibi ipſi mortem intulit. Confectio ipſius ſecundum Andromachum habet in hunc modum.

℥vj.

℞. Paſtillorum ſcyllinorum ʒxviij. Paſtillorum Theriacorum, Piperis nigri Hedycroi magmatis, Lachrymæ Papaver. nigri *an.* ʒxxiiij Roſarum Siccarum, Junci rotundi odorati floris, polii Scordii Seminis napi. Iridis Illæricæ, Agarici Cynamomi., Dulcis radiculæ ſucci Opobalſami *an.* ʒxij. Roriſmarini ʒviij. Myrrhæ, Croci, Zinziberis, Rhapontici Quinquefolii radicis, Nepitæ Montanæ Marrubii Petroſelini ſtæchados, Coſti, Piperis albi, Thuris, *an.* ʒj. Obol. ij. Caſiæ nigræ ʒiiij. Piperis nigri ʒj. Longi tantundem, Mev. Aſari, Acori Dauci ſeminis, Anſerini ſanguinis ſicci anatini ſanguinis *an.* ʒiij. Excipiantur Melle Attico & cocto.

℥iij.

℥jß.

Obolus eſt pondus, gran. xij.

Eſt & alia Mithridatis Antidotus εὐπόριστος, *de qua quintus Serenus hæc cecinit.*

Antidotus verò multis Mithridatia fertur Conſociata modis; Sed Magnus ſcrinia Regis Cum raperet victor, vilem deprendit in illis Syntheſin, & vulgata ſatis medicamina riſit. Bis denum rutæ folium, ſalis & breve granum juglandeſ-que duas, terno cum corpore ficus. Hæc oriente die parco conſperſa Lyæo ſumebat, metuens dedera ; quæ poculatutor.

Theriaca Diateſſaron.

Meſu. Avicenn. à Græcis.

℞. Gentianæ, Baccarum Lauri, Myrrhæ Ariſtol. rotund. *an.* ℥ij. Mellis ℔ij. miſc.

Theriaca Ex Tribus.

Turner.

℞. Zedoariæ. Peſtilents wrtzij, Petaſitis Nitri præparati, *an.* ℥iiij. Mellis Prodromi ignem non experti q. ſ. miſc. fiat Electuarium. Optimum ad Peſtem.

Theriaca Parva.

Turner.

℞. Diaſcordii ℥vj. Theriacæ Andromach. Mithridatii Damocratis *an.* ℥iij. Diambræ Philonii Turneri Zedoariæ *an.* ℥ij. Angelicæ Imperatoriæ, florum ſive ſumiratum hyperici *an.* ℥j. Nitri præparari Dictam. Cret. Ariſtol. rotund. Gentian. Vincetox. Myrrhæ Aloes *an.* ℥ß. Mellis optimi q. ſ. forte ℔ij. aut circiter. fiat Electuarium. Doſis à ℈ij. ad iiij.

Theriaca Pauperum.

Turner.

℞. Scordii Dictam. Cretici Galengæ, Cardui Bened. *an.* *Mij.* Rad. Angelicæ Zedoariæ Tormentill. Gentian. Ariſtol. rotund. Aloes optim. *an.* ℥ß. Radicum Vincetox. Valerian. Urticæ minimæ. Polypod querni Altheæ *an.* ℥j. Raſuræ Eboris ℥ß. Cornu cervi non uſti Maſtich. Myrrhæ Benjoin *an.* ʒij. Nitri præparari ℥j. Vitrioli crudi ʒj. Cum triplo mellis vel q. ſ. fiat Electuarium.

Stoterium Majus Dodon.

Riverius.

℞. Radicum Gentianæ Tormentillæ Carlinæ. Innulæ, fraxinellæ Zedoariæ *an.* ℥ß. Baccarum Lauri Corticis citri *an.* ʒiij. Radicis Angelicæ Cynamomi, ſeminum Acetoſæ & Coriandri *an.* ʒij Scordii Roſ. rub. *an.* ʒjß. Santali Citrini, Rubri, Macis, Croci *an.* ʒj. Boli præparari ℈ij. Coralli rubri, fragmentorum ſaphyri Camphoræ Caryophyllorum *an.* ℈ß. miſc. fiat pulvis, cui inſtilla aceti ℥j. ſervetur in ſacculo coriaceo, aut veſica ſuilla bene colligata ne evaporet.

Si vis forma opiatæ, adde Theriacæ ℥iiij. Syrupi de Limonibus q. ſ. fiat Electuarium. Datur in rotulis cum aqua Tormentillæ, ponendo pro ʒij. pulveris, Sacchari ℥iij. ad præcautionem. Quæ circa cohærent ad exteriora pellit.

Soterium minus Dodon.

Riverius.

℞. Radicum Tormentillæ Carlinæ Angelicæ Zedoariæ *an.* ℥ß Scordii ʒij. Baccarum Lauri & Juniperi *an.* ʒij. Cynamomi, Macis, Croci, Seminis Acetoſæ *an.* ʒj fiat pulvis, cui per minimas guttulas inſtillandum aliquid aceti, & ſic ad uſum eſt conſervandus. Ex hoc tabellæ ponent parari cum Saccharo & aqua Tormentillæ aut Cardui Benedicti ad præſervationem.

Theriaca Germanorum.

Mellago Juniperi. Simplex.

Baccæ maturæ Juniperi Septembri collectæ in mortario conterantur donec nulla earum integra ſuperſit, deinde in lebete capaci, vel olla fictili vitreata, coquantur vaſe probe tecto, cum dupla portione vini albi generoſi, vel etiam aquæ limpidiſſimæ, donec vim omnem exuiſſe videantur, poſtea ab igne remove, & quàm validiſſime ſub prælo per lineos denſóſ-que ſacculos exprime, mox ſuccum colatum per lineum ſacculum colato, quo purior evadat, & materia terreſtris, ab eo ſeparetur. Tandem igni denuo impoſitum cognito, donec ad debitam ſpiſſitudinem perveniat, & purpureus appareat. Dum coquitur videndum ne effervеſcat, vel aduſtionem ſapiat.

Propterea & igne lento utendum, & continuò agitanda materia. Utere vaſe duplici. Coquatur ad juſtam ſpiſſitudinem. Et munde tractetur, aliás diu durare nequit.

Poteſt addi Saccharum, item aromata v. g. ℞. ℔j. Baccarum ℔ij. Vini albi vel aq. Cardui Bened. aut Meliſſæ. ſimul coctis ut ſupra expreſſis & coagulatis, adde ℔j. Sacchari in ſupradictis aquis diſſoluti & in Syrup. cocti, & ʒij. vel iij. Cynamomi. Doſis pro adultis Cochleare unum, mane, & aliquando veſperi, pro junioribus ſufficit minor quantitas.

Peſtilentiæ reſiſtit, prodeſt Calculoſis, colicis, imbecillitati ſtomachi.

Autumno, hyeme, & vere utere, Æſtate non niſi urgente neceſſitate.

Antidotus Diajuniperi.

Melalgo Alexiteria. ℞. Radicum Angelicæ Imperatoriæ *an.* ℥iiij. Radic. Zedoariæ Valerianæ Vincetoxici Petaſitis Gentianæ, Ariſtol. rotund. *an.* ℥ijß. Rad. Tormentill. Biſtort. Bardan. *an.* ℥ij. Omnia ut docet ſiccata & minutim conciſa ac trita ponantur in ſuccorum depurat. ſcordii & Trifolii acetoſi *an.* ℔ij. Succ. Aurantiorum acidorum & Citri *an.* ℔jß. Vini Canarini limpidiſſimi ℔iiij. Poſt quatridui infuſionem factam in B. M. vel fimo equino, vaſe idoneo, fiat expreſſio fortis quæ in balneo vaporis reducatur ad Mellaginem, cui ſal è magmate extractus admiſceatur.

℞. Theriacæ Germanorum præſcriptæ ℥xvj. Mellaginis alexiteriæ ℥viij. miſce atque ſi opus ſit pauco vino Cretico ſive Malvatico dilue, ut facilius pulveres excipiat. ℞. Contrayerva ℥ij. Boli Bezoardici ℥j. Magiſter. perlarum per acetum aut per ſuccum Limonum depuratum & ab omni phlegmate diſtillatione ſeparatum. Parati, diſſolubilis, Cornu Cervi ad albedinem ſummam uſti. Myrrhæ, Corticis exterioris citri & Aurantiorum ſicci *an.* ℥ß. Florum ſulphuris ter ſublimatorum vel Chriſtallorum non fœtidorum, Diaphoretici Hartmanni vel ſi deſit, vulgaris ex ♁ & ⦶ albiſſimi, Nitri præparati in Lapidem Brunellæ *an.* ʒvj. Lapidis Bezahar Orientalis Salis Artemiſ. & Cardui Benedicti *an.* ʒiij. Pulveris colubrorum (aut ſi haberi poſſint viperarum) ex carne corporis, corde & Jecore iij Laudani noſtri pro ſingulis unciis, gr. xvj.

Pulveres ſubtiliſſimi atque in Alkool reducti, miſceantur cum mellaginibus, diu multumque agitando, atque in mortario marmoreo, piſtillo Ligneo ſedulo terendo. Peracta mixtione reducatur compoſitio ad debitam conſiſtentiam. Recondatur vaſis vitreis, & ſinatur fermentari per tres quatuor-ve menſes, quotidie ſpatula movendo. Doſis à ℈ij. ad ℈iiij. In venenis omnibus, præſertim verò interioris ut peſtilentibus & contagioſis febribus, variolis, morbillis, &c.

Ele-

Electuar. De Ovo Vegetab.

℞. Ovum Gallinæ recentiſſimum, perforetur in apice, extrahatur albumen, impleatur Croco Orientali ſubtiliſſime pulveriſato, foramen verò obturetur alio ovi cortice cum pauco albumine & farina, vel cornu cervi ad albedinem eſto. Involv. charta madefacta, & coq. ſub arena ad ſiccitatem uſque. Cortex ſeparatim in porphyrite Lævigetur in Alkool, ſicut Crocus cum vitello Mixtis, adde Seminis ſynapi & Erucæ, *an.* dimidium pondus ovi quæ ſeorſim trita miſceantur exactiſſime, mox adde pulveris Rad. Tormentillæ *Zedoariæ an.* ℥ß. Rad. Angelic. Imperator. *an.* ʒij. Ariſtol. utriuſque ſalis Corallorum & perlarum *an.* ʒjß. pulver. fol. Rutæ Dictam. Cret. Scordii *an.* ʒjß. Succini albi præparari oſſis de corde cervi. Raſur. cornu cervi primar. recent. *an.* ʒjß Terræ Lemniæ & Strigonienſ. *an.* ℈v. Cynam. interior Nucis Vomicæ *an.* ℈iiij. Theriacæ ad pondus omnium. Syrupi noſtri Theriacalis q. ſ. ut fiat Electuarium inſtar Opiatæ. Fermentatur, proinde ſæpius movendum, & uſui recondendum. Doſis ʒj.

Elect. de Ovo Minerale.

Notandum remedium quo præſentius in peſte nullum novi.

℞. Ovum ut ſupra præparatum, de quo cape & ſeminis ſynapi vel Erucæ *ana* ʒj. Antidoti Saxonicæ veræ ℥ß. Lapidis Brunellæ ʒv. Diaphoretici ♁ vulgaris ex Croco metallorum ſemel uſti ʒiij. Pulveris Scordii, Rutæ, Zedoar. *an.* ʒiiß. Theriacæ veteris ℥iiij. ʒij.

Philonii Turneri ℈vij. gr. ij. (mei autem Laudani, pro Philonio Turneri ſupponendi ʒj. gr. xj. miſc. & cum ſ. q. Syrupi Theriacalis fiat Electuarium.

Doſis ʒj. Potens Cardiacum ſummè ſudorificum, mihi probatiſſimum.

Potentius evadet ſi ad ſingulas doſes, addatur quarta pars Carnis Cordis, & hepatis viperarum præparatorum.

NB. In omnibus iſtis ut in Theriaca requiritur longa fermentatio ut ex omnibus ſeſe invicem penetrantibus, novum quid unum exſurgat.

NB. *Hoc remedio* ſæpe apparentem tumorem peſtilentem per ſudores diſcuſſi fœliciſſimè.

Vide iſtius uſum infra ubi agetur de Curatione Peſtis.

Diaſcordium.

Fracaſtorius.

℞. Cynamomi Caſſ. lign. *an.* ℥ß. Scordii veri ℥j. Dictamni Cretici Tormentill. Biſtortæ Galbani Gummi Arab. *an.* ℥ß. Opii ʒjß. Styrac. Calam. ʒiiij. ß. Sem Acetoſ. ʒjß. Gentianæ ℥ß. Bol. arm. ℥jß. Terræ Lemniæ ℥ß. Piperis long. Zinzib. *an.* ʒij. Mellis alvi ℔ijß. Conſervæ roſarum ℔j. Vini aromat. ℔ß. miſc. fiat Electuarium.

Hoc foeliciter utuntur in iis in quibus Theriaca locum non habet, ut pueris & grandis. In peſte correptis ac extreme deſperatis commendatur hoc modo. ℞. Succi Lujulæ ℥ij. Succi Citri ℥j. Diaſcordii ʒij. Specierum cordialium. Specierum è gennuis *an.* ℈j. aceti ℥j. Omnia miſceto & totum haurito.

Nota modum utendi cum acidis & refrigerantibus, qui uſurpari poterit in aliis Antidotis calidioribus ut El. de Ovo &c.

NB. *Fœtet*

D^or. Matthias. Etiam vulgari modo paratum, Diaſcordium, ſine Opii præparatione poſt fermentatione ſex menſium æſtivorum non fœtet, præſtat tamen fermentari diutius.

NB. *Fœtet non eſt tantus fœtor admodum* iſta compoſitio dum recens eſt. At ſi cum Opio dirigentiſſime extracto cum vini ſpiritu paretur, ita ut omnem fœtorem amiſerit, & per annos duos fermentetur, ante exhibitionem, non fœtet, & citra magnum calorem (ne dicam nullum) humorum motus fœliciter compeſcit. *Ut vidi* in Dª *de Bedford*, debiliſſima, ab abſceſſu circa uterum, & diarrhoea ſyntectica pené contabeſcente, quæ optimè reſtituta convaluit. *Poteſt iſtud* Diaſcordium fermentatum tutó dari, manè & veſperi, aliquot diebus conſequentibus ad ʒj. ℈ij. ʒß. pro affectu & viribus. Ejus ʒv. vix recipiunt granum unum Opii.

Meliori ordine deſcriptæ & efficatiores mihi videntur Deſcriptiones Diſcordii quæ ſequuntur.

Riverius. ℞. Scordii in umbra ſiccati ʒj. Radic. Gentian. Tormentillæ Biſtortæ, *an.* ʒvij. Bol. armen. electi ʒx. Galbani Gummi Arabici in ſucco ſcordii diſſolutorum *an.* ʒvj. Cynam ℥ß. Nucis Moſchat. Pip. longi *an.* ʒij. Seminis acetoſ. ʒjß. Styr. Calam ʒiij. Opii in aqua vitæ diſſoluti ʒj. Mellis optimi deſpum. ℔jß. Conſerv. Roſ. antiq. ℥iiij. conſerv. Florum ſcordii ℥ij. Vini Malvat. ℥iiij. Omnia ex arte præparata miſceantur, & coquantur in Electuarium. Doſis à ʒj. ad ℥ß.

Hanc formulam dedi Pharmacopœo froment Lutetiæ 28 Jun. 1627. Boli Armen. ſumatur ℥ß. terræ Lemniæ vel potius ſileſiacæ ʒvj.

Guenault. ℞. Scordii in umbra ſiccati ℥ij. Rad. Tormentillæ Biſtortæ *an.* ℥j. Gentian. ℥ß. Galbani, Gummi arab. Styrac. calam. *an.* ʒv. Bol. arm. ʒx. Semin. acetoſ. ʒij. Opii ℥jß. Mellis optimi deſpumati ℔ijß. Conſervæ antiq. roſarum ℔j. Vini odoriferi Succi Scordii *an.* ℥iij. miſc. fiat Electuarium.

Opium præparetur cum aceto diſtillato, vel ſucco limonum deprecato.

Diaſcordium Magiſtrale.

℞. Scordii veri in umbra optimé ſiccati ℥iiij. Radicum Scorzoner Hiſpan. Tormentill. Biſtort. Echii. Scabioſ. ſucciſ. Pentaphyll. Carlinæ Valerianæ majoris Petaſitis, Vincetoxici *an.* ℥ß. Contrayerva ℥ij. Terræ Strigonienſis & Lemn. *an.* ʒvj. Boli armen. ℥ß. Seminum Echii Acetoſ. Portulac. Cardui Bened. Citri *an.* ʒiij. Corticis exter. citri ſicci ʒx. Raſur. cornu cervi primar. recent. Oſſis de corde ejuſdem Magiſter. perlar. & Corall. dulc. *an.* ʒv. Conſerv. roſ. rub. & Florum ſcordii *an.* ℥vj. Carnis viperæ præparat. ℥viij. Lapid. Bezoar orientalis & occidentalis, Ambræ griſ. *ana* ℥ß. Solutionis oculorum Cancri parat. in aceto Diſtillato, & per *Oleum Tartari* præcipitati ℥jß. Florum Sulphuris ℥ijß. Lapidis Brunnellæ ℥ij. Mellis albi cum ſucco ſcordii deſpum. ℔vj. (augendo tamen vel minuendo quantitatem pro ratione conſiſtentiæ.) Vini Malvatici ℔ß. miſc. fiat Electuarium, ad cujus ſingulas uncias adde Diaphoretici Hartmanni ℈iij. Laudani mei gr. xvj. miſc. Doſis à ʒj. ad ℈iiij. & ʒjß.

Per Ol. 🜿

Poſt aliquot menſium, imò unius vel alterius anni fermentationem optimus erit uſus, & reſpondens voto.

NB. Pro terris præſcriptis ſum, poterit Bolus Bezoardicus in ſequentibus deſcribendus, & loco mellis Syrupus Theriacalis. Aut Syrupus è ſuccis Scordii & Oxytriphyll. cum Dimidia ſaltem parte Sacchari coct. calore lentiſſimo.

Confectio Alkermes.

Meſve. Succus ficus Indicæ ſive fructus Opuntiæ dat elegantiſſimum colorem purpureum eſtq; grati ſaporis.

In communi & vulgata deſcriptione Sericum crudum tingitur in ſucco Kermes, deinde infunditur in ſucco pomorum & aqua Roſarum; verùm arbitror inutile eſſe illud fœtidi vermis excrementum, & carere virtute omni cardiaca; unde ſuadeo ut majorum virium, aucta baſi (ſucco videlicet granorum Kermes) ita paretur iſta compoſitio.

Bauderon.

℞. Succorum puriſſimorum Kermes Pomorum redolentium & aquæ Roſarum *an.* ℔jß. Coquantur lentiſſimo calore cum Sacchari albiſſimi ℥150. i. ℔jß. ʒvj. ad Mellis craſſitudinem. Ab igne depoſitis, & adhuc calentibus adde Ambræ griſeæ minutim tritæ ℥ß. qua liquata injice pulverem ſequentem. ℞. Ligni Aloes optimi vel Santali Citrini. Cynamomi electi *an.* ʒvj. Lapidis Lazuli bis in aqua roſ. extincti, & toties loti donec omnem acrimoniam amiſerit, Margaritarum alb. *an.* ʒij. Foliorum Auri optimi ʒj. Moſchi orientalis ℈j. fiat Electuarium vaſe vitreo recondendum.

Confectio Alkermes Magiſtral.

Succi extrahantur ex fructibus admodum maturis.

℞. Succi Kermes ſi habeatur, ſucci depurati pomorum redolentium, ſucci mororum rubi Idæi & Ribes depur. *an.* ℔jß. Manus Chriſti, ſive Sacchari Roſati albiſſimi ℔ij. miſc. & lentiſſimo calore coquantur ad conſiſtentiam mellis. De hoc Syrupo cape ℔jß. Croci martis aperientis rubri ℥iij. Roſ. rub. dempto ungue trit. ut Alkool, ſucco limon. irrocat. ad floridiſſimum ruborem ʒvj. Magiſterii perlarum, Corallorum, Ocul. cancr. per ∴. Colurorum, per Ol. ♀ præcipitat. & aq. Roſ. Dulcorat. Spodii è cornu Cervi Oſſis de Corde ejuſdem. Lap. Bezahar orientalis *an.* ʒv. Santal. citrin. Ambr. griſs *an.* ℥ß. fol. auri ʒij. Moſchi Orient. in Aq. roſ. diſſol. & ab omni immunditie ſeparati ℈ij. fiat ut ſupra, i. Ambra trita ſyrupo calenti indatur, atque ubi ſoluta fuerit, pene refrigeratis omnibus addantur pulveres antea ſimul perfectiſſime mixti. Cylindro ligneo fiat ſedula agitatio, tandem extra ignem addantur Moſchum & folia auri fiatque agitatio, & ante uſum ſinatur fieri ad minimum menſis unius fermentatio.

Mars poſt uſtionem cum ſulphure extinguatur decies in aceto vini albi fortiſſimo, & toties in vino malvatico aut Hiſpanico; tandem in Porphyrite lævigetur in Alkool cum aq Roſarum Naff. Vel Cynamomi, & reducatur in Trochiſcos.

Vires Præſtantior eſt hæc compoſitio vulgari, magis Cardiaca, & Melancholicis magis conveniens ratione chalybis, cujus vis ad atterendam atræ bilis malignitatem eſt ſpecifica. Addo etiam, utiliſſime in alvi fluxibus dari poſſe, ubi ſunt inſtaurandæ vires, id quod vulgari non eſt conceſſum, ob lapidem Lazuli, qui quantumnis uſtus & lotus attamen non exuit omninò maliquam qualitatem, inſtar Antimonii naturam irritantem.

Si deſit ſuccus Kermes, poterit Syrupus Monſpelio allatus ſumi. Vel ex ℔j. granorum recentium, i. non evanidorum ſiccorum cum ℔iij. Aquæ roſarum poſt fermentationem diſtillatæ, extrahatur tinctura levi calore ut Balnei vaporoſi reducenda ad mellaginem, & Cæteris admiſcenda.

NB. Pulveris ſubtiliſſimos eſſe oportet, ut melior fiat mixtio, & magis exacta qualitatum inter ſeſe penetratio.

Confectio de Hyacintho.

℞. Seminis hyacinthi & Echii *an.* ℥ſs. Radicum tormentillæ Biſtortæ Contrayerva Scorzoneræ Hiſp. Dictam. *an.* ʒiiij. Corticis citri exter. flavi ſicci ʒiijſs. Florum Citranguli Roſarum rub. Veton. rub. ſemin. acetoſ. porcul. *an.* ʒjſs. Cornu cervi uſti Oſſis de Corde ejuſdem Santal. citrin. Succin. alb. præparari *an.* ʒijſs. Magiſter. perlarum & Corall. dulcis lapid. cancr. præp. *an.* ʒvj. Lap. Bezoar. orientalis ℥j. Terræ Lemniæ Strigonienſis Boli armen. *an.* ʒij. Croci, Myrrhæ (cavendo ab Opocarpaſo venenato) *an.* ℈iiij. Caphuræ ℈ſs. Moſchi ℈j. Ambræ griſeæ ʒj. Auri ferientis dulcis, vel tincturæ ejuſdem ℈v. Tincturæ granorum Kermes cum Aqua Oxytriphylli & ſucco depuratiſſimo limonum extractæ & ad mellaginem coagulatæ ℥ij. Omnia debito modo præparata redigantur in Alkool, atque addita mellagine & ſ. q. Syrup. Oxytriphylli, vel de Limonibus, aut mororum rubi Idæi fiat Electuarium, aliquandiu fermentandum ante uſum.

In hac compoſitione, loco hyacinthi gemmæ ſumpſi ſemen, hyacinthi plantæ de quo ita ſcribit Dioſcorides lib. 4. cap. 58. Semen hyacinthi aſtringentius eſt, Theriacis expetitum. Regium morbum emendat cum vino potum. Ex ingredientium numero myrrha tolli poteſt ob ingratum ſaporem Niſi habeatur aurum feriens vel tinctura ſolis ſumantur folia. Syrupus ad mellaginem coctus ſit ut minus liquida ſit Electuarii conſiſtentia.

Porrò hoc Electuarium vulgari longe præſtantius & magis cardiacum, utiliter poteſt dari in venenatis affectionibus, præſertim cum in corroborando aſtrictione aliqua opus eſt. Ut in dyſenteria epidemica, item in nimis profuſa diarrhea quæ peſſimis ægrorum robus aliquando febres malignas, peſtem. Variolas ſolet comitari. Cum hoc utiliter in febribus & calidioribus affectibus Laudanum poteſt exhiberi.

Antidotus Saxonica.

℞. Radicis Aſclepiades ſive Hirundinariæ ℔ſs. Rad. Valerianæ ℥vij. Oſtrutii ℥xv. Radicum unuifragæ vel uvæ Lupinæ. Woffsbeer Herbæ Paris ℥xj. Anglicæ ℔j. Urticæ minoris urent. Radicis ʒvſs. Polypodii ℥viij. Radicis ſambuci ℥iiij. Corticis exterioris radicum Thymeleæ Laureolæ. ℥iijſs. Radicis Aronis *Mj.* Rad. altheæ Cruciatæ *an.* ℥iij. Baccarum Juniperi *Miij.* Baccarum uvæ Lupidinæ *Miij*ſs. & de ſingulis caulibus harum baccarum folia tantum tria ſumuntur. Quæ plura quam

Ex αὐτογράφω
Sigiſmund.
Kolreuteri
Medici ordin.
Elect. Sax.
Chriſtiani.

quam quatuor folia habuerint (ſicut interdum cum quinque foliis reperiuntur) abjiciantur. Radices lotæ & mundatæ ponantur in ollam vitro incruſtatam, & ſuperfundatur aceti vini ut parum ſupereemineat; Deinde oblutato ollæ operculæ paſta ex farina ſecalis & albumine ovi confecta, coquatur una aut altera ebullitione, & poſtea ſponte infrigidari ſinito. Radices deinde exemptæ extendantur ſuper pannum lineum mundum, & in loco non perflatili ſiccentur. *Baccæ* autem Juniperi & Uvæ Lupinæ ſeorſim in ollam ponantur, quibus ſuperfunde de aceto, in quo radices decoctæ ſunt, & obturata olla ſemel ebulliant, Sponte infrigidari ſinito, & abjecto aceto baccæ vel fructus ſiccentur ſeorſim in umbra. Poſtea ſimul miſceantur deſiccatæ radices & fructus, & in tenuiſſimum pulverem redacta & commixta reſerventur.

Radix Aaronis non debet in aceto cum reliquis macerari, ſed ſeorſim ex ſiccari, pulveriſari & reliquis commiſceri.

Exhibetur hic pulvis à ℈i. uſque ad ℈iiij. in vino, Cereviſia vel aceto iis qui venenum ſumſerunt, ſed ſudent deſuper. Etiamſi aliqua adſit ſuſpicio veneni aſſumpti ante longum tempus; ſic frequenter aſſumpto pulvere ex aceto, excutitur venenum, & reſtituitur æger priſtinæ ſanitati.

Venenum cujuſcunque generis expellit ilico per urinam alvum vomitum.

Verba *Kolreuteri* ad *Riverium.*

Hæc eſt vera compoſitio pulveris quem in Antidotario ſuo *Weckerus* pulverem Saxonicum vocat. Nos communi nomine *Giſſt-Pulver* vocamus, & circumferuntur hujus pulveris variæ, ſed omnes quotquot ego vidi falſæ deſcriptiones. Vocatur etiam pulvis ruſtici Fabiani *des fabels Pulver*, qui primus illius compoſitionem Electori Auguſto prope ante 40 annos magno pretio bendidit, acceptam (ut communis eſt opinio) à Monacho quodam in Kamitz Necromantico, qui & unguentum armorum invenit. Ruſticus autem ille ipſe eo uſus eſt præſente Electore Auguſto Illuſtris memoriæ; aſſumpſit a: & devoravit Arſenicum, Pompholiga, Bufones Ranas, Rubetus repentes venenatas, Item Araneos, Serpentes, & nullum veneni genus reſpuit, & ſumpto ſtatim pulvere evaſit incolumis. Atque infinitos homines eodem pulvere ſanavit. Experimento nota eſt ejus etiam vis, in quibuſdam capite mulctandis, qui exhibito veneno, & mox aſſumpto pulvere evaſerunt. Curavit & hoc pulvere ruſticus ille multos febricitantes peſte infectos, & vulgus iſto ad ciendos ſudores utitur frequenter. Pulvis partim per ſe in phyala optime clauſa ſervetur, partim melle exceptus ne exhalet. Hactenus *Kolreuterus.*

Vox aceto in quo bullierint ſimplicia inter præparandum, poteſt cum melle parari Oxymel, ſive ſyrupus ad varios uſus. Ut ad pulverem excipiendum in parando Electuario.

Videtur autem non adverſus venena ſolum ſed alios quoque affectus utilis iſte pulvis, icterum præſertim Cachexiam, dyſpnoeam vel Aſthma, ſplenis obſtructionem, retentionem menſium & calculos renum.

Quar-

Geſherus, comm. in parab. Dioſcor. l. 2. cap. 144.

Quartanam, in quà ſæpe ſucceſſit, aliáſque hujuſmodi ubi viſcidos craſſos & frigidos humores cauſamur.

Antidotus Sax. Viperina.

℞. Pulveris Saxonici præſcripti, pulver. hepat. & cordium nec non totarum viperarum detractis capite cauda & cute, & ut dicetur præparatarum, an. partes æquales fiat pulvis ſubtiliſſimus, vel per ſe ſervandus in phyala vitrea optimè clauſa ſubere cerato, & veſica bubula, vel (quod melius eſt) excipiendus ſyrupo Theriacali aut ſi deſit ſyrupo de Limonibus, vel de acetoſitate citri, & reducendus in Electuarium, quod ſinatur fermentari per tres quatuor-ve menſes ante uſum.

Doſis eſt ʒi. e Liquore conveniente, aut etiam in bolo, ſuperhauſto Julapo ex Aq. Card. bened. Scabioſ. Theriacal. & ſyrup. de Limon. Sudores movet, venenum expellit ad habitum, ejuſ-que focum in corporis centro extinguit.

Familiaris mihi eſt & Longa experimentorum ſerie probatiſſima hæc Antidotus, In febribus peſtilentialibus & purpuratis malignis, cui etiam cum neceſſitas poſtulat ut potentius expellatur ſudor, aut ut ſomnus concilietur ſoleo Diaphoretica, & hypnotica addere, cum alijs etiam cardiacis v. g. ℞. Electuarii viperini ʒß. Lapid Bezoar. Diaphoretic. Hartmann. *an gr. x* radic. Contrayerva ℈j. miſc. fiat bolus, vel per ſe ſumendus, vel diluendus liquoribus Idoneis. Vel ℞. Electuar. Contrayerva an ʒß. Conf. Alkerm. ℈j. Diaphoret. gr. x. Miſc. Si provocandus ſit ſomnus, (qui mire promovet & humorum coctionem, virulentiæ expulſionem) addantur Laudani Opiati grana duo aut tria, pro ratio ne affectionis, & virium ægri. Aſſumptum hoc remedium nunquam caret efficacia, pugnat cum veneno, ita ut ſæpe & σπασμχτρόμοι aut fiant augeantur, ut plurimum ſedato brevi tempore morbi Impetu ad habitum expellit veluti Anthraces, maligniſſimi humoris relinquias, & ſic ſœlix ſuccedit curatio. Hoc poteſt eſſe unicum ad aſſumpta & intus genita venena remedium. Inter alios fauſtum & preſentem experti ſunt iſtius Antidoti effectum. D. *Heton.* N. *Junius.* & D. *Wolfii.* ex fratre nepos, omnes penè moribundi, laborantes febribus malignis, ultimæ maliciæ, cum Exanthematis. Datum eſt a: remedium cum jam penè deſparatæ eſſent res, & convaluerunt idem contiget Olivario Muſico Reginæ, qui pæraphreniticus per multos dies jacuit, cum Lingua arida, atra, fiſſa in exhauſta ſiti. Convulſivis ſubſultibus. pulſu pené formicante. Sumpto remedio per tres dies Integros ſudavit, & oboƈto Ingenti alvi fluxu & profuſa urinarum reddita copia, (quod mirum eſt in tantis ſudoribus) convaluit. Notanda ſunt & inſignia iſta exempla inter infinita alia quæ brevitati ſudens omitto. Potentiſſimum autem erit Electuarium ſi ad pulverem excipiendum Loco ſyrup. de Limon ſúmatur.

Febri Ungaricæ. Cauſoni malignæ affinis morbus, ſi non idem.

Mel Alexipharmacum.

℞. Radicum Vincetoxici Garyophillatæ Tapſ. Barbat. Gentian. Enulæ Echij Scorzon. hiſpan. Tormentill. pentaphylli *an.* ℥ij. fol. ſicc. Meliſs. Ocymi ſcordii *an.* Miſs. florum hyperic. Centaur. min. Vetonic. rub. *an.* *Piij.* Baccarum Junip. Corticis exter. citri flav. & Aurant. *an.* ℥ijſs. Omnibus conciſis & contuſis affunde ſucc. depur. Scabioſ. Ulmar. Card. bened. *an.* ℔j. ſucci trifol. acetoſ. & limon. *an.* ℔jſs. Vini malvat; vel hiſpan. ℔ij. fiat digeſtio in fimo, B. vel prope furnum piſtoris ♁. octiduum, deinde expreſſio & colatura quæ cum dimidia parte mellis albi ſedulo deſpumati coquatur lentiſſimo igne, vaſe fictili vitreato, vel vitreo ad conſiſtentian ſyrupi ad uſum; nempe ad excipiendos pulveres quoſvis pro Electuariis Bezoardicis. NB. Si colatura agatarum per triplex filtrum, aut pilos Cervinos, Liquor erit multo Limpidior.

Pulvis Theriacalis Cathol.

Pulvis Viperinus. *Jacobo Roſſo*, in Germaniæ natus parentibus Italis, fuit *Lutetiæ* & Londini & multa fecit lui Pulveris experimenta.

℞. Linguas, & maxillas superiores viperarum, dentes Lacertorum. ponantur in pyxide vitrea optimè obturata atque in furno, calore lento. (ut poſt exemptum panem) ſiccentur, mox ſubtiliſſimè pulveriſentur in mortario marmoreo, abſtinendo à metallo. Inter terendum irrocentur guttis aliquot putiſſimi & optimi ſpiritus vini. ſerverur pulvis. Tunc ℞. Sanguinem duarum vel trium Ciconiarum, quem collige tunc cum non habent pullos diſtilla In B. & aquam ſervo in phyala optimè obturata. mox accipe ſtomachum iſtarum ciconiarum, Calcina ad albedinem. Cineri affunde Aquam ſtillatitiam dictam & ſimul digere per quatriduum. mox inclina, & lento calore diſtillata. Ubi tota aqua penè exſtillarit, addatur pulvis, & omnia lentè ſiccentur. Servetur hic pulvis vaſe vitreo optimè clauſo.

NB. Secretum eſt ut Viperæ capiantur inter dies beatæ Virginis. *Entre les deces Noſtredames d' Aouſt & de Septembre.*

Uſus pro ratione & tempore accepti veneni. Si enim recens ſit aſſumptio grana tria ſufficiunt. Si ante multos dies datum fuerit primò ſumantur grana tria, vj, poſtea novem donec effectum videris. Mira præſtat in Peſte, & febribus malignis ac contagioſis, Variolis, Morbillis & ſimilibus, ſæpiſſime probatum cum foelici ſucceſſu. Hujus tanta vis eſſe perhibetur ut ſi quis antidotum ſumpſerit poſſit per menſem integrum immunis à veneno vivere.

NB. Ad iſtius remedii confirmationem facit id quod ſcribit Petrus Criniſus lib. 1 de honeſta diſciplina Cap. vij. his verbis. Picus Mirandulanus Hermolao Barbaro peſte Laboranti Romæ miſit ſuum Pharmacum contra peſtem, conſtans ex Oleo Scorpionum, linguiſ-que aſpidum, & aliis hujuſmodi venenis, quo nihil præſentius fuiſſe perhibit, &c.

Pulverem viperinum ita mihi dedit Illuſtriſs. Princeps Anhaltinus, Chriſtianus Lutetiæ.

Flagellantur ut venenum evomant, aut etiam ut venenum excitetur. quid ſi ipſis paunus mordendus objiciatur?

℞. Viperas, quibus flagellatis abſcide caput & caudam, & detrahe pellem ut artis eſt. Eas exentera, & diligenter cor cum hepate detracta cyſti fellis reſerva. Optimè deterſum linteo corpus extende in aſſere, atque in clybano tepido ut poſt exemptionem panis lentiſſimo calore deſicca, ita ut poſſit reducim pulverem album. Cor & hepar eodemodo ſicca & pulveriſa. Pulvis erit rufus & ſaporis minus grati, licet non ingrati. Doſis eſt ℈j. in quolibet liquore Cardiaco. In vino *&c.* Ad omne Venenum. Pulvis albus melior ad præcautionem. Rufus potentiſſimus ad Curationem.

Habuit. E. Excell. hoc remedium a quodam milite ex Ungaria redeunte, qui libenter omne venenum aſſumebat. Arſenicum, Sublimatum, omniaque (quod mirandum) aeria. Imò & ipſam Aqu. fortem ſe bibere velle dicebat, aſſerebatque ſufficere ſi ſemel tantum ſingulis ſeptimanis ſumeret, ad præcautionem.

Narravit mihi Princeps hiſtoriam de quodam hoſpite ruſtico, cui cum iſte miles vellet ſecretum aliquot Taleris vendere, cum magna virtutum jactatione, clam hoſpes miſit in militis poculum Arſenicum, à quo cum nullo pacto lædi militem poſt aliquot horas videret, Nunc exit tecum liberé paciſcar, emit-que ſecretum. Dixit mihi P. ſe ſæpius canibus exhibuiſſe, poſt Napellum Arſenicum Sublimatum fœlici ac vero ſucceſſu. Proprium Medicum coram E. Excel devoraſſe Arſenicum, & ſumpto remedio manſiſſe incolumem.

Juvenem alium ab Arſenico ſenſiſſe calorem in ſtomacho, & poſt horas aliquot ſubſultus & convulſiones in brachiis, tandem tamen ab hoc remedio illæſum remanſiſſe. Coram me utrumque pulverem comedit Princeps. Ego etiam poſt eum deguſtavi; & deinceps plurimis magnam quantitatem diebus multis conſequentibus dedi, v. g. uncias aliquot lue Venerea infectis, libras aliquot leproſis bono cum ſucceſſu, & ſine ullo incommodo aut moleſto ſymptomate.

NB. ad Luem Vener.

Notetur autem in lue venerea inveterata & admodum maligna nihil præſtantius eſſe carne viperina (vel ſi deſit) colubrina, quæ admiſceatur propriis Alexiteriis.

Pulvis Viperinus. ℞. Maximam viperam (*Otter chenp*) quam poteris invenire cum toto, & ſine ulla alia præparatione divide in quinque aut ſex fruſtrà, cum ℥j. radicis Angelicæ, Calcina per horas 24 in olla optime lutata. Da grana vi vel viij.

Waſſerhun.

Item ex hepate & corde ſiccatis in clybano, cum Angelica fac pulverem, quæ multò eſt potentior. Ad Peſtem nihil præſtantius, & quælibet venena, ſive animalium, ſive vegetabilium aut mineralium.

Hoc ſecretum venit à milite Ungaro, & ejus fuit factum experimentum Stutgardiæ in duobus qui ℥j. Arſenici devorarunt, fuit autem data antidotus hora una poſt aſſumptionem

nem Veneni utriusque venter admodum intumuit. Alter facile, alter verò difficulter evaſit. Ab hoc milite habuere Principes Anhaltinus & *Wirtembergicus.*

Secretum Germanicum ex Serpent.

℞. Ex ſerpente (*Vonrinem chanp*) qui captus fuerit biduo aut triduo ante diem Sti *Gebrgii*, inter horam undecimam & duodecimam. Ex eo inquam colubro recipe Oculum dextrum Cor, Spinam, Linguam, Hepar, & extremitatem caude. Sicca ad ſolem & reduc in pulverem. Tunc noſtri addunt Antidotum Saxonicam & exhibent Drachmali pondere. Mirum eſt unica illa ſumptione hominem poſſe immunem ſervari à venenis per plures annos. Alii ſolis oſſibus ſpinæ, ſive vertebris utuntur eodem ſucceſſu & effectu.

Ex αὐτόγραφ. *D. Ellenberger* Profeſſor. Medic Marpurgi in literis ad *D. le Myre.*

Stachelam Schwartz.

Schlang Germanicè ſignificat Serpentem ſive Colubrum; Attamen vipera inter ſerpentes eſt omnium potentiſſimum Alexi pharmacum, renovans, ſanguinem mundans & abeo venenum propellens. Inter ſerpentes Coluber ſolus cum Vipera deponunt Senectam ſive leberidem. Serpens ſymbolum Sanitatis datus Aeſculapio.

Pulv. Serpentinus Norimberg.

℞. Serpentes vulgares ſive colubros Numero vj. Comburantur in tigillo bene obturato, relicto duntaxat parvo ſpiraculo, donec in cinerem album reducantur; cui adde rad. Angelic. Valerian. Tormentill. Chelidon. recent. exſiccat, *ana* ʒiij. miſc. fiat pulvis. Doſis quantitas nucis avellanæ.

Antidotus Variolas.

℞. Radicis Contrayerva ℥ß. Oſſis de corde cervi Bezoar animalis, i. Carnis vel hepatis & cordis Viperæ præparatorum *an.* ʒij. Margaritarum præparat. Bezoar Mineralis, i. Diaphoretic. Hartm. *an.* ℥jß. Lapid. Bezoar orientialis (vel ſi habeatur Bol. Bezoard.) ʒi miſc. fiat pulvis ut Alkool. Ad Variolas erupturientes & jam erunipentes exhibeatur ℈j. ex æquis partibus aquæ Card. Bened. Ulmar. Trifol. Acetoſi Theriacal. Capiat ter Indie octava quaque hora.

Miſſa Sedanum pro liberis *D. de Bouillon.*

Electuar. Viperinum.

℞. Antidoti Saxonice ℥iiij. Rhad. Contrayerva ℥jß. Diaphoretici ♁ vulgaris ex croco Metallorum parati ℥j. florum. ſulphuris ter ſublimatorum (ultima vero vice ex myrrha & Benjoin) Lapid. Brunell. fixati, filtrati, ſoluti & coagulati *an.* ℥ß. Magiſterii perlarum & Corallorum dulcis. Terræ Strigonienſ. Oſſis de corde Cervi *an.* ℥iij. Cornu Cervi primiarii recent. ejuſdem ad albedinem calcinati *an.* ʒv. Corda & Jecora viperarum N° 150. Salis Cardui Bened. artemiſ. Scordii Ulmar. *an.* ʒjß. Carnis viperinæ ſiccat. ad pondus omnium miſc. fiat pulvis ſubtiliſſimus excipiendus triplo Mellis Alexipharm. deſcript, pag. 307. fiat Elect. fermentand. per v. aut vi menſes, imo diutius ut per annum (præſertim addito Laudano) ante uſum.

Poterit addi laudani mei ℈j. pro quavis uncia confectionis, ita ut ℔j. ℥xij. recipiat Laudani ʒß. fiat longior fermentatio ut ingredientium virtutes exactiſſimè permiſceantur. Valebit cum ad juvandum & promovendum ſudorem, qui optimè movetur ab Opio ut ex Geſnero patet, tum ad retundendam & veluti ſopiendam malignitatem , in affectibus præſertim, in quibus maligna quædam aura cor Cerebrumve ferit. Doſis ʒj. ex Aqua Cardiaca aut alio conveniente liquore. In omnibus venenis internis & externis.

Bolus Bezoardicus.

℞. Radicum Angelicæ ℥ij. Radicum Scorzonere Hiſpan. Garyophyllatæ *an.* ℥iiij. Radic. Gentianæ Enulæ Cruciatæ Valerian. utriuſque Vincetoxici, Carlinæ imperator. Petaſitis Cardui ſancti Tormentill. Biſtortæ Pentaphyll. Contrayerva *an.* ℥iij. Zedoar. Galang. Coſti amari Corticis *Winterani*, an. ℥j. Ligni Rhod. Santal. citr. Raſuræ lign. Juniperi *an.* ℥jß. Viſci quern. cort. lign. ſanct. lign. ſaſafr. *an.* ℥ijß. Corticis flavi ſicci ℥vj. fol. ſicc. Scordii ℥v. Baccarum Juniperi & hederæ *an.* ℥iiijß. Theriacæ & Mithridatii *an.* ℥jß. Omnia debito modo præpara, i. concisa & comminuata ponantur in matratium oblongi colli, ſuperaffuſia ea quantitate Aquarum æquali proportione mixtarum Ulmar. Card. Bened. Scabioſ. & Vini Canarini qu. ſupernat. viij digitis, fiat digeſtio per octiduum, vaſe apprimè clauſo ad ſolem vel in tepente vaporis balneo. Tinctus liquor agatur per chartam bibulam.

Poſſunt omitti Theriaca & Mithridatium ob ingratum ſaporem.

Bolus.

℞. Boli armeni veri ℔jß Terræ Strigonienſis ℔j. Terræ. ſigillatæ ſemniæ (vel Melitenſis, aut des arpentis) ℥vj. Cornu cervi ad albedinem uſti Ocul. cancri præparatorum, *an.* ℥viij. Spodii Cranii Humani uſti *an.* ℥ijß. Magiſterii dulcis perlarum & corallorum per Oleum Tartari præcipitati *an.* ℥iijß. Diaphoret. antim. vulgaris albiſſimi optimè dulcorati ℥iiij. Succini albi præparati ʒiij. Omnia ponantur in cucurbitam iiſque affundantur liquor tinctus, ſinantur in frigido per triduum, quotidie bis ter-ve agitando tandem fiat in vaporoſo balneo evocatio humoris, donec reſtet quædam veluti paſta, ex qua fermentur panes, addendo pro quavis libra Ambræ griſeæ ℈ij. Moſchi orientalis ℈ß. & ſi libuerit lapidis Bezoar Orientalis ʒj. Sigillentur paſtilli conſperſi pulvere ſubtiliſſimo Cornu cervi vel Rad. Tormentill. aut Santal. citrin. & ſerventur in pyxide vitrea optime clauſa loco ſicco.

Bolus iſte ſolus excellens eſt ad omnia Venena, Peſtem, Variolas Morbillos & contagioſos morbos.

Exhibeatur è conſerva florum Vetonic. Bugloſs. vel ex aqua aliqua cardiaca. Aqua quæ in diſtillatione ſeparabitur ſervetur ad hunc uſum, multò præſtantior futura Si ſale è magmate extracto prægnans ſit.

Pulvis Bezoardicus.

Præſcriptus pro Rege. 1612.

℞. Boli Bezoardici ℥iiij. Carnis viperinæ præparæ ℥iij. Cord. & hepat. earund. N° 50. Radic. contrayerva ℥ij. Oſſis de Corde cervi Cornu Rhinoceroſis & Alces Lapid. Bezoar. Oriental. & occidentalis *an.* ℥ß. Diaphoretici Hartmannii ℥j. ambræ griſ. ʒij. Moſchi ʒj. miſc. fiat Pulvis ſubtiliſſimus recondendus ampulla optimè clauſa ad uſum. Doſis ʒj. ex aqua Theriacali, Vino, aceto rutaceo, alliato, ſambucino, garyophyllato, vel ſimili liquore idoneo.

Minor Compoſitio. ℞. Boli Bezoardici ℥iiij. Rad. contrayerva ʒiij. Oſſis de corde cervi Lapid. Bezoar. utriuſque *an.* ℥ß. Diaphoret. hartmanni ℥j. ambræ griſ. ʒiij. miſce fiat Alkool. Si Potentiſſimum remedium velis, adde carnis veperarum ad pondus omnium.

Elect. de Gemmis frigid. vel potius Diamargarit.

Retinenda appellatio Diamarg.

℞. Margaritarum, præpar. i. cum Aqua Roſarum in Porphyrite lævigatarum in *Alkool* ʒß. Spodii, raſuræ eboris raſuræ cornu cervi primar. recent. præpari *an.* ʒij. Coralli utriuſque præpar. *an.* ʒiij. florum roſ. rub. detracto ungue ʒiijß. Santali citrini ʒijß. Florum violarum Bugloſs. Nympheæ vel Antheræ ejuſd. aut etiam Antheræ roſarum *an.* ʒj. ſemin. acetoſ. portul. *an.* ʒjß. Oſſis de corde cervi ℈iiij. fol. auri & argenti *an.* N° xv. Camphoræ gr. iiij. miſce fiat pulvis ut Alkool, ſervandus vaſe vitreo probe clauſo.

Iſtud electuarium ex eo deſumptum eſt quod in antiertario Anguſtano deſcribitur ſub nomine El. De gemmis frigid. detractis gemmis, & nonnullis ſuppoſitis. Cum a. nova plane ſit mechi facies ſatius erit El. Diamargaritum frigidum appellare cum præſertim illud quod ſub hoc nomine paſſim in Pharmacopoliis præparatur calefaciat potius quam refrigeret. Quod ſi placeat nomen de gemmis, loco aliarum gemmarum inutilium, licet cariorum ſubſtituatur chriſtallus præparatus multiplici extinctione in aqua roſarum & Bugloſſi.

Margaritæ in aceto diſtillato diſſolutæ mox cum Ol. ♀ præcipitate, vel etiam apertæ cum ſucco Limonum, & Aquis Cardiacis elotæ, vel etiam cum dicto ſucco relictæ erunt majorum viriam, ſed optimè ſiccetur ſuccus ut poſſint pulveriſari. Idem ſentiendum de corallis eodem modo præparatis.

Camphora penetrationi inſervit, ſed multis eſt ingratus ipſius odor, idcircò pars Electuarii ſine ipſa parari poteſt.

Electuariæ Diambræ.

Meſue.

℞. Cynamomi Doronici ſive Zedoar. Caryophyll. Macis, Nucis Moſchatæ folii, aut ſuccedanei Caſ. lign. Galang. *an.* ʒiij. Spicæ Indicæ Cardamomi majoris & minoris *an.* ʒj. Zinzib. ʒjß. Ligni Aloes Santal. citrin. Piperis longi *an.* ʒij. Ambræ ʒj. Moſchi ʒß. miſc. fiat pulvis ut Alkool ſervandus in vitro optime clauſo.

Doronicum ſumendum quale habemus, caremus n. doronico antiquorum. Planta illa habens folia penè tuſſilaginis, radicem verò Scorpioeidem quam pro aconiti ſpecie deſcribit *Matthiolus*, non eſt venenata, ſed aromatica, & mirè roborantis facultatis teſte Geſnero in Epiſtolis, & libello de aconitis. Folium Indi ſumendum ſive Malabathrum.

Diamoſchu Dulce.

Meſue. ℞. Doronici ſeu Galangæ Croci Zedoariæ Ligni Aloes Macis, *an.* ʒij. Margaritarum albarum ʒv. Carabe Corall. rub. præpar. *an.* ʒijß. Galliæ moſchatæ ocymi citrati Zinzib. cubebarum Piperis longi *an.* ʒjß. Been albi & rubri, (pro quibus ſume ex Geſn. Flores Vetonicæ albos & rubros.) Folii aut Cynamomi Spicæ Indicæ Caryophyllorum *an.* ʒj. Moſchi ℈ij. miſc. fiat pulvis.

Aromaticum Caryophyllatum Meſve.

℞. Caryphyllorum ʒvij. Macis Zedoar. Galang. Santal. citrin. Throciſcor. Diarrhodon. Cynamomi ligni Aloes Spicæ nardi Piperis longi Cardamomi *an.* ʒj. Roſarum rub. ʒiiij. Glycyrrhyzæ Galliæ Moſchatæ *an.* ʒij. Folii Cubebarum *an.* ℈ij. Ambræ ʒj. Moſchi ℈ß, fiat Pulvis ſubtiliſſimis. Vel adde Sacchari optimi ad ſingulas Dramas ſpecierum, ʒj. fiat confectio in ſolido.

Meſue. *Gallia Moſchata.* ℞. Ligni aloes crudi ʒv. ambræ griſeæ ʒiij. Moſchi ʒj. Mucilaginis gum. Tragac. extract cum aquâ Roſarum q. ſ. fiat Theriac.

Trochiſci Diarrhodon. ℞. Roſarum viridium, i. recentium ʒiij. Spodii ʒij. Santali rubri ʒjß. gr. vij. Albi ʒj. gr. xij. Croci ℈ijß. Camphoræ ℈ß. Roſas recentes contunde in mortario lapideo ſine intermiſſione, tum reliqua in vulverem redacta adde, & cum aqua roſacea ſub finem Camphoram addendo formabis Trochiſces in umbra ſiccatos uſui reſerva. Nicol.

Elect. Cardiacum Regis.

℞. Conſervu. roſ. rub. ℥ß. Fœliciter uſa eſt E. M. Corticis citri exterioris conditi ʒiij. Carnis cydoniorum condit. Myrobal. cond. *an.* ʒijß. Magiſterii perlarum & corall. rub. dulcis oſſis de corde cervi *an.* ℈ij. Lapidis Bezoar oriental. ambræ griſ. *an.* ʒj. pulveriſentur, pulveriſanda ſubtiliſſimè conſervæ terantur in mortario marmoreo, & omnia miſceantur addito Syrupi Tunicæ tantillo fiat Electuar. inſtar opiatæ utendum mane & veſperi: ſuperhauſto vini albi tantillo.

Tabell. Cardiacæ Regis.

℞. Confectionis Alkermes ℥ß. ambræ griſ. ʒj. Soluti perlarum & corallorum dulcis *an.* ʒß. Lapidi Bezoar orient. ℈ij. Occident. ℈j. Oſſis de corde cervi recentis ℈iiij. Roſ. rub. ℈jß. Sacchari albiſſimi ℥viij. miſc. & cum muccagine Seminis cydon. extracta in aqua naffæ fiat paſta, ex quâ formentur Tabellæ lento calore ſiccandæ, Ponderis ʒij. Sumantur quavis hora, longè à paſtibus.

Solutum Perlarum & Corallorum. Solvantur in duabus partibus aceti diſtillati ad ſummum rectificati, & ab omni phlegmate ſeparati, & una ſpiritus ſalis. Mox fiat præcipitatio cum Oleo Tartari. Pulvis præcipitatus multiplici ablutione dulcoretur, & tandem infuſione in optimo vini ſpiritu cum ambra griſea & moſcho aromatiſato attenuetur.

Duo hæc pro Rege præſcripta remedia, ideo inſerta huic capiti, ut inde tanquam ex commentario repetantur, quippe adverſus humorem Melancholicum palpitationem cordis, & pulſum intermiſtentem à moerere conceptio poſt mortem *Henrici* Principis præſcripta profuerunt. Cum a. *E.M.* ſit Guſtus exquiſitiſſimi, ab omnibus ingratis abhorret. Iſta verò ſunt gratiſſima.

Tabell. Prophylacticæ ad Peſtem.

Ex Bezoar animali duplici & Minerali.

℞. Diaphoretici antimon. ex Regul. & ⦶ *an.* partibus æquales bis uſti ad ſummam uſque albedinem ʒj. Pulveris viperarum albi, i. ex earum corporibus ℥ij. Magiſterii perlarum & corallorum dulcis Oculorum cancri præparatorum cornu cervi ad albedinem uſti *an.* ʒvj. Bol. armen. Terr. Lemniæ & Strigonienſis *an.* ʒij. Oſſis de corde cervi præpar. rad. Tormentillæ Zedoariæ corticis flavi citri ſicci ana ʒiij. Lapidis Bezoar. Orientalis ʒß. Ambræ griſ. ʒß. Moſchi ℈j. Sacchari albiſſimi ℥xvj. Omnia trita ut Alkool miſceantur, & excip. muccag. gummi Tragac. Vel ſeminis Cydoniorum extracta in Aqua Naffæ & Roſarum fiat paſta ex qua formentur trochiſchi, lento calore ſiccandi Teneantur in ore tempore peſtilenti, mane præſertim Jejuno ventriculo.

Si major Sacchari addatur quantitas gratius erit, at minus efficax medicamentum. Poterit parti iſtius paſtæ addi aliquid Olei Cynamomi, præſertim pro naturis frigidis & humidis. Notandum enim in calidioribus noxia eſſe ad peſtis προφύλαξιν ea quæ humores & ſpiritus incendunt, à quorum excalfactione potius attrahitur, quàm aut expellitur, aut non admittitur venenum. Adde quod hepar incaleſcit plus æquo, & vitiatur ſanguificatio unde graſſante peſte videre eſt eos qui calidium ſint temperamenti, ſpeciebus multis aromaticis utuntur habere veluti ictero ſuffuſam cutem, Ejuſmodi naturis convenientiſſimum erit præſcriptum remedium, in quibuſdam etiam paratum ſine zedoariæ, Moſcho, Ambra, aut cum majori quantitate Sacchari ut virtus diffuſa minor ſit ſeipſa unitâ.

Pro humidioribus naturis.

Aliæ. ℞. Boli armen. in Aqua Roſarum diſſoluti ʒiij. Terræ ſigillatæ lemniæ & Strigonienſis *an.* ℥ß. Pulveris Radic. Angelicæ ʒjß. Sacchari albiſſ; ℔jß. pulveriſata omnia ſubtiliſſimé excipiantur muecag. gummi Tragac. extracta In aq. angeli vel Cynamomi. fiat maſſa quæ dividatur in tres partes, quarum ſingulis adde Olei Caryoph. vel Cynamomi, vel Juniperi ℈j. aut ʒß. Satius foret oleum angelic. ad *gr. xv.* pro ℔ß. addere; Item Oleum ligni Rhodii

Uſus præſertim mane, vel longe a paſtib. tenendo in ore & ſenſim deglutiendo quod diſſolvitur, Rhodii & ſaſafras.

Aliæ ℞. Bol. armen. Terr. ſigill. lemn. & ſtrigon. Margar. præpar. *an.* ℥ij. Succini albi cornu cervi primar an. ʒijß. Lapid. Bezoar. ʒj. Confect. Alkermes ʒvj. vel hujus & de Hyacintho *an.* ʒiij. Sacchari albiſſ. ℥xvj. cum muccag. fiat ut ſupra, adde Ol. cynam. vel Caryoph. ℈j. aut ʒß. pro eodem guſtus. Sicca ad aerem in charta ſine ullo calore. Loco ſicco.

Conf. de Hyac. ingrata eſt ob Myrrham.

Pulveres ad Epithemata Cordis.

Calidus. ℞. Radicum Tormentill. Biſtort. Zedoar. Galang. arom. *an.* ℥jß. Gentian. Ariſtoloch. utriuſque corticis *Winterani*, ſive coſti facie Sambuci *an.* ʒx. Rad. Angelic. imperator. *an.* ℥j. Rad. Garyophyllat. ligni Junip. ligni rhod. *an.* ℥iij. foliorum ſiccorum Scordii Rutæ, Scabioſ. dictami cum toto, Meliſſ. Ocymi Ulmar. *an.* ℥j. Malabathri ℥j. Junci odorati florum Lavendul. *an.* ℥ij. Cardamomi ſemin. Ocymi Cardui Bened. Baccar. Juniperi *an.* ʒx. Corticis extimi citri & Aurantiorum *an.* ℥iiij. Cynam. inter. ʒv. caryophyll. Macis Nucis Moſchat. *an.* ʒiijß. Myrrhæ ℥i. croci ʒj. cornu cervi ad albedinem uſti ℥v. pulveris colubrorum è corporibus deſumpti ℥vi. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus ſervandus in veſicâ bubulâ, vel in phyala optimè obturata ad uſum. Iſtius portio poteſt ſeorſim parari pro magnatibus hoc modo. ℞. Pulveris præſcripti ℥iiij. Ambræ griſ ʒß. Moſchi ℈j. Camphoræ ℈ß miſc. Applicetur cum vino Malvatico vel Hiſpanico generoſo, & aceto ſambucino aut Rutaceo, idque è multiplici linteo, vel filtro ſpiſſo & raro.

Cum aceto ex fragis aut moris rubi Idæi.

Valet in peſte, palpitatione cordis, tremore ejuſd. Syncope à tetris & malignis fumis hanc vitæ arcem impetentibus, quam munire potens eſt hoc remedium adverſus omnes malignarum cauſarum inſultus. Applicabitur vel in liquidâ formâ addictis liquoribus dictis, vel in ſolida cum Conſervis, Theriaca, &c. Non inutiliter etiam ipſi utero applicabitur quoties agetur vel de eo roborando & calefaciendo, vel de diſſipandis vaporibus á quibus fit hyſterica ſuffocatio.

Frigidus. ℞. Raſuræ cornu cervi recenter capti radicum Oxalidis anchuſæ *an* ʒiij. Santali citrini ℥ij. foliorum ſiccorum Trifolii acetoſi Oxalidis rotundæ. Roſarum incarnatarum ex diſtillatione reſidui, non combuſti *an.* ℥iiij. florum papaveris erratici Nenupheris utriuſque. Antheræ nenuph. utriuſque & Roſarum, florum Viol. Bugloſs. Vetonic. alb. & rubr. *an.* ℥j. Granorum Kermes cortic. pom. redolent, & cydoniorum ana ℥iijß. Semin. echii portulac. oxalidis, Papaver albi, & Rhoead. *an.* ʒvj. Semin. coriandr. mali citrii *an.* ʒjß. Raſur. ebor. Succini, Oſs. de corde cervi *an.* ʒx. Camphoræ ʒß. fiat pulvis ut Alkool, applicand. ex Aqua Roſarum, ſucco citri & aceto roſ. fragorum, mororum rubi idæi. Vel ex conſervis appropriatis.

Camphoram emittere poſſumus qua multis ingratus eſt ipſius odor penetrantiſſimus, ejuſque uſus tempore grana aliquot addere.

In liquido Epithemate utiliter diſſolutum Sal Saturni & nitri quibus ad reſtinguendum calorem nihil ſecundum.

Valet in ſebribus, & magno cordis æſtu, eſtque magnæ efficaciæ. Plus præſtat in liquida quàm in ſolida forma.

περιάμματα *Æmuleta Peſtis.*

℞. Bufonum ſiccatorum ℥ij. arſenici albi & citrini *an.* ʒß. Rad. dictamni Tormentill. *an.* ℈ij. perlarum ʒj. corall. rub. præpar hyacinthi Smaragdi *an.* ʒß. Croci ℈ij. pulveriſata redigantur in paſtam cum infuſione gummi Tragac. ex Aqua Roſarum & fiat trochiſci inſtar cordis, obducantur ſerico & ſuſpendantur è collo propè regionem cordis.

Zenexton.

Nucem Avellanam perfora, & nucleo exempto imple Mercurio vivo, obtura foramen bacillo, & cera hiſpanica, fiat paſta ex arſenico, hyacintho, & gummi arabico diſſoluto in ovi albumine, cujus paſtæ corpus ſpiſſum ſit inſtar nummi capitati; ſicca in umbra. Obvolve bombace & panno ſerico & fac nodulum ſuſpendendum è collo & geſtandum circa regionem cordis.

℞ Bufones terreſtres in clybano ſiccatos vel ad ſolem N° ij. arſenici chriſtallini auripigmenti mercurii ſublimati *an.* ℥iiij. Pulver. zedoar. gentianæ Rutæ Scordii *an.* ℥ß. Caryoph. Macis *an.* ʒiij Camphor. ℈i. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, pro ſacculis inter baſtatis.. Vel cum muccag. gummi tragac. fiat ſcutum inſtar cordis.

Avellana perforata exinanita repleatur Mercurio vivo. Obturetur foramen ſubere & cera hiſpanica, obducatur paſta præcedente, obvolvatur ſyndone coccinea, ſuſpendatur è collo.

Notandum ſi paſta hæc incaleſcat, & carni nudæ admota ſudore humectetur, cutem rubificari & excitari veſicas ab arſenico, &c. propterea cautè agendum.

Pomum Ambræ. ℞. Roſarum rubrarum ʒß. Santali citrini ligni Rhodii *an.* ʒiij. Styrac. calamit. Benjoin. corticis exterioris citri & aurantiorum *an.* ʒv. Macis Caryoph. zedoar. Galang. *an.* ʒijß. Florum Lavendul. ʒij. Ligni Aloes ʒij. Moſchi Orient. ʒj. ſubtiliſſimè omnia pulveriſata excipiantur muccagine Gummi Tragacanth. extract. in Aqua Angeli, vel Florum citranguli aut naffæ, fiat pomum pauco zibetto inungendum. Quidam rejiciunt odorata, pæcant quæ pomum ex Galbano & Angelica.

Manu geſtandus & olfaciendum in peſtilenti aëris conſtitutione.

Methodus ad Curationem Peſtis.

In Peſtis omniumque peſtilentium morborum curatione unicum id operæ pretium ut quàm citiſſimè remedia exhibeantur, ante quam Venenum partes occuparit, & de ſpiritibus vitalibus penitus in corde & abſolute triumphet. Varia porrò methodo plerique peſtem aggrediuntur, alii phlebotomiam & purgationem præſcribere non dubitant, alii antimonium dant quo ſus déque ingens facta evacuatio & virulentam qualitatem, & eam cui adhæret materiam eliminet. Verùm etiamſi iſta poſſint pro varietate ſubjectarum concedi cum diorismo, attamen omnium tutiſſimam viam eam cenſeo quæ per poros ſudoribus foràs epigit venenum aereum ſive tenui & ſpirituoſæ ſubſtantiæ inhærens. Varia autem Cardiaca præſcripta in præcedentibus quæ & venenum extinguere & ſerum (ejus ordinarium ſubjectum) per ſudores evacuare poſſunt. Inter cætera Viperina & Diaphoretica ſtibiata omnia, Præſertim verò Electuarium utrumque de ovo & in primis Minerale, cujus ſæpe feci experientiam in peſte fœlici adeò ſucceſſu ut bubo etiam in inguine apparens per ſudores citri ſuppurationem diſcuſſus fuerit. Ita autem fiat. Statim cum ſe peſte correptum, vel etiam tempore peſtilenti male affectum æger præcipit, citra inducias ſumatur ʒj. El. de Ovo mineralis cum convenientibus cardiacis & quavis arte provocetur ſudor. Si ſudans deficiat, applicetur inter ſudandum cataplaſma ſive Epithema ſolidum cordi ex ſpeciebus calidis præſcriptis cum Theriaca & aceto Theriacali. In ipſo ſudore exhibe aliquid ſucci granatorum, aut citri, aut Aurantiorum, aut conſervæ Roſarum, aut Vini etiam generoſi, aut micam panis vino in Tinctam, aut gelatinam, aut juſculum inſtaurans, aut odoretur æger Jucunda. Neque hic eſt habenda ratio caloris, quippe cum agat peſtis qualitate formali, ſive à tota ſubſtantia, Alexipharmacis (quorum in frigido vel nulla, vel effœta eſt vis) non autem calidis aut frigidis ſimpliciter eſt pugnandum. In omnibus ſtrenuè provocetur ſudor, eadem doſi reiterata ſexta vel (quod longiſſimum) octava quaque hora primis 24 horis. Nam dum ferrum caudet cudendum eſt; & ſi in acutis, ſane in malignis tardare malum. Sudor cautè à miniſtro detergeatur, & lintea ilicò mergantur in aquam frigidam. In quibuſdam pro ratione malignitatis & vehementis morbi etiam ad tertium uſque diem erit reiterandus hic proceſſus, ſaltem bis in die, Raro autem inveni quibus ter datum hoc remedium non profuerit. Inter ſudores dentur Juſcula conſumata & phlegmatodeſtata alimentáque, in parva quantitate multum nutriant.

Quod ſi tumor peſtilens appareat, qui neque facile emergat neque maturetur, applicetur emplaſtrum ex Ammoniaco diſſoluto in aceto, unu Galbano & Bdellio; Si ne ſic quidem fiat ſuppuratio, applicetur canterium (in malignis quippe tumoribus citò tentanda eſt apertio) loco eminentiori & melliori. Et in linteo extende Emplaſtrum ex Bolo diſſoluto cum albumine Ovi & Aceto, & medium perforato, ut illâc ſuſcipiatur Emplaſtrum. Eſcharæ caſum procurato Butyro. Poſt utere digeſtivo ex Thereb. lota in Aqua Scabioſæ, & vitello Ovi. Interdum etiam cum albumine, poſt detergeto & cicatriſato. Suffiantur veſtimenta ligno, baccis Gummi Juniperi & Thure. Potus ordinarius & continuus peſte correptorum ſit Aqua fontana acida, cum Oleo Sulphuris.

Victus debet eſſe liberalior, quippe in iis potiſſimum laborant Spiritus, non humores. Vide *Galenum*, qui teſtatur in quadam Peſtilentia eos ſolos ſervatos fuiſſe qui copioſum ſumpſerant alimentum.

In Variolis & Morbillis. Plethorico & Sanguineo corpore ab initio ſanguinem, mitte & audacter, imò pro ratione virium copioſè. Quoſdam ſed paucos purga eoſ-que Cachochymos, qui ſibi alvi fluxu in hoc affectu admodum periculoſo non metuunt. Uſque ad ſeptimum imô in nonnullis ad undecimum, Cardiacis exhibitis pelle ad habitum, & Neſidas. Vidi enim multos qui poſt undecimum, vel novis puſtulis erupturientibus, vel veneno intro remeante ſuffocate fuerunt. Veſicas ante maturitatem ne aperito, earum apicem forficibus ſocato. Cremorem lactis cum creta, aut Pomatam Neſiendis vel hœdi cum ceruſſa & ſulphuris floribus illinito. Clyſteribus ſolis ſubducatur alvus, ne cante extinctum venenum, & ſiccas maxima ex parte vel ſaltem ſiccentes puſtulas cogitetur de purgatione. Poſt iſtam phlebotamia in fine Balneum & Coſmetica ordine juxta indicationes præſcribantur à Medico.

In Exanthematis & Purpurat. Febrib. Lenientibus præſertim verò cyſteribus agendum. Rariſimæ ſint, vel potius nullæ purgationes niſi domito veneno, quippe multum de viribus nihil de morbifica tellunt. Phlebotomia poſitis ponendis promovet potius quam prohibet macularum exitum. Detur Viperina, Antidotus Saxonica, vel Pulvis ad Variolas, alia-ve pro gradu veneni. Iterentur iſta ſi opus ſit. Conſulatur ſymptomatis. Lapis Brunellæ exhibeatur in potu, Linguæ ſcabræ, aridæ, nigræ applicetur Oleum ſulphuris. Spiritus vitrioli nunquam ſatis poſſunt Laudari, ut pote quæ putredinem emendant inſigniter. Omnia fiant remed. temporis opportunitatem totum namque ſitum eſt ἐν τῇ εὐκαιρίᾳ.

Formulæ Potionum Peſtilentialium.

Paradeigmatis Ergo.

℞. *Aquæ Theriacalis* acidæ vel nitroſæ ℥iij. Phlegmatis peſtilentialis ℥ij. Electuarii de Ovo alterutrius ℈ij. vel ʒj. Salis Artemiſ. aut Cardui Bened. gr. xij. miſc. fiat potio, ſudet deſuper.

Juxta iſtas formulas variæ præſcribi poterunt compoſitæ ex ampla ſingula cardiacorum ante deſcriptorum.

℞. *Aquæ Theriacalis* ℥ij. Phlegmatis Peſtilentialis ℥ijß. Spiritus Tartari, fraxini, Juniperi, vel Guaiaci à fœtore rectificati ʒß. miſc. Satius à fuerit ſumere aquam Theriacalem tinctam, h. eſt virtute ingredientium prægnantem, quàm diſtillatam, quia eſt majorum virium.

℞. *Electuarii de Ovi* alterutrius, ſed præſertim mineralis ʒj. Extracti Theriacalis ℈j. Nitri præpari ℈ij. Aqua Theriacalis non acidæ ℥iij. miſce fiat Potio.

Nitrum non fert aciditatem, ſed cum ea pugnat & elevatur fœtor inſtar Aquæ Fortis.

℞. *Extracti Theriacalis* ʒß. Diaphoret. Antimonii vulgaris ʒß. miſc. fiat Bolus Capiatur ſuperbibendo Aquæ Theriacalis acidulæ & Phlegmatis Peſtilentialis, *an* ℥ij.

℞. *Antidotus Saxon. Viperin.* ʒj. Elect. de Ovo Mineral ʒß.

Aquæ

NB. Potentiſſimum remedium.

Aqu. Theriacal. ℥ij. Aqu. Scabioſ. & Oxytriph. *an.* ʒj. Succi limon. ℥ß. miſc. fiat potio.

Sudor in omnibus ſtrenuè provocetur.

Roſa Solis Stomachica.

℞. Vini Canarini tenuiſſimi & Generoſiſſimi ℔iij. Vini rubri Hiſpanici quod *Briſtoliæ Holoc* nominatur, ℔ij. Aquæ Cynamomi optimæ ℔j. Corticis citri & Aurantiorum exterioris conditi ſicci *an.* ʒj. Cynamomi interioris ℥iij. Macis, Nucis moſchatæ *an.* ʒiij. Ligni ſaſafras cum cortice ʒvj. Zedoariæ Galangæ *an.* ʒijß. radicis tormentillæ ʒjß. ſimplicia terantur, iiſque in phyala affundantur liquores, vas claudatur exactiſſimè nequid exſpiret, & fiat, vel in frigido, vel in loco tepidulo digeſtio per quatriduum, mox per duplicem chartam bibulam colatura.

Aquæ Naſſæ poterit ſumi loco Aquæ Abſynthii pro iis quibus amaritudo ingrata erit.

℞. Aquæ Menthæ hortenſis, & Meliſſæ per digeſtionem longam, & multiplicem cohobationem præparatæ, *an.* ℔j. Aquæ abſynthii ℔ß. Sacchari candi ℔j. vel potius Maderenſis. Sacchari Aniſati ℔ß. miſc. & ſinantur fieri diſſolutio in cineribus tepidis, atque ſiqua fiat reſidentia, per inclinationem limpidum ſeparetur á fæculento.

℞. Tincturæ primæ ℔ij. Liquoris Saccharati ℔j. miſce, ſerventur in phyala bene clauſa, cui indatur nodulus continens moſchi orientalis ʒß. Ambræ griſ. ʒj.

Cortices citri & aurantiorum ſic condiendi. Tenuiſſimi cultro exſcindantur. Coquatur ſaccharum cum aqua naſſæ in roſatum. In id coctum & indurationi proximum, attamen adhuc calens & liquidum cortices projiciantur, & poſt unam vel alteram ebullitionem eximantur, extenuantur in charta ut perfectè ſiccentur.

Hanc conditeram vide accuratius in ſequentibus.

Liquor Theriacalis Stomachicus.

℞. Theriacæ Veteris & probatæ ʒj. Vini Hiſpanici generoſi ℥viij. x. xij. fiat infuſio, & vel colatura per chartam aut filtrum facta, vel ipſe liquor turbidus exhibeatur.

Si validiorem liquorem velis minus addas vini.

Sumenda eſt colatura gratior & Limpidior.

Infuſio iſta exhibetur quotidiè mane ad cochleare unum ad Inflationem Stomachi á flatibus poſt cibum. Datur autem jejuno ventriculo, præmiſſo vomitorio, cujus unica eſt vis ad affectus Stomachi á cruditate & plenitudine provenientes.

Licet levis & facile parabilis ſit hæc compoſitio, attamen efficax eſt, cum ratione calidiorum ſimplicium quæ Theriacæ compoſitionem ingrediuntur, tum præſertim Opii, cujus ea vis eſt ut omnes fermentationes ſedare valeat. Flatus a ventriculi vt plurimum á fermentatione fiunt, ebulliente in prima concoctione chylo, ad quem conficiendum, concurrit materia ex heterogeneis ſubſtantiis conſtans; præter fermentum quod mox á liene acidum, mox ab hepate amarum, mox ab ipſo ventriculo aut capite ſalſum appellit. Quoniam autem tanta eſt Opii virtus, illud vero amaro ſapore eſt ingratiſſimum, quidem in Aqua

Theriacali infuſa exigua portione Opiati Laudani idem effectus procurabitur? V. g. ℞. Aquæ Theriacalis ℥iiij. Laudani, vel Michelii, vel noſtri ℈ß. fiat digeſtio & per filtrum colatura, cui addatur ℥j. Aquæ Cynamomi ſumatur cochleare unum in ardoribus, doloribus, & inflationibus ventriculi, quales Melancholicis per ſæpe contingere ſolent, ita ut ipſis ilia rumpi videantur. Iſtud porro ad ſymptoma potius quàm ad cauſam, cujus ſymptomatis ſævitia aliquando animum medici à curatione ad lenitionem avocare ſolet. —

Quod ſi ipſius Laudani ſapor amaritudine infeſtus & ingratus videatur, per acida emendetur.

Opii dulcoratio.

℞. Opii à ſulphuro nidore repurgati ut a. e. ʒß. Succi depurati limonum ℥ij. ſpiritus aceti acerrimi ℥iiij. fiat digeſtio, tinctura extractio, colatura, & coagulatio ad ſucci ipſius inſpiſſati priſtinam conſiſtentiam; huic affunde ſpiritum vitrioli defæcatiſſimum, digere materiam ad mellis liquidum lentorem reductam, idque per triduum, vaſe benè clauſo in B. Vaporis. Coagula, atque ex hoc Opio præpara Laudanum Stomachium tale.

Amaritudo per acida tollitur.

Laudanum Stomachicum.

℞. Opii ita præparati ʒij. Myrrhæ ʒijß. Extracti ſequentis ʒij. Florum benjoin ſuaveolentium ſine Empyreumate ʒjß ambræ griſeæ ℈v. Moſchi Orientalis ℈iiij. Magiſterii perlarum & corallorum *an.* ʒj. Olei Cynamomi ℈ij. Olei Saſaſras ℈j. miſce, & poſt fermentationem aliquot menſium utere, à granis iij. ad gr. vj. Extractum. ℞. Foliorum menthæ in charta ſiccatorum ʒj. corticis citri & aurantiorum exterioris ſicciſs. *an.* ʒiij. Macis, Nucis Moſchat, *an.* ʒij. cum aqua cynamomi paretur extractum.

Extractum.

NB. Iſtius laudani grana ij, vel iij. tuto dabuntur horis duabus à prandio vel cœna, iis quibus in concoctione, vel diſtributione ciborum moleſtiam facit ardor ventriculi (orexis) vel cum dolore inflatio, aut fluctuantium ciborum per acidos aut nidoroſos ructus ad fauces rejectio. Sic n. pacato æſtu, concoctio fiet faciliùs, & ſedato ventriculi motu, totum corpus à ſympathiæ incommodo immune remanebit, idoneis remediis poſtea à cauſis morbificis liberandum, ſive eæ ſint intemperies, vel conformationis vitium, vel unitatis ſolutio. Hîc venit in mentem Hiſtoria Domini falæſæi *Henrici* 4^{ti} *Gall.* Reg. Medici Ordinarii; qui cum à longa dyſenteria, & ulcere magno per eam excitato in inteſtino colo, penè deductus eſſet ad maraſmum, & jam ultra annum ægrotaret, ſummis doloribus, & dejectione omnimoda appetentiæ cruciatus; per quatuor menſes conſequentes ſumpſit bis in die, quotidie, immediatè ante paſtum grana ij. iij. iiij. Laudani mei ordinarii, atque ita ſenſit primò dolorum levamen, deinde inſtaurationem appetitus percepit, tandem ſedato Fluxu & curato Ulcere, perfectè convaluit. Quidni etiam iſtud laudanum, vel Aqua cum eo compoſita dabitur paulò ante Cibum, ut videlicet præparetur ad digeſtionem ventriculus; niſi forſan credas ſatiùs eſſe hoc

Notanda hiſtoria D. *Falaiſeau.*

Remedio, jam motos componere Fluctus. In Opio ritè præparato, & ut decet per occaſiones exhibito, maxima Medicinæ miracula, & artis atque Artificum unica gloria quærenda ſunt. Convenit autem potiſſimum in affectionibus quæ à cerebro ſunt remotiſſimæ. Capite ſiquidem affecto prudentius cum eo agendum, quippe frigidis morbis noxium, calidis qui atoniat partis, vel vigore vel longitudine invexerunt non utile. Repleto viſcidi phlegmatis blenne pulmone lethale.

NB. Opium.

Cautiones in Opii ephibitione.

Decoctum Lentiſci.

Ex *Cornelio* Medico *Hiſpano* apud *Rodericum* fonſeram de ſanitate tuenda, *cap.* ultimo.

℞. Lentiſci vetuſti, reſinoſi, ex inſula Chio, vel ex Hiſpania ſi fieri poſſit allati, minutim conciſi. Aquæ fontanæ aut cyſternæ ℔xij. macerentur ſimul per biduum, vaſe vitreo vel lapideo optimè clauſo, loco tepido. Tanta eſt vis ligni ut per ſe fervere perhibeatur. Mox lento igne fiat decoct. ad tertiæ partis conſumptionem, donec ſuperſint ℔viij. Doſis ℥vij. mane in egreſſu lecti, & veſperi hora ſomni, tepidè.

Iſtud de coctum ratione Maſtiches qu. ex cortice ligni exſudat, valde roborat ventriculum, coctionem juvat, & humidam ejus intemperiem emendat. Utile eſt podagricis, omnique arthritidi, cujus materiam remotione cauſarum minuit, ipſamque conſumit, & divertit à partibus affectis. Vidi qui copioſe per urinas hoc Remedio evacuati fuerunt, ut inter cæteros D. *Paulet*, ſummè bilioſum, ſicciſſimum, & qui intolerandos patiebatur ex Arthritide cruciatus.

Loco Aquæ poteſt ſumi vinum, vel cereviſia, atque etiam cum additione parari hic liquor, ut cum ſimul ſiccandum & roborandum, nec non per excrementitiæ humiditatis conſumptionem procuranda partium renutritio, ut in iis quibus a primæ concoctionis vitio, ob penuriam vel pravam qualitatem alimentarii ſucci imminet maraſmus.

℞. Radic. Chinæ ℥viij. Ligni lentiſci ℥iiij. Vini albi tenuis ℔xij. vel cereviſiæ Galon. ij, ſive pintas *Londinenſes* xvj. fiat ut artis eſt.

Brodium Columbi.

Patavinis Medicis familiare remedium.

℞. Chinæ electæ ʒiij. Saſafras ʒi. infundantur per 24 horas in libris *iij.* aquæ in iſta infuſione coquatur columbus turris, prius lotus vino albo, bulliat ad conſumptionem medietatis, ſub finem adde Menthæ Meliſſæ an. *Mj.* ſervetur decoctum pro tribus ſyrupis.

Eo utuntur Medici *Itali* ad Stomachi debilitatem & inflationem, & per plures dies exhibent. Uta. evadat potentius remedium poterit augeri quantitas Chinæ & Saſafras, atque iſta coqui cum ipſo columbo ut virtutem ſuam in liquorem penitus transfundant.

Vocari poteſt Brodium Chinatum, cujus ſpeciem ſolet præſcribere D. *Buttlerus* ſuis ægris maraſmo ſiva conſumptione laborantibus, iſtud veluti paradeigma componendorum Juſculorum hic adſcribere libuit.

℞.

Brodium chinatum *Buttleri*

℞. Radicis chinæ per taleolas ſectæ ʒij. infundantur per *xxiiij* horas in vi vel vii pintis ſive libris aquæ puriſſimæ, idque in vaſe optime clauſo loco calente. Tunc addatur huic liquori Gallus gallinaceus optimus, cruſta inferior ſimilæ ſive panis albi unius. Paſtularum mundat. par. x. Uvarum Chorinthiacarum lotarum Cochlearia duo. Glycyrrhizæ recentis contuſæ & per fruſtula ſectæ ℥j. Dactylorum par. *ij*. Capillarum *Mj*. Flores macis duos aut tres, coquantur lentiſſimo igne ad duarum partium Conſumptionem. Mox accipiatur Gallus optimè coctus teratur integer cum Carne & Oſſibus in mortario marmoreo, ſubinde affundendo Juſculum. Fiat per pannum ſtaminem colatura, cui addantur ℥ij. vel *iij*. Sacchari candi albiſſimi ſubtiliter pulti. Sumatur dimidia pinta pro doſi, in lecto, ſi lubet ſuperdormiendi.

Aqua Ferrata.

Petronius Romanus medicus inſignis.

℞. Ferri veteris quod à longo tempore rubiginem contraxerit ℔50. Ponantur in vaſe terreo vitreato ampliſſimo (vel Lapideo) quod impleatur Aqua Fluminis, & diu ſtent ſimul, tandem Aqua à ferro ſeparetur. Utatur æger in potu & mane ſumat Cyathum plenum.

Alii magnam quantitatem ferri veteris & rubiginoſi ſumant, rubiginem excutiunt, quam in Aqua leviter coquunt, & Aegro cyathum ſummo mane propinant, agitando prius, ut quod inſundo erat attollatur, & ſubatomorum ſpecie aquæ permixtum Fluctuet.

Rubigo nihil aliud eſt quam Virrioli Martis efflorescentia, ipſiuſque ſubtilior, & magis penetrans portio. Niſi habeantur ferramenta vetera, quales ſunt vetuſtæ navium Anchoræ, poterit procurari rubigo, ferro nitente in aqua vino vel aceto madefacto.

Valet iſta aqua ad Imbecillitatem Stomachi, obſtructiones omnium viſcerum Dyſenterias & omnes Fluxus, vel per ſe, vel etiam ſi ea vinum diluatur.

Potus Stomachicus.

Riverius.

℞. Meliſſæ *Mij*. Aquæ fontanæ ℔vj. coquantur donec aqua coloretur colore aureo. Tunc adde Florum Roſarum rubearum *Pij*. Flor. Anthos *P j*. Cynamomi non contuſi ſed confracti ʒß. Sacchar ℥iiij. vel q. v. Ubi erit diſſolutum Saccharum remove ab ∇. operito, & frigidum colato per manicam ter vel quater. Poſtremò adde Olei Vitrioli q. ſ. ad gratam acetoſitatem; & facta debita reſidentia diſtilla per filtrum.

Satius erit poſtquam refrixerint oram Spiritum Vitrioli inſtillare, digerere ad tincturæ extractionem, tandem agere per chartam aut filtrum & uti.

Ad Stomachi debilitatem & laxationem.

Oleum Sacchari Stomachchicum.

℞. Baccarum Juniperi maturarum & ſuccalentarum recentium ℥ij. radic. tormentill. ℥iij. Radic. Enul. campan. ſicc. Zedoariæ Galang. an. ʒß. Corticis citri & aurantior. condit. ſicc. an. ʒx. Coriandri præpar. ʒvj.

Ligni ſaſafras ℥j. Macis Nucis Moſch. an. ʒiij Caryophyll. ʒij. Conciſa omnia & contuſa, (exceptis Juniperi baccis) ponantur in Phyalam, affundendo Aquæ Menthæ quater cohobatæ ℔j. Aquæ Cynam. ℥x. Aquæ Vitæ, ſive Spiritus Vini puriſs ℥viij. Vini Canarini generoſiſſimi dulcis, ℔ij. Vini Rubri *Holoc* dicti, ℔jß. ſtent in infuſione in frigido per octiduum, mox fiat per filtrum, vel chartam bibulam colatura.

NB. Si metuas ne ſicciora ſimplicia majorem tui liquoris partem abſorbant, antequam dicta qualitas affundatur, fiat prius imbitio ſive maceratio cum Vino Canarino, vel Hiſpanico Malaga, aut Malvatico.

℞. Sacchari albiſſimi bis depurati ℔j. Ambræ griſeæ ʒij. Moſchi Orientalis ʒj. terantur ſimul ſubtiliſſimè, mox iſto pulvere repleantur ovorum albumine indurata, quæ in cella reponantur vaſis vitreis idoneis, ita tectis ut aer ſubeat, nullæ tamen ſordes ſubire poſſint vel incidere, relinquantur donec Sacchari fuerit facta diſſolutio. Liquor cum reſidentia moſchi & Ambræ effundatur in Phyalam, eique affundatur æquale pondus Infuſionis præſcriptæ. Fiat circulatio in balneo vaporis per octiduum, ita ut nihil planè exſpiret, fæces autem ſubſidant, à quibus limpidum ſeparetur per inclinationem & diligentiſſime reſervetur ad uſum. Craſſior pars & viſcidior inſtar mellaginis erit ad formandas Pilulas Stomachicas ut Alephanginas vel alias.

Circulatio iſta melius fiet in duplici alembico clauſis veſica juncturis.

Moſchi & Ambræ optima eſt cum Saccharo mixtio cum ut eorum odorem, & qualitas longa fermentatione melius imbibat, tum quia in illa digeſtione quæ fit in balneo Saccharum facillime Ambram ſolvit, quæ alias aerem lentoris pinguis difficillime ſolvitur. Eſt n. bituminis ſpecies. Siquis antem pro feminis ratione uteri metuat nimium odorem iſtorum, ea in minori quantitate ſufficiet nodulo ſaltem includere, qui continuò in iſto veluti Syrupo natet.

Oleum Sacchari præter iſtam quæ in ovi albumine (Myrrhæ inſtar) fit diſſolutionem, duobus aliis modis paratur. Vel ex uſtione, Saccharum in aqua vitæ cui inſit aliquid phlegmatis diſſolvendo, & incendendo, atque agitando continuò donec remaneat inſtar Syrupi.

Vel Poma redolentia per taleolas ſecta collocando in bacillis cruciatim per diſci aut patinæ tranſverſum poſitis, eaque Saccharo conſpergendo, quod à pomorum humiditate nactum diſſolutionis Principium, fluit ſtillátque in ſubjectum vas inſtar Syrupi.

Idem facit Raphan. cum Sale & Saccharo.

Loco Pomorum poſſunt ſumi mala cydonia, quæ aſtrictione ſua roborant inſigniter ventriculum.

Utrum libuerit modum ſequi poterit Medicus atque Oleum ſacchari quavis methodo paratum cum pari portione infuſi miſcere, & circulare ad perfectum depurationem, vel etiam ſi anni tempeſtas id tulerit inſalare.

Ad cruditates, flatus, frigidam intemperiem, &c.

Mel Moſchatum.

℞. Nucis moſchatæ ſucculentæ raſæ ℥iiij. Macis ℥ij. corticis citri & aurantiorum conditi ſicc. an. ʒjß. Mellis Anthoſati ſacchari aniſati *an.* ℥vj. Aquæ Cynam. Spiritus Vini optimi *an.* ℥iiij. Aquæ Naffæ fragrantiſſ. ʒij. ambræ griſ. ʒß. Moſchi orientalis ℈j. miſc. atque in dnplici alembico digerantur per quatriduum in B. vaporis. Fiat expreſſio ſervanda ad uſum. Mel ita præparetur. ℞. Mellis albiſſimi ℔ij. Vini Hiſpanici aut Cretenſis ℔j. coquantur lentiſſimo igne ſedulò deſpumando, ad Syrupi conſiſtentiam. Eximendo ab igne dum adhuc calet injice Florum Anthos *P vj.* ſummit. ejuſd. *P iij.* ſummit. Meliſſ. *P ij.* ſummitat. Menthæ *P j.* ſinantur per biduum vel minus in vaſe Lapideo, tandem mel à ſimplicibus effundatur.

Succi cydoniorum depur ℔ß.

Præparatio ſimplicior hujus mellis moſchati talis eſt.

℞. Nuc. moſch. ℥iiij. mellis roſati ℥vj. Aquæ vitæ ℥ij. bulliant ad conſumptione in Aqu. Vit. colentur. Cap. de colatura ʒj. vel ʒij è cochleari, vel juſculo hora una ante paſtum Stomachum valde roborat, ſuavem habitum conciliat.

Sapa Cydoniorum.

Imperatoris Ferdinandi.

℞. Mala Cydonia 100. matura & aliquot diebus ante collecta à cortice mundato, pulpam deradito, ſuccum exprimito, agitato cum albuminibus ovorum N° v. in lebete coquito fortiter donec ſit facta clarificatio. Colato non exprimendo, poſt è patina munda, impone igni lento ut vix bulliat, & ſenſim conſumatur. ad conſiſtentiam ſucci, quod vaſe vitreo condes.

Uſus & Vires.

Ab aſſumptis venenatis, aut malè coctis, aut concoctu difficilibus, fungis, piſcibus, ſumitur ad duo cochlearia, mox decumbat æger calidè, & ſudet per horam unam aut duas, ut ſudore excludatur vis veneni, & longè à corde rejiciatur. *Sudor.* Siquis á ſudore non habeat melius, is tribus ante Cœnam horis, aut poſtridie mane jejunè capiat vi Cochlearia, Iſtud per alvum excludet Venenatam materiam, & pravos humores. *Purgatio.* Puero dabis minus. Siquis per peſtilentem aerem aut nubilum ſit iter facturus capiat cochlear unum. Siquis per aerem pluvium aut frigidum iter fecerit, & laboret cruditate cerebri, aut voceatur rigorem febulem, capiat cochlearia duo. *Morfondeure.* Si cui alvus fuerit aſtrictior, capiat cochlearia vi; dejiciet ceu à Caſſia. Ne dato Colicam patientibus. *Cephalalgia* excitata á bilioſis vaporibus curatur ab hoc ſyrupo depellente bilem deorſum; (adde & os ventriculi aſtringente.) *Hecticis Pulmonicis* dabis manè, meridie, hora tertia, & hora ſomni cochlear. unum, ſic minus concidunt, & initio curat. At in potu decet tantùm uti Aqua è cydoniis viridibus aut maturis. Confert eodem modo *Aſthmaticis, Hæmoptoicis, Peripneumonicis. Dolenti ſtomacho, faſtidienti cibos, vomentibus, cruditatibus, lyentericis, cum Emplaſtro ſtomachico*

Emplaſtrum. ſtomachicum.

chico bis in die renovando. ℞. iiij Cydonia cruda interaneis remotis concide, adde dactylos mundatos N° x. incide, & contunde, & pone in olla, & affunde parvum cyathum aceti roſati, vas in fornace colloca & ſinito donec molleſcant cydonia. Tere cochleari, & adde Olei Cydoniorum ℥ij. vel ℥ijß. pulveris roſ. rubearum q. ſ. ut fiat in modum pultis, extende in linteo, & impone ventriculo, ut dictum eſt, præthereá utere ſucco in potu. Pro ventriculo crudo, & non potente concoquere ob flatus & humiditates pituitoſas frigidas. ℞. Succi cydoniorum ℥iiij. Mellis depurati ℥ij. Aceti roſacei ℥ij. coquantur ſimul pauliſper ad aceti conſumptionem adde ſeminis petroſelini pulveriſati ʒvj. radicis ſaxifrag. hircin. pultæ ʒiij. Gummi pulti ʒij. miſc. & ſervato in vaſe, & cape mane cochlear. unum tribus horis ante prandium. Sanitate proſpera utêris, ſi octavo die, hora nona leviter pranderas, & peracto prandio ſemel bibas, poſt toto die nihil guſtes; poſtridie quarta matutina ſapæ Cydoniorum cochlearia duo ſumas & in lecto ſudes, & perſtes Jejunius ad decimam. Superflua ad conſumuntur, & roborantur partes adeò ut non niſi à ſpecifica cauſa morbus oriri poſſit. Poſterior antidotus præſtat hyeme. At qui craſſis & lentis ſcalerit humoribus, decimo die jejunare debent ſolidum diem, & poſtridie uti dictis Antidotis

Conſtat ex Syrupo de Corticibus Citri. & de Mentha majore Meſv.

Syrupus Stomachicus.

℞. Succi depuratiſſ. Cydoniorum ℔iiij. Succorum Granatorum acidorum & dulcium depur. *an.* ℔ij. Vini Malvat. albi & rubri ſivé Alicantici (vel eorum defectu Canarini & Hiſpan. aut Maderenſis) *an.* ℔iij. Ita ut ſint vini ℔vj. miſc. atque in iſtis macera per biduum in frigido, fol. Menthæ ut decet in umbra ſiccatarum ℔j. Corticis exterioris citri ſicc. ℥xij. Cortic. exter. aurant. ſicc. ℥iiij. Roſ. rub. ℥iij. Granorum Kermes recentium ℥ij. fiat colatura & expreſſio quæ ſæpius agatur filtrum additis Sacchari albiſſimi ℔iiij. cum quo diſſolutio trajiciantur liquores diſſolventes, ad limpiditatem uſque, (quæ num promoveri doſſit abluta lacte *prima & ſecunda* manica videndum) Tandem in arena lento igne fiat reductio in ſyrupum, cui indatur nodulus continens Cynamomi interioris ℥ij. Santali citrini ʒß. Macis Caryoph. *an.* ʒij. Nodulus iſte filo appenſus continuo in ſyrupo relinquatur. Pro magnatibus licebit addere Ligni Aloes ℥ß. Ambræ griſ. ʒj. Moſchi ℈i. in alio nodulo.

Potius ſecunda & tertia, quia Prima rarior eſſe debet.

Syrupus Stomachicus Abſinthio. ℞. Syrupi prædicti ℔ij. Abſynthii marini ℥ij. vulgaris optimé ſicca ℥j. Folia mundata macerentur in vino creticæ per biduum triduum-ve. fiat colatura & expreſſio quæ addatur ſyrupo, & ſimul reducantur blanda exhalatione ad debitam conſiſtentiam. Vel uſus tempore ſyrupus Stomachicus ex Aqua Abſinthii amara propinetur.

Pulvis Digeſtivus Vapores arcens & Stomac. robor.

℞. Laminarum panis candidiſſimi in vino malvatico, vel Alicantico ter infuſarum aut in ſuccis Cydoniorum, granatorum, berberis, & exactiſſ. ſiccat. ℥ij. ſemin. fœnicul. dulc. ℥ß. ſemin. Coriandri preparat. ʒiij. Rad. Chinæ ʒv. Carnis vel corticis Cydon. ſicciſſ. ʒvi. Magiſter. perlarum & Corallorum dulcis *an.* ʒijß. Succini preparat. ʒjß. Cynamomi interioris, vel potius totius, aut etiam craſſioris maximè aſtringentis ʒij. Spodii ℈iiij. Roſ. rub ℈v. Macis ʒj. Sacchari Roſati quadruplum vel triplum pondus omnium. fiat Alkool.

Pulv. Digeſt. Varietates.

℞. Panis. albi toſti ℥iiij. Coriandri preparat. ℥j. Coralli rub. prepari ʒj. raſur. Eboris pulveriſ. ℥ß. Cynamomi interior. ℥ij. Maſtich. ℈j. Sacchari ℥viij. fiat pulvis. Riverius.

℞. Panis albi toſti ℥iij. Coriandri preparat. ℥j. Cynamomi Galangæ an. ʒj. Maſtich. ℈j. Sacch. albiſſ. ℔ß. fiat pulvis.

℞. Coriand. preparat. ℥jß. panis albi toſti ℥j. Coralli rubri prepari Margar. prepar. *an.* ℈ij. Sacchari albiſſ. ℔ß. miſc. Prohibet fumos & corruptionem cibi, coctionem juvat.

℞. Seminis Coriandri in ſucco Cydoniorum preparat. ℥jß. Conſerve é roſis ſiccis ℥ij. Coralli prepari ʒj. Maſtiches ʒß. Cynamomi ʒjß. Cum Saccharo roſato tabulato ad pondus omnium fiat pulvis.

℞. Semin Coriand. preparat. panis albi biſcocti ſicciſſimi *an.* ℥j. Semin. aniſi Coralli rubri, Cynamomi an. ʒj. ſacchari roſati ℔ß. Conſervæ roſ. ex ſiccatæ ℥ij. fiat pulvis.

Pulvis digeſtivus Reg. *Gall. Henrici* iiij. hyeme.

℞. Laminarum panis candidiſſimi in furno ſiccatarum quantum volueris, irrocentur vino generoſo in quo diſſolluta ſit ambra griſea, deinde iterum ſiccentur & reiteretur ter, ſervetur ad uſus. ℞. Panis ita præparati ℥ß. ſeminis fœniculi dulcis conditi ʒiij. Seminis aniſi ʒjß. Margaritarum. Cærabez. albi Cynamomi an. ʒj. Sacchari roſacei ℥vj. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, ſeorſim, deinde miſce, & adde foliorum auri minutiſſimè inciſorum. N° iiij. ſerv. ad uſus.

Pulvis Vapores arcens. ℞. Panem candidiſſimum ſecetur in tenuiſſima fruſtra, quæ in clybano exſiccentur, exſiccate irrocentur ſæpius mero, & iterum exſiccentur, idque ſæpe repetatur. Panis ille ſic paratur & refrigeratus reducatur in tenuiſſimum pulverem, cui poſtea adde Cynamomi & Sacchari quantum voles. Cap. è cochleari poſt cibum. Nam coctionem juvat & exſiccat.

NB. Loco panis poterit ſumi biſcoctum ſicciſſimum quod vulgò paratur cum ovis Aniſo & Saccharo.

De admixtione Ambræ & Moſchi.

In pulveribus qui Ambram recipiunt ad imbibitionem panis, advertendum ambræ vim perire inter exſiccandum, à calore externo, propterea ſatius erit ſumere liquoris ambræ aliquantulum, atque in terendo pulvere inter triturandum, eo irrocare materiam quæ integras liquoris vires excipiet ac continebit.

Pulvis ad Ventriculum Humidum.

Riverius.

Paratur ex oſtreis, floribus Roriſmarini, Saccharo Cando & Moſcho. ℞. Oſtreorum cum ſucc. cydon, & aq. roſ in porphyrite lævig. atque in trochiſc. reduct. (ſumenda autem eſt pars conchæ alba, matris perlarum æmula) ʒj. florum roriſmarini, & ſummitatum ejuſd. an. ℥ij. Moſchi ℈j. Sacchari (aniſati) Candi ℥vj. vel *viij.* fiat Alkool.

Vitium hoc præſertim ſenibus familiare, ob penuriam caloris nativi & partis imbecillitatem, eo tamen etiam laborant juvenes, crapulæ dediti, edaces, & qui liberiori victus ratione calorem ſtomachi opprimunt, & cruditatibus congerendis vacant.

In omni genere Cruditatum.

Riverius.

℞. Initio *Septembris*, radicis Inulæ granorum Juniperi radic. liquiritiæ ana partes æquales, fiat pulvis. Capiat ʒj. tribus horis ante omnem cibum.

Poterit ſumi ex cochleari, vel ex Juſculo, aut vino hiſpanico, aut rubro generoſo.

Pulvis ex Squama ferri.

Riverius.

℞. Squamæ ferri quæ reperitur juxta incudem fabrorum ℔j. teratur ſubtiliter & agitetur cum aceti acerrimi ℔j. ad conſumptionem aceti, deinde ſiccetur in umbra, & id fiat ter. poſtea bibatur ex eâ ʒß. cum ℥ij. vini rubri, tribus horis antè cibum, manè, jejunè.

Ventriculum roborat, appetitum reſtituit, conſumit humorem crudum, rectificat colorem: Hæmorrhoidas reſtringit. Poteſt etiam dari cum conſerva inſtar opiatæ, vel cum Syrupo de Abſynthio de Mentha, vel alio idoneo cogi in maſſam pilularum, quæ exhibeantur ſuperbibendo vinum. Medicum in præſcriptione remediorum decet eorum πολύμορφον, ut ægrorum ſtomacho, remediorum actioni & propriæ exiſtimationi ſatisfaciat.

Aromaticum Roſatum.

Gabrielis:

In hoc plane nihil immutatum.

℞. Roſarum rub. ʒxv. Glycyrrhizæ raſæ ℥vij. ligni aloes Santali citrini an. ʒiij. Cynamomi electi ʒv. Caryophyllorum Macis an. ʒijß ℈ij. Nucis moſchat. Cardamomi Galangæ an. ʒj. Spicæ Indicæ, Ambræ griſ. an. ℈ij. Moſchi ℈j.

Ex Antidotario Auguſtano.

Frequentiſſimus ejus uſus in magno humidorum excrementorum ventriculi proventu. Coctionem juvat, putredinem prohibet, ſtomachi mollitiem corrigit, imbecillitatem firmat, ventrem inferiorem totum, & nutritionis inſtrumenta roborat. Ventriculum diſtendentes flatus diſſipat. appetentiam collapſam excitat, nauſeam ſedat, & ſtomachicis mirum in modum confert prodeſt convaleſcentibus, & è diuturno morbo emerſentibus.

Tragea Terſury.

Gabelkhover.

℞. Coriandri Saccharo conditi ℥jß. liquirit raſ. & per taleolas ſectæ ſicciſs. ℥j. Zedoar. Roſ. rub. an. ʒß. Cynam. interioris ʒiß. *Z*inzib. Carypoh. uncis moſchat. Macis *an*. ℈ß. Granorum paradyſi ʒj. pulveriſentur omnia addendo quadruplum vel quin. tuplum Sacchari pro ratione guſtus.

℞. Cynamomi Nucis moſc. Caryoph. an. ℥ß. Macis ʒiij. Galangæ ℈j. zinziberis, ʒß. Sacchari ℔j. Zinziber. & ſaccharum pulveriſentur ſubtiliſſimè Aliæ ſpecies tenuiſſimè incidantur, & miſceantur exactè.

Uſus eſt manè jejuno ſtomacho, vel horis duabus ante cœnam. Ut præparetur ſtomachus ad ſuſcipiendos & coquendos cibos. Licet etiam *Germani* aliquando in cibis utantur cum ſynapi, vel per ſe loco aliarum ſpecierum.

Flores Benjoin.

℞. Benjoin (ſive Aſſæ dulcis) puriſſim. in Lachrima. Ejus pulveriſati ℥j. v. g. ponatur in olla fictili vitreata, mox ſuperponatur, & ſuperligetur cophynus pyramidalis ex duplici charta: detur ignis lentiſſimus, & ſuper cineribus ſaltem paulò plus quàm calidis vas collocetur. Intra paucas horas aſcendent flores, pennâ vel cultro eradendi. Indatur denuò ℥j. benjoin fiatque ut ſuprà reiterando operationem donec ſatis florum habueris, qui primò rufi aſcendunt, at rectificati nova ſublimatione, albeſcunt inſtar nivis.

Ad ſtomacum, & Aſthma ex ovo ſorbiti. Pro Ambra griſea uſurpantur, in odoramentis, eſtque gratiſſimus odor, diu durans, ſi vid. moſcho admiſceantur.

Cum quinta vini eſſentia, i. e. ſpiritu ad ſummum rectificato, ſi poſt menſtruam purgationem ſemel tantum in menſe illinatur facies, perhibentur eſſe mirum Coſmeticum.

Alia florum præparatio. ℞. Benjoin in lachrima ℔ß. Arenæ albiſſimæ & ſcintillantis ſicciſſimæ (ut Stempanæ) gr. j. terantur ſimul, atque in Alembico poſitis affundatur Aqua Roſarum optima, quæ ſupernatet vj digitis. Fiat in arena diſtillatio. Poſtquàm medietas aſcenderit aquæ odoratiſſimæ, ſublimabuntur in capitellum Flores albiſſimi, ſine Empyreumate, qui aſcendent ex ℔j. circiter ad ℥iij. vel *iiij*. ſumantur, diſſolvantur in Aqua, quæ exſtilluerit, & per medietatis evaporationem, vel diſtillationem, ut a. e. chriſtalliſentur. Sunt ſuaviſſimi odoris.

De Baccis Juniperi.

In difficillimis & longis ægritudinibus quæ nulli remedio cederent, totis 365 diebus anni manè ſumenda ſunt Juniperi grana N° 100. *Riverius.*

Colligendæ ſunt baccæ Juniperi, *Septembri*, tunc cum maximè maturæ ſunt & ſucco ſuo turgidæ, loco ſicco reponendæ in pyxide & ſervandæ ad uſum. Ut verò magis efficaces præparentur obſervanda eſt methodus ſequens.

℞. Baccarum Juniperi optimarum q. v. Vini malvatici, Hiſpanici, Canarini Holoc vel etiam Hydromelitis malvatica-

Trageam Juniperi.

ti, ſive Metheglin *Cambrici*, q. ſ. ut ſupernatet baccis ſpatio unius digiti, macerentur ſimul per horas xij. in frigido, eximantur cochleari deſpumatorio perforato, extendantur baccæ in aſſere cum limbo, & in hypocauſti tepidulo calore ſiccentur, repetatur toties infuſio, & ſiccatio donec totum liquorem primò affuſum abſumpſerint, quod fiet tertia quarta-ve vice. Tandem irrocentur Roſa Solis præparata cum Ambra & Moſcho, & ſedulo ſiccatæ ſerventur in phyala optimè clauſa ad uſum. Vel ℞. Corticis citri condit. ſicc. ℥ij. cortic. aurantiorum cond ʒj. Semin. coriand. præpar. ʒß. ligni Saſafras ſemin. aniſ. & fœnicul. dulc. *an.* ʒij. Nucis moſchat. ʒj. Cynam. interioris ℈iij. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, quo cum ſaccharo cocto ad paranda tragemata mixto, bis ter-ve ut artis eſt in ampla patella ſuper lentiſſimo igne obducantur baccæ Juniperi. Tandem inducatur ultimus cortex ex ſaccharo in aquis roſarum & naffæ diſſoluto additis Ambra & moſcho, niſi Ambram primo pulveri adjungere malis. Ita fiat tragema cujus decem, 12, 16 globi devorentur manè, vel etiam plures, pro ratione affectionis & ventriculi aſſumentis diſpoſitione.

Vide in præcedentibus Theriacam *Germanorum*, ſive Melaginem Juniperi, quæ particularis reddi poteſt pro ventriculo, & ad hanc partem dirigi, ſi in ea præparanda addantur radices enulæ campanæ, abſynthium utrumque, mentha meliſſa cortex citri & aurantiorum. Semen coriandri aniſi fœniculi. Cynamomum, Nux moſchata Macis. Ita poterit exhalatione lenta reduci ad conſiſtentiam pilularum, quæ deglutiendæ erunt manè jejuno ventriculo, horis duabus tribuſ-ve ante prandium ſobrium, cujus ſint εὔχυμοι τὲ καὶ εὔπεπτοι cibi.

Electuaria Stomachica Solida.

Saccharum Aniſatum.

℞. Sacchari albiſſimi q. v. coque cum aqua roſarum, & deſpuma ut a. e inſtar manus Chriſti, agita probè coctum piſtillo, ubi pene refrixerit (ad huc tamen molle eſt) pro ℔j. Sacchari inſtilla ʒj. olei aniſi & miſce exactè. Nempe ſi velis habere in pulvere. Alias ſine magna agitatione forma bacillos, inſtar conſervæ Roſarum ſolidæ.

Si magis compoſitum velis adde corticis citri vel Aurantiorum conditi ſicci, ſubtiliſſimè pulveriſati pro ℔j. ſacchari ℥j. plus minuſ-ve pro ratione guſtus. Et ſub finem inſtilla oleum Aniſi in proportione dicta. Idem poterit fieri cum oleis Cynamomi fœniculi, ſaſafras. Addi etiam ſub finem aliquid Ambræ & Moſchi.

Biſcoctum Aurantiorum.

℞. Corticis integri Aurantiorum flavi videlicet & albi (idem etiam ex cortice citri fieri poteſt) quantum volueris, infundatur ſive maceretur per triduum in aqua fontana limpidiſſima. Effundatur aqua à corticibus, concutiendo ſiccentur. Mox in nova aqua bulliant donec tenereſcant. Effuſa aqua, cortices terantur in mortario marmoreo, & per tenuiſſimum tyrocniſtin trajiciantur pulpi cum triplo vel quadruplo ſacchari. In aqua roſarum vel Naffæ diſſoluti lentiſſimo igne coquatur in paſtam, ſive Elect. ſolidum, ſecandum per taleolas cultro tenuiſſimo, inſtar biſcocti.

Poſſunt aliquot guttæ olei aniſi, fœniculi vel Cynamomi inſpergi pro neceſſitate, & ratione guſtus. Alia ratione poteſt parari biſcoctum corticis Aurantiorum & citri, ſi corticis conditi ſicci ſumantur, & ſubtiliſſimé triti admiſceantur biſcocto Magiſtrali cujus talis eſt compoſitio.

Biſcoctum Magiſtrale.

℞. Sacchari albiſſimi ſubtiliſſ. pulveriſati ℥x. farinæ frumenti ſubtiliſſimè, quem florem vocant ℥viij. Ova integra demptis germinibus, & pelliculis vitellum cingentibus N° *viij*. Ova optimé agitentur, donec inſtar olei Fluida ſint. Aquæ Roſarum optimæ circiter ℥iiij. fermenti albi & acidi ad magnitudinem ovi. Seminis Aniſi integri ʒj. fermentum in aqua roſarum diſſolvatur, mox per linteum agatur hæc diſſolutio, atque cum ovis miſceatur, omniáque longa agitatione ſeduló uniantur. Farina, Saccharum, & Semen Aniſi ſuperinvicem ſtratificentur; ſtratificatis ſenſim inſtilletur mixtura ovorum & Aquæ roſarum cum fermento, agitando ſpatula lignea, ut bona ſine gummis fiat commixtio; Omnibus optimé dilutis & mixtis, per horam integram fiat vehemens agitatio, vel diutius, donec paſta bullas faciat & glutinoſa evadat. Inſtrumentum ad morera & placentas Tartriere dictum cum operculo apponatur igni, qui ſuprà & infrà circumponatur, ita tamen ut tantum calorem non concipiat qui biſcoctum exurere poſſit. Parentur Cophyni quadrati ex charta, digitum unum vel alterum alti quibus in patella diſpoſitis; infundatur mixturæ tantum quod cultri obtuſam partem ſive dorſum æquet: Siquidem coquendo paſta attollitur ad minoris digiti altitudinem. Inſpergatur tantillum ſacchari, ut cruſta Flava fiat in ſuperficie, poſt ſufficientem coctionem: Ita coquatur biſcoctum idoneo calore qui nec inutiliter ſequis ſit, nec ita intenſus ut maſſam adurat, idcircò ſublato operculo exploretur cocturæ progreſſus quàm ſæpiſſime. Peracta coctione eximatur, & ſinatur humectari per ſe, ſpatio duodecim horarum, tandem in furno, diu poſt exemptum panem, ſiccetur, & ſervetur loco ſicco.

Si prædictis ſpeciebus addantur ʒij. ʒiij vel *iiij.* pulveris corticis citri vel aurantiorum, præſtantiſſimum parabitur biſcoctum, ad Ventriculum, colicam. Vermes.

Quantitas varianda ad ſaporis gratiam.

Conſerva Sicca Corticum Citri & Aurantiorum.

℞. Utriuſque extimam cuticulam, oleolo liquore adhuc prægnantem, i. recentem ita ut ſi exprimatur oleoſa ſubſtantia in candelam, Flammam concipiat. Hanc projice in ſaccharum ferè non tamen omninò coctum in Roſatum, atque in eo ſine per dies tres vel quatuor.

Exime, extende in vitro, marmore aut charta, & in laconico vel ſtuffa optimè ſicca ad uſum.

Vide meliorem deſcriptionem.

Apud Dominam Comitiſſam *Bedfordiæ*, ſæpius guſtavi iſtos cortices, qui gratiſſimi ſunt, & adeò ſicci ut facilè poſſint pulveriſari: Aptiſſimi ad pulveres digeſtivos, licet etiam per ſe commodiſſimo ſint uſui. Gratiores erunt ſi ſaccharo admiſceatur aliquid moſchi & ambræ, nec non ſi idem coquatur cum aqua Naffæ: pro mulieribus tamen meliores ſunt ſine iſtis odoramentis, præſertim cum aliàs per ſe ſint admodum aromatici.

Cortices Cynamomi.

Riverius.

Iſtius corticibus utebatur Rex *Henricus* quartus Magnus cognomine, poſt aſſumptionem, aquarum pugiacarum, vel ſpadenſium, addito aniſo, ad validius diſcutiendes flatus.

℞. Sacchari albiſſimi ℥iiij. cynamomi interioris ℥j. fiat omnium pulvis ſubtiliſſ. qui excipiatur muccag. gum. Tragac. extract. in Aqua Cynam. formentur cortices ſuper bacillis inſtar Cynamomi per ſe ſiccandi. Poterit addi huic paſtæ tantillum olei aniſi, v. g. ad gutt. v. aut vj.

Iſtud ſit paradeigma præparationis iſtorum corticum, ad cujus inſtàr poterunt variæ formulæ concinuari, v. g. ad diſcutiendos flatus.

℞. Fœniculi dulcis (florentinum, vulgò vocant) ʒvj. Cynamomi interioris ʒij. Sacchari albiſſimi ℥v. cum eadem muccagine, eodem modo fiant cortices.

Cortices Moſchati.

Ad Cordis & Ventriculi robur tales parabuntur pro magnatibus.

℞. Seminis Fœniculi dulcis ℥j. Conſervæ ſiccæ cortic. citr. & aurant. ſupra deſcript. *an.* ʒiij. Magiſterii perlar. & corall. dulcis *an.* ʒij. Lapid. Bezoar oriental. ʒj Cynam. interioris ℥ß. Ambræ griſ. ℈j. Sacchari albiſſimi ℥viij. fiat omnium Alkool, & pulvis trajiciatur per ſetaceum. ℞. Seminis Cydoniorum ʒij. Gummi Tragac. puriſſ. ʒß. Aqua Naffæ ℥iiij. Aqua Roſ. ℥ij. Moſchi orient. gr. *iiij*. Extrahatur muccago ut a. eſt, & ſuper bacillo vel cylindro buxeo fiant cortices per ſe loco tepidulo ſiccandi, atque in pyxide probè occluſa reſervandi.

Tabellæ Roſatæ Stomach. & Card.

Tabellæ rubræ Piſonis Pharmacopoei Pariſienſis.

℞. Roſarum rubearum recentium detracto ungue, optimè ſiccatarum, ſubtiliſſimè tritarum, & pauco vitrioli ſpiritu (vide num melius limonum ſucco, quia ob aciditatem ⊕li facilè humectantur ad aerem) irrocatarum, Confectionis Alkermes an. ʒvj. Moſchi gr xv. Sacchari albiſſ. ℥viij. cum muccag. gummi tragac. extract. in Aqua Cynam. fiat tabellæ ad levem calorem ſiccandæ, & ſervandæ loco ſicco.

Tabellæ Roſatæ Myrei in quibus parandis ob difficultatem coctionis eſt operæ pretium. ℞. Roſarum rubrarum minutiſſimè conciſarum (melius tritarum) ʒij. Aqu. Roſarum q. ſ. ut fiat inſtar pulticulæ, adde Spiritus Vitrioli guttas *xx*. ſinantur aliquandiu donec fiat puls rubicundiſſima. Tunc coque ℔j. ſacchari ultrà roſatum in penidia; cocto injice roſas, & lentiſſimo calore continuò verſando reduc in tabellas.

Non humectantur ad aërem.

Morſelli Stomachici.

Riverius.

℞. Cortic. Aurant. Condit. ſicc. ℥jß. Pulv. Cynam. ʒiij Macis ʒß. Pulveris Caryophyllor. ʒjß. Cardamomi majoris, vel ejus loco Galangæ ℥j. Moſchi ℈ß. Ambræ griſ. ℈j. Sacchari in AquaRoſarum diſſolut ℥xvj. Aniſi ſubtiliſſimè triti ʒij. fiat confectio in Morſellis vel coquendo ſaccharum cum Aqua Roſacea aut Naffæ, vel omnia reducta in pulverem ſubtiliſſimum excipiendo muccagine Gummi Tragac. aut ſeminis Cydoniorum.

Uſus iſtorum morſellorum eſt manè, ante & poſt paſtus ad roborandum ventriculum, & promovendum coctionem.

Sequuntur variæ morſellorum deſcriptiones, quibus utetur medicus pro ſubjectorum & affectuum ventriculi varietate, & partis diſpoſitione.

Pro ſenibus, Cachecticis Septentrionalibus.

℞. Corticis Aurantiorum condit. ſicc. ℥jß. Cortic. citri eodem modo prepar. ℥j. Cynamomi interioris ℥ß. Macis ʒj. roſ. rub. ℥ij. Magiſterii dulcis perlarum & Corallorum *an.* ℥ijß. Zedoariæ Galangæ *an.* ℈ij Conf. Alkermes ʒvi. Ambræ griſ. ʒj. Moſchi oriental. ℈i. Sacchari ℥xvj. cum muccag. gummi Tragac. extract. in Aq. naff. fiat paſta ex qua Morſelli.

℞. Cortic. Aurant. condit ℥ij. cort. citr. ℥j. ſeminis Aniſi, fœnicul. dulc. Coriand. prepar. *an.* ℥ß. pulv. rad. ſaſafr. ʒiij. Cynam. inter. ʒv. Macis ʒjß. Ambræ ʒj. Moſchi ʒß. Sacchari ℥xvj. fiat ut ſuprà.

Pro humidiore ventriculo.

℞. Rhad. Chin. optim. ℥ij. ſaſafr. ℥ß. Corticis aurantiorum & Citri *an.* ℥jß. Cynam. ʒj. Roſ. rub ʒij. Magiſter. Perlarum & Corall. an. ʒiij. Spodii ex cornu cervi ʒjß. ambræ ℥j. Moſchi ℥ß. (vel iſtorum loco Conf. Alkermes vulgar. ℥j) Sacchari albiſs. ℥xvj. Cum muccag. Tragac. in aq. naff. extract fiat paſta ex qua Morſelli, lento calore ſiccandi, & ſervandi in pyxide probé clauſa loco ſicco.

Electuaria Stomachica Liquida ſive Mollia.

Saccharum Lunæ.

Riverius.

℞. Pulveris Sacchari Candi ℥ijß. Spiritus Vitrioli rectificati ℥ß. ſyrup. de florib. Viol. & Liquirit. *an.* ℥ß. miſc. Satius eſt loco iſtorum ſyruporum ſumere Sapam Cydoniorum, mel moſchatam, Oleum Sacchari ſtomachicum, vel ſyrupum ſtomachicum quæ omnia in præcedentibus deſcribuntur.

Vel. ℞. Syrupi Conſervationis citri q. v. reddatur acidus ſ. q. ſpiritus vitrioli, mox add. ſacchari Candi & Penid. q. ſ. ut fiat conſiſtentia craſſior non ſolida: Acida n. impediunt ſacchari coagulationem, præcipuè mineralia, quæ ſunt tenuiſſimarum partium & cum multo acido in ſaccharo latente juncta, promovent diſſolutionem.

Vires.

Valet iſtud Saccharum Lunæ ad juvandam ventriculi aſtrictionem, i. aſtringendo retentricem roborat, pituitæ lentorem unde in appetentia deterget, viſcera, temoprat, nauſeam arcet.

Doſis ad trium piſorum magnitudinem. i. circiter ʒß. manè ante Juſculum.

Theoph. in lib. *De Vita longa*, & in lib. *De Tartaro circa finem.*

De Vitriolo. Maxima vis eſt in Vitrioli ſpiritu ad corroborandum Lanquentem ventriculum, & excitandam appetentiam, quam ipſo natura proprio aceto, ſeu vitriolo à liene in ventriculum per vas breve ſtillante ſuſcitat. Paracelſus oleum & ſpiritum vitrioli, vocat partem pharmacopolii quartam, vult-que in officina eſſe inſtar lapidis angularis. Verùm ſatius eſt Vitriolum ex metallis parare, Cupro vid. & ferro, ſigillatim vel mixtis, quàm ſalem impurum ex terra deſumere, cujus aculeus acrior eſt & magis noxius. Ex iſtis porrò jam coctis corporibus extrahitur acetum Eſurinum ſive ſpiritus acidus ſic dictus, quod qui eo utantur eſurant. Vitriolum ex ferro & cupro parabitur iis cum ſulphure ſtratificatis; ad ignem rotæ uſis, pulveriſatis, in igne verſatis rudiculâ ad ſulphuris evaporationem, mox uſtis iterum per ſeptem vices, addendo quavis vice ad ſingulas libras calcis iſtius, ſulphuris ℥iß. tandem in aqua calidiſſima ſolutis. Solutio iſta coletur, bulliat ad cuticulam, ſive cremorem, & in cella fiat Chriſtallizatio ut a. ę. Fœces in aquæ fundo remanentes iterum cum ſulphure calcinandæ ut ſuprà & repetendus proceſſus. Cupri vitriolum eſt cæruleum ferri viride. Ex argento fit eodem ferè modo inſtar ſapphyri ſummum Cephalicum & ſtomachicum ſimul.

Acetum Eſurium.

Vide Baſilii Crollii, pag. 218.

Extractum. Cynamomi.

℞. Cynamomi interioris ℔j. Aquæ Vitæ ℔vj. Aq. Roſ. ℔j. Sacchari Candi pulveriſ. ℔iß. in B. vaſe circulatorio per mox fiat diſtillatio Aqua ſeorſim reſervetur, quæ erit optima aqua Cynamomi, Remanebit extractum in fundo, cui adde Ambræ griſeæ ʒij. Moſchi optimi ʒj. digere loco tepidulo ad perfectam mixtionem. Cap. inſtar minoris piſi ante & poſt paſtus.

In Balneo Vaporis.

Electuar. Saſafras.

Mouffetus.

℞. Radic. ſaſafras ℥ij. infund. per 24 horas in aquæ puræ (quidni in Aq. Menthæ, Meliſſ. Cortic. citri Abſynthii?) ℔iij. dein. coque ad tertias in vaſe clauſo, ut alembico vel alio, in fine decoctionis adde Cynamomi leviter contuſi ℥ß. Colentur. Colaturæ adde Sacchari albiſſimi ℥xij. Bulliant ad conſiſtentiam Electuarii, cui adde Nuc. moſchat. ℈ß. Cynam ʒß. Moſchi gr. iij. Ambræ griſ. gr. ij. olei Vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem. Fiat Electuarium. Hujus conſiſtentia eſt Liquidior ratione aciditatis diſſolutionem promoventis. Valet mirabiliter in ventriculi ætoniâ a nimia humiditate, & fibrarum viſceris exolutione. Grata eſt compoſitio. Flatus potentur diſcutit.

Pilulæ Stomachicæ.

Pilulæ Stomachicæ Moſchatæ.

Vocentur potius Pilul. Stomachicæ.

℞. Aloes Quccotor. In ſuccis Abſynth. Menthæ & Roſ. rub. ter diſſolut. & per evaporationem in B. roris toties coagulat. ℥iß. Rhabarb. electi ſubtiliſſ. pulver. ℥ß. Rhad. Tormentill. Roſ. rub. Maſtiches *an.* ʒij. Macis Cynam. interior. *an.* ʒj. Cortic extimi citri & aurant ſicc. recent. an. ℈ij. pulver. abſynthii vulg. ℈iiij. ambræ griſ. ʒj. Moſchi orientalis ʒß. miſc. & cum Balſamo peruviano nigro fiat maſſa pilularum.

Conveniunt iſtæ pilulæ frigidis, Laxis, effoetis ventriculis, ut iis ſubjectis quibus Cachexia, Melancholicus humor, fluxio a Capite faceſſit negotium. Proſunt etiam mulieribus hyſtericis quibus licet Ambra & moſchus odore noceant, ſi tamen deglutiantur mirificè proſunt, cor roborando, ſpiritus refocillando, uterum recreando, Cerebrum confortando, malignos fumos diſſipando. Atque in hunc propoſitum vide Augenii pilulas de Moſcho ad hyſtericam ſuffocationem. Doſis erit ad ℈i. vel ʒß. hora dimidia ante levem cœnam: ſic n. ventriculum præparabit iſtud remedium ad bonam concoctionem, fermentationem inter digerendum impediet, & cum alimento in venas gliſcens facilius ſub iſto bono dolo, ſeſe intimis corporis penetralibus inſinuabit, ſuiſquè partes opis indigas imbuet virtutibus.

Moſchus in hyſtericus.

Pilul. Guajacin. Moſchat.

Pilulæ Diamoſchi.

℞. Ambræ griſeæ optim. ʒij. florum benjoin non adutorum ʒiij. Gummi Guajacini factitii. Extracti Abſynthii cum ſale proprio ad conſiſt. pilul reduct. *an.* ℥ß. Magiſterii perlarum & Corall. dulcis *an.* ʒjß. Croci martis aperientis rubri. ſive Trochiſcorum ejuſdem ℥j. fiat omnium Alkool excipiend. ſ. q. balſami peruviani nigri & reducend. maſs. pilul.

Utile medicamentum frigidis & humidis ventriculis quales eſſe ſolent in Scorbuto, item ſub finem febrium interpolatarum, quotidianæ, quartanæ, in quibus materia prægreſſo calore liquata, & fluidi redditi ſucci, ut plurimum per os ſputatione larga rejiciuntur. Utile etiam in Melancholicorum ptyeliſmo, fermentatione, cui niſigniter convenit præparationem croci martis. Valet & in cerebri humiditate & frigiditate, tam protopathica quàm deuterepathica à ventriculo. Denique quoties ſtomachus vel lanquebit, vel phlegmate turgebit, poſt ſufficientes & idoneas expurgationes, commodiſſimé nobili iſto præſidio reſtituetur.

Doſis.
Modus.
Tempus.

Doſis. ℈j. ʒß. ℈ij. manè ſuperhauſto vini Abſynthitis, hydromelitis Malvaticati, vini Malvatici, Canarini, (dict. *Holoc*) Alicantici momento, horis tribus ante prandium.

Gummi Guajaci factitium.

Blanc.

℞. Raſuræ interioris ligni Guajacini g. v. in matratio amplo affundatur vini ſpiritus, extrahatur-que crebris affuſionibus & inclinationibus tinctura, per chartam vel filtrum denuó depuranda, mox ponatur in alembicum vel retortam affundendo Aq Roſ. v. g. Cyathum unum, vt vid. evaporato vini ſpiritu materia humida remaneat; diſtilla in cineribus, cumque intumeſcere, & elevatis bullis inſpiſſari materia incipet, effundatur in pelvim aquæ frigidæ plenam. Aqua ilicò lacteſcet, ducatur craſſamentum diu manibus inſtar Ceræ, & in pyxide moſchata ſervetur.

Vires.

Ad debilitatem Ventriculi. Catarrhos, fluxiones, & affectus in quibus ſiccandum, & partes roborandæ. Quotidie exhibetur pilula una ℈j. vel ʒß.

Doſis.

Notandum linteum per quod colatur infuſio vireſidue: atque in ipſo Gummi Guaiacino naturali ſummam eſſe viriditatem.

Gummi ſeu reſina Guaiaci.

Eſt autem Gummi naturale ſpecies Reſinæ, cujus vis eſtu potens, ſapor acutus. Purgat, vomitum inquibuſdam movet. Potenter ſiccat. In affectibus venereis poteſt opiatis. Tabellis pilulis pro ſpecifico admiſceri.

Pilulæ Alephanginæ ſive de Aromatibus.

℞. Cynamomi interioris Macis Nucis Moſchatæ an. ℥j. Calami Aromat. Junci odorati, Schæanthos Cardamomi Caryophyllorum, an. ℥ß. Zedoariæ Galangæ corticis *Winteran.* an. ʒvj. Corticis exterior. citri & aurant. recent. ſiccati Malabathri recent. an. ʒx. fol. ſicc. abſynthii utriuſque Menthæ Roſ. rub. an. ʒv. florum & ſummit. ſtoechad. Arab. & Lavendul. an. ℥iij. Omnia conciſa & trita ponantur in bocciam vitream, affuſa ea quantitate Vini Canarini quæ ſupernatet *vi* digit. alluteur alia boccia, ſive alembici pars inferior, cum farina, calce, & ovi albumine. Fiat circulatio in Balneo Mariæ per octiduum ita ut nihil plane exſpiret, mox fiat colatura & expreſſio, tandémque liquoris per chartam filtratio. In iſto liquore diſſolve Aloes Succotor. pellucidiſ. ℔j. Extracti baccarum Juniperi ℥iij. fiat coagulatio in B. vaporoſo addendo ordine debito Myrrhæ Maſtich. ana ℥j. Croci ʒiiij. Gummi Guaiaci factir. ℥jß. Ambræ Griſeæ ʒij. Moſchi oriental. ʒj. Salis abſynthii chryſtall. ʒiij. Magiſter. perlar. & corall. dulc. an. ʒijß. Oleorum cynam. ſaſafr. aniſi roriſmar. an. ℈j. fiat maſſa pil. ſervanda vaſe vitreo.

Sal gemmæ ſumatur ſi deſit Abſynth.

Doſis à ʒj. ad ℈iiij. ʒjß. Valde corroborant. Si purgantes velis, miſceantur cum pilul. Ruf. aut Stomach. cum quum. Vel de hidra an. Si validiores.

℞. Hujus maſſ. ℈j. Theriac. Alhandal. gran. 2, 3, 4. Ol. Caryophyll. gutt. ij. miſc.

Stomachica Externa.

Linimentum Stomachic.

℞. Radic. Cyperi Enulæ calami arom. an. ℥ij. Gentian. Imperator. angelicæ zedoariæ Galang. an. ʒj. cortic. exter. aurant. & citri recenter. ſiccat. an. ʒijß. Cynam. Caryoph. Macis an. ʒx. foliorum in umbra ſiccat. Menthæ Abſynthii utriuſque an. *Mij.* Meliſs. Majoran. Salu. minutiſſ. Organ. Puleg. Scordii Roriſmar. Rutæ Lauri an. *Mj.* florum chamæmel. Melilot. an. *Piij.* Roſ. rub. *Piiij.* Florum Lavendul. & Stoechad. cum ſummitat an. *Pijß.* Semin. aniſi anethi fœnic. coriand. Carui, an. ʒjß. Bacc. Junip. recent.

cent. ℥iij. Vini Canarin. aut Malv. ℔vj. Vini Alicant. ℔iij. Holoc. ℔ij. Infundantur per octiduum in fimo equo vaſe probè clauſo, adde, fiat expreſſio fortis per prelum, in qu. diſſol. Aloes Myrrhæ an. ℥ij. adde Axungiæ ſuill. recentis ℔ij. Pinguedin. anſeris recent. ℔j. Medull. crurum bovis ℔ß. Olei nucl. perſic. & bericocc. ſpermat. ceti an. ℥iiij. Rad. anchuſæ recent. ſiccat. ʒvj. bulliant ad vini conſumptionem, adde, fiat per canapatium colatura; In qua ad lentum calorem diſſolve Gummi Caran. & Tacamah. an. ʒij. Elemi ℥iß. Butyr. nucis moſch. ʒiij. Balſami Peruviani Liquidambar. an ʒijß. Refrigeratis adde Olei Saſafr. Oleorum cynam caryoph. an. ℥ß. fiat linim. ſerv. vaſe probè clauſo.

Vide num ſatius ſit poſt conſumptionem vini Anchuſam macerare in pinguedine ad rubedinis extractionem in fimo vel Balneo.

Linimenta difficulter penetrant ob partium interjectarum ſpiſſitudinem; Siquid tamen effatu dignum hoc remedio poſſit præſtari, id fiet mediante longa frictione cum manu calefacta; nec non poſtunctionem applicatione aſſeris Liquei calidi ad majorem penetrationem. Aſſeris vicem ſubibit toſta panis Caryophillis transfixa, pulvere Abſynthii conſperſa, in malvatico merſa, vel eo ſaltem imbuta, & applicata calidé poſt unctionem.

Ita vero reduces in Emplaſtrum.

Emplaſtrum pro Stomacho.

℞. Maſtiches in ſpiritu vini optimo diſſolut. ℥iiij. Gummi nigri ex *Virginia* ailſati *Cambria*. dicti ℥ij. Ladani Thuris Sandarac. *an.* ℥j. ſuccini ℥ß. pulv. Menthæ rubr. *an.* ʒijß. Unguenti præſcripti ℥iij. Thereb. Venet. ℥ß. Cerræ flavæ in Vino Alicantico cortice ʒvi. miſc fiat Emplaſtrum.

Ceratum Stomachum.

℞. Ceræ flavæ ℥j. Styracis calamitæ ℥ij. Therebentinæ ʒvj. maſtiches ℥iij. Ligni Aloes caryoph. cynam. Nucis moſchat. Macis an. ℥ß. Moſchi ℥j. Omnia ex arte mixta malaxentur ſuper aqua roſacea & Naffæ, & fiant magdaleones.

Tiberii ſtagni Romani.

Si quid in modo faciendi difficultatem pariat roe' proportionis erit emendandum.

Emplaſtrum. ℞. Maſtiches ladani Styracis calam. menthæ Abſynthii ſiccorum an. ʒj. cynamomi Galangæ Zedoar Ameos Spicæ nard. *an.* ʒß. picis navalis ℥iiij. Therib. Venetæ ℥ß. fiat Emplaſtrum.

Incam frigida.

Aliud Aſtringens. ℞. Maſtiches Ladani puri ℥iij. maſtich. ℥iß. Olibani ℥ß. Sumach, myrtillorum Boli armen. *an.* ℥ij. Omnium ſantalorum coralli rubri *an.* ℥i. Therebentinæ ℥j. pulveriſentur pulveriſanda, & cum oleo maſtichino fiat Emplaſtrum.

In Vomitu & fluxu.

Aqua Cynamomi.

℞. Cynamomi interioris ℥iiij. aquæ fontanæ limpidiſſimæ ℔jß. (tres dimid. ſextar. pariſienſes) per biduum diger. In cineribus. Diſtill. in alembico vitreo, in ciner. & arena probè clauſis Juncturis. Aquam ſtillatitiam ſume in qua iterum macer. Cynam. ℥iiij. fac ut ſupra tertiò accipe aquam & in ea infund. cynam. ℥ij. digere, diſtilla & velis rubro tingere colore in limbo capitelle pone cynamomum, ſemel aut bis ſi velis ſaturaturationem colorem. Supra fares delam aquam quæ valebis ad novam Infuſionem & parandam aquam cynam. ut dictum eſt. *La Treille.*

Oleum Caryophyllorum.

Extrahitur ex iis contuſis in retorta affuſa aqua, digerendo per noctem, per gradus. Circa finem validiſſimo igne evocetur Balſamum bonum ad ulcera & vulnera.

Flores ♁ Rubri.

Fiunt cum lixivio ex cineribus communibus. Cineribus clavell. & calce viva, per ebullitionem & præcipitationem Ju. ∴ 10.

Ad Peſtem & Anthraces Peſtilentes. ℞. Bufones magnos quos vivos baculo perfora, & exſicca Appone malo & faſcia contine. Unum aut duos applica reiterato. Venenum attrahent & intumeſcent ſepeli, vel combure.

Peſtis.

℞. Aceti Roſat. ℔iij. in quibus macer. ſalv. minutæ. Rutæ an. ℔ß. Radic. chelidon. ℥vj. bulliant. in B. M. vaſe idoneo per horam integram vel diutius. Fol. per manicum hippocr. Ilicò ictus peſte capiat hujus dein. cochlearia duo addendo Theriacæ optimæ inſtar avellanæ. Et hauſto hoc diſtill. in ore contineat cruſtam panis uſtam Tegatur & ſudabit. Si opus ſit reireretur remedium hoc bis vel ter.

Aqua Theriacalis. ℞. Radic. Angelic. Zedoar. Enulæ camp. petaſis. Tormentill. Caryophyllat. chelidon. an. ℥ij. diptami ſcabioſ. Ulmar. meliſs. an. *Mj.* florum betonic. Verbaſci ſeu tapſ. barb. calendulæ an. *Mij.* ſemin. citr. card. bened. cortic. citr. an. ℥j. Caryophyll. Macis an. ℥ß. Santal citr. ℥jß. Myrrhæ Olibani an. ʒj. cynam. ℥jß. Omnia ponantur in alemb. vitreo amplo affuſa vini albi generoſiſs. ea quantitat. quæ ſupernatet quatuor digitis. Digerantur per quinque dies, & mittantur per manicam hyppocratis. Melius eſſet ſi loco vini affunderetur aqua vitæ optima. Pro ℔vj. hujus mixturæ, add. Theriac. veter. Mythridat. an. ℥iij. confect. de Hyacym. Alkermes an. ℥j. Raſur. Eboris cornu cervi præparat. Corallorum præparatorum an. ʒiij. Croci ℥ß. Camphoræ ʒij. pulver. elect. lætif. Galen. diambr. diamoſch. an. ʒj. Infund. omnium in matratio apprimé clauſo nequid. reſpirer. in B. M. per 4 vel 5. dies, ad tincturarum perfectam extractionem, quod fiet reiterata 🜈. affuſione ſ. a. Cola liquores omnes conjunctos, niſi malis primum tanquam potentiorem ſeorſim ſervare in ampullis probè clauſis. Doſis jam correptis dentur duo vel tria cochlearia, & tegantur expectando ſudores. *Ad Præcautionem* ſumatur ſingulis matutinis cochlear dimidium.

Ut magis fiat ſudorificum, Calcinetur magma & extrahatur ſal. ſ. a. cum aqua cardui benedicti, & addatur aquæ ſeu liquori, tunc imminuenda eris doſiis.

Flores 🜍. ℞. 🜍. ℔ij. Colcotharis ℔j. ſalis marin. decrepit. ℥iiij. omnia bene pulveriz. miſceantur & in idoneo ſublimato- Opia.

rio detur ignis graduatus per duodecim horas fiantque flores ut a. e. Horum florum. ℞. ℥ij. Myrrhæ Oliban. an. ℥j. Maſtich: croci an ʒij. ſalis Abſynth. ʒiß. Theriac. venet. ℥iij. fiat opiata cujus ʒj. diſſolv. in aq. Card. bened. ſcabioſ. vel ulmar. fiat potio quæ detur tegendo ægrum & provocando ſudores, ilicò poſt correptionem. Pro Pueris ʒß. ſufficit.

Liqu. ℞. Chelidon. totius *Mj*. Aceti optimi pintam unam in vaſe optime clauſo coq. ad conſumptionem medietatis aceti cola & ſerva vaſe probè obturato.

Elect. ℞. Euphorbii ʒß. Maſtich. ʒij. Mille folii. *Mj*. croci ℈ß. Theriace ad pondus omnium. miſc. in mortario marmoreo exactè ad conſiſtentiam electuarii mollis. Doſis ʒß. pro robuſtoribus cum cochleari uno proximi liquoris, in correptis, ſudunt ſi poſſint, ſin minus, nihilo minus venenum extinguitur.

℞. Olei Therebentinæ ℈j. cum Aque ſcabioſ. & Acetoſ. fiat potus.

℞. Aloes ℥j. maſtich. myrrhæ *an.* ℥ß. croci agar. Theriacum Rhabarb. *an.* ʒij. fiat pulvis ſubtiliſſimus, pro ℥j. add. ☿ii præcipitati optime loti & præpar. ſecundum artem ℈iiij. hujus pulver. dent. *gr* 24 cum pavio Elect. de ſucco Roſarum mythridatio. Expertet æger ſudores. Hoc remedium inſuper purgationè venenum tollis.

℞. Salis Abſynth. & ulmar. *an.* ʒß. miſc. cum aqua cancrorum ſtillatitia.

Sal baccarum Juniperi, vel earundem extractum cum aqua.

℞. Chelidonii totius. *Mj*. coq. cum acet roſat. cola. hujus decocti detur ℥j. robuſtionibus. ℥ß. debilioribus Theriacum ʒj. addatur, fiat potus.

Ad Præcautionem.

Radix Angelicæ macer. in aceto optime roſato per tres vel 4 dies, hujus aliquantulum ore contineatur mane, geſſetur verò ad odorandum.

℞. Theriacæ ʒij. Terræ ſigillat. florum 🜍 *an.* ʒj. miſc. hujus mixturæ cap. ʒß. vel ʒj. cum vino.

Aqua. ℞. Aqua vitæ ℥j. ſucc. berberis, granatorum citri vel limonum ℥vi. ſucci florum Calendulæ ſucc. florum Taph. barbat *an.* ℥iiij. Rad. Zedoar. Angelic. Tormentill. *an.* ʒvj. ſemin. Card. Bened Rutæ poctulac. oxalydis *an.* ℥ß. Theriac. Mythridat. *an.* ℥ij. macer. omnia in alembico & B. M. calido & diſtill. igne cinerum. Hujus aquæ detur ℥j. cum ℥ß. acet Roſati.

Infr. ℞. Aq. vitæ ℔j. In qua macer in B. M. baccarum Juniperi florum geniſi Calendul. Abſynthii, an. q. v. Hujus macerationis detur ℥ß. cum ʒj. ſucci chelidoniæ.

Pon. ℞. Cortic. citr. granorum Juniperi an. ℥ß. Zyloaloeis caryophill. cynam. ſandal. citrin. *an.* ʒiij. ſemin. rutæ croci *an.* ʒiß. ſtyrac. calam. Benjoin. *an.* ℥ij. Trita omnia ut Alkohol excipiantur ladano, & miſceantur terendo in mortario cum piſtillo calido. Irrocando Aqua Roſarum fiat pomum.

Elect. MB. ℞. Florum ſtybii pulver. lætif. galen. de geminis *an.* ʒi. zedoar. maſtich. camphor. *an.* ℈j. Theriac ℥ij. miſc. Doſis ʒß.

Cancer Polypus & ſimil.

℞. Auripigment ʒj. Virid. ær. ʒij. Vini optimi ℔j. pulver. coq. ad conſumpt. trium partium vini. Extrahe ab igne & ſine ut parum refrigeroſo. ℞. Aqua Roſarum & ſolan. an. ℥ij. affunde prædictæ materiæ tepidæ, atque ilicò penè in vaſe vitreo & probé obtura, ſine ut fiat reſidentia inſtar luti. Utere liquore claro ad abluenda Ulcera maligna Cancros Fiſtulas, Noli me tangere, mammarum ulcera. Ablue bis in die & ſanabuntur.

Dentes.

Dealbentur acido Sulphuris, mox bacillo ſaligno fricentur.

Calculus.

℞. Caul. Alliorum fabarum Herb. abſynth. artemiſiæ baccarum & ſummit Juniperi hederæ muralis Orientem verſus creſcentis, an. fac Alkali reducendo in cineres quorum. ℞. Mj. Aquæ ſtillat. fabarum ℔j. novies filtra & fac lixivium limpidum cui adde vini diſtillati vel malvatici optimi tertiam partem, Doſis unum, duo, tria cochlearia pro neceſſitate.

Unguentum ſympathiæ.

℞. Uſneæ ſuper caput mortui creſcentis ℥ij. axung. human. ℥ij. Mumiæ ſanguin. human. an. ʒß. Ol. Roſar. Bol. armen. an. ℥j. Ol. lini ʒij. Omnia ſimul in mortario terantur donec ſubtiliſſimum fiat Unguentum quod in capſulam repon. Et cum Vulnus oblatum fueris, lignum in ſanguinem vulneris intingas ut fiat ſanguinolentum quod exſiccatum unguento ſupraſcripto prorſum intundatur & in eo ſinatur. Vulnus vero ſingulis matutinis recenti faſcia linea lotio proprio patientis madefacta ligetur & ſanabitur.

Ambuſtio.

℞. Vernicis liquidæ qua pictores utuntur, ungue ilicò, & reitera bis vel ter brevi ſanabitur.

Caries Oſſium.

℞. Ol. Caryophyll. & Ol. Camphoræ ana unge cariem & mira videbis.

Hydroporum. ℞. Lapidis magnetis optim. ℈j. ſubtiliſſim. tere da ex ſucco fœniculi, reiterando alternis diebus.

Balſam. Saturni.

℞. Salis ſaturni q. v. ſubtilietur ſæpius cum aceto diſtillato, & poſtea cum aqua vitæ congelando & diſſolvendo donec ſit lucidum, mox pone in vaſe oblongius colli, ſuper affundendo aquam (puto oleum album) Therebentinæ, ita ut quinque digitos ſupernatet, media pars vaſis reſter vacua. ſigilla hermetice & pone in digeſtione cineres, ponitus ſepeliendo: ſine donec aqua totum ſal diſſoluerit. Mox pone in 🝭 ad diſtillandum, extrahes oleum valde rubrum, verum ♄ balſamum.

ſamum. Ad ulcera quantumvis maligna & cancroſa, Polypos, noli me tangere, ſi cum ratione & debita cautione adhibeatur. Ad vulnera recentia, & ad fiſtulas præſtat naturali balſamo.

Oleum ☿ dulce.

℞. ☿ per acetum & ⊖ depurat. præcipita, & in lac pro 🜅 ſalſam reduc. ut artis eſt. MB. Mox ℞. Hujus ☿^{ii} ⊖^{li} depurat. Colchotaris an. pone in magno recipient vel retorta, dando ignem per gradus ad extremum ſublimabitur. Sublimatum ſume & in matratio pone affundendo ſpiritus vini ſine phlegmate q. ſ. ſine in cella per 20 dies, pone in retorta diſtilla & cohoba ter vel quater. Prodibit oleum albiſſimum, dulce. Doſis gutta una. Purgat.

Malim uti ad externa, quod videlicet ſpiritus ſalium per quos fuit ſublimatus ☿ mihi non videantur ſeparati.

Præparatio Scammonii.

℞. Optim. Scammon. q. v. pulveriſa, affunde optim. A.V. Si ve pulc. & in B. digere donec ferè totum liquatæ ſit, projice ſolutionem in patellam fictilem aqua plenum ſcammonium petit fundum inſtar pulveris albi: Sicca Doſis, gr. 10, 15, 20. v. vel vj. cum cydoniato.

Ambuſtio.

Paretur oleum per ebullitone treata magnitudinis debitæ, in Elemi an. ℔ß. Olla fictilis vicum cortic. median. virid. ebuli, & cum hoc oleo incorp. calcem, ex quâ crebris aquæ affuſionibus totum ſal extraxeris mox ſiccatum magma in pulvere reduxeris

Item. Ex avenâ longâ ebull. paretur amylum, de quo cum oleo lini, fiat Unguentum illinendum.

Emplaſtrum ad Ulcera.

MB. ℞. Calcis putamin. ovorum & ſalis ceruſæ an. ℥j. calcis cochlearum limacum & croci martis an. ʒß. cum ſuff. q. Olei Myrrhæ vel Olei Hypericonis, fiat Unguentum, vel addita ſ. q. ceræ Emplaſtrum in Sparadrap fermandum & applicandum.

Oculis prodeſt Sal ♄. in aqua propria diſſolutum, & ſi malum requirat dulcoratum.

Ad Peſtem, Cortex median. Geniſt. contuſus cum vino albo, colatura chriſtalla exhibearum.

Ad Calculum & Arenul.

℞. Aqua ſtillat. argentin. vel ſenellarum, ʒj. ſalis ſiliq. fabarum ℈j. ſpirit. vitriol. gutt. ij. miſce, ſumat manè longe à cibo.

Balſamum viride Caſtopi. MB.

℞. Viridis æris optimè ab immunditie repurgati triti, & per ſetaceum ſubtiliſſ. trajecti ʒiiij. Vitrioli *Hungarici* optimi, ʒj. Olei oliv. chopin. unam olei lini limpidiſſ. chopin. unam. Therebentinæ Veneræ Gummi patella fictili ſepeliatur in arena ad eam uſque altitudinem circiter ad quam pervenire poterunt prædicta ingredientia. Primò infundantur olea quæubi incaluerint, abſque ebullitione quæ hic metu nigredinis eſt omnino vitanda, adde Therebentinam, & Gummi Elemi tegendo ollam, niſi quando aliquoties bacillo movendæ erunt materiæ. Omnibus probè liquatis & mixtis, injice viride æris & paulò poſt vitriolum pulveriſatum, & tunc ſæpius move baculo. Vide iterum ne bulliat: ſed ad ignem mediocrem ſine donec gutta in chartam projecta videatur colorem verò ſmaragdinum acquiſiviſſe. Quidem addunt ʒj. florum ♁ optimo ſucceſſu. Colore aquiſito minuatur ignis, & ubi tepidum tantum erit Balſamum, trajiciatur per manicam Hipp. parvam & novam, & excipiatur recipienti ſubdito mundo, omnibus trajectis excepto magmate. Balſamum ponatur in matratio valido, quod repleatur tantum ad medias, obturetur vitro vel ligno & claudatur exactè linteo, & luto ex lateribus in fimo calido per menſem integrum, renovando fimum quinto quoque die. Erit perfectum. Uſus eſt in omnibus vulneribus recentibus non admodum profundis, aut intra corpus penetrantibus valet tum in quibus viſque ſint in parte carnoſa. Inflammationes arcet à vulnere. Sanguinem coercet. Carnem mortuam exedit præſertim in antiquis ulceribus. Applcandum quàm calidè ferri poterit.

Meum. Quid ſi poſt mixtionem Oleorum & Gummi ad lentum calorem factam pulveres injicerentur & fieret digeſtio quæ dicta eſt, quippe intra paucas horas Antimodium quod hic maxime, probo ſuas non poteſt oleis communicare virtutis ?

Pillulæ ☿*ales.*

℞. ☿. Lava in lixivio, mox ſine in aceto & ſale per 12 vel 15 dies, in mortario marmoreo excipe Therebentina in ▽R. ad albedinem lota, fiat maſſa, ex quâ fermentur pill. ij parvæ, in croco martis voluntandæ. Ad Gonorrheas, ulcera. Urinæ ardorem. *Lutum Aquæ* reſiſt. Calx viva cum oleo Lini.

Sal ♄. fit ſi Ceruſſæ affundatur optimum ∴. in matratio amplo quod ponatur in cella fient glaciales ſcire, quæ ſi liquetur cum chriſtallo præparo, fit pulcherrimus Hyacynthus omnium lapillorum baſis.

Vinum Stybiatum non Vomitorimm fiet, ſi v. g. ejus tria cochlealia fumantur, in quibus conſerva roſarum infundatur per noctem, mane verò hauriatur colatura.

Arcanum ex Urina.

℞. Urinæ ℔iij. digere per ſe abſque ullo balnei alióve calore per *viij* dies. Mox injice paulatim, pro tribus Libris ſive pinta Urinæ ℔j. ⊖li fiet ingens ebullitio, ſive ut digerantur per *vx* dies vel amplius. Aqua limpida quæ extrahetur, proderit ad abluendos oculos. Sumantur fæces. quæ ad exhalandum

MB.
αὐτογραφη.

dum ponantur in cacabo, mox ſumatur materia inſpiſſata, non indurata quæ in fictili vitreato exſiccetur ad duritiem. Materia inſtar lapidis dura tereturin O\ cum maximo recipienti ut in oleo ⊕-li pellatur. Primò exhibis aqua clara, deinde ſpiritus albi multi qui inſtar glacei coagulantur circa vaſis parietes: Tunc recipe liquores & chriſtallos coagulatos, miſce, & per alembicum diſtilla. Prodibit aqua clara, ad extinguendum Perſicum utilis. Sal quod in fundo remanebit, nec aſcendet, optimum *Ad omnes Obſtructiones, icterum virgineum. Lienis affectus Calculum, dolores inveteratos ſtomachi, febres intermittentes.* Uſus cum optimo vino albo vel aliquo juſculo, ad gr. 7, 8, 10.

Arcanum e Liene Bovis.

℞. Lienem bovis, ſcinde in fruſtra & pone ad digeſtionem cum medico cynamomi ſupra cineres calid. in vaſe duplici ad Ignem lentum valde, exhibit ſuccus remanens in fundo vaſis. Hic ſuccus Igne cinerum vel B. in alembico vitreo diſtilletur & Aqua ſervetur. ℞. Pulegii montani, quod magnas hominum vires ad provocanda menſtrua, q. ſ. quoniam a. per ſe ſiccum eſt additur aqua prædicta ſtillatititia, quæ ipſi eſt pro menſtrui purgatrice polleat, nihilominus ad imos ductus penetrare negris abſque vehiculo, quod ſummum eſt aqua è Liene, quæ cum ipſo Pulegio obſtructiones tollit retentionis cauſas.

His poſitis digerantur hæc duo ▽ & pulegium ſimul per duos dies naturales ſupra cineres calidos, mox fiat diſtillatio, igne primò lento mox auctiori donec tota exſtillarit humiditas. Servetur ſtillatitius liquor ſedulò.

Dentur Cochlearia duo inſtante tempore menſtruorum & cum menſes fluunt, niſi ſatis abundanter Fluant dentur etiam cochlearia duo. Ut augeatur virtus, add. Eſſentiæ croci tres vel quatuor guttas. Cochlear. ij cum tribus guttis Eſſentiæ croci tribus vel duobùs diebus ante purgationem menſtruum, & ea durante.

Sal & Tinctura ♂.

℞. Limaturæ chalybis vel ferri, non rubiginoſæ pulveris pumicis, an. part. æqu. tere ſimul omnium ſubtiliſſimè; (in fallormeliùs eſſetnſſ.) pone in X. & ſine ad △ per horas 4 ad Ignem in quam validam extracto ab ◁. X^lo ſumatur calcinatio, teratur in marmore, pulvis a. imbibatur aceto diſtillato, ita ut ∴ quatuor digit ſupernatet, agita & ſine ut fiat reſidentia, Tinctura per filtrum ſeparetur quod vero extractum fuerit evapora, valide pellendo circá finem.

℞. Fæces quas tere, habebis optimum ſal & tincturam martis, *ad Rubrum*, & *ad Medicinam*, ut Ulcera ſiccanda. Præſertim oculorum poſt dulcorationem.

Toties affunde novum ∴ donec tota tinctura extracta fuerit.

Nepenthes.

℞. Nuc. moſchat. macis caryophyll. cynamom. malabathri Galang ſantal citrini piper long. ligni aloes an. ℥iij. Ligni Aloes

℥iß.

ʒjß. ſpicæ nardi Cardamom. utriuſque an. ʒj pulveriſentur ſubtiliter omnia & ponantur in matratio, ſubere obturato & veſica ſuilla tantum, ſtent in B. per tres horas cum ſpiritu vini qui ſupernatet 4 digit. Et tum ſatis erit colorat. Mitte per linteum & exprime, reaffunde novum ſpiritum toties donec parùm coloretur ſpiritus poſt trium horarum in B. digeſtionem. Qui ſpiritus quantumvis pallidus nihilominus (abſque expreſſione) aliis ſpiritibus tinctis addetur Magma in furno calcinetur, eique affundatur in matratio ea quantitas unde vini q. viij digitos ſupernatet ſinantur ſimul, per octiduum, mox trajic. per chartam griſeam, & tincturæ prædictæ colatura adjiciatur ſerveturque in matratio vel cucurbita ampla.

℞. Myrrhæ & mumiæ elect. pulveriſatarum ſimul *an.* ℥j. extrah. cum ſpiritu vini ut ſupra in B. per tres horas, & adde ſuperioribus extractionibus effundendo in idem vas. NB. Seorſim iſta extrahenda ſunt, quia ſi cæteris admiſcerentur, non ſolverentur propter viſciditatem inſitam. Seorſim verò (ſi bona ſint) prima extractione & expreſſione ſolvuntur & tranſeunt tota.

℞. Opii Thebaici ℥vj. ſucci foliorum & radicum hyoſcyami depurat. ℥xvj. ſcindo infruſtula opium & in ſcutella fictili vitreata totum parvo ſpatio diſſolvetur. Pone ad ſolem, cujus calor totam humiditate & ſuccum hyoſcyami inviſibiliter extrahet relicta tum ejus in opio virtute, quod opium uno die ad ſolem redit ad priſtinam nauram & dureſcit. Pulveriſatur ſubtiliter, eique in matratio affundatur aqua plantaginis ut ſupernatet tribus digitis, & in B. lento per *xij* horas digeratur donec ◁ plantagin. tingatur inſtar ſanguinis, quæ effund. per inclinationem, repetatur affuſio novæ aquæ donec non amplius, vel leviter tantum tingatur digerendo ſemper per horas *xij*. NB. Ultimáque pallida admodùm erit non admiſceatur aliis. Sed abjiciatur cum magmate, quod eſt opii venenum.

NB.

Tunc aquæ ab opio evaporentur in evaporatorio vulgari. In arena calida paulatim affundendo tincturam calefactam in B. nè vid. vas frangetur, prout fiet exhalatio, & vide ut liquor ad eam tantum altitudinem perveniat quæ in arena ſepulta erit. In fundo remanebit conſiſtentia pura, quæ eſt eſſentialis pars, quæ in circulatione cum tinctura aromatum corrigitur & qualificatur.

Hujus conſiſtentiæ inſtar opii ſiccatæ. ℞. ℥iij. injice in extractionem aromatum prædictam, in matratio uno amplo, vel in duobus, ad mediam repletis poſtquàm mixtio & diſſolutio perfecta facta fuerit, ſigill. hermetice cum Lampade, & Aeolipylo, & in Balneo bulliente ſine per dies duodecim, ſervato ſemper eodem ignis gradu. Ita materiæ redentur eſſentialis qualificatæ, & ita ſubtiliatæ, ut amplius non poſſint præparari in melius. Solvatur ſigillum, & in uno vel altero alembico materiæ ponantur & evocetur diſſolvens ſubtiliſſimum & limpidiſſimum, quod ubi aſcenderit & capitellum colorari incipiet ceſſa, & in fundo cucurbitæ reperietur materia liquida, invaſe argenteo, ſtaenno, vel ex auri calcho ſervanda.

Eſſentia Croci. ℞. Croci oriental. ℥vj. vel *viij*. mitte per chartam cum aqua vitæ optima, mutando chartam quàm mundiſſimè poteris, cum aqua non amplius colorata diſtillabit ceſſa. Aqua tincta in matratio hermeticè clauſo digeratur in Balneo per *vi.* dies, Aperi vas & MF. in alembico pone materiam, cum æquali portione Aquæ Limpidæ & nitidæ diſtillatæ. Fontanæ vel pluviæ, diſtilla in arena ſpiritus vini primò Limpidus exhibit, & cum id quod ſtillabit, erit ferè inſipidum, auge Ignem, & Aqua clara etiam prodibit, poſt quam eſſentia croci aſcendet, quam etiam in fundo in conſiſtentia mellea reperies, ſed præſtantior eſt ſi diſtilletur. Ita habebis veram eſſentiam croci, ſuaviſſimi odoris. Nota requiri hunc operan. modum, aliàs n à ſpiritu vini non ſepareretur. Et cum aqua ſimplici nunquam aſcenderet eſſentia, ſed in vaſe adureretur. Hujus eſſentiæ ſume ʒvj. & adde prædictis extractionibus in pyxide.

℞. *Margaritarum* finiſſimarum partes duas reguli Antimonii. Partem unam pone non pulveriſatas aliter materias, in retorta vitrea, vel fictili bellovacenſi optime lutat, & da ignem fortem (feu de chaſſe) pars dimidia margaritarum prodibit inſtar lactis aciduli & ſubdulcis, hujus adde reliquis ℥j.

℞. Corallorum Rub. pulveriſ. ℥vj. extrahatur ſal cum ∴. i. e. fiat extractio medietatis promptè reaffundendo acetum novum tertia quaque hora, & cum ſeperavreis acetum tuum per diſtillationem, tribus illis Unciis quas pendent extractiones tuæ primæ affunde novum acetum diſtillatum in matratio mundo ſubere tantum obturato, ſine in B. per ſex dies continuos, poſt quos acetum colorabitur rubro colore, tinctura hæc in alembico ponatur, & evocetur acetum, magmati, ſive ei materiæ quæ in fundo remanſerit affund. novum acetum quod ſupernatet 4 digit. & fac ut ſuprà per ſex dies, evadet rubicundiſſima tinctura. Reitera ſemel aut bis, Tincturam ex tinctura extrahens, & ſic acetum ſuffundetur colore coralli ipſius ruborem ſuperante denique ſepara ∴. & infundo habebis conſiſtentiam liquidam & oleaginoſam, ſupra quam exhalabis quinquies vel ſexies aquas aromaticas diſtillatas, & nitidas. Tunc poteris tincturam diſtillare quæ in retorta vitrea lutata, ad Ignem apertum aſcendet inſtar eſſentiæ rubræ & pellucidæ more rubini. Hujus adde ʒvj. ſuperioribus.

Adde & raſuræ unicornu, vel primi cornu cervi pulti ʒß.

Extrahatur moſchi oriental ʒj. Ambræ griſ. ʒiß. cum ſpiritu vini in arena per tres horas quavis vice, donec ſpiritus non amplius rubeſcat. ſepara ſpiritum, & infundo habebis extractum admiſcendum. Ita perfectum erit hoc magiſterium. *Uſus* ad omnes defluctiones obſtructiones tollit dolores nephriticos mitigat & podagricos, Iſdiadi medetur febribus continuîs, phrenitidi. Phthiſicis, ſi etiam bene alantur. Aſthmati ſtomachum roborat. ſomnum dat & tollit diſpoſitione naturæ &c.

Sed ſi loco opii addatur Narcocticum ⊙, (⊕^{ll}.) decem dozes plus operabuntur quam præcedentis 50. Et ſenio confectis, Paralyticis, Apoplecticis exhiberi poteris, qui aliàs iſto non ſanantur. Doſis, 3, 4, 5, 6, 7 grana. poſt univerſalia ſ. a. unicum prætereà promptum ac certum eſt remedium ſuffocationum hyſtericarum. Sed tunc parandum ſine ambra & moſcho, quorum loco addenda eſt ʒj. extracti ficorum equorum ℥j. (vide) hujus magiſterii.

Pro Epilepticis minuendum nihili ſed augenda quantitas æquali portione Olei Camphoræ, & ʒj. ſalis cranii hoc modo.

℞. Nepenthes ℥j. Olei Camphoræ ℥j. ſalis cranii ʒj. miſce.

Sal Cranii. ℞. Cranii pulveriſati q. v. diſſolv. in ∴ mox exhalet acetum, quod verò reſtabis in ☊ XX^{ea} lutata ſtatuatur ad ignem apertum pelle. Sal elevabitur & adhærebit parietibus cucurbitæ vel recipientis.

Apud D. Caltopum Ruzæum.
16 Apr. 1611.

Vinum Stibiatum Laxans.

℞. ♁ crudi ℥ij. pulveriſat. ut Alkool, iiſque in phyal. vitr. affund. muſti albi pintas pariſienſes N° *viij.* ſinantur fermentari per horas 24. Add. fiat decantat, & ſinatur fieri fermentatio & depuratio perfecta, qu. ſervetur uſui. Cape de hoc liquore ℥vj. fol. ſen. mundat. minutiſſimè conciſorum ʒij. Infund. per noctem. Fiat colat. qu. exhibeatur mane.

Purgat citra vomitum ad *x* vel *xij* ſedes.

Vinum Guaiaci Caltopi.

℞. Fol. ſen. mund. ℔iiij. Polyp. ℔ij. Aniſi ℥xij. Zarſaparill. Guaiac. inter. raſ. *an.* ℔j. muſti pintas *xl.*

Omnia contuſa dividamur in 4. ſaccul. oblong. quorum ſinguli indantur dolio continenti muſtum, atque in eo macerentur per horas 24. Ita fermentans calor virtutem attrahet ſimplicium.

Sumatur in Jentaculo, & pro primo hauſtu in prandio.

Addit *Riverius* pro ℔j. ſenæ, ℔ß. fol. Elleb. commun. præparatorum hoc modo.

℞. Panem hordeaceum planum, coquatur donec cruſta induruerit, non perfecte cocto pane. Findatur per medium, & folia Elleb. extendant. in eis cavitate ita ut duo ſint tantum ſtrata, & folium tantum folio ſit ſuperpoſitum Precoquatur panis Qui ubi refrixerit, tollantur folia, detergeantur, & ſiccentur, pulveriſentur. vel folia integra immergantur ſaccharo ultra Roſatum cocto, & ſerventur uſui.

Aqua Aluminoſa ad Vulnera & Ulcera.

℞. Succi Omphacii ex Labruſcis Succorum plantag. portulac. *an.* ℔j. Album. ovor. ℔ß. Succ. ſemperu. maj. Solani. Liguſtri *an.* ℔j. Agitentur omnia diutiſſimè, addendo Alum. rup. ℥xj. fiat diſtillatio.

Meum. Malim ſuccos depurare longa digeſtione, cum alumine, iiſque uti intingendo, linam. carptum.

Aqua Odorata.

Fœtebit non tum ſi recenter parata fumatur.

℞. Aqua roſ. pintam unam Benjoin. Styr calam, *an.* ℥j Ladani ʒij. Caryoph. ʒij. Nuc. moſchat. cynam. *an.* ʒß. corticem exteriorem unius Aurantii pulveres bulliant per quatuor horas in B. M. cum Aqua Roſ. vaſe vitreo. Adde Moſchi ʒß. Ambræ ʒß. Zibetti, gr. *viij.* Miſceantur optime, & indantur Aquæ.

Aqua Ophthalmica.

℞. Limacem Rubeum N° 1 agit. cum Aqua Roſacea, tamdiu, donec in aquam reſolvatur, fiat depuratio, hoc liquore abluantur oculi rubentes & Inflammati.

Aqua ſtillatitia iſtorum Limacum eſt ſummè refrigerans, & poterit in Hyemem parari.

Aqua Philoſophica, ad Dolores Membrorum.

℞. Aqua Vitæ optimæ, ℔j. Aquæ Roſarum ℔j. Scoenanth. ʒiij ☿. ſublim. ℥j. Arſenici ℥ß. pulveriſentur pulveriſanda, atque in alembico aperto colloc. ſuper ciner. calid. poſt horam ebullient aquæ & turbidæ fient, removeantur ab igne, & fiat per Inclinationem ſeparatio.

Aqua Calcis ad Ulcera.

M P. propoct.

℞. Calcis vivæ ℥iiij. Aquæ font. pintas quatuor, miſce optimè, fiat Infuſio & poſt reſidentiam decantatio & filtratio.

Poteſt fieri Infuſio in aquis plantaginis & Roſarum, ſi refrigeratione majore opus ſit.

Aq. Theriacalis ad Peſt.

Ranchin.

℞. Menſe *Maio*, cornua cervi mollia & ſanguine turgentia, ſcindantur per taleolas, Infund. in vino albo, addendo fol: Ulmar. Card. Bened. *an.* ʒiiij. rad. Angelic. ℥iij. Baccarum Junip. ʒiiij. Nuces videſ N° *xij.* optime tritas, fiat Infuſio, mox diſtillato ſeparato phlegmate quod ultimum aſcendit. ℞. Hujus Aquæ ℔ij. Theriacæ ℔j. infund. diſtilla, ſerva uſui.

Doſis ʒjß. provocando ſudorem.

Ad Anthracem Peſtilent.

A ſignatura. die Breune,

Herba Brunella, Gallis dicta Charbonniere ſi extrahatur cum Aqua fontan. & de hoc extracto exhibeatur inſtar acellanæ, cum Aqua ejuſd. ſtillatitia, provocando ſudorem præſervat & curat Anthracem ipſamque peſtem.

Ad Lyſſodecta.

Mon. de Pr laiſeau.

℞. Bellidis ſylveſtris *M j.* Salviæ minutæ, Pimpinell. *an.* *M j.* caput magnum allii. Salis *P j.* Rutæ *M j.* piſtentur omnia optime & fiat colatura, per linteum mundum.

Homini dentur Jejuno digit. tres, cum vino albo, reiterando duas vel tres vices.

Equo exhibeatur cyathus magnus.

Vaccæ tantundem, ſed pro vino ſumatur Lac.

Cani quatuor digiti cum quovis liquore.

Lac Garyophyllorum.

℞. Garyophyllorum craſſiuſculè tritorum ℔j. Infund. per dies *xv.* in optimo ſpiritu vini, addito Aquæ Roſarum dimidio Cyatho. Fiat diſtillatio per retortum in cineribus igne lento primi gradus. Primus liquor qui exſtillabit erit Aqua Vitæ. Augeatur Ignis ſtillabit Lactea Aqua. Tunc mutetur recipiens, & excipiatur liquor æmulus lactis Muliebris.

Ad Conceptum. Sumantur duæ vel tres guttæ per os, applicetur extrinſecus cum pauco moſcho.

Ad termina, detur cum pauco mero.

Ad Quartanam. Exhibetur tribus diebus cum Aq. Cichor. & vin. alb. ad Cyathum Vinum, ante acceſſionem.

Ad Iſchiadem & dolores frigidos, illinatur.

Cum oleo 🜍 dentes dealbat, gingivas incarnat.

Faciem erugat & mundat ablutione. Manuum fiſſuras curat applicatione.

Conſerva Ireos Florentæ.

℞. Ejus radices plenas, minimè rugoſas, ad ℥iiij. macerentur per horas 24 in ℔ß. optimæ Aquæ roſ. & ℔ß. aqu. fontan. mox lento igne bulliant in olla vitreata, donec radices moleſcant, Exſiccentur linteo, terantur in mortario marmoreo, pulpa trajiciatur per ſetaceum; de quo cape ℥ij. ſacchari albiſſ. ℔ß. coquantur lentiſſimo igne in fictili mundo, continuò agitando, ne paſta ruſa & amara fiat, ſiccata conſerva formetur in bacillos.

Meum Malim addit. muccag. quum tragac. paſtam formare & ad ſolem, vel ſimilem calorem ſiccare. Fertest hæc pulpa miſceri cum pulpa radicum Altheæ, &c. NB.

Pulvis Violaceus.

℞. Ireos flor. ℔j. roſ. rub. ℔ß. Santal. citr. Styrac. calam *an.* ℥ij. Benjoin. Coriand. præpar. *an.* ʒj. Garyoph ʒiß. Cortic. citr. vel aurant. ℥ß. majoranæ ℈j. florum Lavendul. ʒj. pulveriſentur omnia ſeorſim, adde, miſceantur & terantur. Add. moſchi ʒj. Zibetti parum, quæ cum aqua roſ. optima dilvantur, iiſque irrorentur pulveres, ac per triduum ſinantur in pyxide exactiſſime clauſa, tandem Includantur ſacculis ſericeis.

Folia Laureolæ.

Bulliant in aceto, quod ab ipſis exhalet ad 4 uſque vices Infundantur in ſpiritu vini, extrahatur, tandem bulliant per 4 in optima Aq. roſ. dimidium horæ quadrantem. Siccentur optime deterſa; & vaſe probè clauſo ſerventur. Doſis, à gr. *xij.* ad *xv.* & *xx.* pro robuſtis è conſerva. Purgant pituitam & ſerum. Ad hydropem.

Hydrops.

Tenelli ramuſculi ficus bulliant in aqua, decoctio colata propinetur expertum.

Grana Angelica.

℞. Roſ. rub. Card. Bened. Bacc. Junip. matur. contuſ. Centaur. min. Betonicæ Chamæp. perforat. Bugloſſ. Borrag. *an. Mij.* fol. ſen. mund. ℥iij. Garyoph. ʒiij. terantur omnia & infund. per 24 hor. in æqual. part. & ſ. q. aq. cardui bened. & Roriſmarini. Mox bulliant lentiſſimo igne per horæ quadrantem, fiat colatura & expreſſio. In qua diſſolve aloes Succot. ℔j. idque ad ſolem in vitro. Diſſolutio agiterum ſæpiſſime, die integro, adde coletur, fiat exhalam in B. ad pilul. conſiſtentiam. Formentur pilulæ inſtar piſi. cap. *iij* aut *iiij* bis inſeptimana, hora dimid. ante Jentacul.

Confortant, alimentum emendant, viſcidos humores diſſipant & vacuant.

NB. fac-

Eadem ab Authore qui iſta grana vendit Lutetiæ.

℞. Aloes hepat. vel Succotor ℔j. diſſolv. in decocto colato ſimplicium infra ſcriptorum, diſſolutio iſta per ſetaceum, aut pannum ſtamineum coletur, fiat exhalatio ad conſiſtentiam pilularum, maſſa relinquatur in charta membranea per biduum antequam grana formentur, quod fiet in vola manus pauco oleo amygd. dulc. peruncta.

℞. Card. bened. Scabioſ. Betonic. polythrici adianti fumar. cichor. bugloſs. borrag. Tuſſilag. *an. Mj.* (Aeſtate autem add. radic. Oxal. & cichor. *an.* ℥j.) fol. ſen. mund. ℥iij. ſemen. aniſ. ℥j. Agarici ʒij. pulveris gratiolæ ʒiij. Rhabarb. ʒiij. Tempore peſtis adde pulver. radic. angelic. Indicæ ʒſs.

Ad arenulas.

℞. Chamæmeli totius recent. vel hyem. ſicc. *Mj.* Aquæ font. ℔iiij. Coq. ad medias. Fiat colatura. Capiat cyathum unum urgente dolore Nephritico, vel etiam ad præcautionem, ſingulis menſibus in Lunæ decurſu.

Emplaſtrum ad Vulnera & Ulcera.

NB.

℞. Olei commun. optim. pintas tres Linamenti canabini càrpti ℔j. bulliant lento igne, continuò valide agitando baculis ſiccis, donec filamenta planè diſſoluta in oleo non cernantur, & cum eo ejuſd. ſubſtantiæ appareant. Tunc adde Ceruſæ venetæ optimè pulveriſatæ ℔ſs. continuò movendo per horam dimidiam, tunc adde Lytharg. aur. lot. ℥x. in Alkool. Poſt aliam dimid. hor. adde Myrrhæ ſubtiliſ. trit. ℥iiij. non ſimul, ſed per partes, & poſt aliam dimidiam horam, aloes pulver. ℥j. Tandem Ceræ flavæ novæ ℔ſs. continuo agitando ad perfectam coctionem. Unguentum projiciatur in peluim æneam, & in ea relinquatur per hor. 24. formentur magdalernes.

Uſus. Diſſolvatur portio iſtius Emplaſtri in ol. roſat. ſuper ciner. calid. inting. filam. carpt. canabin. indendum ulceri, quod Emplaſtro tegatur mutando ſemel in die.

Balſamum ad Anthridit. Fluxiones & Contuſiones.

NB.

Emendetur modus faciendi.

℞. Radic. filicis quantum volueris, abluatur, linteo ſiccetur, ſcindatur per taleolas, quibus pene repleatur vas vitreum ſex Pintarum capax, addendo Ceræ novæ ſebi & medullæ cervinæ, mumiæ, axung. caponis Olei Roſati, *an.* ℔ß. Olei Lumbricorum ℥iiij. Baccarum Juniperi Butyri Majalis, *an.* ℥iiij. Croci oriental. ℥ß. Tandem repleatur vas malvatico vel Canarino vino, fiat digeſtio in calabo pleno aqua bulliente per horas 25. Effundantur contenta in lenteum pelui ſupertenſum; fiat expreſſio fortis qu. ſervetur uſui. Velim ut ad exhalationem vini fieret coctio.

Uſus. ℞. Radic. Conſolid. majoris terantur & extend. in ſtuppis canabinis. Pars affecta ungatur præſcripto Balſamo, & ſtuppæ cum radice ſuperponamur. Brevi ceſſabit dolor.

Ad Balſamum Vulnerar.

Perforatæ Flores.
Balſamitæ ſive momordicæ fructus.
Therebentina.
Gummi Elemi.
Veſicæ Ulmi.
Florum Millefolii.
Ophiogloſſon.
Maſtiche.
Myrrha.
Mumia.
Gummi Hederæ.
Tacamahaca.
Balſamum Peruvianum.

Ulcus inveneratum decem annorum. In D. Bellengerio *prædicatore Regio curatum.*

Inſperſione pulveris Cranii Humani ſubtiliſſimi. Ita omnia Vulnera ponat exſiccari.

Unguentum ad omnes dolores Arthriticos & a Fluxione.

℞. Butyri Majalis ℔iij. vel q. ſ. Colubros N° *vj.* abſcindantur capita, atque in fictili vitreato fruſtulatim conciſa animalia bulliant ad putrilaginem, cum Butyro, per quatuor horas, vel diutius. Addita ſi opus ſit majori butyri quantitate. Fiat expreſſio quia ſervetur in Pyxidibus apprimè clauſis.

Limantur partes dolentes, ſuperpoſitat charta eodem Unguine imbuta vel delibuta. Urgente dolore.

Ad Hæmorrhoidas.

℞. Corall. rub ſuccini. Putamin. novorum uſt. Oſſ ſep. Cornu cervi q. ſ. fiat Alkool, & cum ol. Amygdal. dulc ſine igne extract, fiat unguen. quo lin. partis aff. bis ni die.

Ol. formicarum alatarum.

℞. Circa finem æſtatis, vel Autumno, formic. alat. q. v. immitantur Oleis bullientibus Piſtach. & Amygd. dulc. vid. iiij. Formic. pro ℔j. oleorum, fiat

Ranchin.

fiat digeſt. Pone furn. calc. vel ad ſolem per dies 40.

Si potentius velis adde infuſioni ſtyrac. benjoin *an.* ʒß. piper. long. pyrethri Caryoph. nuc. moſch. *an.* ʒij. Zibetti ʒj. Quidam addunt Cantharidatur ℥ß. ad majorem activitatem.

Uſus erit calide fricando radicem virgæ, *vj* horis ante coitum.

Reſolv. tumor. promptum.

℞. Laterem vetuſtum non madidum pulveriſetur ſubtiliſſimé. Temporetur cum ſucco berulæ & aceto acerrimo, bulliendo donec inſpiſſentur. adde farinæ fabarum vel hordei q. ſ. fiat Catapl applicand. per hor. 24.

Ad Generandos Pilos.

℞. Oculorum populi ℔ß. florum Tapſi barb illecebræ, ſive Mammæ muris *an.* ℥viij. omnia ſuo tempore colligantur. Bulliant ℔ij. butyri rec. in fictili vitreato, cui injic. ocul. popul. & poſt horæ quadrantem cætera, quæ bulliant etiam per hor. quadrantem. Fiat expreſſio & colatura, qua liniatur pars bis in die. NB. Melius operatur æſtate quàm hyeme.

Si huic remedia addantur axungiæ viſi & urinacei, & ℥ij. radicis Taphiæ ſubtiliſs. trit & cutis uſta erinacei atque optime calcinata potentiſſimum erit remedium, pilos plurimos intra *vj.* ſeptimanas producens.

Quod ſi inveterata ſit Aloperia, ut potentius reddatur remedium, caput decocto ſequento abluatur.

℞. Capill. vener. Adianti Tapſi Barbat. Stoechad. polytrich hyperic. malv. biſmalv. parietar. melilot. chamæm. ſalv. *an. Mj.* bulliant in Aqua, addendo ſub finem ſeptimam partem vini, foveatur caput ſpongiis latis viciſſim applicandis, adde deterſum calente linteo, liniatur litu deſcripto.

Ne arma rubiginem contrahant.

℞. Ceræ novæ recent. ℥ij. axung porc. maſcul. recent. à pellicul. mundat. & optimè in mortario marmoreo ſubactæ ℥iiij Ol. commun. limpidiſs. ℥j. Geruſ. Venet. trit. ut Alkool ℥ß. miſce, & longa agitatione, fiat linim. quo arma linteo mundo optimè deterſa liniantur. Eodem linteo craſſiori pinguedo cum volueris tollatur.

Ad Paralyſin.

Pellis Camoſchii quia magis poroſa, imbuatur Nervalibus.

Ad Hæmorrhagiam Narium.

Folia Sambuci ſicca, pulveriſata naribus per calamum inſufflentur.

Ad Manus Paſta.

℞. Pomorum Curtipendulorum vetuſtorum q v. mundentur à cortice, ſcindantur per taleolas, & in mortario marmoreo terantur donec ſint inſtar Butyri; infundantur in Aqua roſarum & vino albo, addatur mica unius panis albi duri, addantur

dantur Amygdal. dulc. mund. optime tritæ cum vino albo & tandem parum ſaponis albi per tyrocniſtin communuti. Omnia ſimul miſcendo cum prædictis vino & aqua roſ. lento igne continuo agitando bulliant donec fiat paſta, conſumptis liquoribus. Recondatur hâc compoſitio Vaſis parvulis ad uſum.

Portio inſtar Nuclei Ceraſi ſufficit ad abluendas manus.

Pomum odoratum ad Peſtem Geſtandum.

℞. Cortic. citri ſicc. Ligni Aloes Santal. citr. *an.* ʒij. Styrac. calam. Ladan. *an.* ʒiij. rad. Angelic. Tormentill. Zedoar. *an.* ℈ij. Ambræ griſeæ moſchi orient. *an.* ʒß. Gummi Tragac. in aqua roſ. diſſol. q. ſ. ut ex omnibus ſubtiliſſimè pulveriſatis fiat paſta, è qua Pomum formetur.

Emplaſtrum de Ceruſſa ſtiviatum.

Emplaſtrum inflammationem tollens, dolores mitigans, per habitum digerens.

℞. Ol. roſar. ℥xv. Ceruſs. Venet. trit. ut Alkool ℥vijß. Ceræ albæ ℥iiij. Tuthiæ præparæ bol. armen. vel terræ eos ſtipentis lytharg. ☉. *an.* ʒvj. Myrrhæ Antimonii Therebent. venetæ *an.* ℥j. Camphor. ʒjß. Omnia præpar. & pulveriſanda ſubtiliſſimé trita lento igne per continuam agitationem miſceantur. Fiat Emplaſtrum ex quo Magdaleones.

Fotus ad tibias Oedematoſas.

Extinguatur Calx in aqua fontana, & rejecta prima aqua ſumatur 2^{da} Infuſio, facta ſpatio trium dierum ſæpe & multum agitando. Huic addatur lixivium ex cineribus ſarmentorum & ſtipit. caulium. In quibus mixtis bulliant Nuc. cupreſs. virid. pineæ virentes Salvia ſicca Roſmarin. Laurus Melilot. Mentha foveantur tibiæ mane per duas horas.

Balſamum Hiſpanicum Apparitii a Cubra.

℞. Ol. optim. ℔iij. Thereb. clar. vel Venetæ ℔ij. Vini albi optimi ℔iij. Tritici puriſs. ℥iiij. Thuris albi ſubtiliſs. pulti ℔ß. Hyperici ℔ß. Valerian. Card. bened. *an gr. ß.* Herbæ macerentur in dicto vino per horas 24. in Fictili.

Loco Herbarum radices poterunt ſumi, ſed debent primo contundi, & per 3 dies macerari, poſtea adde oleum & triticum, & lento igne bullant ad conſump. vini. Fiat expreſſio mediocris, Iterum ponito ſuper carbones addendo Therebentinam. Serva uſui.

Ad vulnera præſertim Capitis.

Gummi Guaiaci.

℞. Raſur. inter. lign. ſanct. ℔iij. nigerrimi vid. Huic affund. in matratio vitro ℔j. optimi ſpiritus vini, vas clauſum in fimo digeratur per dies *xv*. fiat expreſ. cui adde Aq. roſ. ℔ß. fiat diſtillatio in retorta. Ubi emanarit vini ſpiritus, & gummi inflari incœperit, tollatur ab igne retorta, gummi a. calidè effundatur in pelvim aqua frigida plenam, & diu manibus ducatur, atque in pilulas reducatur.

Ad Catarrhos, fluxiones, debilitatem & humiditatem ventriculi. Cap. alternis diebus, vel etiam quotidie pilulæ un. in ingreſſu lecti, mane a. ſorbeatur Juſculum.

Paſtilli odorati.

Mr. *de Penjas.* ℞. Benjoin. ℥ij. Styrac. ℥ß. ligni Aloes ʒj. Carbon. ſalic. q. ſ. fiat Alkool. adde Zibetti gr. *xx*. ſacchar. finiſs. q. v. omnia in patella coquantur cum eâ quantitate Aquæ roſarum quæ ſupernatet aliquantulum, donec paſta cocta ſit, continuò agitando bacillo nè comburatur. Si meliores velis adde Ambræ griſ. cum pauco ſacchar. in marmoreo lævig. gr. *xij*. idque ſub finem coctionis, formentur paſtilli.

Error in modo fac.

Ad Herniam Emolliens.

Cataplaſma ex fimo vacc. ſubacto cum lacte vaccino:

Vinum ex Sena.

Nunc utitur *D.* Caltopus. ℞. Fol. ſen. mund. bacc. Junip. rec. contuſ. Zarzaparill. vel guaiaci, *an.* ℥ß. infund. per noct. in dimid. vini albi ſextario. Fiat colat. bibatur initio paſtus, tempore frigido & humido cœlo.

Magmati poteſt ſemel novum vinum affundi.

Ad Hydropem.

Bulliat ſecale in Aqua ut fit in paranda Aqua hordei. Hoc liquore Hydropici utantur pro potu ordinario, & *quicunque alvum laxam habere cupiunt* hoc diluant Vinum. NB. purgans.

Emplaſtrum ad Podagram.

℞. Olei commun. ℔v. Ceræ nov. ℔iiij. Ceruſs. Venet. ℔iiij. Vini Clareti generoſiſs ℔ij. Camphor. ℥j. fiat ut a. e.

Syrupus inſtar Roſæ Solis

℞. Cynamomi craſſiuſculi triti ℔j. Radicum dictami, aut diptami, i. e. Fraxinellæ & Angelicæ, *an.* ℥ij.

Aquæ Roſarum Vini albi generoſiſſimi, *an.* ℔iij. fiat maceratio per triduum, adde in Balneo diſtillatio. Stillatitio liquori adde Sacchari maderenſis q. ſ. ut nanciſcatur conſiſtentiam ſyrupi, ad quam citiùs perveniet, ſi ſuperfluus liquor in Balneo evocetur. Libræ uni hujus ſyrup. add. optimi ſpiritus vini ℥j. miſc.

Doſis Cochleare unum mane & veſperi Stomachum calefacit, roborat Cerebrum Catarrho prodeſt. Optimum in peſte præſidium. Partum promovet, & educit fœtum.

Ad Paralyſin, & nervorum debilitatem. Conſilium miſſum D° Caltopo, *Bruxellis ab* Adriano Boucher, *diſtillatore.*

Paretur Oleum ex ſemine Matriſylvæ alias periclymeni. ℞. Seminum hujus plantæ rubercum, ℔j. infund. in Balneo Mariæ in ℔ij. Spiritus Thereb. diſtilla in eodem B. fiat cohob & maceratio per triduum. Mox diſtillatio in B. lento calore. Magma indatur retortæ, atque in cineribus detur ignis per gradus, primo ſtillabit oleum flavum, adde rubrum. Hæc olea ponantur in alembicum,atque in B. evocetur quicquid reſtiterit ſpiritus clari. In fundo remanebit Balſamum. De quo cape ℥iiij. Olei ceræ rectif. ℥ij. forſan. ʒij. Olei lavendulæ ℥j. forſan ʒj. Olei Caryophyllorum ʒß. miſc. & fricetur pars debilis, ante Ignem ; membrum quieſcat per diem unum vel alterum, adde ungatur ſingulis diebus, & ſi ſanabile ſit malum, intra dies *xv*. ſanabitur.

Extractum Catholicon.

Stellas. ℞. Pulpæ Coloc. ℥iiij. Turbith gummoſ. hermodact. *an.* ℥iij. fol. ſen. mundat. ℥v. Rhab. elect. ℥ij. Cynam. Santal. citr. *an.* ℥j. fiat omnis extractio cum Aquis Bugloſs. Pomorum Card. bened. & coagul. ad mellag. cui addatur tinctura cum ſpiritu vini extracta ex ℥ijß. Rad. Elleb. nigr. deinde ℥jß. aloes pellucid. & ʒvj. extracti dacrydii cum ſpiritu vini parati & ad duritiem evaporati. Nota. ℞. Pulver. diamarg. frig. ℥j. Diarrhod. abb. ℥ß. extract. tinctura cum ſpiritu vini, atque hoc liquore cætera irrocentur, & fiat maſſa pilul. Doſis á ℈j. ad gr. *xxv*. & *xxx*.

Sparadrap D: Berald.

℞. Succi ficuum viridium ad ſolem per *xij* dies depurati ℔ij. quibus inde fermenti aeris & veteris nodulo incluſi inſtar ovi, vas optimè obturatum per octiduum digeratur in fimo, deinde eximatur nodulus filo appenſus.

℞. Lytharg. Auri & Argenti, *an.* ℥ijß. Olei hyper. velutiſſimi ℔j. ſucci ficuum præd. ℔j. miſceantur paulatim liquores cum Lythargyro, & ſic agitentur per horæ quadrantem, mox coquantur lento igne continuò agitando ad Unguenti conſiſtentiam, tandem addatur ea Ceræ quantitas quæ ſufficit ut reducatur in Emplaſtrum ſoliditatis ejus quæ ferre poſſit & admittere ſequentia.

℞. Gummi Ammon. Opopan *an.* ℥j. Benjoin. ſtyrac. cal. *an.* ℥ß. diſſolvantur gummi cum ſuccis prædictis add. pulv. Thuris Myrrh. Aloes *an.* ʒx. Maſtich. Sang. Dracon. *an.* ℥jß. *Ligni Aloes* maljm Bol. arm. & Terr. ſigill. *an.* ℥ß. miſceantur omnia diutiſſimè & fiat Emplaſtrum ſive Speradrap. *Ad relaxationes Ligamentorum, & nervorum debilitates.*

Unguentum Peti.

Extrahatur ſuccus ex ℔iij. foliorum tenell. iſtius plantæ. ℞. Olei ceræ novæ, Reſinæ Thereb. Venet. *an.* ℔ß. Tria prima diſſolv. & liquentur in patella ænea, liquatis addatur ſuccus, & fiat coctio ad ejus conſumptionem. Mox per canapatium colatura, cui tepidulæ addatur Therebentina, continuò agitando, donec Unguentum planè refrixerit.

Unguent de Villemagne.

NB. ℞. Gummi Elem ℥iiij. reſin. pin. alias picis pinguis ℥iij. Ariſtol. long. ℥j. Sanguin. drac. ℥jß. pulveriſentur pulveriſanda ſubtiliſſimè. Tunc. ℞. Thereb. limpidiſſ. ℥xij. in qua lento igne continuò agitando diſſolv. Gum. & reſina. Remotis ab igne adde pulver. Ariſt. & Sang. Drac. adde Aloes Myrrhæ ſubtiliſs. trit. *an* ℥ß. Olei Balſaminæ ℥ß. Agita continuò donec omnia refrixerint. Poteſt adhuc calens unguentum projici in pelvim aqua frigida plenam, ut congeletur, deinde pro libitu formari.

Ad Ulcera. Noli me tangere. Vulnera omnia, &c.

Balſamum viride NB.

℞. Olei ℥xij. Olei papaveris albi & amygdal. amar. *an.* ℥iiij. Oliban. ʒj. Maſtich. picis reſin. *an.* ℥j. virid. aeris ℥j. omnia pulveriſentur ſeorſim Galbani ℥iij.

Oleum commun. calefiat & fruſtulatim injiciatur Galbanum deinde reſina, mox maſtich. & oliban. Tandem add. ol. pap. & Amygd. Omnibus ad lentum de mixtis agita continuò donec magna ex parte refrixerint, adde demendo ab igne addatur viride æris. Cujus colore extracto fiat colatura per linteum ſervanda uſui Ad vulnera. Indatur filam. carpt. hoc balſamo imbutum, & ſuperpon. lint eodem madefactum.

Ad Ambuſta. Hoc oleo liniatur pars uſta ſuperpoſito linteo eodem madefacto, vel bombacæ, & ita fiat bis in die uſque ad perf. curatorem.

Balſamum ad Contuſiones & dolores membrorum.

℞. Euphorbii ʒj. Olei commun. ℔ß. Vini nigri ℔j. Mumiæ ʒij. Thuris Myrrhæ *an.* ℥ß. Salviæ minutæ *Mj.* Vitrioli virid. ℥ij. Omnia ſimul ponamur in ampullam fictilem Bellovac. optimè obturatam, & digerantur lento fimi, ſolis vel B. M. calore per dies 30. adde fiat colatura per linteum. Poſt duodecim dierum infuſionem, ſi urgeat neceſſitas uti poteris hoc balſamo. Fricentur partes contuſæ ab Ictu vel caſu mane & veſperi.

Unguentum ad Vulnera.

℞. Gummi Elem. ℥ß. Thereb. Ven. ℥ß. ſebi vervecini veteris, liquati ℥ij. axung. ſuill. veter. liquat. ℥j. omnia liquor. ſimul lento igne & fiat linimentum. Inſtar balſami Arcæi.

Vide an axungiæ ſuillæ poſſit ſubſtitui axungia humana.

Confectio viperina ad omnia venena.

℞. *Viperas & Colubros*, quibus flagellatis abſcinde capita & caudas, mox detrahe cutem, exentera, corpus vino albo ablutum & linteo mundo deterſum in clybano poſt exemptum panem ſicca. Colligantur & capiantur *Aprili* vel *Maio.*

Corda & Jecinora ſeorſim reſervata, à pelliculis & felle mundata ex ſicca.

℞. *Carnis ſive corporum Viperarum & colubrorum* ita præparatorum, *an.* ℥iiij.
Cordium & Jecinorum eorundem anim. *an.* ℥j.
Rad. Contrayerva ʒij.
Rad. Tormentill. Scorzoner. ſicc. an. ʒjß.
Rad. *Caryophyllatæ,*
Taph. barbati,
Carlinæ,
Attractilidis,
Fraxinellæ.
Pentaphylli,
Enulæ,
Corticis exterior. citri & aurantiorum, an. ʒx.
Radic. *Vincetoxici,*
Valerianæ utriuſque,
Bardanæ,
Petaſitis,
Gentianæ,
Zedoariæ *an.* ʒvj.
Radic. *Angelicæ Imperatoriæ an.* ℥ß.
Fol. *Siccorum Scordii,*
Rutæ,
Malabathri,
Veronicæ utriuſque,
Saniculæ,
Pyrolæ, *an.* ʒvij.
Florum Brunellæ,
Geniſt. Hiſpan.
Vetonic. rub.
Calendulæ,
Ulmariæ,
Citranguli,
Aurantiorum, *an.* ʒv.
Semin. Rutæ,
Scabioſæ *Bardanæ,*
Echii,
Tapſi barb.
Oxalid.
Portulac.
Card. bened.
Hyperici.
Calendulæ.
Geniſtæ *an.* ʒiij.
Santal citrini.
Ligni. Rhodii.
Ligni ſaſaf. cum cortic.
Coſti amari Sambucini.
Spic. nardi.
Junci odorati.
Calam. arom.
Spodii ex Ebore cornu cervi & cranio ſum.
Theræ Lemniæ.
Strigonienſis.
Gummi Guaiaci.
Balſami albi ſiccati.
Cocco de Maldina.
Myrrhæ.
Maſtich.
Sandaracæ,
Olibani *an.* ʒiijß.
Raſur. cornu cervi primar. rec.
Raſ. cran. humani non ſepulti.
Succini albi prepar.
Margar. preparatorum.
Corall. rub. prepar. an. ʒvß.
Cum ſucco limon preparat.
Cornu Alces.
Oſs. de corde cervi.
Dentis hyppopotami an. ʒijß.
Lap. bezoar orientalis.
Ambr. griſ.
Bezoar metallici hartmann. *an.* ʒij. Macis Caryoph. Cynam. in ſucc. limonum Infuſ. *an.* ʒiß.

Omnia ut decet ſicca, pulveriſentur ſubtiliſſime, vel ſeorſim vel mixtim, & vaſe vitreo ſubere cerato & veſica bubula apprimè clauſo reſerventur.

At ſi ex hoc pulvere Electuarium componere volueris, ad conſervationem. Cum ſequenti mellagine pulvis miſceatur, loco mellis.

℞. Baccarum Junip. recent. ℔iiij. Corticis pomorum, curti pendulorum & Cydoniorum *an.* ℔ß. Radic. Oxalidis & Cichor *an.* ℥iiij. Scabioſæ Succiſæ Calendulæ Cruciatæ Acetoſæ rotundæ & ſylveſtris. Trifol. acetoſi borrag. bugloſs. omnium cum toto, ſive integrorum *an. Mij.* Florum ſalviæ, Anthos, Roſ. rub. chamædryos Geniſtæ ſuum. Artemiſ. *an. Piij.* Granorum Kermes, ſemin. citri *an* ʒij. Cortic. citri & Aurantiorum Ligni Rhod. raſur lign. Junip. ex radice *an.* ℥iij. Fiat omnium duorum. In aq. partibus & ſ. q. Vini Hiſpanici vel alterius albi generoſi, aut hydromelitis malvatic. & aq. Card. bened. & ulmar. (poterunt etiam addi ſucci depurati Cydoniorum fragorum, Rubi Idæi Ceraſorum.) Expreſſio colatura reducatur ad mellis conſiſtentiam poſt depurationem.

℞. Pulveris præſcripti ℥j. Mellaginis hujus ℥iij. miſc. exactiſſimé, addendo Diaphoret. ♁. cum nitro parati ʒvj. auri ferientis ℈viij. vel ejuſdem ſublimati ℈ij. Ol ſulph. ʒj. vel q. ſ. ad gratam aciditatem. Doſis ℈iiij. è quovis liquore, aut in forma boli.

Hæc partem appellari confectio viperina Juniperina.

Si metuatur Calor. ℞. Conf. fiat bugloſs. roſ. Nenuph. viol. *an.* ℈j. Confectionis ℈iiij. miſc. pro doſi, vel diſolv. in Aq. Theriacali, aut quavis alia alexipharm.

Experire quid faciat ol. 🜍 *projectum in ſolem ferientem, & Diaphoretic.* ♁. *ad dulcedinem ablutum alias n. a ſale fixo nitri conflictus.*

Emplaſtrum ad Vulnera & Ulcera Deſparata

℞. Ol. oliv. ℥xxiiij. Ceræ novæ ℥xij. vini rub. optimi, Pintas *ij.* aceti acerrimi, pintam unam. Bulliant omnia ſimul Igne lento ad conſump. vini & aceti, donec nulla ſit amplius crepitatio atque oleum & cera non amplius bulliant. Cacabus tollatur ab Igne per dimidium horæ quadrantem, adde ceruſ. venet. ſubtiliſs. pultæ ℥xij. & continuò agita ad conſiſtentiam ſyrupi nigri, videndo ne materia ebulliat, cum digitis non adhærebit, erit ſignum perfectæ coctionis: Demptis ab Igne, adde Spermatis Ceti ℥j. Camphor. ʒj. optime agitando ſimul fiat Emplaſtrum.

Quod ſi poſt ejus uſum fungoſa caro reſtet in ulceribus, ℞. Præcipitati dulcis ʒiß. diſſolvatur cum oleo Roſato in aſſere ſpatula ferrea, & cum ℥j. Emplaſtri, miſceatur ope ſpatulæ calidæ mox liquefiat ℔ß. Emplaſtri prædicti & mixtio hæc ultima cum ea ℔ß. comiſceatur ad uſum.

Optima eſt hæc compoſitio, & perfectæ proportionis mixtura, ſed ſine feſtinatione hoc Emplaſtrum præparandum, continuò agitando ſupra lentiſſimum ignem. Caphura omnium ultima addenda pene refrigerato (attamen liquido adhuc Emplaſtro) ne evaneſcat præ calore.

NB. Sœpe paravi, & fœliciter uſus ſum pro Rege & Regina Angliæ.

Epitome Alexipharmaci majoris folio præcedenti, deſcripti.

℞. Carn. viperarum & Colubrorum prepar. *an.* ℥ijß.
Cordium & Jecinorum *an.* ℥ß.
Radicum Contrayerva ʒijß

Ita ut ſit ℥ß cordium & tantundi jecinorum. quo a. de iſtis deerit, addatur de carnibus.

Rad Tormentillæ.
Scorzoner. hiſpan.
Pentaphylli.
Garyophillatæ.
Carlinæ. Cardui Sancti.
Cortic. extimi citri & aurant. *an.* ʒvij.
Rad Vincetoxici.
Valerianæ majoris.
Petaſitis.
Zedoar.
Imperatoriæ. *an.* ʒvj.
Fol. ſiccorum Scordii.
Rutæ.
Malabathri.
Meliſſæ.
Menthæ.
Dictam. Cret. *an.* ʒv.
Florum Brunellæ.
Geniſtæ Hiſpanicæ.
Calendul.
Ulmariæ. *an.* ʒiiijß.
Semin. Rutæ.
Bardanæ.
Echii Ocymi.
Oxalidis.
Cardui bened.
Hyperici *an.* ʒiijß.
Santali Citrini.
Ligni Rhodii.
Spodii ex Ebore.
Ex cornu Cervi.
Ex cranio humano *an.* ʒiij.
Theræ Sigillatæ Strigonienſis.
Raſur. cornu cervi primar. recent.
Succini. alb. prepar.
Margaritarum } cum ſuc. limon.
Corall. rubri } prepar. *an.* ʒvß.
Gummi Guaiaci.
Diaphoretici ♂. cum nitro ex hepate prepar. & ad dulced. loti *an.* ℥j.
Miſc. fiat pulvis ut Alkool.
Adde ſi velis Ambr. griſ. ʒiij. vel ſaltem ʒij.

Emplaſtrum ad Ulcera.

Martel.

℞. Maſs. Emplaſtri de ceruſſa. Chart. combuſt. Bol. armen. Ol. nuc. etract. rec. ſine Igne.

℞. Olei nuc. ℔j. Ceruſs. venet. prepar. ℔ß. Coquantur cito igne continuò agitando, add. Thereb. venet. ℥iiij. *balſami peruviani* ʒij. Præcipitati albi ℥iij. Bol. armen. Lapid. Calaminæris veri prepar. per extinct. in Aq. Roſ. & lævig. in porphyrit. Chartæ combuſt. *an.* ℥j. miſc. fiat Emplaſtrum 2^dam^ Artem addendo ſi opu ſit. Ceræ flav. q. ſ. *Zæmayerne.*

Loco balſami quod difficulter cum cæteris miſcetur, ſumatur liquid ambar. Vel balſamum peruvianum album in pulverem reductum cæteris admiſceatur.

Linimentum ex ſale preſcriptum, Do' Mareſchallo *de* Briſſac. *ad Nervorum & Ligamentorum Duritiem & Tumorem.*

Zæmayerne

NB.

℞. Radic. tenell. Ebuli contuſ. in mortario marmoreo. Radic. Conſolid. major *an.* ℥x. ſucci Ebuli ex tenell. ſumm. extract. ℔ij. fol. Salviæ roriſmar. puleg. regal. *an. Mij.* fol. Lauri *Miij.* Cortic. Aurant. & citri extimi *an.* ℥iiij. Florum Keyri primulæ veris, *an Miiij.* florum Lavendul. ſummit Ocymi *an. Mij.* Catell. ping. exenterat. per fruſt. diſſect. *N° iij.* Verm. terreſtr. jejunio evacuatorum & vino alb. lot. ℔ß. Vini hiſpanici ℔iij. bulliant omnia ad ſuccorum conſump. & animalium putrilaginem. Addendo Axungiæ ſuillæ recent. ℔jß. pingued. Anſer. rec. ℥xij. Axung human. recent. ℥viij. fiat colatura & expreſſio per linteum rarum, de qu. cape ℥xij Saponis veneti albi ℥iiij. ſalis mar. decrepitat. in Alkool lævigati ℥iij. miſc. ducantur diu multúmque in porphor. inſtar color. pictorum fiat linim. ad uſum.

Majoran.

Balſamum ad Vulnera & Ulcera Demayerne.

℞. Olei communis ℔iiij. Olei nucum recent. expreſſ. ſive Igne ℔ij. Vini rubri generoſiſſimi ℔vj. ſuccorum Tabaci hyperici Apii. Buglæ Betonic. Brunellæ plantaginis *an.* ℥xvj. Miſceantur omnia exactè, addendo Ophio gloſſi *Miiij.* Florum hyperici Brunellæ Buglæ *an. Mvj.* Alchymillæ totius, Saniculæ totius, foliorum peti *an. Miij.* Sophiæ Cheirurgorum *Mv.* ⧗. Omnia ponantur in phyalam oblongi colli, atque vas optime clauſum veſica bubula & ſubere cerato, exponatur ſoli vel ſepeliatur in fimo, per menſem Integrum, mutato & renovato, cum op fuerit fimo. Tandem fiat decoctio in balneo bulliente, ad ſuccorum conſumptionem, mox expreſſio fortis, & per canapatium colatura.

Axung. hum. rec. ℔j.

Ex foliis peti balſamica viſciditas non poteſt extrahi per ſucci expreſſionem.

⧗.

Fruct. Momordicæ. Radic. ſymphyl. major. conciſ. *an.* ℔ß.

Notanda Circa præparationem Animæ ♂.

Primò ſit ad manus ſartago ferrea, nova, ampla, ſpiſſa, non pertuſa, ſpiritibus nec valdè penetrantibus peruia. Collocetur loco per flabili, vel ſaltem remoto, æquo planóve ſitu, atq. in eam affundatur ℔j. olei ⊕li validiſſimi, & maximè ponderoſi, & ilicò affundatur ℔j. optimi ſpiritus vini, qui nihil habeat phlegmatis, Elevatur nidor Sulphureus fœtidiſſimus, qui caput valde ferit, ſinantur ſimul per dies *xv.* intra quod tempus paulatim ſiccatur humor, qui ebulliens abit in cremorem ſub ſalium ſpecie. Deſiccatâ materiâ ſartago exponatur ſoli, atque pluribus diebus conſequentibus verſetur materia ſpatula ferrea, donec apprime ſiccetur inſtar arenæ. Alba eſt ſoli expoſita, alias aliquantulum vireſcit. Servetur vaſe optimè clauſo, veſica, & charta pergamena, omnium optimè in ampulla forti vitrea ſubere & veſicà obturata, ne ſubeat aër, à quo Sal iſte humectatur.

Nota ex ℥xvj. olei ⊕ haberi tantum ℥xvj. iſtius Sacchari, citra magnam vaſis corroſionem unde credibile eſt. Oleum vitrioli corpus priſtinum reſumere, & Sulphure Martis Spiritus coagulari, ſine ulla impuritatum metalli corpori humano noxiarum admixtione. Ex ℔j. olei ⊕ ℔ij. optimi ſpiritus vini intra dies. xx, habui circiter ʒ℥xx. Animas

Vide de affundendo paulatim ſpiritu ſucceſſivè poſt deſiccatam materiam, quaſi nutriendo.

Ex hoc Saccharo varia præparantur. Syrupus Liquor, Aquæ naturalium æmulæ pro magnatibus, nam pro plebe ſufficit ⊕ Martis ſumere quod & paratu facilius eſt, & non minoris utilitatis.

Syrupus. Primo ſumatur aqua aliqua grata ut pomorum fragorum, mororum rubri teri. Ceraſi, Lactis, in cujus quantitate quam ſumere volueris diſſolve ad Levem Calorem Balnei, quantum aqua Capax eſt diſſolvere ultra conſiſtentiam ſyrupi ita ut cremor quidam ſupernatet, Seorſim vero diſſolve animam hepatis aut ⊕m ♂ in quadruplo ſui ponderis aquæ ejuſdem. Atque ut facias ʒxvj. ſyrupi martialis ſumito ʒxij. ſyrupi ſimplicis ſeu diſſolutionis Sacchari, ʒv. ℈j. animæ hepatis, & ℥iiij. ʒij. ℈j. aquæ pomorum, vel alterius. Vitriolum puriſſimum diſſolvatur in aqua, poſtea in infundibilo vitreo filtretur per Spongiam, ut ſit limpidiſſimus liquor, qui in vaſe vitreo itidem vel lapideo permiſceatur, Syrupo per minima optimè agitando.

Vide ne ligna Saſafras, nephriticum, Aloes, infundas in aqua, quia nigreſcet liquor admiſto vitriolo.

Poteſt indi nodulus cum ambra, cynamomo, nuce moſchatâ, aut ſimilibus, vel uſus tempore commodè inſtillabuntur guttæ, aliquot olei cynamomi, vel Aquæ Mariæ.

Doſis iſtius Syrupi ordinaria eſt, ab ʒß. ad ℥j. cum liquore aliquo conveniente, idque per dies 40. ſeptimanas plures, imò ultra annum.

Liquor martialis multiplex eſſe poteſt ad Julepos, ſi ſales prædicti diſſolvantur in vino albo, tenui ſimplici, vel medicato, ve abſynthite, meliſſato, aut alterato aliis herbis quibuſcunque: Item in cereviſia tenui Pomaceo, Hydromelite, omnium tamen optimè & familiariſſimè in Aqua Pluvia, vel Fontana puriſſima (in Aquis Mineralibus, &c.) fit Purgans in Aqua Fontis *Ebeſham*.

Proportio. Ad ſingulas uncias *xv.* Sumantur *gr.* xxiiij. Salium prædictorum, quæ quantitas ſit pro *iij* Doſibus addendo pro ratione ſubjecti εὐφορίας Ventriculi, & magnitudine Morbi debellandi majorem quantitatem. Salis alterutrius *v. gr. gran. v.* x. xvj. ut ſint in unâ Doſi, *gr.* xxiiij. Idque poſtquam aſſueverit Stomachus, nam iſta quantitas primò movebit Vomitum.

Ad præparandum ſufficient, *gr. viij.* pro ʒv. liquoris continentis addendo Syrupum aliquem, ut Violar. Caryophyllor. de Pomis, de meliſſa phyllo, inſtillando pro re natâ guttas, aliquot Spirituum Salis, Sulphuris, Vitrioli, & condiend. guttis aliquot aquarum Cynamomi & Mariæ.

Tractatio Limaturæ. ferri & ex eâ aliquid Analogi animæ hepatis educatur. Sumpſi ℔j. Limaturæ chalybis cui affudi ℔j. Olei Vitrioli &. paulo poſt ℔j. optimi Spiritus vini; facta eſt magna materiæ fermentatio, cum rarefactione; tandem die 5. aut circiter, abiit in maſſam raram ſpongioſam inſtat pumicis, ſiccam, friabilem, ſive bacillo facilè ſeparabilem. Ita corpus chalybis per longam fermentationem apertum & attenuatum, fit Sal pereunte ariditate, quæ maturitas non niſi longo tempore. Contingit affudi novum Spiritum Vini, qui paulo poſt fuit abſorbtus, affudi iterum, ſed deinceps videndum ne ſubmergatur materia, & pro nimia humiditate diffluat.

Velim affundere Phlegma ⊕li vini, & ſolvendo atque coagulando ad pelliculam præparare Chriſtallos Martis.

Oleum Vitrioli Martialis præparabitur, ſi Chryſtalli uſti in reverberio clauſo pellantur per retortam igne validiſſimo.

Crocus ♂. Corallinus remanebit in fundo retorto, ad intenſiorem rubedinem in crucibulo calcinandus, ſi opus fuerit.

Affudi Phlegma reſtibile ex di ſtillatione Spiritus ardentis, ex malto materia adhuc per fermentationem ebullire, ſubinde perſeverami & licet Phlegma prædict. ſal ſine ſaccharum ♂. attrahet, & inſpiſſetur, attamen id lentè ſatis fit, neque tam facilè aut perfectè, quam affuſa aqua commun. dulc. ſummè ſapiens ferrum.

Ad Vitriolum ♂. fit ex præparato Croco ♂. aperiente, ſi poſt calcinationem cum ſulphure, affundatur aqua calens quæ vitriolum attrahit eodem modo quo præparatur vitriolum cupri valde cœruleum, ex eo cum Sulphure uſto compendioſius tamen præparatur per oleum 🜖. aut 🜍. limaturæ affuſum.

Ego ſumpſi ℥viij. limaturæ, & in Concha vitrea profunda affudi ſucceſſivè ℥viij. olei 🜖. & paulo poſt oleum affudi parum aquæ calentis, factus eſt ingens tumultus, ebullitio magna & materiæ meteoriſmus, facilè ſedatur agitatione baculi. Elevatur etiam vapor 🜍. fœtidiſſimus, cerebro valde noxius, qui, (ut mihi aliquando non ſine periculo contigit,) ſi ad candelam appellat, flammam concipit, propterea hæc operatio fiat ſub dio vel Camino.

Reliqui per plures dies iſta, ſimul ut ſpiritus acidus poſſit penetrare metallum, augetur materia, & coagulatur Spiritus in Cremorem quendam.

Poſt longam macerationem aliquot ſeptimanarum in frigido, cum aqua communi extraxi totum Vitriolum, actâ per chartam Emporeticam aquâ, reſtitit mihi in fundo materio, non diſſoluto quantitas, ℥iij. & ʒv. Hanc materiam ſiccatam expoſui igni fragrantiſſimo in crucibulo, & uſti ſæpius agitando virga ferrea per horas aliquot, ex hac quantitate Limaturæ, & Olei 🜖. *an.* ℥viij. habui poſt omnes alterationes vitrioli puri ℥x.

De Irregulari Chalybis Exhibitione.

Nobilis virgo *Catharina Paget*, per aliquot Annos laborans ictero virgineo, quos pallidos colores vocant, ſæpius reſtituta uſu chalybis, ſæpius in morbum recidit, quo ſæpius eo gravius. Tandem deſperabunda, commiſit ſe Empericæ Fœminæ, quæ dato pulvere ex Limatura chalybis cruda, cum Saccharo, Zinzibere, & aliis ſpeciebus, ſine ulla methodo ipſam curavit, nulla præſcripta Dieta, nullo vel ſaltem levi exercitio. Dedit autem bis in die, mane, & in ingreſſu Lecti, nullum ſymptoma ſecutam eſt, vidi Pulverem craſſum, crudi modo præparatum, & puram Limaturam metalli, ſana nunc vivit per Annum. 24 *Julij*, 1639. Nupſit ab eo tempore, & nunc anno 1647, ſatis proſpera fruitur valetudine, Plurium Liberorum Mater.

Anima hepatis 🜖. 🜍. Spiritus per ♂. Coagulatio.

Feci ſæpius, & quotidie utor fœliciter.

℞. Olei ſulphuris optimi per campanam extracti, vel olei 🜖.

ultimi ponderoſi ℔j. Spiritus vini optimi ℔ij. Habeantur ſartagines duæ latæ, ſpiſſæ novæ, in quas ſingulas primo ℥viij. alterutrius olei affundantur, atque ilico admiſceatur duplum ſpiritus vini optime permiſcendi agitatione cum ſpatula ferrea. Vas alicubi reponatur tegatúrque, vel aſſere vel Papyro. Primo fiet levis ebullitio cum pauco fumo, & donec materia concreſcere incipiat, elevabuntur continuo bullæ exiguas, tandem paulatim, & ſucceſſive totus Liquor concreſcit in ſalem ſub viridem utcunque albicantem, aliquando flaveſcentem qui primo humidus eſt, poſteà tractu temporis ſiccatur, præſertim ſi æſtivo tempore, ſartago cum ſale ſoli exponatur, ad cujus radios magis magíſque materia albeſcit. Hæc concretio fit in umbra intra *xv* aut *xx* dies, ſubinde ſpatula ferrea verſanda materia ſiccata, quæ in magnam molem augeſcit, liquoribus à ſpiritibus, & Sulphure Martis congelatis, vel cum pauco, vel ſive vaſis diſpendio, quod leviter ſaltem exeſum poteſt multis ſufficere hujuſmodi operationibus. Vocatur ſal iſte dulcis & ſaccharinus, Anima Hepatis ſedulo reſervandus in ampulla vitrea ☿. obturata, nè ab aere humectetur. Id quod non fiet, ſi ſal iſte in Cochleari ferreo, vel cum minori ſartagine nova exponatur igni, utcunque moderato & continuo verſetur ſpatula ferrea donec ſiccet. flaveſcet, & aucto ignis gradu leviter rubeſcet. Sed valde imminuitur pondus citra ullam neceſſitatem, cum totus Sal utiliter poſſit exhiberi citra ullam partium ſeparationem. Differt à ⊕. ♂. (quod tamen hujus defectu poteſt uſurpari) in eo quod vitriolum fit, cum Oleis prædictis inſtillatis Limaturæ chalybis, & aqua calente affuſa, quæ viridis per filtrum acta exhalat in pelliculam, fitque in in loco frigido vitrioli viridis, & dulcis chryſtalli ſiccatione.

Hoc vitriolum ſi pellatur per retortam in reverberio clauſo, habebitur ſpiritus vitrioli excellens ſine magna Acrimonio, ferri ſaporem habens mirabilis ad obſtructiones, & vaſis Aquarum Mineralium artificioſè præparandarum, remanebit autem in fundo retorto, Colcothar quod rubedine intenſa nitens á me, Crocus Martis Corallinus vocatur adſtrictitia facultate præpollens, omnibus cæteris medicamentis internis, & paucis externis cedens.

Comitis de Carlill.

Aliquando cum *Pharmacopæus* aquam fortem pro vitriolo ſpiritu miſiſſet, ex improviſo ipſam cum vini ſpiritu affudi in Sartaginem, tractu temporis ſucceſſit optime operatio, & facta ſubſtantia vitriol. magis albicans, & ſicc. in magna quantitat. Quæ ſoli expoſita evaſit candidior dulcis, neque ullo modo, aut nidore aut ſapore aquæ fortis ingrato, ejuſdem plane cum præcedenti effectus. Fuit autem aqua fortis vulgaris ex Nitro & Vitriolo, unde patet idem poſſe fieri cum omnibus acidis ſpiritibus, præſertim Mineralibus. Itaque tenta cum ſpiritu Nitri, ſolo extracto per retortam cum Bolo. Item ſpiritu ſalis vulgaris Marini, Gemmæ, extracto, vel ſine additione vehiculi per ſolem, Æoli Pilam cum lateribus candentibus, aut carbonibus Salignis in muria extinctis, vel cum additione ℥ij. Salis petræ, ad ſingulas Libras Salis. Item cum Spiritu ⊕li Philoſophico reſtibili, & præparatione Mercurij, Vitæ cum ſpiritu extracto per retortam ex Sale, & Vitriolo, cum Oxorrhonia, ſine Spiritu Urino Hominis, ſani vinum bibentis & Vitrioli. Cum aceto acerrimo tenui & albo, non diſtillato vel ſolo, vel aceto, Spiritibus Vitrioli, Sulphuris, Salis aliiſve prædictis, cum ſuccis acidiſſimis bene depuratis berberis. Limonum, Citri, Granatorum Acidorum, Lugulæ, cum aceto radicato ſive Alkalizato, cum Sale Marino, cum Spiritu Tartari acido per retortam extracto rectificato, ſemper eodem modo procedendo cum Spiritu Vini.

Vires. In marte conſiſtit Arcanum aperiens & adſtringens, Dulcificans ; Eſtque ejus ad partes ♉. Naturales tam Nutritioni quam Generationi, dicatas prædeſtinatio in quibus dura emollit, & colliquat, & Scyrrhos, & Cancros incipientes. Vide nercatum, concreta & obſtructa penetrat Laxa, & diſſoluta adſtringit & coagulat, acerba aeria, acida, cicurat, domat, dulcificat, & fermentationes omnes extinguit.

Adde quod Balſamicam habet qualitatem corruptioni & putredini unicè reſiſtentem, ut patet in Vino, in quo ſi ſit ferrum nunquam fit vappa ; Humori præſertim Melancholico aduſto Vitriolato, pontico reſtitit, cujus aciditas fermentationes horrendas in Corporibus Humanis excitat, quæ à ♂te facile pacantur ; eodem modo quo & vitrioli, & aceti acredo per iſtud Metallum, non remittitur modo, ſed etiam obliteratur, ita ut atrabilariorum morborum curationes in hac potiſſimum vaſi conſiſtant, non miſſis interim aliis, quæ chalybis vim concomitari, augere, & atthletare valeant, vel proſtratos ab iſto Pugili humores eliminare.

Uſus. Id quod maxime commendat hanc ♂. præparationem eſt, quod corpus ad naturam ſalis deductum facile eſt diſſolubile, & idcircò per anguſtiſſimas vias meabile, atque in intimos Corporis receſſus penetrabile ; Et quod caput rei eſt cum omnibus humoribus miſcibile, unde fit ut petituua, ſemel in ingreſſu ferrum eos facile domare valeat, ſoluta ipſorum unione.

Datur anima hepatis (quæ variis nominibus indigetari poteſt, ut Coagulum, Sal, Chryſtallus, Pruina, Spuma, Flos ♂.) vel permixta Medicamentis ſubſtantiæ ſolidæ aut Pilulis, Tabellis, vel medio ut conſervis, Pulpis, Electuariis, Pulti, Pulpéque Pomi Cydonii, cum Cydoniato ; Vel liquoribus ſimplicibus, aut aqu. communi ſtillatitio, ſero Lactis, vel aqua Minerali, vini ſucco, Pomaceo, vel compoſitis cereviſiis, Hydromelite, Hypocratio, Apozemato, Julepo, Juſculo, Syrupo ; Ego aliàs diſſolvi pene totam Limaturam ♂. in aceto Vini albi acerrimo, & exhibui hujus diſſolutionis ʒj. cum ℥iiij. Liquoris,

quoris, penetrat potenter, ſed ventriculum turbat, & vomitum movet primis præſertim diebus, ſed non niſi robuſtis corporibus convenit, licet Domina *Worſley*, ſatis debilis feliciter, ſatis diu ſumpſerit.

Ratio Vomitus, & cur Chalybeata Remedia Stomachum ſubvertant. Quando metalli Corpus craſſum & impurum, in minimas comminutum partes diſſolvitur à Spiritu acido, & reducitur in Vitriolum, nulla facta ſeparatione puri ab impuro, Sulphur agreſſe & Mercurius inquat, quæ ſubſtantiæ promiſcuæ cum puriori parte confunduntur, nocet & Stomachum irritat, atque omne Vitriolum non depuratum eſt Emeticum, ſed in præparanda anima hepatis diluuntur, Spiritus acidi tripla vel quadrupla portione, ſpiritus vini, ita ut in Metallum ſolidum penetrare nequeat, Spiritus autem vini acutus Spiritu acido, purum tantum attrahit Sulphur Martis à quo corrigitur, dulcoratur, & tandem in Salinam ſubſtantiam coagulatur, Spiritus acidus, ſine Sulphuris, ſine Vitrioli, &c. Ita ut evadat gratum potius quam oneroſum Ventriculo Medicamentum.

In ejus exhibitione incipiendum ſemper à minori quantitate v. g. à granis *v.* vel *vj.* & paulatim aſcendendum ad *gr. xxiiij.* videlicet, ſi brevis ſit quantitas remedii exhibendi, nam ſi in magna quantitate Liquoris propinatur, inſtar aquarum mineralium tunc, à granis ad ℈j. ad ʒ^{mas} paulatim & ſucceſſivè tuto progreſſus fieri poterit.

Porro variarum præparationum, ſeu formularum iſti ſunt modi.

Pilulæ. Pilulæ faciliùs deglutiuntur, neque ingrato ſapore moleſtæ ſunt eáque, vel alterantes præſcribi poſſunt, cum trochiſcis aperientibus de abſynthio, dialacca, de Cappor. de Eupator. de Myrrha, aut ſpeciebus aromaticis, Diarrhod. Aromatico Roſato & Garyophyllato, trium Santalorum, &c. quando emolliendum ejuſd. cum Gummi Ammoniaco diſſoluto in decocto conveniente & inſpiſſato, vel purgantes ut de Hyera, Maſtichin. Alephans. Aſſajeſet, quando quotidie movendum eſt, & paulatim minuenda viarum naturalium ſaburra, ubi notandum eſt tam fidam, eſſe Aloes operationem, ut ſi vel *gr. v. vj. viij.* ſpecierum Hyeræ ſimplicis Galeni, permiſceantur Pilulis in pleriſque ſatis copioſè, in omnibus certo cietur alvus.

Vidi qui fœliciter Pilulas Catharticas, ut Cochias minores aliáſve acuebat granis aliquot Vitrioli vulgaris. Operæ pretium fuerit Pilulis ante Cibum ſumendis grana aliquot admiſcere.

Tabellæ. Tabellis ſi permiſceatur Coagulæ ♂. fucandus eſt, Atramentoſus ipſius ſapor odoratis vel aromaticis, & Saccharo multo ut faciliùs præſertim à delicatioribus poſſit aſſumi, atque ad diſſolutionem citam promovendam in Ventriculo, ſuperbibendus Liquor aliquis conveniens, Juſculum, ſerum Lactis, Ptyſana, pro mali naturâ & Medici intentione.

Conſervæ. Faciliùs eſt cum conſervis Pulpiſque admiſcere, ut cum pulte ex farina & lacte, vel Panatella, qui facillimus eſtmodus hoc remedium exhibendi Pueris, addito multo ſaccharo; ita tamen ut à paucis granis ut duobus *iij*. *iiij*. Initiam ſumatur, ut tenelli paulatim aſſueſcant, neque in longis illis morbis, qui primam iſtam ætatem ſolent affligere, à voracitat. & ciborum Ingurgetatione, nutric. vitio, quæ commiſſos ipſorum curæ infantes farci minus inſtar replere conſueverunt. Tales affectus ſunt continuus alvi fluor, Cachexiè, ventris in magnam molem in crementium Hydrops, Atrophia, Scorbutus, juncturam, laxitas, & Ligamentorum mollities, quæ Symptomata Ideam mali, *The Rickets*, conſtituunt, & ſeroſam colluviem hepatis male ſanguificantis vitio, in toto genere venoſo congeſto, quæ tuſſim, tabem, hyderum pulmonis, hydrocephalen, diarrheas aquoſas, & infinita alia mala, quotidie in perviciem Infantum accerſivit.

Liquor. Quoad liquores eorum ſimpliciſſimus eſt aqua, ſive ea ſit Cyſternæ, pluviæ, ſive fontis. Nuper Pariſiis quidam aquam vitriolatam communem hac proportione parabat; ut in Pintis Pariſienſibus *xviij*. ſive ℔xxxvj. diſſolveret vitrioli communis ℥jß. ſive ℈xxxvj. quo liquore exhibito pro potu ordinario longiſſimos morbos fœliciter debellabat.

Hoc multo melius præſtabitur cum coagulo martiali in eadem vel majori proportione aquæ commixto. Quod ſi efficacius remedium poſtulas, addenda ſunt ea quæ aquæ cruditatem corrigere, & Salis mineralis actionem regere & diregere valeat. Loco aquo communis poterit ſumi ſtillatitia Pomorum, aliáve grati ſaporis, ut ſeri Lactis parietario.

Notanda proprietas animæ iſtius hepatis, debite exhibito in Cereviſia, juſculo, Syrupo, alióve Liquore, vel cum Succis Antiſcorbutis & Anti-ſyphillis.

Aquæ Minerales debiliores, ut *Wallimburgenſes* addito coagulo graduari & validiores reddi poſſint, imò Aquæ Mineralium æmulæ in pari quantitate propinandæ domi præparabuntur, v *gr*. ℞. Vini Rhenani ℥xij. Aquæ Pluviæ *Galon*. *j*. Animæ hepatis primo ℥ß. deinde ʒvj. & plus, quas ſi acidulas poſcis inſtilla v. q. ſpiritus ⊕. vel vulgaris, vel Philoſophici.

Aut ante diſſolutionem Salis Tartarus bulliant, in aqua uſque ad ſufficientem aciditatem alius Aquæ Mineralis *v gr*. pro calculo decocto 🝀. additur Sal Prunellæ, Vitriolum Martis Saccharatum, Nimia aciditus deleatur Sale 🝀.

Cereviſia, Pomaceum, vinum chalybeatum, ex tempore præparabuntur admixta ſufficienti hujus Salis quantitate, ſic & hippocraticum *v gr*. in ℔ij. Vini primo diſſolvantur ʒij. ʒiij. *iiij*. coaguli, deinde per manicam *xij*. trajiciatur, iſta diſſolutio ſuper ℥vj. vel *viij*. Sacchari albiſſimi & ʒß. Cynamomi interior. pulveriſat. Ut autem citius hypocraticum facias. ℞.

Cynam.

Cynami. interior. ℥ij. corticis *Winteran.* ʒj. Zinziber. ℥ß. Caryophyll. ʒij. tritis affunde, optimi Spiritus Vini q. ſ. ut duobus digitis ſupereemineat, ampulla vitrea forti extrahatur tinctura. Hujus liquoris cochleare unum & alterum admiſceatur vino ſaccharato, in quo diſſolvatur Sal prædictus.

Hydromel Malvaticum Chalybeatum per fermentationem itid. præparabitur.

Ex ſuccis præſertim antiſcorbuticis, per reſidentiam depuratis cum iſto Sale & pauco Saccharo, fiat Julep Efficax in ſcorbuto gratus, cum ſuccis Ceraſorum, fragorum, mororum rub. idæi in duplici vaſe extractis; addita eorundem fructuum aut cydoniorum, paſſularum Pomorum vel gelatina.

Apozematis. Julepis ordinariis Ptyſano utiliter etiam permiſcet ſalem, niſi malis eum in Pilulâ deglutire, primo, ſuperhauſto Apozemate vel Julepo, aut etiam Juſculo alterato herbis convenientibus.

Quoniam vero malè circumferri poſſunt à peregrinantibus, liquores iſti maximæ quantitatis ex Syrupi cujus ℥ß. vel ℥j. diluta Aqua aliqua ſtillatitia eodem cum ſucceſſu præpara.

Paradigma Julepi Antiſcorbutici. ℞. Succorum optimè depuratorum ℥iiij. animæ hepatis, *gr. xij. xvj. xx. xxiiij.* Sacchari Chryſtallin. ʒij. aut Syrupi alicujus grati ℥ß. Aq. Cynamom. gutt. *viij.* miſce.

Syrupus iſte præparetur. cum Aqua decoct. Tartari Medicata corroborantibus quibuſdam, & cum diſſolutione Salis ♂. facta in Vino de *Malaga.* Vide meum Antidotarium.

In Potionibus Purgativis grana aliquot diſſoluta promovem operationem, & ſatisfaciunt Melancholicis nigra dejicientibus aut vehementibus.

In infuſione Catharticorum facienda Senæ Rhabarb. grana aliquot, addita Liquori Tincturæ extractionem promovent, non minus quàm Sal Tartari, eſtque hoc Remedium Univerſale, præpar. in vitiis partium natural. præparans inquam ante exhibitione purgantium; utpote attenuans, aperiens, liquefaciens.

Gravidis etiam Mulieribus innoxiè poteſt exhiberi iſtud Medicamentum incipiendo à parva quantitate, & pro diſpoſitione fluctuantis Ventriculi & Phlegmate plurimo ſcatentis, vel Siccum dari, vel in forma ſolida mediâve aut liquida, ut Stomachus corroboratus, aut plane non, aut minus conflictetur vomitum, ut confirmatum hepar bene ſanguificet, & Sanguis Medicatus à fœtu attrahatur, qui proculdubio magis firmus vegetúſque naſciturus eſt, ac proinde minus obnoxius malis Puerilibus ante commemoratis, præſertim vero detur Matri Scorbuto & obnoxia, vel quæ à Scorbutico Marito, aut cachectico, gravida facta fuit, quippe unus eſt ex iis Morbis Scorbutus, qui cum ſemine propagatur, & in prolem diſtenditur.

In Gonorrhæ ſimplicibus πυῤῥοίαις & ſimplicibus vel etiam virulentis poſt extinctum venenum durantibus, ut ſæpe fit, nec non à fluore albo inveterato, à quocunque fiat humore potentiſſimum ſuum remedium aquæ minerales ferruminoſæ, vitriolato, aluminoſæ, & vitroſæ, quæ ſtrenue Everrum,

& detergunt, corroborant aſtringunt & intemperiem calidam humiditate temperant, frigidam propter ſubſtantias minerales, ex quibus conſtant, nón adaugent.

Ad Earum inſtar cum iſto ſale martiali ⊕. componuntur Aquæ ut ſupra dictum eſt, eodem modo in magna quantitate propinanda vel aſſum. aquar. mineral. natural. *v. gr.* hoc modo.

℞. Terebenthin. Cypr. coctur. Indur. ʒj. Coagul. ♂. gr. *x. xv. xx. xxiiij.* cum Therebent. venet. vel balſam. peruvian. fiat bolus ſumend. hora una ante totum aquarum.

Ubi deterſione. majore opus eſt addatur aliquid ſalis prunel. & quibuſdam á caſibus ardore moleſtantæ gummi arabicum. Quando præſens erit aſtringendi & ſiſtendi neceſſitas, ſal ad rubedinem uſtus, ſeu crocus corallinus, loco crudi iiſdem erit uſurpandus, additis ſpodio cornu cervi, oſſibus humanis calcinatis, oculis cancri, corallo diſſolutis, & per alumen præcipitatis, & ceruſſa antimonii.

Eodem etiam modo. Siccabuntur ſerius deterſa renum ulcera, præſertim ſi renalibus pilulis michelii, ſal iſte primò crudus, deinde uſtus permiſceatur.

Vidi quartanas curatas, ejus repetita ad plures vices aſſumptione in apozemate cathartico, propinato meliori die intermiſſionis, medias tamen id liceat pridie acceſſionis.

Ex hac Anima hepatis, ad varios ægrorum uſus, duo ſequentia remedia à me compoſita fuerunt, in promptu habenda in Pharmacopolio.

Liquor Martialis.

℞. Tartari Vini albi puriſſimi ſcintillantis ſubtiliter triti ℥xxxij. Aquæ pluviæ puræ Gal. *vijß.* ſive quartas *Londinenſes* triginta ℔lx. coquantur in cacabo ferreo, vel olla fictili vitreata, ad unius Galonis conſumptionem, fiat colatura per manicam hippocratis nitidam. Hujus ferventis Galon. *vj.* affundantur ſpeciebus ſequentibus, contentis vaſe amplo fictili lapideo, habente gutturnium 4 digit. à fundo in vaſe ferreo, aut bonus mea magna tot Galonum capax. Vide ne vas ſit ligneum, præſertim quernum quia liquor denigrabitur inſtar atramenti.

Species. ℞. Anim. hepatis ℥iiij. Rad. Saſafr. recent. cum cortice ℥jß. Ligni Nephritici veri Santali citrini *an.* ℥j. Cynamomi interior. ſemin. coriandr. *an.* ʒx. Cortic. *Winteran.* ʒvj. Macis flavedin. citri recentis ſiccat. *an.* ℥ß. comminuantur & terantur, terenda infuſio fiat in frigido vaſe probe obturato ſubere & veſica, & ſinatur fieri infuſio, donec ſpecies primò ſupernatantes decidant ad fundum, (quod eſt ſignum ſimplicium virtutem ab Aqua penitus attractam fuiſſe.) Tunc ſi volueris liquorem filtra, & ſerva in phyolis majoribus vitreis ad uſum.

Doſis Ordinaria iſtius liquoris ℥iiij. quæ contineat *gr. xij.* ♂. Poſſunt dari ℥vj. ad ſummum *vij.* Parvæ quantitati *v gr.* ℥viij. poterit addi liquor aliquis ut aqua pomorum redolent. Succus antiſcorbuticus depuratus, cochleario utr. becabung. naſturt. aquatic. cum aut ſive ſaccharo imo Syrupus aliquis gratus mororum rub. idæi, rubei, ceraſorum, groſſular. bericocci. Datur bis in die imo ſæpius pro neceſſitate, ſi nauſeabundus ægrorum ventriculus quantitatem liquoris reſpuat, & augenda ſit martis quantitas *v gr*. ad *gr. xx.* aut *xxiiij*. fiant Pilulæ ex ſpeciebus cordialibus hepaticis ſpleniticis, &c. animæ hepat. quantitate addita ephib. ſuperhauſtis ℥iiij. Liquoris dicti.

In tumoribus duris viſcerum addatur Gummi Ammoniac. præparand. cum ſuccis vel decocto conveniente. Hoc feri pro Domina *Worſley* cum ſucceſſu.

NB. ♂. ſine ulla alia additione, poterit diſſolvi in Vino Rhenano vel andegavenſi, juxta proportionem dictam, aut in Aqua Pomorum, vel in rem præſertim in eorund. decocto clarificato, & liquor trajiciatur per manicam fieri hipocraticum gratum, ſumendo liquoris quartam unam, Cynamomi interioris ℥ß. Sacchari optim. ℥viij. trajice decies ad minus, vel (ne quid de ſale ♂. perdas) fac primum. Hippocraticum cui adde ♂. diſſolutum in parte Liquoris reſervata.

Syrupus Martialis.

℞. 🜿. alb. pulveriſat. ℥viij. Aquæ Pluviæ puriſs. ℔vj. Coquantur in vaſe ferreo, vel fictili idoneo ad ℔ij. conſumptionem fiat colatura, quæ *xij*. trajiciatur fervens per manicam ſuper ſpeciebus ſequentibus.

℞. Cynamomi interior. ſemin. coriandr. *an*. ℥j. Cortic. *Winteran*. ʒiij. flavedin. citr. ʒij. Macis ʒj. terantur. Accipe totam colaturam calentem; in qua diſſolve Sacchari albiſſimi quantum poterit capere, ſuppoſito levi calore, ita ut ſine ebullitione fiat Syrupus.

℞. Anim. ſtepat (vel Cryſtall. pruin. Coagul. floris Sacchar. Martialis) ℥ij. diſſolvantur in ea quantitate Vini Generoſiſſimi & Dulciſſiimi de Malaga, (℥vij.) ſuper cineribus tepidis quæ ſufficiet ad perfectam diſſolutionem, filtra per ſpongiam in infundibulo vitreo, Pondera, & adde tantum Syrupi præſcripti q. ſ. ut totum faciat ℔iiij. medicas, vel ℔iij. Romanas ſive ℥48. Miſce exacte, & inde nodulum ex ſyndone Coccinea, qui contineat Ambr. griſ. ʒß. Moſchi Oriental. gr. v. ſerva in vaſe vitreo ad uſum; vel ♂. diſſolvatur in aqua debili Cinamom. Cardiac. Imperiali, Cœleſti, Mariæ; in Aqua Naffæ, Roſar. vel alia quavis.

Pondera & reliquum (uſque ad ℥48. ſupple cum ſyrupo quocunque grato mororum rubei idæi garyophyllor. rub. pomor. fragorum violato granat. ceraſor, cydonior, de coct. citri, de meliſs. ſyrupi ex ſuccis groſſul. moror. *&c.* In vaſe duplici Extracti addita ſ. q. Sacchari cum levi coctura præparati.

Doſis à ʒij. ad ℥ß. ʒvj. & ℥j. ulterius procedendo paulatim & juxta diſpoſitionem & εὐφορίαν ventriculi. Detur ex convenienti Liquore, vino pomaceo, cereviſeâ, aqua, vel decocto pomorum, poſſeto, cum herbis convenientibus, Lacte & vino albo vel alià præparato ex vino hypocratico. Uſus tempore poſſint inſtillari guttæ, aliquot aquæ Cynamomi mariæ, Cœleſtis, ſi ♂li diſſolutio facto fuerit in vino, aut aqua ſimplici.

Sic præparavi Syrupum martialem. Diſſolvi ℥j. Animæ hepatis in aqua decoctionis tartari; ſi relinquas in frigido diſſolvitur quidem major pars ſed aliquid coagulat. in reliquis per totam noct. in frigid. mane autem poſui ampullam vitream ad ignem à loniginquo, incaluit liquor & omni moda ſucceſſit diſſolutio, quam propter quaſdam fæces nigras (pauculas tamen) filtram per Spongiam, admiſcari liquori limpidiſs. ℥ix. Vini de *Malaga*, & ʒviij. Sacchari albiſs. totum in vaſe argenteo itidem igni admovi è longinquo, potuiſſet fieri in Balneo.

Proportio bona hujus ſyrupi eſt diſſolvere ſalem, ſeu vitriolum potius in Aqua Tartari, vel alia ſimplici quam in vino, quia citius fit diſſolutio ad quam promptam & perfectam, requiritur calor dividatur totum in tres partes, ut ſint decoctionis ʒxvij. Vini & Sacchari *an.* ʒviij. quæ cum ʒj. Salis ♂. faciunt ℥xxiiij.

Species Aromaticæ infundantur in frigido in bona quantitate vini, quæ ſupernatet duobus digitis aut tribus, fiat colatura de qua ſumatur dicta quantitas ℥viij. vel ſi velis *ix.* ut ſupra, dummodo Aquæ Tartareæ ſint tantum ʒvj. Feci etiam Syrupum cum Vitrioli ♂. quod diſſolvi in vino de *Malaga*, ægrè diſſolvitur in frigido, in calore autem levi totum diſſolvitur, ſed poſtea liquore refgrierato concreſcet denuo vitriolum viride & perdulce.

Itaque hoc ratum maneat melius fieri diſſolutionem in Aqua Tartari, ſpecies melius infundi in vino & ſaccharum in duobus liquoribus mixtis ſuper calore lento, ut in Balneo diſſolvi debere. Ambra & Moſchium ultimo addantur in nodulo, qui pendeat in ampulla aliter ſic fac.

℞. *Vitrioli* Martis, vel animæ hepatis ℥ij. diſſolve in Aquæ Tartari ʒxij.

℞. *Vini de Malaga* dulciſſimi ʒxij. Syrupi de Pomis ʒx. Syrupi Mororum rub. Idei, & Flor. vetonic. rubr. *an.* ʒxj. miſce liquor iſte non Syrupus, ſed Julep. indigitari debet propter conſiſtentiam liquidiorem. Quod ſi Syrupum poſtules coque ad debitam conſiſtentiam. Sed tunc minuenda erit doſis, & ita perſitandum pondus ut portionis ℥ij. Salis ♂. Eo pacto ut ſint, *gr. xxiiij.* pro doſi maxima. De hoc ſale nitris deperit. Aut in Vino & Aqua Tartari diſſolve tantum Sacchari quantum, diſſolvi poteſt, & ʒxij. quæ requiruntur ad diſſolutionem Salis Martis, adde etiam ſeorſim ℥viij. Sacchari ſolve in calido, & cæteris permiſceto.

Sic feci Julepum Martialem cum ♂.

Species aromaticas infundi in liquore Tartari per horam 24. ad levem calorem vaſe probè tecto, tranſcolavi hanc iufuſionem per Spongiam & arenam in ʒxij. hujus colat. diſſolvi in calore ℥ij. Vitrioli ♂. ſeorſim verò accepi Sacchari albiſſimi ʒxvj.

liquoris prædicti ℥vj. Vini de *Malaga* optimi ℥xij. miſce, & diſſolve ad leviſs. calorem & inde nodulum, &c. Pro phlegmaticis poteſt ſumi tantum ea quantitas Aquæ, quæ ſufficiat ad diſſolvendum martem, ſine ea ſit tartarea, ſive ſimplex ut Abſynth; Meliſs. reliquum autem liquoris totum ſupplere cum Vino de *Malaga*.

Oleum ♄. *Martiale inſigne Splenicum Remedium.*

Calcem ♄. vel Lithargirum vulgare, aceto vini acerrimo ſolve in olla ferrea, ſolutionem in eodem vel ſimili vaſe ferreo ad ſiccum evapora ſalinam reſtantem materiam ruffam, in retorta poſitam ex arena per gradus diſtilla, egreſſúmqne liquorem per B. à phlegmate libera, reliquum per arenam in recipiens pelle. Erit ol. rubicundum.

Uſus. Summum lienis aperitivum, quo curata fuit nobilis Matrona ſabauda, Madame de *Branty*, hoc morbo laborans, fruſtra tentatis multis aliis remediis. Accepit ab eadem mutilletus, cui & addidit modum uſus, videlicet inſtillari unam & alteram guttulam hujus olei, in conſervam aliquam aut tabellam ſacchari roſati & deglutiri. Hujus inſuper uſu Stercus Moſchum olere non aliter, quam ab aſſumpta Therebentina Violam Martiam olet. ebrina.

Quidni Salinæ materiæ rufæ prædictæ, addetur 3ª aut 4ª 1646 pars Vitrioli ♂. aut ſumetur Saccharum puriſſimum. Factum ut a. e. cum Acet. & cum Vitriolo Martis vel anima hepat. & ſimul pellatum per retortam.

Sic præſcripſi apud meum Pharmacopeum, de Pleurs.

℞. Syrupi de Pom. Raynette *ſſſ.* & Syrup. Flor. Veton. Ambi *an.* ℥xij. Aqua ſtillat. Pomorum ℥iiij. Aquæ Meliſs. ℥iij. Anim. hepatis ℥j. ʒiij. ℈ij. Sacchari duri ℥iiij. miſce, fiat ut artis eſt.

Syrupus Martialis.

℞. Syrupi de Pomis rodol Syrup. Flor. Vetonicæ rubr. *an.* ℥xij. Aqua ſtillatit. Pomor. ℥iiij. Aqu. Meliſs ℥iij. Salis aciduli ℥j. ʒiij. miſce, fiat *Syrupus.*

Tabellæ Diatartari.

℞. Cremor. tartar. Sacchar. *an.* ℥j. Cuchinellæ *gr. vj.* alumin. rup. *gr. iij.* ambr. gril. *gr. v.* anim. hepatis candididiſſimæ inſolato *gr.* 48. Terrantur omnia ut Alkool, cuchinella cum alumine addita ambra teratur in porphyrite, cum tantillo ſucci limonum recentur expreſſi, addetur cætera ſucceſſive Quium ultima anima hepatis fiat maſſa cum pauca muccagine gummi tragacant. extract. in aqua cinamomi vel naffæ, vel roſarum fragrantiſſim. ſiccetur levi calore & ſervetur loco ſicco, ut pone ſtuffam. Hæc quantitas erit pro *viij.* doſibus *gr. vj.* animæ hepatis.

Variæ ferri præparationes & Exhebindi modi. Ad Calculum.

℞. Limaturæ chalybis, diſſolve in aceto & cola, deinde extende limaturam ſupra Pannum, & aſperge pulveris Garyophyllorum ʒij. relinque ita per horas 24. deinde infunde in vini Hiſpanici *Sacke* dicti, ℔iiij. in vaſe vitreo bene obturato exponatur ſoli æſtivo per dies 40, & quotidie bis ter-ve concutiatur, vel maceretur, in Balneo Mariæ per dies *x*. deinde reponatur ad uſum. Eliqueſcit paulatim chalybs in eo vino in ſuccum. Da quotidie tempore matutino ℥j. & ſuper bibans infuſionis petroſalini & ſeminis Alkekengi ℥ij. diſſolvit omne.

Calculoſum renum ita ut inſtar cretæ emingatur.

Ad menſes chalybis præparatio.

Accipe fruſtum chalybis oblongum, cande fiat igni probè candenti, admove Sulphur & liqueſcet, chalybs fundeturque ſuppone vas plenum aceto Scyllitico quod materiam defluentem excipiat, quæ poſteà exempta friabilis valde eſt, & in pulverem minutiſſimum facile comminuitur.

Crocus Martis abſque Igne.

℞. Limatur. chalyb. quam irrora ſimplici, aqua deinde pone in cella & ſine fermentari poſt aliquot dies 🜍. in ♂. latens excitatur, & materia incipit incaleſcere, ſine, tandem fit pollinis inſtar, & eſt optimus crocus viribus integris non privatus ſuo 🜍. & 🜔. quo tutò uti poteris ad obſtructiones.

Crocus ♂. optimus.

Præparatur ad obſtructiones, & omnium naturæ familiariſſimus ſi crebra extinctione in aceto reducatur in pollinem rubicundiſſimum.

Ad icterum Virgineum.

℞. Limatura chalybis puriſſimam, quam trituratione per ſe reduc in pollinem ſubtiliſſimum, miſce cum Saccharo, & exhibe ſuſque deque purgat, & certiſſimo experimento ſanat.

Præparatio chalybis.

℞. 🜍. crudi magdal. ad ℔iiij. & chalybis ℔vj. fulminetur chalybs ut Scyntillæ ejiciatur, & ſtatim imnuimittat. ollæ cum 🜍. idque ſæpius reiterando, & liquefiet chalybs inſtar cera quamprimum feré frigeſcit, igniatur iterum chalybs & mittatur 🜍. ut prius donec chalybs totum conſumatur, pulveriſetur materia in fundo, cribretur & in olla vel reverberatorio intra 6 vel 7 horas redigatur in Crocum. Et ut Sal facilius appareat ex croco iſto fiat lixivium, & ebulliat in Aqua per horam *j*. vel alteram, agitando aliquoties cum Bacillo Ligneo, evaporetur Aqua, calcinetur dulcis quædam Salſedo ſuper Linguam guſtanda videtur.

Præparatio ♂. ad omnes Fluores.

Reverberetur limatura ♂. per ſe, ut Flores rubicundiſſimi appareant,

pareant, pulveriſetur materia & iterum reverberetur; colliganti Flores & uſui reſerventur.

Ex floribus iſtis cum aceto diſtilla. Elicitur Tinctura pulcherrima Martis.

℞. Mineræ ♂. in Alkool, reduct. ℔j. 🜍. ℥v. miſce, agitando, & in olla nova inter carbones fiat calcinatio, agitando aliquoties ſpatula ferrea, & in 6 vel 7 horis rubeſcet materia. Poterit iterum cum novo 🜍. commiſceri & calcinari, ut ſupra, ut magis rubeſcat, ex iſto Croco extrahatur tinctura cum aceto diſtillato, in omnibus opiatis, vel per ſe, vel in liquore, vel conſerva idonea exhibetur, in omni Fluore & Colica paſſione; & variis Doloribus & Catharris.

Chryſtall. ♂. De Pleurs NB.

℞. Limatur. ♂. & Olei 🜍. an. miſceantur ſenſim inſtillando metu ebullitionis, diſſolutioni, aut potius calcinationi, affunde Aq. fontan. fiat diſſolutio cui filtrato, infundetur vini ſpiritus, paulo poſt præcipitabitur Sal ad fundum Chryſtallinum, quod tabellis aut conſervis admixt. mirè corroborat, aſtringit. & pro re nata aperit. Feliciter ſum expertus in Fluore albo, poſt uſum Diaphoretici, Hartmanni in D. *Saxon.* 1612.

NB. Calcinatus ad rubedinem mirè roborat, & omnem Hæmorrhagiam ſedat.

Electuarium Martis.

℞. Crocum Martis rubicundiſſimum (vellem aperientem martem, cum limatura præparatum, & Sulphure accipere) huic affunde ſuccum depuratum Limonum, digere per diem, deinde addito pauco Saccharo exhala, & reduc in Electuarium, capiat bis in die ad quantitatem Juglandis, ſolvit potenter obſtructiones & roborat. Eſtque gratum Medicamentum, Crocus iſte fit ſi olei Sulph. ℥ijſſ. cum ʒiiij. ſpiritus vini bulliant in cochleari ferreo, & mox pon. in ſellam per biduum, tandem ſine ut cochleare cum materia candeat primo Crocus flavus, evadet rubicundiſſimus.

Crocus Martis Saccharin.

℞. Laminas è ferro, vel chalybe productas has obline oleo. 🜍. per campanam facto, aut ſi hoc deſit ⊕. oleo. Oblitas colloca in cellam, & adnaſcetur Crocus qui deraſus dulce nonnihil ſapit, crocumque collige eo uſque dum lamino toto corrodantur, nec croci quicquam amplius reddere queant. Hic Crocus vocatur Hepatis inſtaurator.

Tinctura chalybis ad omnes Splenis affectus.

℞. Limaturæ chalybis ℔j. abluatur optimè cum aceto vini forti ab omnibus ſordibus; auferatur acetum, aſpergatur Caryophyll. pulv. ℥j. maneant ita per noctem, tunc impone vitro calido cum ℔vj. aut ℔viij. vini alb. generoſiſs. vitro optimè obturato, ſtent in ☉. vel balneo aliquoties concutiendo coletur doſis ab ℥ij. ad ℥iiij.

Vitriolum Martis.

Verus proceſſus, expertus ſum, ℞.

℞. Limatur. ferri potiùs quam chalybis ℥viij. calefiat, & irroretur Aqua ad macerationem ſaltem, mox ſenſim inſtillentur ʒij. Olei ⊕. fiet ebullitio levis, quæ promoveat affuſis aliquot cochlearibus aquæ frigidæ, attolletur ingens ſpuma cum fœtidiſſimo fumo, quæ cum demitti incipiet, affundatur denuò aliquid Aquæ, & ſic deinceps donec ceſſet fermentatio; tandem affundatur aqua calida ut ſupernatet vj digitis, & ſinantur per noctem, Aqua evadet ſubviridis, mittatur per chartam bubulam fiat evaporatio ad mucis ſpiſſitudinem, ponatur vas in loco frigido, concreſcet in fundo aquæ vitriolum, cochleari eximendum, in charta ſiccandum, Aqua veſtibilis evaporatur ad ſiccitatem, remanebit impurius vitriolum ſeorſim reſervandum limatura reſtitans, abluatur optime à ſordibus, calefiat irroretur oleo ⊕. & fiat omni modo ut ſupra.

Ex ʒviij. chalybis habui juxta ℥xij. Vitrioli, unde patet oleum ſive ſpiritum ⊕. & fixari, & corpus reſumere.

Præparavi hoc modo pro Anna Regina in Domo *Hmpton-Court. Octob.* 1618.

℞. Iſtud vitriolum pelle per retortam, & habebis Spiritum Martialem optimum ad obſtructiones, & robor viſcerum.

Crocus Martis Corallinus.

Colcothar in retorta reſtans calcinetur ad ſummam rubedinem, ſumum adſtringens intus & extra. Arcanum in omnis fluxu Sanguinis, & alio ſive aſſumptum ſive ad motum.

Tinctura ♂. valde grata.

℞ Crocus martis aperient. cui infund. ſucc. limon. & ſimul coque donec ſuccus reducat. ad mellagin. rubeſcit intenſiſſimè, ſeparetur à magmate, exhibeatur per ſe hæc mellago, vel cum appropriatis. Acid. Aſtringens valde bulliant in vaſe argent. Saccharum ♂. acidulum, feci *Morc. Park.* 1626. Squama ferri in Alkool. eique Ol. Vitriol. affund. in ſat. bonâ quantitate, addit. pauc. Aqu. idque in vaſe lapideo, ut Bellovacenſi, quod imponatur igni; Nulla magna fit ebullitio, ſed tantum levi cum fremitu ſpuma elevatur, quæ caſſante affundatur Aqu. Calens. fiat inſuſ. ita Aqu. atrahet vitriolum, quod aciditatem aliquam oleor. retinet nihilominus miram habet dulcedinem, atque inſigniter ſapit ferrum. Nobili valde melancholico ad vitandam humorum accenſionem ab exercitio dedi, infuſum chalybis purgans in Balneo. NB.

Aliud.

℞. Limaturæ Chalyb. Hiſpan. affundatur oleum ⊕. fit ebullitio ingens qua ſedata, affundatur aqua calens, filtretur, evaporet ad pelliculam. & in cella chryſtalliſetur. Ex hoc Vitriolo cum Aqua appropriata, parari poſſunt aqua ſpadenſium æmulæ, imo & meliores.

Saccharum ♂. eſt Sal iſte ſeu ⊖.

Effloreſcens circa vas in parando Vitriol. ♂. poſt eam ebullitionem, quæ ſuccedit irrorationi factæ cum Spiritu ⊖.

Ejus *gr. v.* vel *vj.* utiliter citra vomitionem admiſcentur apozemati convenienti ad quartanam, atque hoc remedio ſæpiùs exhibito percurati fuerunt quartanarii, duo etiam media hyeme ſæviente.

Poteſt dari in pilulis, conſerva, & c. ſine vomitu ſi ſumatur liquor acid. ſeu Spiritus Vitriol. reſiduus ex ablutione Mercurii Vitæ efficacius operabitur.

Chalybis exhibitio Hydropicæ cuidam Domina de Lignii a Dom' Marmanno.

℞. Limaturæ chalybis ℥x. ſeparetur à ſordibus eique affunde aceti albi acerrimi q. ſ. ut ſupernatet *iij* digitis ſiccetur ad ☉. vel in hypocauſto lævig. in porphyrite & irroretur, ſiccetur, lævigetur, atque iſta præparatio ſepties repetatur.

℞. Ipſius Alkool ℥iiij. Galang. cynamomi caryophyllor. pulver. elect. aromatic. roſat. *an.* ʒj. Mellis albiſſim. cum vino generoſo deſpum. ℥ixß. miſce, fiat Electuar. de quo capiat ʒß. quotidie mane cum exercitio Purgatio cum Sena, Rabarbaro, Manna, & Oxymelite.

Syrupus Chalybeatus.

℞. Croci martis aperientis ℥iiij. irrorentur aceto ſambucino ad macerationem, mox affunde vini albi generoſi ℔vj. digerantur in arena per triduum, mox fiat lenta ebullitio ad ℔ij. conſumptionem, fiat colatura per chartam, in qua macer. cynamomi ʒjß. unciis ſex hujus liquoris affundantur ℥xij. Sacchari albiſſimi, & fiat Syrupus ſine ebullitione, aromatizandus nodulo continente macis ʒj. Ambr. griſ. ℈j. moſchi, *gr. x.*

Coagulatio Olei ⊖. per ♂.

℞. Olei ⊖. ʒß. Spiritus vini ℥iiij bulliant ſimul in cochleari ferreo, agitando rudicula ferrea, inſpiſſabuntur, & tandem fiat pulvis, cujus hæc quantitas dabitur circiter ʒij. ſumum hepatis inſtaurans.

Crocus ♂. Saccharinus.

Egregium hepatis inſtaurans, optimum ad dyſenteriam remedium exhibitum cum conſerva roſar. vel cydoniato ſic paratur.

℞. Laminas ferri nitidiſſimas, ungantur Olei Vitrioli ſ. q. ponantur ſuper olla aqua plena per quatriduum contrahat rubiginam vitriolatum, quæ penicillo ex aurichalco eradatur ſiatque, ut ſupra, ſervetur ad uſum.

Syrupus chalybeatus, My-lady Hatton. NB.

℞. Limaturam puriſſimam chalybis vel ferri immerſi ſæpius aceto, & in loco calido macerent. tandem converſ. in rubiginem exeſo metallo teratur in

Al-

t. Lutet.
D. Froment.

Alkool, de quo cape ℔ß. vini albi tenuis & generoſi pint. *iiij.* rad. aperit. & arom. ℥v. infunde ſimul per 2 Menſes, mox fiat colatura, cui addatur ea quantitas Sacchari, quam poterit diſſolvere ſine ebullitione, & ſic præparetur ſyrupus.

Uſus. Primis tribus diebus exhibeatur cochleare unum deinde duo, tandem tria, atque in hac quantitate perſeverandum pro neceſſitate ſuperhauſto vino abſynthite, vel alio convenienti liquore.

Quam minimum Sacchari addendum, ſaltem ad dulcorationem, non ad inſpiſſationem ut major aſſumatur liquoris chalybeati quantitas, & ut tenuior liquor citiùs & faciliùs penetret, vel infuſioni huic uſus tempore, addatur Syrupus aliquis appropriatus, ut pomorum aut fumariæ, &c.

℞. ♂. ℔ß. irroretur aceto acerrimo inſperſa ℥ß. pulveris Caryophyllor. ita ſinantur per horas 24. mox pulvere ex diſco, in quo fuit extenſus collecto, ei in fictile vas lapideum, vel vitreum poſito affundantur vini albi generoſi ℔iij. fiat infuſio per octiduum & colatura, quæ cum ℔iij. Sacchari lentiſſ. calore reducatur in Syrupum. Iſta eſt proportio Syrupi Dom' *Hatton*, qui mirabiliter ſapit ferrum, & ſine nauſea optimè in ipſa operatur.

NB. *Vini Chalybeati præparatio.*

Dominus *Matthias*, ſemper præparat ex ♂. crudo & vino *Malagenſi*, capiat. ℥ij. ad ℔j. vini poſt longam infuſionem, & vini denigrationem exhibet, incipiendo ab uno cochlearii vel altero, cum aliquo liquore conveniente ſenſim augendo.

Butlerus ſic faciebat, ad ℔j. chalybis crudi accipiebat pintas *iij.* vini Canarini aut hipp. infundebat ad denigrationem, mox dabat 2 vel 3. cochlear. ex liquore aliquo, reaffundendo tantum vini quantum detrahebat de infuſione ſic pergebat per dies *xv.* tandem totum infuſum propinabat ad finem uſque. Mirum eſt quàm magnam quantitatem hujus liquoris quotannis in ſuorum ægrorum curatione conſumpſerit.

Croci ♂. aperientis vera præparat. de Pleurs. NB.

℞. Limatur. chalyb. ℔j. 🜍 ℥ij. ponantur ſimul in crucibulo, & urantur continuo agitando per 2. vel 3 horas deinde ſinantur omnia refrigerari, teratur materia, cui admiſceantur ℥ij. Sulph. novi, & fiat, ut ſupra, repetendo operationem ad *vj* vices, ita aperitur optime ♂. & melius penetrat, eſtque pulvis roſeus. Quarta vice materia eſt tenax quodam quaſi glutine cohærens, & mire ſapit vitriolum.

NB. Nimis longa uſtione perit vis chalybis aperiens, & evaneſcit vitriolnm. Pulvis niſi habeat Atramentoſum ſaporem eſt evanidus & tantum aſtringens. Vide, nunc ſit valde Vomitorium Remedium quarta vice, nunc per longam infuſionem poſſit Vinum potentiſſimum parari infuſionis longitudine non emeticum.

Magiſterium chalybis.

℞. Limatur. chalyb. ℥iiij. Cremor chalybeatus non eſt minoris virtutis, ℔iiij. Tartari albi pulveriſ, ℥viij. Aqua commun. diſtillat. Poculum unum. . Infunde omnia in vaſe vitreo, & digerantur in arena lento igne donec liquor acquirat colorem rubini, filtretur per chartam, exhalet ad conſiſtentiam craſſam & uſui ſervetur. Doſis á *gr. iij.* ad *x.* cum conſerva idonea, vel cum Pilulis. Æquivalens vel Melius.

℞ Cremor Tartar. ℈j. 🜖. ⊖. *gr. v.* Anim. hepat. *gr. iij. iiij. v. vj.* Sic dedit ipſe Angel. *Sala*, Dom' *Matthiæ Hulsbos*, ſub nomine Magiſterii Chalybis.

Sudorificum ex ☉. & ♂.

NB. Præparationem aquæ ex duobus Fratribus ⦶. & 𝔛.

℞. ⦶. 𝔛. *an.* partes æquales, terantur, & commiſceantur, & ex retorta cum tuba pellantur hoc modo. Hujus pulveris ſaltem ℥iiij. immitantur per tubam pro vice. Retorta autem in fundo habeat carbones, & allutetur magnum recipiens Spiritus prodeuntes, alii in recipiente coagulentur linteis lymphatis, ceſſantibus Spiritibus eadem pulveris quantitas de novo injiciatur, fiatque ut ſupra, donec ſatis magnam quantitatem aquæ habeas ſive ſpiritus, qui in Balneo M. ſemel rectificetur. Cum hoc Spiritu, & Croco martis, & calce auri elicitur pulcherrima Tinctura. Valde ſudorificum remedium. Doſis martis *gr. ij.* in Menſtruo conveniente, ſeparetur iſta Aqua à Tinctura, & ſemper valet ad extrahendas tincturas. Dubito Ferrum per Sulphur. liquatum ſubtiliſſime tritum citra aliam uſtionem optimum ad omnia Remedia, quæ ex chalybe parari conſueverunt, reducatur in Alkool cum Aqua Cynamomi vel alia.

Purgans ♂.

℞. Croci martis primò cum 🜍. calcinati mox reverberati q. v. poſtea cum ∴. ♎. & ⊡. extrahatur croci flavedo crebris affuſionibus & digeſtionibus ∴. evocetur remanent in fundo flores dulces. Alias vellem cum Oleo 🜖. præcipitare deinde ⊡: ablutione evocarem edulcorando, qui Aqua calida dulcorentur, à Sale liberentur purgant per ſedes.

Pilulæ e Chalybe.

Petantur ex viatico, ad quarum imitationem tale præſcriptum à Danſæo.

Electuarium.

℞. Conſervæ borragin. ℥iij. Capill. veneris vel meliſſ. ℥j. chalybis præparati ʒv. pulv. ceterach. tamaricis, ſemin. alth. *an.* ʒj. Sacchar. parum cum Syrupo de Polypodio, fiat Electuarium.

Pilulas ſic præſcripſi e Chalybe.

℞. Limatur. chalybis præparat. ℥j. Seminis alkekeng. melon. aſari & chelidon. majoris pulver. *an.* ʒiiß. pulveriſ. ſenæ ℥ß. cum Oxymel. ſcyllitico fiat maſſa, adde olei aniſi ℈j. Doſis ℈ij.

Electuarium Magiſteriale.

Pro obſtructionibus hepatis & lienis, diverſæ ſunt præſcriptiones ex quibus, quæ ex chalybe eadem optima.

℞. Limaturæ chalybis præparat. ℥iiij. ſpecierum diarrhod. abbatis & diacurcum. *an.* ℥j. Epithym. & Thym. *an.* ℥ß. cum mellis deſpumat. q. ſ. fiat Electuarium. Doſis ʒij. horis tribus ante cibum.

Præparatio & Infuſio Chalybis.

℞. Limaturæ ferri novi puriſſimi ℔j. irrorentur aceto vini albi acerrimo inſpergatur ℥ß. pulver. Caryophyllorum & ʒij. macis, extende in aſſerem rotundum & ſinans macerari per horas 24, mox pone in phyala, cum rad. filicis chicorii fœniculi ruſci *an.* ℥ß. cortic. median. fraxin. coct. tamaric. *an.* ʒiij. cortic. ſaſafr. ʒij. fol. ſicc. fumar. chamæer. Salviæ, ceterach. *an.* ʒiij. cortic. aurantior. & citr. ſicci *an.* ʒiß ſumit. abſynth. pont. *M*ß. affunde vin. canar. optim. ℔v. fiat digeſt. in Balneo per octid. Doſis quotidie mane ℥j. 4 ante prandium augendo prout videbitur.

Chalybis Effectio ex ferro.

℞. Certam quantitatem ♂. vulgaris vel ex *Suecia* allati (quod eſt durius) q. v. pone in X$^{\text{lum}}$. opplendum pulvere carbonum præparatorum ex ligno, deinde luto fortiori minutum, paulatim calore ſolis vel hypocauſti, induratum, pone in ignem lentiori gradu ad ſumum per 24 horas procedendo, paulatimque refrigeratum, tandem ubi exemeris chalybem verum naturalia qui pollentem, ad eoſdemque uſus optimum invenies.

De ferri Virtute Aquæ Communicanda.

Ferrum ratione impuritatum ipſius compoſitionem ſubintrantium facilè externis injuriis patet, néque poteſt ferre humidum, à quo prolectatum in ipſo latens vitriolum, & aliquatenus diſſolutum ipſius ſuperficiem petit, atque in rubiginem effloreſcit. Porro quo acutius eſt menſtruum, ſive Salſuginem in ſe habeat, ſeu acido aliquo turgeat Spiritu, (Vitrioli nempe qui, Sal eſt univerſalis per totam rerum naturam & ſingula individua diffuſus) eò citiùs ferrum aperit, expedit, diſſolvit, & tandem redigit in Crocum. Aquam nubis tincturam, & virtutes ferri ad ſe trahere, ſatis indicat ſimplex illa infuſio fruſtorum ferri antiquorum rubigine ſqualidorum, novorum etiam apprimè terſorum, (licet ſit imbecilior) qua coriarii per gallam prius tranſmiſſa, & querens corticem, coria ſua denigrant.

Alexander Petronius, Medicus inſignis *Romanus*, Aquam ſuam ferratam infuſionis prædictæ utiliter ſolebat ægris ſuis propinare, viſcerum naturalium obſtructionibus aut, imbeicllitate, aut ἀτονίᾳ laborantibus. Aquis appropriatis ſtillatitiis, ſi pauciſſimi admiſceatur aciditas, ſeu Mineralis ea ſit, Olei Vitr. Sulphuris Salis, ſeu Vegetabilis qualis deſumitur, ex aceto omphacino ſucco rhabarbari ex foliis extracto, Oxytriphylli aceto roſar. limonum aurantiorum, granator. Berberis, potentius aperient martis Corpus; & ſic evadet Medicamentum efficacius, Videndum autem nequid nimis, quippe ſatis eſt virtutes metalli tenuiores, & magis aereas Saltem delibare, quam penetrantiſſimo diſſolvente ferrum in Vitriolum reducere, cujus liquamen admodum eſt vomitorium. Tartari aciditas dum ejus Chryſtall. præparantur, ſi ad ſingulas libras ℥iiij. Limatur. chalyb. addantur, affuſa magna Aquæ copia inter bulliendam familiari ſibi Jungitur martis vitriolo, & ſic præparetur. Cremor Tartari, quem Magiſtralem voco, in quo præparando, videndum ne longa nimis, aut violenta coctione metallum penitus diſſolvatur, cremorem ſeu potius vitriolum, ſic daturum valde vomitorium. Nec minori cura providendum, ut ſine permixtione ſubſtantiæ chalybis, ſolus cremor utcunque vireſcens habeatur, quod fiet, ſi poſt ſufficientem ebullitionem fervens, adhuc liquor per manicam filtream, in ſubjectam patinam fictilem vitreatam trajiciatur. Aqua poſtquam refrixerit, ea per inclinationem effuſa colligantur patinæ ambitum obſidentes chryſtalli, qui virtute paucitatem ſuam compenſant, Plures ſi velis reſtibilibus Tartaro & Chalybi novam aquam affundito, & iterato proceſſu eadem via progredere. Qui tartaro in aqua fervente diſſoluto limaturam injiciunt, & coquunt diu, atque non cremorem ſed totum tartari corpus Martiale terunt in porphyrite, & ſic exhibent, de lucro magis quam de bonitate remedii ſolliciti eſſe videntur.

Aqua ex iſta præparatione reſtans per chartam emporeticam acta reſervari poterit ad catharticorum Infuſiones, ad hypocraticum aperiens, hepaticum, ſpleniticum, hyſtericum, ad Julepos cæteraque remedia viarum reſerationi, & viſcerum corroborationi aſſignanda.

Sunt qui hoc pacto Minerales Aquas imitari, ſatagunt claudo me Hercle, non inutili tamen aut rejiciendo commento.

Limaturæ ferri affundatur aceti acerrimi, (quidni Sambucini, roſati, vel alterius) ea quantitas quæ ſex digitis ſuperemineat, ſinatur fieri infuſio longa loco calido ſi lubet in hypocauſto in fimo, ad ſolem, donec ſatiſcens metallum, ſi non penitus ſaltem maxima ex parte diſſolvatur. Hujus ſolutionis (quæ forſan melius fiet in aceti Spiritu) cochlearia aliquot magn. quantitate aquæ propriæ ut chicorii, fumar. abſynth. meliſſ. pomorum, artemiſ. &c. permiſcenti per minima & liquorem in ea quantitate, quam ferrè poſſit Ventriculus, & morbus poſtulat propinant, vel per ſe, vel addito pauco Vino Rhenano.

Aquæ Minerales ferruminoſæ & vitriolatæ quæ transferri poſſunt quales ſunt Spadenſes, Purgiacæ, & *Vic le Conte*, non ſolum ferri additione fruſtulatim injecti præſervari, verùm etiam gradu virtutis augeri poſſunt.

Notandum ſic ferro conditi liquores, aquum, acetum vinum, ut non corrumpantur, aquadulcoretur, acetum & vinum nunquam abeat in vappam. Ego ipſe vinum chalybeatum à me præparatum ſumma cum diligentia, poſt ſeptem Annos odorum, potens, ſapidum, matri mea melancholicæ exhibui optimo cum ſucceſſu, Hic ſiquidem facta vini mentio (licet caput hoc aquæ deſtinatum fuerit) notetur obiter, bona quidem ea eſſe vina, (Stomachicum, Hepaticum, Spleniticum Hyſtericum) quæ permixtis chalybi variis ſimplicibus partem affectam reſpicientibus juxta indicationes Medicas, & medendi intentiones præparantur.

Melius tamen limaturam chalybis Aquâ purâ irroratam (quæ hoc pacto incaleſcit, & per humectationis repititionem ab intrinſeco igne calcinatur) in pulverem ſubtiliſſimum terere, ejus libris ſingulis ℥xij. addit. Caryophyll. ʒij. Vini Canarini ℔vj. affundere in ampulla vitrea ampla & forti, quod vas repoſitum, & ſæpius agitatum ſervetur ad uſum. Cujus tempore liquores cochleare unum, & alterum plus minúſve pro ratione morbi, & perſonæ permiſceatur decocto idoneo, aut infuſioni in vino albo factæ.

Fons *Ebſham* ſecundo à pallatio *Nonſuch*, Lapide Scaturiens in inculto ericeto, habet aquæ permixtum nitroſum ſalem in ea quantitate ut Aquæ ℥viij. Salis, grana *xxxij*. contineant. Cui ſimilis Aqua ex puteo in Regio vinario prope Caſtrum *Windſor*, hauritur *xxij* Saltem grana in eadem Aquæ quantitate habens. Purgant iſtæ Aquæ potenter per alvum, prima tamen validius, quæ tranſportari & aſſervari diu integra, facultate poteſt. Hæc optime exhauritur meſcenterii mæandros obſarciens ſaburra, & luculenter præparatur via Aquis aliis diureticis *Wallemburgenſi*, *Briſtolienſi*, *Tounbrigenſi*. Vide quid præſtiturum ſit in hac infuſum, ferrum per fruſtra majora aut minora, vel in Limatura v. g. ad ℔viij. ſumantur ferri limati ℥iiij. integri autem ℔j. repleri poterum doliolo aliquot gallonum, juxta hanc proportionem, atque vaſa hæc in cella ſubterranea collocari unde aqua depromatur ad uſum, incipiendo ab ℥xx. ad *xxx*. *xl*. & ſenſim aſcendendo ad quantitatem ventriculo mora tolerabilem.

Obſervetur effect. juxta quem additione, correctivorum, aut imminutione quantitatis, naturæ minus ingratum reddatur remedium.

In Aquarum Mineralium exhibitione experientia quotidiana docet, illis ſi ſal addatur per alvum, ſi ſaccharum per urinarios ductus inſigniorem ſuccedere evacuationem. Quidni in aqua multo Saccharo prægnante

(quæ ſpecies eſt Salis) diu inſuſum ferrum ſalutarem liquori vini impertiturum eſt, ex quo addita cynamomi vel Aqua, vel tinctura poterit concinnari hypocraticum tutò, & non injucunde propinandum.

Nemo ante me, quod ſciam, metalla admiſcuit potibus medicatis.

Soleo ad varios uſque ſecundum intentiones immergere vinis, præſertim Xo. cereviſiis medicamentoſis. ♂. & crudum, & diverſi modi præparatum. ♃ Cornubienſ. purum putum raſum. ♂. crudum. Idem cum ⦶. fixat. ☿. præparatum in caput cervi, in Mannam ſeu commun. ſive ♄. in ♓. in calomel. aliaque modo ſub forma pulveris.

Mr. *Cicard* tum Lutet. cum decocto zarzæ parillæ, & ♂. crudi præparato in cacabo æneo, ex aurichalco (Leton) multos pertinaces morbos debellabat; licet idion. & ignarus Somuncio.

Quandoque olitor opportuna loquitur.

Meum eſt Inventum. Cereviſiis medicatis indere fruſta ferri ante fermentationem, cujus ſapor in depurato & maturo liquore, citra coloris alterationem exuberans percipitur. Hoc primo feci per analogiam cum vino, in quo fortuito merſus per annum, & penè exeſus magnus dolarii culter Albonæ, vinum per totum annum incorruptum ſervavi eo, inquam feci animo ne aceſcat cereviſia, cui intentioni ſuccenturiata accedit aperiens, & roborans facultas. Eodem modo omnibus liquoribus, ſive Succis, ſive decoctis per fermentationem depurandis, & maturandis ferrum immitti poterit, ut muſto, pomaceo, pyraceo, hydromelite, paſſulato, & factitio vino ex palmulis ficubus, aliiſque fructibus.

Superius, ubi de chryſtallis tartari tractatum eſt notari potuit ſucco acido oxytriphylli, & aceto ſello ſylveſtris, quæ in novalibus, & pene ubique creſcit, inditum chalybem chryſtallos (qui in ſpiſſato per phlegmatis evaporationem ſucco, in fundo cucurbitæ vitreæ remanent) ferri virtutibus imbuere poſſe. Quicquid in olla ferrea coquitur præſertim ſi quid habeat Salis vel acuminis, aliquam à metallo mutuatur qualitatem, unde ſi minus ingratum cremorem licet minus efficacem tartari chryſtallum habere velis ipſum in tali olla extrahito, vel per ebullitionem, vel per delibationem efflorescentis cremoris ad aquam ſuperficem factum cum cochleari perforato ut a. e.

Squama ferri ex eodem candente inter cudendum excuſſa id bonum habet, quod ſulphur agreſte & impurum (à quo limatura chalybis flamma inſperſa accenditur) jam abſumptum eſt unde fit, ut minori cum incommodo ventriculi aſſumi, etiam ipſe pulvis poſſit tum ad apertionem obſtructionum, tum ad viſcerum corroborationem præclarum eſt ſequens, quod ex meo conſilio. Lutetiæ ſucceſſit experimentum, in filiolo D. *Le Grand*, Regis poſt modum primarii Chirurg. Squama prædicta à pulvere optimè mundata teratur, & in bona quantitate bulliat in aqua fontis, ad 3 partis aquæ conſumptionem. Hic liquor ſit pro potu ordinario in hepatis ἀτονία & longo fluxu, certo prodeſt. Et quo ſimplicius eſt remedium ſine ulteriori variorum ingredientium admixtione, eò certius operatur. Si magnum ſit malum, eò major ſumenda eſt ſquamæ quantitas, & quavis vice nova aſſumenda ſi debilius, tunc magmati poſt primam decoctionem nova aqua affundatur bis ſi volueris. Hoc remedio infans ab omnibus derelictus, & ex diarrhea multorum menſium tabe pene confectus, & moribundus curatus fuit. Et ſeptimo poſt curationem, anno quo tempore mater mihi exitum fœlicem tanti mali narrabat inculpata fruebatur valetudine.

Idem quoties Stomachum debilem perſentiebat fœliciter redibat,ad uſum remedium. Deinceps infiniti variis fluxibus, & Jecinoris debilitate laborantes ſervati fuere.

Puer quidam à diarrhea longa, procidentia ani laborans reducto intra triduum, inteſtino eóque in ſua ſede retento, poſtea continuato uſu aquæ iſtius bovi convaluit.

Hujus Battituræ ſeu ſquamæ ſubſtantia prodeſt ad ani dolorem, & tumorem ab hæmorrhoidibus,ſi videlicet in aceto per præparata, & agitando exſiccata deinceps optime ſiccetur in umbra atque ejus ʒß. propinetur cum ℥ij. Vini rub. horis *iij*. ante prandium.

Memini, anno 1619. Mulieri ad deſperationem melancholicæ ſequens dediſſe conſilium, quo obſervato convaluit.

Purgata fuit bis fœlici cum ſucceſſu ʒjß pulveris benedicti Valeſci de taranta, & ſenſit magnum omnium ſymptomatum levamen.

Miſſus ſanguis de brachio dextro cum εὐφορία. Purgata iterum ut ſupra, deinde exhib. vinum ſequens per dies *xxx*.

℞. Battituræ ferri, ſive ſquamæ quater in aceto accerrimo extinctæ, & in Alkool levigatæ ℥xvj. Polypodii ℥iiij. fol. chamædr. ſumitat. hyperic. *an.* ℥ij. ſumitat. roriſmarin. cum floribus ℥j. Caryophyll. mac. cynam. *an.* ʒij. folior. ſen. mund. ℥vj. omnia conciſa irrorentur vino canarino, & in eo macerentur per hor. 24. mox affundatur in vaſe lapid. vini albi gallici tenuis ℔xij. ſive quartæ *vj*. obturetur vas ſubere optime, & in loco calido collocetur quotidie,bis térve, agitando, per octiduum ante uſum. Capiat ℥iiij nariè per dies *xxx* hor. 4 ante prandium corpus validè exercendo.

Poſt octavam quamque doſin pulvere Valeſium ſemel purgetur.

Phlebotomia pedis, Hæmorrhoides, Balneum, Serum lactis, cum ſuccis, Aquæ Minerales *Tunbrigenſes*.

Victus lex bona refrigerans, humectans.

Circa Aquas Minerales factitias Speculatio 1625.

Præparetur 🜖. ♂ ex limatura, aut Squama cum 🜍. & 🜖. Spiritu ut a. e.

℞. Hujus 🜖. partem unam Sacchari candi ſubſtitit pulveriſ. part. *ij* miſce, atque affunde ſuccum aliquem acidum,ut berberis, oxalyd. oxytriphyll. agreſtæ, fiat diſſolutio & ad levem calorem, exhalatio ad conſiſtentiam Syrupi, de quo pro renata miſceto cum aqua ſtillatitia ſeri lactis, vel Pomorum redolent. vel fumar. agito, ſi velis per manicam ſupra cynam. coriandro, ut ſupra pulvere Glycyrrh. & dato melancholicis, vel aliis ut quartanariis hyſtericis, hydropicis in debita quantitate, obſerva effectum. Poterit ſuperbibi pilulis Stomachicis cum Gummis vel aliis, ut per alvum traducatur.

Vide de nitri cum Saccharo coagulati additione. Sic *Germanus* quidam in Epiſtolis medicorum collectis à *Johanne Hormungo*, ſub titulo Cyſto Medico. Ea eſt vis ferri ut pro cæteris Metallis ruitem faciat mercurium,

curium,& ternum atque innoxium Sulphur habeat. Contrà ſeſe habent alia metalla, plumbum, ſtannum, æs, argentum vivum, quæ ratione nocentis leproſo & arſenicalis naturæ tuto in uſum medicum revocari nequeunt,præſert. pro internis Remediis, & propter. pro impuris, & noxiis metallis habentur.

Ferrum autem utile ad multa corporis mala præſertim,verò ad debilitatem hepatis, ventriculi lienis & viſcerum ſive inteſtinorum, iis omni tempore proficuum, cui ſecundum antiquorum, & modernorum Medicorum teſtimonium pro cæteris hæc attribuitur virtus, quod inter omnes Aquas Medicatas, Solæ Aquæ, quæ ferrum continent ad Ptyſin laudantur, & magni inveniuntur juvamenti. Idcircò ferrum puritate ſua quam proxime accedit ad argentum, imò argento procellit in Medicina quoniam virrutem ſuam ſine violentia dimittit, ſeu de ſe ſinit extrahi, atque ita purè ſine additione venenata, ſive deleteria aquis poteſt permiſceri, cum è contra id ex argento nequaquam poſſit elici ſine Aqua forti, aliiſque naturæ noxiis, & deleteriis Remediis.

Liquor Spadanæ æmulus.

Cum Spiritu Salis marini irroretur limatura ♂. atque extrahatur 🜖. ſicut cum Spiritu 🜖. aut 🜍. vulgari. Diſſolvatur in liquore appropriato, & ad duos vel tres cochlearia propinetur Melancholicis.

Vidi equidem valde hypochondriacum, qui profeſſus eſt ſe nullo alio remedio tam inſigniter adjutum fuiſſe.

Liquor ex 🝅. & ♂. Angeli Salæ.

Ad ℔j. Limaturæ chalybis puriſſimæ ſumantur ℔iiij. Tartari crudi puri, in ſubtiliſſimum pulverem reducti, miſce omnia exacté, affundatur aqua, & ſimul relinquantur in vaſe lapideo, ſæpius ſpatula lignea agitando, tractu temporis exeditur chalybs, fit fermentatio, & diſſolvitur etiam ſine adminiculo caloris externi.

Hunc liquorem dat primo aliquot drachmas deinde uncias, in obſtructionibus, ictero, hydrope, & ſimilibus malis.

Vide num cum Sale marino, cum ſale gemmæ, Nitro, Saccharo, idem poſſit fieri cum aqua, vino, aceto.

Vide num ſatiùs fuerit in præparatione Salæ, loco aquæ, ſumere Vinum Rhenanum, vel aliud tenue album Gallicum, num Aquam multo Vitrioli, aut Salis, aut Sulphuris Spiritu perſuſam.

Quid cum aceto vel Simplici, vel Diſtillato, quid cum phlegmate vini & aceti, ſpiritu ſimul affuſis ♂. & 🝅. Vide de ſuccis acidis berberis, limon. rhabarb. oxytriphyll. acetoſæ.

Poſſet hic Liquor purgans reddi addita certa quantitate Scammonii, item ſena, rheo, turbith, cortice mediano ſambuci, frangulæ, radice ebuli.

Hanc præparationem ſic mihi retulit D. Deodatus , *dixitque ſe ab* Angelo *Sala habuiſſe.*

Tartarus albus crudus, puriſſimus ſubtil, tritus in quadrupla

pla proportione miſceatur cum limatura chalybis nitidiſſima, in olla ferrea. Hiſce affundatur aqua pluvia pura, atque propè ignem, vel pone fornacem ſinatur fieri infuſio longa aliquoties quotidie agitando, nitra octidui ſpatium nigreſcit aqua, ſeu potius ſaturatiſſimo rubore fuſca redditur, utcunque diaphana. Hic liquor poteſt propinari ad aliquot drachmas & uncias, vel per ſe, vel aromatiz. aqua cynamomi, aur alio modo vel trajiciendo per manicam ſupra pulv. coriandri, vei Aniſi, vel Cynamomi, vel Glycyrrhiz. fiat veluti hypocraticum, ſi diu iſta ſimul reliqueris tandem totum ferrum abſumitur, velſaltem eliquatur.

Nonnunquam vomitum movet hic liquor propter Vitriolum in quod ♂. reſtibile, ex quo tabellæ fiunt cum Saccharo aliiſque idoneis ad obſtructiones pallidos colores, hepatis ἀτονίαν hydropem, uteri affectus à laxitate vel debilitate, debilitatem viſcerum omnium naturalium.

Purgans poteſt huic infuſioni addi ſena, item rhabarb. gratiola, cæteràque cathartica etiam cum correctivis.

Item alterantia quædam admiſcebuntur utiliter ut abſynthium, mentha, meliſſa, guaiacum, ſaſafras, infuſio nova roſarum.

Multi ægri non ferunt vinum quibus utilis erit hæc aqua tartari chalybeata.

Proculdubio hoc liquore promovebitur vis catharticorum, nec non inſigniter corroborabitur ſtomachus poſt purgationem. Vide de ſumendo hoc liquore ad infuſionem purgantium.

℞. Folior. ſenæ mundat. minut. inciſor. ℥ß. Caryophyll. conciſ. N° *iiij*. hiſce affunde aqu. tartari chalybeat. ℥ij. Aqu. pomor. tantundem. Liquores autem iſti affundantur præcalidi ſinatur fieri infuſio per noctem in frigido, mane, fiat expreſſio fortis & colatura, in qua diſſolve infuſionis novæ roſar. pallid. ℥j. Mam. Calabrin. ℥ß. Aqua Cynam. ʒj. miſce, fiat Potio.

Quid ſi cum hoc liquore ſolo, fiat Infuſio ſenæ, ſive in hac aqua tartari chalybeata optime per chartam emporeticam colata diſſolvatur ſ. q. Sacchari, & fiat Syrpus Martialis.

Syrupus. ♂lis.

Sic dedit Angelus Sala, *D.* Matthiæ, *ſub nomine Magiſterii Chalybis.*

℞. Limatur. chalyb. ℥iiij. tartari alb. pulveriſ. ℥viij. Aqua commun. ſtillat. poculum unum ℔iij. ut ipſe interpretatur. Infundantur omnia vaſe vitreo, & digerantur in arena lento igne donec liquor acquiret colorem rubini, filtretur per chartam, exhalet ad conſiſtent. craſſam, & uſui ſerva. Doſis à *gr. iij.* ad x. cum conſerva idonea, vel cum pilulis. Vide de infuſione chalybis in aqua ſtillatitia communi, vel appropriata, addito Saccharo, Melle, Sale Petræ, ſalibus abſynthij, arthemiſiæ filicis, cochleariæ, &c.

Æquivalens vel melius. ℞. Cremor 🜿. ℈j. 🜿. ⊕. *gr. v.* Aninm. hepatis, *gran. iij. iiij. v. vj.*

Ad Caput de Aquis Mineralibus artificialibus Spadanarum, [Forgenſium, Wallimburgien. Briſtol. *æmulis*.

Minerales. Aquæ prædictæ, cæteraque quamplurimæ præcipue acidulæ pro inhæſionis ſubjecto habent aquam communem, ſive nubis, quæ terræ concavitates præterfluens ſecum rapit Spiritus Vitriolatos, & dum ferri fodinas, vel terram aliquam Martialem, lambit Sulphure martis imprægnatur à quibus (Vitriolo, videlicet, & ferro) manat Atramentoſus ille ſapor quem potantes deguſtant. Et quoniam nulla terra eſt ſine aliquo Sale. Etiam ejus particulam recipium Aquæ, quam poſt exhalationem, exhibent ſpiritibus tenuiſſimis plane evaneſcentibus. Sunt & aliæ Aquæ, quæ alios habent Sales cit. ullam ferri aut Vitrioli admixtionem, quales ſunt aluminoſæ, nitroſæ, ſalſæ, Fontis *Ebſham*, &c. Quædam ut Thermales plane inſipidæ, bituminis Sulphurei ſpiritibus prægnantes, & cum magno calore ebulliant.

Ego naturam imitari conatus Aquas Vitriolas & ferruminoſas, ſic præparandas cenſeo, ut in iis permiſceatur Vitrioli Spiritu. & ferri puriſſimum Sulphur, à quo prædict. ſpirit. coagulatur, & priſtinam naturam reſumit, ſub ſpecie Salis ſive Vitrioli.

Fiat igitur, vel Vitriolum Martis cum limatura chalybis, Oleo Vitrioli Romani validiſſimo, & ponderoſiſſimo, & Aqua communi, vel anima hepatis cum eodem oleo & ſpiritu vini puriſſimo in ſartagine ferrea. Hæc per ſolem apprime depuretur, illud ſolutione, filtratione, & artificioſa coagulatione, reducatur in Chryſtallos valde diaphanos & virides.

℞. Alterutrius (nobilior tamen eſt anima) ʒx. aquæ pluviæ ſeu cyſternes, vel Fontis, aut fluviatilis puriſs. ℔xxx. Spiritus ⊕. ʒx. vel q. ſ. ad leniuſculam aciditatem, filtra ſæpius in vitreo infundibulo per Spongiam, per Linguam multifidam filtraceam, ſufficit dimidium ſaltem ſpiritus, Vitrioli ʒv. ſi debiliorem velis liquorem, adde aquæ duplum. Nempe libras *Lx*. ſatiùs tamen eſt ſumere tantum ℔xxx. quoniam in rem præſentem poteſt addi plus Liquoris, vel Aquæ Simplicis, vel appropriatæ, aut Aquæ Pomorum, Aquæ Lactis, Stillatitiæ, ſeri Lactis clarificati, Sacharati, in quo etiam Solo diſſolvi Sales Martiales in debita quantitate poterunt, & propinari ea lege, ut ſtet ſerum ſub die per noctem poſt admixtionem Salis, mane autem filtretur, vel per Spongiam, vel per Chartam emporeticam Libræ *xxx* ſingulæ capiunt, *gr. xxiiij.* Salis Martialis. Prima Doſis die prima eſto ℔j. ſecunda ℔jſs. tertia ℔ij. ſic aſcendendo uſque ad ℔iiij. ſi Stomachus ſit ferendo. Quod ſi (ut verum eſt) dicamus Aquas etiam quantitate, penetrare tunc duplex quantitas earundem ℔xl. ſumatur primo die ℔ij. deinde aſcendendo ad *iij*. & *iiij*. *v*. *vj*. & ulterius pro effectu Medicamenti, & facili toleran.

tia Ventriculi, ſuperambulando, ut fieri ſolet in aſſumptione Aquarum Mineralium.

Quid ſi ſic? ℞. Salis Martialis ʒx. Aqua pluviæ ℥xxx. diſſolve, filtra ſedulo, & ſerva ad uſum in ampulla probe obturata, Singulæ unciæ aquæ habent, *gr. xxiiij*. Vitrioli ♂.

Ad uſum. ℞. Liquoris cujuſcunque (facientis ad diſpoſitionem corporis curand. & morborum tollendorum naturam) ℔iiij. Solutionis prædictæ ℥ij. *iij*. *iiij*. paulatim aſcendendo, miſc. & aciditatem concilia ſpiritibus Salis, 🜍. vel ſucco Limonum, vel ſpiritu acido tartari rectificato, vel etiam aceto vini aut Mellis ſambucino, Caryophyllato. Adde Vinum Rhenanum, vel aliud album tenue uſus tempore, Adde etiam infuſiones catharticas, vel ſeorſim ſac aquas Catharticas cum ſena rhabarbaro, turbith, cortice mediana frangulæ, colocyntid. Camboya, hujus Liquoris hauſtus ſumatur horis ij ante potum, aquæ diebus alterius, vel tertio quoque die pro neceſſitate.

Memento Cathartici mei imperialis conſtantis extincturis Scammon, ſeu reſina & camboya. Cujus ʒij. plus minúſve poterunt ſumi ex vino albo hora una, & altera ante hauſtum Aquarum. Item detur elaterium cum pilula aliqua ut aggregat, vel Catholic. *Paracelſ.* aut *Serej.* Vide *Tallopium*, & alium Authorem *de Catharticis capite de Elaterio.*

Eodem modo poſſunt præmitti Aquis Therebentina, utráque Gumm. Ammoniac. Bdellium. Styrax, calamit. Benzoin, ſuccin. Gumm. anim. 2^{d}. indicationes varias ea lege, ut ante Aquarum hauſtum duabus horis iſta aſſumpta fuerint.

Hypocraticum gratum poterit, etiam præparari v. g. ℞. Aquæ Martialis validiores ℔iiij. vini alb. Rhenan. vel gallici tenuis ℔j. Cynam. ℥ß. vel ʒvj. vel ℥j. Sacchari albiſſimi ℥viij. *xij*. *xvj*. agito ſæpius per manicam ut a. e. & tingito ſi velis turneſol.

Hiſce liquoribus medicatis addentur etiam utiliter ſucci antiſcorbutici depurati in ſcorbuto. Parietariæ, taraxaci fragor. rubi idei, prunellor. in fluxibus, Archangelicæ albæ, urticæ, plantag. nymph. in Gonorrhæa & fluore muliebri, ſuccus lapathi Sanguinei, Sanguinariæ plantag. tinctur. *Braſilii*, in hæmorrhagia quacunque in dyſſenteris.

Qui ſucci omnes depurandi in Balneo per reſident ut a. e. Vide de præparanda cereviſia, aut hydromelite cum iſtis Salibus Martialibus, qui liquores poſt exactam fermentationem bibantur etiam in paſtibus.

Cogita de Aqua Vitriolata *Gallica*, utenda pro potu ordinario in Cachexia, Hydrope, debilitate hepatis, lævitate inteſtinorum, Ventriculi ἀτονίᾳ fluore Muliebri, Gonorrhea, lachrimatione proſtatarum compreſſarum in egeſtione duriorum fœcum, Vomitu frequenti, attritione ventriculi & dolore poſt aſſumptum cibum fatigante, qui liquor vel per ſe, vel vino admiſtus in paſtibus etiam poterit exhiberi.

Longus & continuus uſus remediorum pertinaciſſimos morbos debellat.

Imprimis vero cogita de præparandis iſtis aquis martialibus ſumendis in magna quantitate, ut naturales, ſolent cum Aqua fontis *Ebſham*, ut ſimul purgent, aperiant, & roborent.

Nota admixtorum iſtorum ſalium martialium anim. hepatis, aut Vitrioli poſſe. Quam naturales quales ſunt *Tunbrigenſes*, *Wallimburg. Forgenſ.* imo ipſæ ſpadanæ, & Pugenſes v. g. ſi ſumantur aqua naturalis ℥c. aut ℔vj. ℥iiij. anim. hepat. ℈ij. *iij. iiij. v. vj.* ſpiritus 🜖. q. ſ. ad grat. acidit. remiſſam tamen quæ guſtu juxta ſubjecti diſpoſitionem explorabitur.

Hic liquor deduci poterit per alvum, aut urinæ vias admixto Saccharo, vel Sale, extracto per evaporationem aquarum fontis *Ebſham*, aut *Windſor*.

Circa compoſitionem aquar. min. videndum eſt ut moderatè & ſuſpensâ manu 🜖. Spir. admiſceatur ne videlicet nimia aciditas, & pellato & ſtomacho ſit ingrata & noxia. In ſuperiori folio ſumpſi ʒj. ſpiritus ad ſingulas libras Aquæ ſed ſufficit ʒß. vel ſatius erit ad Saporis gratiam uſus, Tempore tolerabili acore condire. Ego gratiſſimam aquam preparavi addita tertia parte vini rhenani liquori qui recepiebat ʒj. ſpiritus pro ℔j. Aliud vinum etiam ſumi poteſt, ut gallicum minoris pretii. Sed vide num poſſit omitti ſpiritus 🜖. qui in ipſa anima hepat. aut martis 🜖. copioſus latet & pro eo ſumi oleum acidum 🜍. vel oleum ſalis, vel quod mihi valde placet. ℞. 🜋. vini albi pulcherimi & ſcyntillant. ℔j. Coque in cacabo ferreo amplo vel patina fictili vitreata aut pelui argentea ſatis capaci ad ℔iij. conſumpt. fiat colatura per manicam ad ℔xvj. in quibus diſſolve animæ vel. 🜖. martis ℈xvj.

℞. Hujus aquæ ℔ß. ſive ℥viij. vini alb. ℥iiij. aquæ cynamomi ſpirit. menth. abſynth. angelic. roriſm. pro ratione partis affectæ ʒj. miſce pro primis doſibus, & augeto paulatim donec totam libram ebibas augendo etiam pro effectu & ventriculi ἐυφορία.

Circa directionem Aquarum mineralium, ut varios producant effectus notentur ſequentia.

Aquæ Thermarum *Barthonienſum*, nec non *Wallimburgenſes*, ſi cum Saccharo potentur ducunt per urinas, ſi cum ſale coqui. per alvum vtrinq. copioſe Aquæ fontis *Ebſham* ℥viij. continent *gr. xxx ij.* ſalis nitroſi non tamen combuſtibilis putei vero prope *Windſor*, in vinario medio dicto (*Middle Park*) habent grana ſaltem *xxij.* pro eadem quantitate ℥viij.

Quid igitur aquis noſtris factitiis vel ſal marinus depuratus admiſcebitur, vel ſale, alkali abſynthii, arthemiſiæ, Card. bened. ſtamirum & ſi liquarum viridium fabarum, tartari, vel 🜋. ipſe vitriolat. Poterit etiam lapis prunellæ cum ſ. q. ſacchari diſſolvi in lymphis noſtris medicatis ea lege ne addantur acidulæ ſpiritibus vitrioli, ſulphuris, aut ſalis, qui ſali petræ permiſti aquæ fortis nidorem excitiant. Sed aciditas concilietur ſuccis Limonum citri, aurantior. berberis, oxytriphyll. oxalid. acetoſell. ſylveſtris, ipſo etiam aceto vini fortiſſimo.

De Aquarum mineralium tranſportatione.

In aquis mineralibus quarum

virtus conſiſtit in ſpiritibus 🜍. aut 🜔. imò etiam ferri, cujus vitrioli ea ſaltem quantitas ſpirituoſa hiſce laticibus imprimitur hoc experiuntur incommodi ægri, qui propter debilitate vel negotia ipſos fontes adire nequeunt, quod adſportatæ aquæ, ac in lagenis quantum vis pice & aluta obturatis vel debiliores ut ſpadanæ, vel plane evanidæ ut *Forgenſes Wallimburg. Briſtol. Tunbrig.* habeantur. Propterea hunc excogitavi modum quo non ſine viribus, etiam longe à ſcaturigine degentibus ægris exhibeantur, imo ad ipſos fontes intendatur aquarum ipſarum vis & effectus ad laborantes partes artificioſè dirigatur v. g. fiat nodulus ex limatura chalybis vel cruda vel per aquam ſolam calcinata, aut per acidos ſuccos aut per 🜍. Vel ſi vomitus metuatur, ſumatur ſquama ferri circa incudem fabrorum collecta, in porphyrite cum vino Rhenano lævigata in Alkool. Si aſtrictione opus ſit ut in nimiò profluvio menſium, dyſenteria, fluxu hepatico, coeliaco, lienteria, fluore albo & ſimilibus ſumatur crocus ♂. aſtringens, vel corallinus, addatur partibus laborantibus debita atque hauſta ex fonte aqua nodulo in lagenæ exiſtenti, affundatur lagenæ immediate. Claudatur ſubere cerato & veſica bubula, atque poſt infuſionem ejus horarum aliquot, vel dierum urgente neceſſitate moræ, propter locorum inter capedinem aquæ in quantitate conſueta gradatim aſcendendo, per manendo & deſcendendo, præſuppoſito debito regimine nunquam omittendo, propinetur.

Ad ipſos fontes faciendum aliter, indendus nodulus ut ſuprà, optimè obturanda lagena eáque fonti mergenda ad fundum & in eo per noctem relinquenda ut mane bibatur liquor.

Cuidam mulieri Cruentas urinas in renibus ſine ullo tum Lumborum dolore patienti, annum agenti ætatis 37. valde ſanguinei temperamenti ad vaſorum hiantium, & Laxorum conſtrictionem, & renum robur, hoc ita præſcripſi 18 *Julii* 1634.

℞. Squama ferri puriſſim ℥j. Lapid. hæmatit. prepar. ℥ß. ſantali albi & rubri *an.* ʒjß. Cornu cervi ad albedinem calcinat. ʒij. ſemin. plantag. ʒiij. includantur omnia nodulo ex tela rara, & fiant tales noduli N° *xviij.* ad uſum dictum.

De AQUIS.

Aquarum diſtillandarum methodus generalis.

Vulgaris aquarum diſtillatio quales apud pharmacopolas proſtant, eſt penè Inutilis, ſive quòd merum phlegma inſignioribus virtutibus carens ab ipſis tantum eliciatur, ſive quòd ignis intenſior ipſis imprimat fœtidum ἐμπύρευμα ſeu denique quòd vaſis qualitas à materia pendens, eas noxias potius quàm proficuas reddat, ob ceruſſæ dulcedinem, & æruginis acrimoniam. Igitur ut Aqua nubis qualitatibus ſecundis tertii uſque preſertim perfuſa habeatur, putrefactione corpus apert. vaſe vitreo apprimè, clauſo in B. M. vel vaporis urgeatur ad ſiccitatem.

citatem. Aqua non fecibus tantum, verum novæ materiæ affundatur, ſicque ad quartam uſque vicem fiat cohob. Liquorem ſtillatitium ſi potentiorem exoptes, interius capitellum cingatur pileo inſtar ſacculi, cujus duplicitas contineat pulverem floris Herbæ, quam diſtillas, vel ſi Aqua ſit compoſita totius plantæ, quæ pro baſi compoſitionis ſelecta fuerit. Suſtineatur autem primis balænæ, & ſacculi inter puncti, ſive ut leguntur inter baſtati extremitas, reflexum alembici limbum ſubeat, ut qui elevabitur vapor in aquam denſatus, materiam pileo contentam imbuens, tandem per veſtrum, aliquomodo tinctus diſtillet. Species aromaticas vel odoramenta, quæ voluptatis gratiæ ergò addenda videbuntur, nodulis includere ſufficiet, qui per limbum capitelli, præcipuè ad roſtrum, atque in ipſo roſtri tubo locentur. Quod potiſſimum factitandum in aquis calidis aut ſpecificis, in quarum ſublimatione, quoniam remanet in alembici fundo magma, ſeu potius ſuccago & Ecchiloma optimum; pars præcipua plantæ ne pereat, hoc ordine compleatur operatio præcedente accuratior.

℞. *Plantam quam volueris* ſolam, vel plures, tere in mortario marmoreo, putrefac in fimo, vaſe Vitreo, cerato ſubere, & veſica bubula exactiſſime clauſo, per octiduum, ſuccum exprime in torculari: Quod ſi ſicciores ſint Herbæ, ante putrefactionem ipſis contuſis affundatur liquor aliquis, affinis plantæ, nonnullis etiam, Vinum, Pomorum, Hydromel, Cereviſia de fæcatiſſima, Acetum Expreſſus liquor pellatur per alembicum, ad vel etiam ultrà medias. Quod reſiduum fuerit in cucurbita, effundatur, ſeparando per filtreas ligulas liquidum à craſſo, & tandem coaguletur ad mellaginem. Liquor ſtillatitius ſuper novâ materia, vel ejus fragrantiori parte (ſi aqua, ſit compoſita) cohobetur quater aut ſæpiùs. Ex fæcibus extrahatur Sal, multiplici ſolutione, filtratione, & ad pelliculam exhalatione, in cella chryſtalliſandus: Cujus additio faciet ad aquarum conſervationem, earúmque augebit vires, & ut aiunt operationem graduabito, acuet-ve. Conſervationi etiam inſervient ſpiritus acidi Vitrioli & Sulphuris, qui omnes omnium qualitates vegetiores reddunt, & cum calidis frigidiſ-ve, citrà ullum nativi effectus impedimentum, æqualiter ſeſe inſinuant. Spiritus Salis nonnullis addetur utiliter. Ut & nitrum per Sulphur præparatum, ſive ejus acore perfuſum, quem chryſtallum mineralem appello; præſertim frigidis & diureticis, ſeu aperientibus aquis admiſcendum. Denique illa de qua paulò ante mellago, vel aquarum portioni adjuncta, eas potentiores, licet minus gratas efficiet. Vel Vitreis Vaſis, recondita in rem præſentem aſſervabitur, ut extemporaneum concinnetur Julep, vulgatis Potionibus longè præſtantius.

Juxtà generalem hanc Methodum, quæ Pharmacopœo noſtro neceſſariæ videntur aquæ, propriis & idoneis tempeſtatibus, quibus Herbæ vigent, & ſucco multo turgidæ luxuriant præparandæ, atque in Officina tenendæ. Sequuntur.

Aquæ Simplices.

Alumines
Vitrioli } *Phlegma.*
Nitri
Aqua è ſpermate ranarum.
Acetoſellæ ſylveſtris.
Rotundæ.
Artemiſiæ.
Bardanæ.
Baſilioconis.
Cardui Benedicti.
Chelidon majoris.
Calendul.
Ceraſorum Nigrorum.
Fragorum.
Florum Fabarum.
Florum Cynamom.
Fumariæ.
Florum Geniſtæ.
Halicacabi
Bacc. Hederæ.
Bacc. Juniperi.
Lilii convallium.
Matricariæ.
Meliſſæ.
Meliloti.
Menthæ.
Mellis.
Nucum Viridium.
Nymphea.
Parietariæ.
Pæoniæ.
Papav. alb. & rub.
Primulæ veris.
Prunellæ.
Fol. Quercus.
Raphani.
Roſarum.
Rutæ.
Sabinæ.
Solani.
Trifolii acetoſi.
Valerianæ Alb.
Verbaſci.
Veronicæ.

Aquæ Compoſitæ Calida.

℞. Radicum Enulæ.
Ariſtoloch. rotund.
Ireos florent. *an.* ℥viij.
Baccarum Junip. recent.
Cortic. Aurant. *an.* ℥iiij.
Folior. recentium Salviæ.
Majoranæ.
Hyſſopi, Marrub. albi.
Meliſſæ, Ocymi.
Abſynthii, Origani.
Calamenti, Thymi.
Naſturtii, Urucæ.
Rutæ Pulegii regal.
Roriſmarini, Chamæmeli,
Doſ. *an.* M iiij.
Caryophyllorum.
Macis, *an.* ℥iij.

Garyophyll. Valer. utr. Angelic. Lign. ſaſſafr. cum cortic. ex rad. cort. guaiac. cort. *Winteran.* rad. petaſ. coſt. Species. Betonic. floſchad. utr. flor. Eryſin. heder. tereſt. Abrot. Dictam. ſcabioſ. card. bened. Angelic. imperator. Menth. hort. & Aquat. ſive Balſam. Fumar. Eupat. meſv. chamædr. cuſuct. centaur. min. lupul. ceterach. ſmyrn. Dauci Apii perſonat. Trifol. odorat. matricar. Nepet. urtic. coſti hort. herb. paral. flor. keyri chamæpyt.

Conciſa & contuſa diligenter omnia, macerentur per quatriduum in fimo equino, & putrefiant affuſa ea quantitate vini albi, quæ omnia reducat ad pulticulæ conſiſtentiam; (ſufficient autem Pariſienſes Pintæ ſex requiruntur, i. e. ℔xij.) Mox aperto vaſe Vitreo, ſeu Matratio amplo uno vel pluribus, affundantur *Aquæ Fontanæ*, ℔xxiiij. & fiat iterum digeſtio per biduum. Tandem diſtillatio in alembico Vitreo cujus boccia ſit cubitum aut circiter alta. *Parentur* plures pilei quorum ſinguli capiant florum lavendulæ ℥ß. foliorum ſiccorum Lauri & citri *an.* ℥j. (vel florum aurant. & citri, aut corticum iſtius) Cynamomi interioris ʒv. Operando ut dictum eſt,

N.B.
Loco aquæ comm. ſumatur aqua card. ben. & ulmariæ.

eſt, ita ut poſt quatuor pintarum diſtillationem mutetur pileus, & nonus in prioris locum ſufficiatur.

NB. *Poſt* putrefactionem poterit exprimi liquor, & minori cum labore diſtillari.

Poſtquam Ventum erit ad medias, fiat expreſſio per torcular. magmatis in boccia contenti; deinde expreſſi liquoris filtratio, tandem diſtillatio ad mellaginem, cui ſuccagini addatur Sal extractus ex craſſamento. Recondatur mellago ſub titulo *Extracti Calidi*. Aqua verò ſervetur in ampulla optimè clauſa, vel qualis ex ſtillavit; vel aciditate ſpiritus Vitrioli leviter perfuſa. Leviter inquam, quia uſus tempore pro libitu ipſius augere quantitatem cuivis erit liberum.

Extractum. Calidum.

Notandum Aquam iſtam conſtare ex ſimplicibus ſingulis partibus deſtinatis, ita ut tutus ipſius incidat uſus in quovis affectu, qui calefactionem poſtulat, cujuſcunque tandem partis ille ſit. Sic autem cum extracto miſceatur.

℞. *Aquæ* Calidæ ℥vj extracti ʒj. miſce, fiat doſis.

Aqua Frigida.

℞. Succorum Cucurbitæ. Longæ ſi habeatur.
Cucumeris.
Melonis, *an.* ℔iiij.
Succ. Portulacæ. Trifolii Acetoſi.
Semperviv. majoris.
Lactucæ.
Oxalidis rotundæ, & longæ *an.* ℔ij.
Succ. Solani Hortenſis.
Semperviv. minoris.
Cichorii.
Endiviæ.
Plantaginis.
Nenupharis, *an.* ℔ijß.
Succ. Limonum, Omphaci Berberis.
Ribes. Pomor. redol. fragor.
Ceraſorum acid. *an.* ℔ij.

NB. Aqua hæc in B. diſtillata corrumpitur, propterea vel diſtilletur in arena aut cineribus, vel poſt primam diſtill. calore ſicco rectificetur.

Fiat omnium mixtorum diſtillatio in B. in limbo alembici, ſint noduli plures continentes ʒß. raſur. ſantali citrini, qui poſt quatuor pintarum diſtillationem renoventur. Liquor qui emanarit reddatur acidulus ita tum ut linguam nullo modo vellicet, ſ. q. acetoſitatis Sulphuris & cuilibet menſuræ pariſienſi, quæ vulgò capit ℔ij. addatur ℈j. roſar. rubearum; ℈jß. Violarum & ℈ij. Florum papaveris Rhoeadis, vel potius ſingulorum, *an.* ℈j. fiat decantatio liquoris tincti, vel per chartam emporeticam filtratio, & recendatur in uſum. Santalum in extractione tincturæ, Floribus ſi lubet addi poterit, juxta proportionem dictam. Capſuræ tantillum v. g. ad *gr. iiij.* pro quavis libra, iſtius aquæ vim reddet potentiorem, in affectionibus præſertim partium generationi dictarum, quæ plus æquo exardeſcentes refrigerium poſtulant. Nitrum eſt inſigne refrigerans, cujus ʒj. ad ſingulas libras, liquorem febribus fugandis, & renibus contemperandis, ac ſiti ſedandæ appropriatum efficiet. Varietates iſtas ſeorſim præparare, operæ pretium fuerit.

NB. *Aceti* roſacei menſuram unam, i. ℔ij. addere non importunum videtur, niſi dicas ſatis acidam fore aquam cum oleo 🜍.

NB. Vide num in timidis & a mineralium uſu abhorrentibus, citra corruptionis metum, ſubſtitui poſſit oleo ſulphuris, ſuccus Limonum. Vel etiam in rem præſentem tantum admiſceri.

NB. *Nec ſal* nec mellago ex iſta aqua reſervanda, quippe in iis nulla eſt refrigerans qualitas.

Aqua Cephalica.

℞. Radicum Peon. maris.
Ireos Florentiæ.
Cyperi, *an.* ℥vj.
Ligni Rhodii.

Saſafras cum cortice, *an.* ℥iiij.
Zedoariæ.
Galangæ, *an.* ℥ij.
Foliorum Betonic.
Majoran.
Lauri.
Pulegii.
Salviæ.
Lavendul. *an. Miiij.*
Florum Calendul.
Anthos cum ſummitatibus.
Primul. Veris.
Stoechad. Arabic. *an. Piiij.*
Baccarum Junip. recent. ℥iij.
Semin. fœnicul. dulc.
Nigell. Roman. *an.* ℥ij.

Conciſa & contuſa macerentur, ut a. eſt in æquales partes Vini albi & Hydromelitis malvaticati per quatriduum. Sint autem liquorum *an.* ℔xx. fiat diſtillatio. In pileo ſint malabathri ℥j. Florum Stoechad. Citrin. ℥jß. Macis ℥ß. Caryophyll. ʒij. pro ſingulis menſuris quatuor pintarum, ſive octo Librarum.

Mellagini addatur ſal é magmate extractus.

Aqua fiat acidula cum ſpiritu vitrioli, & tingatur rubro colore cum floribus Pæon. Flavo cum floribus Carthami, & Calendul. mixtis (vide cum cocco Avenionenſi.)

Præparetur Sal ex oſſibus humanis, præſertim ex cranio, cujus ʒj. diſſolvatur in duabus libris aquæ prædictæ, atque ſeorſim hoc modo condiatur iſtius liquoris portio.

Aqua Pectoralis calida.

℞. Radicum Enul. ℥vj.
Glycyrrhiz. ℥iiij.
Foliorum Nicot. ſive Tabaci noſtratis.
Marrubii albi.
Hyſſopi.
Meliſſ.
Urtic.
Heder. tereſtris.
Scabioſ.
Pedis cati, ſeu Gnaphal. Montani.
Eryſimi *an. M iij.*
Fol. Roris ſolis rec. *M iiij.*
Baccarum Junip. rec. ℥iij.

Macerentur omnia præpara in Hydromelitis fermentati cum Lupuli floribus, & fœce cereviſiæ ℔xxx. mox fiat diſtillatio. In pileo ſint ireos Flor. ℥ij. rad. Enul. ℥j. Florum Benjoin rectificat. ʒij. Si aqua tincta, quæratur, id fiat cum Glycyrrhiza, aut cum croco. Si acida, ſapor concilietur cum acetoſitate ſulphuris.

Ros ſolis dat tincturam flavam per ſe.

Extractum ſi reſervetur, forſan erit vomitorium ratione Tabaci, nihilominus recondatur, utile in Aſthmate, aut Catarrho præfocante, quibus affectibus non eſt inutilis vomitus. Sal addatur extracto.

Nota. Generalia regula in omnibus Aquis ea eſt, ut per quatriduum fiat fermentatio; atque ut ſpecies quæ pileum ingrediuntur, poſt quatuor pintarum, Pariſienſium diſtillationem, renoventur & mutentur: id quod ſemel dictum ſit.

Aqua Pectoralis Temperata.

℞. Radicum Altheæ ℥iiij.
Glycyrrhiz. rec. ℥vj.
Malvæ cum toto *Mvj.*
Foliorum Pulmonar.

Tuſſilaginis cum toto.
Scabioſ.
Succiſ.
Capillarium omnium.
Violar. totius *an.* *M iiij.*
Florum Nenuph.
Papav. Rhœad. *an.* P v.

Macerentur in ℔xxx. Cereviſ. defæcatiſſ. vel Alæ, fiat diſtillatio ſine pileo.

Tinctura ſine acido extrahatur, rubra ex Floribus papav. Erratici, ſicc. Flava ex Glycyrrhiza.

Neque extracto, neque ſale iſtius magmatis opus eſt.

Aqua Cardiaca, Calida.

℞. Radicum Gentian.
Enul.
Carlin.
Scorzoner.
Pentaphyll.
Tormentill.
Contrayerv.
Cyperi *an.* ℥iiij.
Zedoar. ʒij.
Putam. nuc. virid. ℔ß.
Foliorum Meliſſ.
Citri.
Aurantiorum.
Ocymi.
Card. bened.
Ulmar.
Scordii.
Scabioſ.
Calendul. *an.* *M iij.*
Florum Hyperici.
Centaur. minor.
Roriſmarini.
Vetonic.
Citranguli *an.* *P iiij.*
Spic. Nardi ʒij.
Cortic. citri exterioris.
Aurantiorum *an.* ℥v.
Baccarum Juniperi.
Hedere.
Kermes *an.* ℥iij.
Ligni Rhodii, ℥ijß.

Fiat maceratio in vini albi generoſi & Aqu. Fontan. *an.* ℔xx. adde diſtillatio. Cujus pars poterit reddi acidula cum oleo ſulphuris, & tingi Floribus Vetonic. & granis Kermes. Pars aromatiſari additis ad ſingulas menſuras duarum pintarum. Ligni Aloes ʒij. Cynamomi interioris ℥j. niſi malis totam aquam virtute iſtorum aromaticorum perfundere. addendo poſtea, pro neceſſitate, uſus tempore, acetoſitatem Sulphuris.

Extractum ſedulò paretur, atque diligenter aſſervetur proprio ſale conditum, utpote cujus vis magna eſt, ſi ejus ʒß. vel ʒj. in ℥iij. vel *iiij.* Aquæ diſſolvatur.

Aqua Cardiaca frigida.

℞. Succorum depurat. Limonum.
Aurantiorum.
Pomorum redol.
Granatorum acid.
Berberis.
Ribes.
Uvæ criſpæ.
Cydoniorum.
Fragor. *an.* ℔iiij.
Succorum dep. Oxal. rotund.
Acetoſ. long.
Trifol acetoſi.
Bugloſſi, *an.* ℔iij.
Phlegmatis Vitrioli ℔ij.
Florum Nenupharis.
Roſarum incarnatarum.
Muſcatellinarum.
Cynorrhodi.
Echii, *an.* P. vj.
Raſuræ cornu cervi recentis ℔j. Santali citrini ℥iiij.

Fiat diſtillatio. Liquor oleo ſulph. vel vitrioli ſpiritu, aut Limonum ſucco reddatur acidulus. Tingatur roſis rubeis, floribus cordialibus. *Santali rubi flor. Amaranthi.* Niſi ſatis aromatiſatus videatur, in ſingulis pintis, maceretur ʒj. ſantali citrini. Potetit tantillum capſuræ addi portioni iſtius aqua v. g. *gr. xv.* pro ℔ij. ad majorem penetrationem.

Iſtius Aquæ uſus erit in febribus malignis ardentibus, in quibus metus eſt ne magis ac magis incendantur humores, in peſtilentibus poterunt æquales vel inæquales partes utriuſque calidæ & frigidæ miſceri, pro intenſione aut remiſſione caloris, & diverſo malignitatis gradu.

In certis caſibus nitri admixtio proderit.

Aqua Stomachica.

℞. Radicum Galangæ.
Zedoariæ.
Cortic. lign. ſaſafr. vel ligni totius, *an.* ℥iiij.
Calami aromatici.
Junc. odorat.
Schoenantur *an.* ℥ij.
Radic. Garyophyllatæ.
Cortic. citri exterioris.
Aurantiorum *an.* ℥v.
Foliorum Menthæ.
Meliſſæ.
Abſynthii.
Citri.
Aurantiorum.
Lauri *an. M iiij.*
Florum Roriſmarini.
Salviæ.
Citranguli *an. P iiij.*
Semin. Aniſi.
Fœniculi.
Coriandri.
Baccarum recent. Junip. *an.* ℥iij.
Cynamomi.
Caryophyllorum.
Macis.
Malabathri.
Cubebarum.
Gran. paradyſi *an.* ℥j.
Ligni Aloes ℥ß.

Conciſa & Contuſa omnia macerentur in vini albi generoſi & Hydromelit. Malvat. *an.* ℔xx fiat diſtillatio cujus pars per ſe ſervetur, pars cum Cynamomo infuſo, & ſaccharum reduc. in Syrupum. Pars tingatur cum roſis prius perfuſa Vitrioli Spiritu.

Extractum diligenter præparetur, & condiatur proprio ſale, addendo ad ſingulas ejus ecchylomatis Uncias Salis perlarum & corallorum dulcis *an.* ʒß.

Ex hoc poterunt formari Pilulæ ad Ventriculi robur, citrà ullam additionem : Vel ſi liquidiuſculum ſervetur, loco ſyrupi ad cogendam pilularum maſſam utiliter aſſumetur.

Si lubet, Sal ex magmate extractus addatur Aquæ.

Aqua Hepatica.

℞. Radic. ſicc. Cichorii. fragar.
Taraxaci.
Oxalidis.
Oxylapathi.
Rhab. Monachorum *an.* ℔ß.
Radicum Aſari.
Chelidon. majoris.
Fœniculi.
Aſparagi *an.* ℥iiij.
Foliorum Hepaticæ.

Cichorii.
Endiviæ.
Fumariæ.
Pimpinellæ.
Agrimoniæ.
Chamædryos recent. *an.* *M v.*
Florum Lupuli *P vj.*
Fructum ſolani lignoſi ℔ij.
Ligni Rhodii ℥iij.

Macerentur omnia, ut decet præpar. in Pomacei defæcatiſſimi ℔xxxx. mox fiat diſtillatio. Liquori ſtillatitio add. pro ſingulis menſuris librarum 4. Santali citrini ʒij. Spic. nardi ʒj.

Reddatur ſi lubet acidula aqua vitrioli ſpiritù, vel acetoſitate Sulphuris: Addatúrque etiam portioni ejus ʒj. Chryſtalli mineralis ad ſingulas libras: Ita ſolvendis obſtructionibus, & refrigerando erit aptior.

Ne miſceatur cum vitrioli ſpiritu nitum alias fœtebit.

Extractum addito proprio ſale, nec non ad ſingulas Uncias, ʒj. cremoris tartari albi recondatur in uſum ſub titulo extracti Hepatici.

Cum erit animus vim alicujus cathartici deducere ad Hepar ita erit v. g. procedendum.

℞. *Caſſ.* fiſt. rec. è cann. extract. ℥vj. diaprun. ſolutiv. extracti hepatici *an.* ℥ij. miſce, fiat Bolus. *Vel,*

℞. Fol. ſen. mund. ʒß. Rhab. electi ʒij. Extract. hepat. ℥iij. infund. per noct. in ſ. q. Aqua hepatic. ſimplic. mane poſt lev. ſen. ebull. fiat colat. in quo diſſ. ſyr. roſ. pall. ſol. ℥j. fiat potio.

℞. *Extract.* hepatici ℥j. extract. coloc. & ſcamm. per ſpir. vin. parat. *an.* *gr.* *v.* Mercurii dulc. *gr.* *xij.* miſce, fiat Bolus.

Et ſic de cæteris extractis.

Aqua Splenitica.

℞. Radicum Bryoniæ.
Aſari.
Cyclaminis.
Chelidon. major.
Ireos utriuſque.
Rubiæ tinctorum.
Filicis fœminæ.
Corticum rad. Capparum.
Tamariſci.
Median. fraxini *an.* ℥iiij.
Polypodii querni ℥viij.
Foliorum chamædryos.
Chamæpytios.
Ceterach.
Fumariæ.
Cardui benedicti.
Chamæmeli totius *an.* *M v.*
Florum Geniſt. Hiſpanic.
Ebuli.
Sambuci Lupuli.
Centaur. minoris.
Eupatorii meſv.
Avicennæ *an.* *P iiij.*
Baccarum Heder. matur. rec. ℥vj.
Seminum Aniſi.
Fœniculi.
Anethi.
Coriandr. *an.* ℥ij.
Cortic. exter. citri.
Aurantiorum *an.* ℥iij.

Fiat maceratio in Aquæ ſpadenſis ℔xx. Pomacei defœcatiſſimi ℔viij. Hydromelitis malvaticati ℔x. Aceti albi ℔ij. deinde diſtillatio. Ad cujus ℔iiij. adjicetur Cynam. interioris ʒß. Ligni Rhodii, Corticis Saſaf. *an.* ℥ij. macera, decanta, ſerva ad uſum.

Si placet maceratio prima fiat tantum in pomaceo, vel in Aqua ſpadenſi & hydromelite: Tunc licebit in rem præſentem addere acetoſitatem Vitrioli vel

Sulphuris. Si liquorem tinctum velis adde flores Violarum, bu. gloſſi Ericæ rubræ.

Extracto addatur ſal magmatis, & pro quavis uncia ℈iiij. Cremoris Tartari aut ſi lubet hujus & chryſtalli mineralis *an.* ℈ij

Appoſſitiſſimé exhibebuntur chalybis variæ præparationes cum hoc extracto, formæ pilularum, in longis & pertinaciſſimis lienis obſtructionibus. Idem etiam fiet quod de hepatico cum catharticis.

Aqua Nephritica.

℞. Succorum Malvæ.
  Violariæ.
  Atriplicis hort. Anſerinæ.
  Melopeponis *an.* ℔iiij. vel ejus def. melon.
Succi ceraſorum dulcium ℔vj.
Radic. Altheæ ℔ß.
Radic. Taraxaci.
  Graminis.
  Oxalidis.
  Nymph. *an.* ℥v.
  Glycyrrhiz. rec. *an.* ℥x.
Foliorum equiſeti.
  Herniariæ.
  Jaceæ albæ.
  Pimpinellæ.
  Agrimon. *an. Miiij.*
Florum Nenupharis.
  Malvæ arboreſcentis.
  Conſolidæ regalis.
  Aquilegiæ *an. P iiij.*
Fructum Cyno Sbati.
  Senellarum rec. *an.* ℔ij.
Amygdal. dulc. rec. mund. ℔iij.
Quatuor. ſem. frig. maj. recent. mud. *an.* ℔ß.

Glycyrrhiza decoquatur in Aqua Hordei ad omnimodum Tincturæ extractionem. Decoctum ſit ℔xx. cum quo fiat emulſio, & extrahatur lac longa in mortario trituratione, ex amygdal & ſemin frigid. Liquor iſte miſceatur cum ſuccis, addantúrque cætera concila & contuſa, fiat digeſtio per quatriduum, tandem diſtillatio, quæ reddi poterit acidula ſpiritibus Vitrioli, Sulphuri, ſucco depurato Limonum, & tingi floribus conſolidæ regalis. Vel etiam Ligno Nephritico. Quæ ultima adduntur ut virtus iſtius aquæ facilius deducatur ad renes; nequaquam nocitura, vel nimium diuretica futura ſi in parva quantitate pro vehiculo tantum adjiciantur.

Neque extractum aſſervandum nec parandus Sal, utpote cujus aculeo nequaquam opus eſt renes irritare, ſtante leniendi & refrigerandi intentione.

Aqua Diuretica.

℞. Radicum Scolymi.
  Anonidis
  Rubiæ Tinctorum.
  Ruſci.
  Graminis.
  Aſparagi cum ſummitatibus
  Eryngii. *an* ℥iiij.
Totorum petroſel. macedonici.
  Dauci
  Apii.
  Bardanæ.
  Chamæpytios.
  Petroſelini vulgaris *an Miiij*
Foliorum argentinæ.
  Saxifrag. utriuſque.
  Betonic.
  Urtic.
  Chamæmeli.
  Virg. aur. *an. M iij.*
Tribuli terreſtris *M v.*

Satius eſt totas plantas ſumere.

Siliq. fabarum recent. ℔j.
Baccarum Juniperi.
  Aſparagi recent.
  Ruſci *an.* ℥iij.
Semin. Spatul. fœtidæ ℥v.
Semin. Milii ſolis ℥ijß.
Succorum Crithmi marini.
  Raphani.
  Limonum.
  Parietariæ aurant. acid.
  Naſturtii.
  Berulæ.
  Baccarum Alkekengi & caprifolii matur.
  Fragorum Uvæ criſp.
  Rubi Idæi *an.* ℔iiij.
Vini albi generoſi ℔xx.

Omnia ut a. e. præpara macerentur in liquoribus, & fiat diſtillatio tingenda Ceraſis nigris dulcibus ſiccatis, atque in eum uſum reſervatis: vel Ligno Nephritico, aut flor. malv. roſ. aquileg. Conſolid. Regalis.

Cum ſpiritibus acidis evadet penetrantior, & majorum Virium.

Addito nitro, & nonnunquam in rem præſentem ſale chryſtallino fabarum aut fraxini, vel Ericæ; inſigniter erit diuretica hæc aqua.

Quoniam ratione ſuccorum magma erit admodum viſcidum ac turbidum, circa medium diſtillationis fiat Liquoris reſidui à fæcibus decantatio, magmatis per prelum expreſſio, cui cum decantatione mixtæ, addatur aqua quæ prima exſtillarit, fiat in balneo digeſtio per biduum, mox per chartam emporeticam filtratio tandem diſtillatio aquæ aſſervandæ; reſtante in fundo alembici extracto, ad juſtam conſiſtentiam coagulando, cum additione ʒj. ſalis nitri fixati cum 🜍. vel ʒß. ſalis fabarum, pro quavis uncia.

Si ʒß. vel ℈ij. (plus minuſ-ve pro ratione perſonæ,) iſtius extracti in forma pilular. deglutiantur, ſuperhauſtis aqu. ℥iiij. potenter movebuntur Urin. Aliâs ordinaria ſit hæc potio diuretica.

℞. Aquæ diuretic. ℥iij. Ol. amygdal. dulc. rec. extr. ſine igne ℥jß. ſucc. limon. liquor. è raphano *an.* ʒvj. chryſtalli mineral. ʒj. ℈iiij. ʒjß. ʒij. miſce fiat potio ſumenda in ſemicupio ex emollientibus parato.

Clyſteribus etiam utiliter admiſcebitur extractum.

℞. Diſtill. emoll. & aperient. ℔j. Catholic. bened. laxativ. *an.* ʒvj. extracti diuretici ʒß. Mellis Mercurial. ℥ij. Ol. de ſcorpionibus & amygd. dulcium *an.* ℥jß. miſce fiat Enema.

Thereb. Ven. ʒv.

Aqua Spermatica, vel potius Venerea.

℞. Radicum ſucculentarum.
  Satyrionis vulgaris.
  Erythronii.
  Scolymi.
  Eryngii.
  Secacul.
  Aſparagi.
  Dauci.
  Paſtinacæ.
Petroſelini Macedonici. Batatas.
Glandium terræ *an.* ℥vj.
Radic. Rapi.
  Napi.
  Cæparum albarum.
  Scillæ *an.* ℥x.
Foliorum Erucæ.
  Urticæ.
  Nepetæ.
  Satureiæ.
  Menthæ.

Germini.
Calamenthi.
Meliſſæ.
Serpentariæ utriuſque cum toto *an. Miiij*.
Florum citri.
Aurantiorum *an. Piiij*.
Cortic. exter. citri recent ℔ß. Defectu flor. ſumant. folia.
Caſtanear. ſub cinerib. coct. ℔j.
Pineol. recent. } *an.* ℥v.
Piſtach. recent. }
Myrobal. Embl. ℥iij. Medull. nucis Indicæ.
Zinziber.
Nuc. moſchat.
Macis
Cynamomi *an.* ʒij.
Coſti piper. longi.
Pyrethri.
Malabathri.
Cubebarum *an.* ℥j.
Teſticul. gall. inclybano ſiccatos. *N°* 100.
Teſticul. aſini ſiccat. *N° ij*.
Lumb. ſcincorum *N° iiij*.

Poſt conciſa, contuſa, triturata, pulveriſata quæcunque iſtas præparationes requirunt, miſceantur ſimul omnia & digerantur in vini Malvatici, Hiſpanici, Canarini, Hydromelite, Malvaticati *an* ℔xv. vaſe vitreo exactiſſimè veſica bubula clauſo, vel quod melius, fiat digeſtio in alembicis pluribus ad invicem per converſum allutatis in Balneo, vel fimo per quatriduum, mox fiat fortis per prelum expreſſio, quæ poſtquam reſederit per biduum, id quod limpidius fuerit decanterur à ſpiſſo, & magis fœculento, & fiat diſtillatio, remanente extracto mellagineo ad uſum reſervando. Fæx etiam diſtilletur ad ſiccitatem, nequid utilis liquoris pereat. Aqua plurimo ſpiritu ardente perfuſa ſervetur in vaſe vitreo exactè obturato, nequid exſpiret: atque uſus tempore ita tractetur.

℞. Aquæ præſcriptæ ℔j. Cynam. interioris ℥ijß. Caryoph. ℥ß. infundantur per biduum triduum ve in frigido, adde, fiat inclinatio.

℞. Sacchari albiſſimi cum Vino Malvatico vel Canarino in Syrupum cocti ℔ß. Liquoris tincti ℥x. miſce, indito nodulo, qui contineat ambræ griſeæ ʒß. Moſchi Orient. ℈j. Eſſentiæ dulcis perlarum ℈ij. Chryſocollæ ſeu Baurach naturalis ʒj. miſce, ſumatur cochlear. unum vel alterum hora una ante ingreſſum lecti. Potens remedium pro frigidis præſertim, qui ſtimulo indigent.

Vide Amat. luſitan. Index exprim.

Extractum etiam aromatiſetur ambræ griſ. ℈j. Moſchi ℈ß Eſſentiæ perlarum dulcis ʒj. pro ſingulis unciis, atque ejus ſumatur tantum ℈j. vel ʒß. ſuperhauſtis aquæ ſimplicis ℥ij.

Baurach. natur. ℈ij.

Iſtius extracti aliquid utiliter admiſcebitur Opiatis ad excitandam Venerem appropriatis.

Sal è magmate parabitur, vel in aqua diſſolvendus (quæ tamen per ſe citrà ullam condituram, immunis permanebit à corruptione) vel ad Topica permiſcendus cum oleis, aliiſque ſpeciebus, in unguentis ad perinæum.

℞. Ol. formicarum alatarum ℥j. Ol. nuc. moſchi ʒij. fellis perdic. ʒiij. extracti venerei ℈iiij. Salis ʒj. moſchi ℈j. Zibetti ℈ß. calamitæ albæ (ſi habeatur.) ℈ijß. miſce, fiat linimentum ad totum colem & perinæum.

Aqua & extractum proderunt in ſterillitate mulierum, à cauſa frigida.

Aqua

Aqua Hyſterica Cal.

℞. Radicum ariſtoloch. utriuſq.
Gentianæ.
Bryoniæ.
Iridis noſtratis.
Ireos florent.
Aſari.
Enulæ.
Rub. tinctorum.
Valerian. utriuſq.
Cyclaminis.
Coſti.
Cyperi *an.* ℥iiij.
Foliorum Abſynthii.
Artemiſ.
Betonic.
Centaur. minor.
Chamæmeli totius.
Dictamni.
Hyperici.
Hyſſopi.
Lauri.
Majoran.
Matricar.
Meliſs.
Nepotæ.
Origani.
Ocymi.
Pulegij regal. & Cervini.
Rutæ.
Sabinæ.
Tanaceti.
Trifolii albi, qui eſt ſpecies Medicæ, *an M ij.*
Florum Anthos.
Salviæ.
Stoechad. citrinæ.
Ebuli chamæactes.
Leucoii *an.* *P iij.*
Baccarum Hederæ.
Juniperi *an.* ℥ij.
Semin. pæon. Dauci.
Aniſi.
Fœniculi.
Agni caſti *an.* ʒiß.
Cortic aurant. ℥v.
Myrrhæ.
Caſtorei
Croci orientalis *an.* ℥j.

Debito modo præpar omnia imbuantur primò per biduum Hydromelitis malv. & vini albi generoſiſſimi (ut Hiſpan. aut Canarini) *an.* ℔iiij. deinde affundantur ſingulorum ℔xvj. & fiat digeſtio per quatriduum in fimo, tandem diſtillatio ad medias, poſtea expreſſio, poſt reſidui liquoris magma diluentis decantationem. Expreſſioni forti addatur aqua quæ prima exſtillarit, ſinantúrque per biduum, fiat per chartam filtratio, diſtillatio, Aquæ reſervatio, & mellaginis reſtantis coagulatio.

Spiritus Vitrioli, & Sulphuris, omniúmque acidorum magma eſt vis ad vapores reprimendos, & fermentationem diſcutiendam, quæ in hyſtericis affectibus eſt ordinaria, quocirca utiliter eorum grata aciditate perfundetur iſtius Aquæ portio tingenda baccis Ebuli ſiccatis, atque in hunc uſum reſervatis. Vel etiam Croco.

Nidoſchlar.

Aut ſi magis aromaticum liquorem poſtulem, frigidioribus naturis magis convenientem. ℞. Aquæ ſimplicis ℔j. Cynamomi ℥iij. infund. decanta, vel etiam filtra. ℞. Sacchar. in aqua eadem, cocti in Syrup. ℥viij. miſce, fiat velut Julep.

Vel Aqua Infuſionis tantum ſumatur addita quarta parte ſpiritus ardentis Juniperi, & tertia ſacchari candi. Vel etiam per ſe ſine ſaccharo aut ſpiritu.

Extractum ad Pilularum formam reductum poterit exhiberi in retentione Menſtrui, mora ſecundinæ, partu difficili, nec non etiam in ſuffocatione hyſterica, præſertim, ſi hoc pacto magis efficax reddatur.

℞. Extracti hyſterici ℥ij. fœcularum bryon. ℥ß. fœcularum irid. ʒij. ſiccorum equi ſubtiliſs. trit. in Alkool ʒiij. *Salis Hyſterici* ʒjß. miſce. Doſis ʒß. vel ℈ij. vel ʒj. ſuperhauſti aqua ſimplici ℥ij. idque ad Curationem, quia ad præcautionem, vel minoris ſeu levioris ſymptomatis emendationem minor doſis ſufficiet.

Floris ♃. Utiliter addentur huic extracto loco ſalis hyſterici.

Addi poterit Capſura, præſertim, cum nihil ſit magis diſcutiens, & vapores malignos frangens: Ejus uſus potiſſimum incidet, quoties ſuffocationis à putreſcente ſemine invadentis erit ſuſpicio.

Sal è magmate extractus addatur Ecchylomati. Ita ʒjß. illa, quæ in extracto compoſito ſuperius notata eſt nequaquam erit admiſcenda.

Aqua hyſterica frigida.

℞. Radicum nenupharis per taleolam ſectarum.
Cichorii.
Lactucæ.
Oxalidis rotund. *an.* ℥iiij.
Radicum Hyoſcyami ſucco turgentium.
Mandragoræ *an.* ℥v.
Foliorum enell. ſalicis *M iiij.*
Foliorum Endiviæ.
Plantaginis.
Lenticulæ paluſtris.
Summit. Vitis *an. M iij.*
Florum ſalicis *P vj.*
Florum Violarum.
Roſarum incarnat. & albar.
Nenupharis utriuſque.
Lyſimachiæ purpureæ.
Papav. alb. & rubri *an P iij.*
Poma Mandragoræ *N°. v.*
Capit. papav. alb. *N°. vij.*
Baccarum ſolani Hortenſ. maturarum ℔j.
Succorum Cichorii.
Oxalidis longæ.
Lactucæ, portulacæ.
Solani, Sempervivi majoris.
Cucurbitæ longæ, Melonum *an.* ℔iij.
Aquæ ſpermatis ranarum in B. M. extract. Phlegmatis aluminis. Vitrioli *an.* ℔ij.
Santali citrini ℥iiij.

Fiat omnium præparatorum maceratio, digeſtio, & diſtillatio per alembicum, in cujus roſtro ſit nodulus (poſt quartam quamque pintam mutandus) continens Capſuræ ℈j.

Tingatur ſi lubet cum papavere Rhoeade, roſis rub. violis, floribus Lyſimachiæ. Videnum poſſint colorem ſuum communicare Flores nymphææ Luteæ ſiccati. Aqua ad extractionem reddatur acidula, Spiritu Vitrioli, vel Succo Limonum.

Uſus erit in ſuffocatione à ſemine retento, qualis frequens eſt caſtis viduis, & monialibus, nonnunquam etiam adultioribus virginibus.

In furore uterino. Virorum Satyriaſi, utriuſque ſexus Gonorrhea virulenta, & ſimplici ab inflammatione: Muliebri profluvio.

Aliquando etiam in menſium fluxu immoderato cum appropriatis ἴχαιμοις uſurpari poterit.

Salis nullus ad interna uſus. Extractum rarò intrò aſſumendum,

dum ſi præparetur, addatur Capſuræ ℥j. ad ſingula quartaria, atque inſtar Cataplaſmatis applicetur ab umbilico incluſivè, ad pubem in ſuffocatione & furore prædictis.

Atque hæc de Aquis partes ſingulas reſpicientibus, inter quas ſi deſideretur Arthritica, uſus vel potius neceſſitatis tempore ſumatur Cephalica, quæ omnibus nervoſis ac membranoſis partibus eſt accommodatiſſima. Nunc ad aquas certis morbis deſtinatas, vel certis imbutas qualitatibus, quæ ſunt extra partium vel morborum particularem claſſem fiat tranſitus.

Nequid deſit, vide Aqu. Arthriticam præſcripto ſequenti.

Aqua Arthritica.

℞. Radicum acori.
Ireos florentiæ.
Enul. *an.* ℔ß.
Coſti ſambucini ℥iiij.
Zinziberis ℥ij.
Hermodactilorum ℔j.
Foliorum eupator. avic. cum Floribus.
Hyperici.
Chamæpyt.
Betonic.
Centaur. minor.
Garyophyll. totius.
Verbaſculi utriuſque totius, ſive herbarum paraly. *an.* *Miiij.*
Foliorum Chamæmeli cum toto.
Naſturtii.
Roriſmarini, Lauri.
Rutæ, Salv. *an.* *Mij.*
Florum Meliloti.
Ebuli Sambuci.
Calendul.
Stoechad. utriuſque.
Lavendul. *an.* ℘iij.
Seminis Rut.
Synapi *an.* ℥v.
Seminis ebuli per aquam mundati & ſelecti ℥viij.
Baccarum Juniperi ℥vj.
Succi baccarum ebuli.
Sambuci *an.* ℔v.

Hydromelitis malvaticati ℔xxv. fiat infuſio ut a. e. & diſtillatio ad medias, poſteá colatura & expreſſio; Colatur. reaffundatur aqua ſtillatitia; digerantur per biduum; Limpid. mittatur per chartam emporetic. & tandem iterum diſtilletur. Sint in pileo ireos Florent. ℥j. Cynamomi interioris ʒx. Florum anthos ſalv. lavendul. ſpic. *an.* ℥ß. pro *iiij.* pintis.

Tingatur aqua cum floribus pæon. maris. Iridis noſtratis.

Extracto addatur Sal. Niſi malis ſale ipſam aquam, aut ejus portionem condire, quo tamen facilè carere poterit, præſertim ſi aromatum & florum odoratorum virtutes contineat.

Sic utere in arthriticis. ℞. *El.* Caryocoſtini ʒij. Diaphænic. ℥iij. Extracti arthritici ʒj. miſce, fiat Bolus.

℞. *Electuar.* Diacartham. & de ſucc. roſ. *an.* ʒij. extract. arthrit. ʒijß. miſce, fiat Elect. ſum. è cochlear. cum Hydromelite.

Aqua febrifuga. Tauladan.

℞. Potentill. Meliſs. Florum Betonic. Florum Chamæmeli Perſicar. maculat. *an.* diſtillentur ſeorſim.

℞. Florum centaur. minoris Aſtacorum vivorum capit. papaver. alb. cum Floribus. An ita tamen ut ſit quadrupla proportiotio ad reliqua. Diſtillentur item ſeorſim. Mox ℞. Primarum aquarum *an.* ℔j. aliarum *an.* ℔iiij. miſce, diſtillentur ſimul. Exhib. ℥ij. vel *iij.* cum ſpiritu ⊕li. Quidam addunt Aquam fragorum & florum meliloti.

Ita per me præparetur.

℞. Succorum Potentillæ.
Meliſſ.
Betonic.
Chamæmeli.
Perſicar. maculat.
Fragorum.
Meliloti.
Cum tot. *an.* ℔ij.
Succi Centaur. minoris ℔viij. ix.
Aquæ Aſtacorum ℔viij.
Capitum papaveris albi.
Florum ejuſdem *an.* ℔ij.
Florum potentill.
Meliſs.
Betonic.
Chamæmeli.
Melilot. *an.* ℥iiij.
Florum perſicar. maculat. ℥viij.
Florum Centaur. minoris ℔iij.

Capita papaverum quàm recentiſſima collecta minutim conciſa, cum ſeminibus in mortario marmoreo piſtillo ligneo contundantur, atque eodem modo agatur cum Floribus, omnia ponantur in matratium vitreum amplum, ſuperaffuſis ſuccis, & Aſtacorum aqua, fiat digeſtio per quatriduum in B. humido, vel potiùs vaporoſo, aut fimo, deinde diſtillatio in eodem B. ferè ad ſiccitatem, mox ſemel atque iterum cohob. Ultima vice poſtquàm ventum erit ad medias, fiat fortis per prelum expreſſio, expreſſionis diſtillatio ad mellaginem, cui affundatur pars aqu. ad extrahendam tincturam, & parandum extractum.

Hujus Extracti cautè explorandæ vires ratione papaveris, ejus tamen tutus erit uſus in ardentibus febribus, ſi vid. ʒß. ℈ij. vel ʒj. in ℥ij. Aqu. diſſolvatur & exhib. hora ſomni, ægris jugi Vigilia vexatis.

Aqua reddatur acidula tota ſpiritu vitrioli, aut ſi ſimilitudinem ſpectes, acetoſitate ſulphuris, cujus vis inſignis eſt in febre, morbo ſulphureo. Aqua aſtacorum optimè fiet, ſi Aſtaci in mortario marmoreo contuſi, & per prelum fortiter expreſſi ſint, atque ex hoc ſucco extrahatur Aqua per balneum. Cui vide nunc bonum ſit addere ſalem è magmate extractum, vel oculos cancrorum, aut aſtacorum Fluviatilium vel marinorum in aceto diſſolutos.

Nitrum ſive mineralis chryſtallus huic aqu. additus, erit potens λκξοπίϱετον. v. g. ℞. Aquæ febrifugæ ℥iiij. Chryſtalli ʒß. miſce, fiat doſis, exhibenda in ſummo febris ardore.

Si vis ⦶, non debet aqua habere ſpiritus acidos 🜍 aut ⊕.

Aqua febrifuga Turneri.

℞. Abſynthii. Anagallidis utriuſque Angelicæ Agrimon. Betonicæ *an.* *Mj.* Baccarum Juniperi & Heder. *an.* ℥j. Chelid. major. Centaur. min. Cardui benedicti Calendulæ, Coronopi minimi Dracontii, Galeugæ *an.* *Mj.* Granorum paradyſi ℥ß. Garyophyllat. rad. *Mj.* Caryophyllorum Zinziberis *an.* ʒß. Hyperici, Imperatoriæ, loti odorati, Meliſs. Parthenii *an.* *Mj.* Piperis longi nigri, albi *an.* ʒij.

Roris ſolis Florum Roriſmarini Rutæ, Salviæ, Scabioſ. Scordii. Tertionariæ, Thymi, Verbenæ, *an. Mj*.

Herbæ minutim incidantur, aromata craſſiuſcule conterantur, & affundatur vini odorati quantum imbibere poterunt. Macerentur ſic per duos dies, in vaſe arctiſſimè clauſo, poſteà diſtillentur ad ſiccitatem, cum recipiente optimè clauſo.

Aqua febrifuga. Froment.

℞. Rutæ, Abſynthii, Roriſmarini Salv. minut. Fœniculi Herbæ, artemiſs. *an.* ℔j. Marrubii albi cum toto, Chelidon. major. cum toto Enulæ, cum toto *an.* ℔ij. Vini albi generoſi pintas *viij*. Infund. per horas 24. Adde, fiat diſtillato ad ſiccitatem. Doſ. ℥vj.

Aqua febrifuga. Quercetani.

℞. Aquæ fragorum. Centaur. min. *an.* ℔ij. Mellis narb. ℔iij. miſce, atque in alembico aperto pon. in formicarium, poſtquàm formicis fuerit repletus liquor ſuperpoſiro capitello fiat diſtillatio per cineres, omnibus baculo prius probè commixtis.

Doſis Cochleare dimidium, in intermittentibus initio paroxyſmi. Salis validium vomitorium.

Aqua febrifuga Calid.

℞. Aſari totius.
Centaur. minoris.
Chelidon. majoris.
Hederæ terreſtris.
Fragariæ totius *an. Mviij*.
Radicum Gentianæ.
Jarri.
Sambuci.
Cortic. vel rad. Ebuli.
Polypod. querni.
Valerian. utriuſque *an.* ℥iiij.
Radic. angelic.
Imperatoriæ *an.* ʒijß.
Foliorum Galegæ cum toto Garyophyllatæ totius.
Hyperici.
Roris Solis.
Artemiſiæ.
Chamædryos.
Pentaphylli.
Viſci querni.
Verbaſci albi.
Betonic. tot.
Anagallidis utriuſq. *an. Miiij*.
Foliorum Abſyhinht.
Tanaceti.
Meliſs.
Vermicularis.
Calamenthi.
Siſymbrii.
Menthæ.
Matricariæ.
Perſicar. feræ.
Calendulæ.
Rutæ.
Scord. *an. Miij*.
Foliorum Tabaci maris *Mvj*.
Florum anthos.
Chamæmeli *an. Pvj*.
Baccarum Junip. recentium.
Heder. muralis recent. *an.* ℥iiij.
Semin. Cardui benedicti.
Spinach *an.* ʒv.

Recentia ſint, & terantur omnia diligentiſſimè. Iiſque tuſis, & in matratium vitreum amplum repoſitis affundatur Vini albi generoſi, & aceti albi acerrimi *an.* pintæ *vj*. Digerantur vaſe vitreo probè obturato in fimo equino per octiduum, mox fiat fortis expreſſio, & diſtillatio in B. ultrà mellaginem. Magmati ſeu Ecchylomati reſiduo reaffundatur diſtillatio, fiat iterum digeſtio ad tincturæ extractionem & filtratio, ac denuò digeſtio diſtillatio, à qua reſideat extractum ad aliquantulam duritiem coagulandum, ac ſeorſim aſſervandum, addendo ſalem omnium præſcriptarum Herbarum.

In Aqua Verò pro qualibet libra diſſolve ſalis Artemiſiæ Cardui benedicti, fraxini. Abſynthii *an.* ℈iiij. ſervat. vaſe optimè clauſo ad uſum.

Aqua febrifuga Temperatior.

℞. Aſari totius.
Centaurii minoris.
Chelidonii majoris.
Hederæ terreſtris *an. Mviij*:
perſicariæ maculatæ.
Acetoſellæ ſylveſtris.
Anagallidis utriuſque.
Artemiſiæ
Pentaphylli.
Viſci querni.
Chamædryos.
Verbenæ.
Valerianæ majoris *an. Miiij.*
Solani hortenſis & lignoſi.
Agrimoniæ
Piloſellæ.
Fumariæ.
Endiviæ.
Cichorii.
Bugloſſi.
Pimpinell.
Plantaginis utriuſque.
Burſæ paſtoris.
Dentis Leonis.
Scabioſ. *an. Miij.*
Florum Verbaſci albi.
Roris Solis.
Galegæ *an. Miij ß.*
Semin. Spinachiorum.
Baccarum heder. mural. rec.
Cortic. median. fraxini.
Baccarum ſolani lignoſi.
Semin. Card. bened. *an.* ℥iiij.

Fiat ut ſupra digeſtio in æquis partibus ſuccorum Sempervivi majoris & portulacæ, & aceti albi acerrimi, quorum ſingul. ſint ℔x. mox poſt expreſſionem diſtillatio, reaffuſio, digeſtio, filtratio & diſtillatio, atque extracti conſervatio; cui addatur Sal extractus è magmate poſt expreſſionem reſiduo.

Pars aquæ acida reddatur ſ. q. Spiritus Vitrioli vel acetoſitatis ſulphuris, & ſi lubet tingatur, Violis Roſis, papaver erratico.

Parti verò addatur pro ℔j. ℥xvj. ℥ß. Lapidis Brunellæ & ſeorſim reſervetur hæc Aqua.

Aqua Antiſiphillica.

℞. Guaiaci interioris nigerrimi recentis ac reſinoſi ℔ij.
Corticis ejuſd. ℔j.
Ligni ſaſafras cum cortice ℥xvj.
Ligni Juniperini.
Rhodii *an.* ℥x.
Santali citrini ℥vj.
Cortic. mediani fraxini.
Radicum Vincetoxici.
Petaſitis.
Bardanæ, Carlin.
Tapſi Barbati.
Tormentillæ, Contrayerva
Viperinæ Virginian.
Cyperi.
Scorzoneræ Hiſpanic.
Pæon. maris, Valerian. utriuſque.

Ireos Florentiæ.
Ariſtoloch. utriuſque.
Gentianæ.
Enulæ *an.* ʒviij.
Foliorum Ocymi, Garyophyll.
Imperator tot.
Scabioſ. Angelic. utriuſq. tot.
Cardui benedicti.
Ulmariæ, Succiſ.
Meliſs.
Rutæ.
Scordii.
Petun Indici, vel noſtrat. majoris.
Calendul.
Pimpinell.
Hyperici.
Cruciat.
Centaurii minoris.
Abſynthii.
Menthæ. Omnium in umbra ſiccatorum *an.* ʒiiij.
Florum Geniſt. Hiſpanic.
Tunicis.
Anthos, cum ſummitatibus.
Stoechados utriuſque.
Salviæ minutæ.
Chamæmeli
Ebuli.
Sambuci, *an.* ʒiij.
Florum Lavendulæ ʒij.
Seminum cardui bened. Mariæ.
Citri, Galeg.
Nigell. Roman. *an.* ʒijß.
Baccarum Juniperi recentium Hederæ, *an.* ʒvij. } maturarum
Corticis citri exterioris.
Aurantiorum *an.* ʒix.
Cynamomi interioris.
Nucis moſchat, *an.* ʒjß.
Caryophyllorum. ℥j.
Aqu. Fontan.
Vini albi generoſiſſimi *an.* ℔xxx. Hydromelitis malvaticati ℔xij.

Infundant. in pluribus vaſis, cerato, ſubere & veſica bubula apprimè clauſis, idque in fimo equino per quatriduum (vel etiam ſi videatur diutius) deinde in Balneo Mariæ, fiat diſtillatio, in vaſe vitreo, fictili, vel in veſica ænea, cui ſuperpoſitum fit capitellum Stanneum, cum linteis, aut galero è ſpongia ad humectandum. Ubi ventum erit ad medias fiat expreſſio & colatura, quæ digeratur per triduum, ad lentum fimi vel balnei calorem, mox à reſidentia quod limpidum fuerit ſuaviter inclinando decantetur, atque bis per chartam emporeticam filtretur, tandem fiat diſtillatio in alembico & balneo. Aqua miſceatur cum præcedente; reſervetur extractum mellagineum ad uſum.

In Balneo meo vaporis ferventiſſimo.

In vaſe refrigeratorio ampliſſimo.

Magma in reverberio clauſo pellatur per retortam, & excipiatur oleum cum ſpiritu, ab eodem per infundibulum ſeparandum, atque è cineribus reſtantibus ad albedinem calcinatis rectificandum. Ad externa in tophis & doloribus.

Spiritus acidus rectificatus utiliter admiſcebitur aquæ, ad augendam facultatem ſudorificam.

E cineribus extrahatur Sal, crebra ſolutione & congelatione chriſtalliſandus, addatur aquæ ſtillatitiæ ad conſervationem & virium graduationem.

NB. Sal Tartari, in aqua diſſolutus ſummæ eſt efficaciæ ad attrahendas potenter tincturas, propterea in parando decocto cum aqua venerea præſcripta, ejus portio poterit admiſceri, v. g. ℈j. vel ʒß. pro ſingulis doſibus. Sapor lixivioſus ingratus extinguatur ſucco Limon. vel Oleo Sulphuris; extracto per campanam

Aqua ſi perſundatur ſpiritu tartari, Guaiaci, Buxi, vel aciditate ſulphuris, potentior evadet, & incredibilis virtutis.

Poterunt ſimul omnia nempe aqua, & ſpiritus ♀. buxi, Guaiaci Juniperi mixta rectificari per alembicum in balneo, bulliente ſub finem, ad pellendos ſpiritus.

In certis ſubjectis poterit temperari aqua iſta, admixtione aquæ frigidæ. Si tinctam cupis, colorem concilia floribus pæoniæ. Vetonicæ, baccis ebuli.

Aqua Elephantica.

℞. Succorum per reſidentiam in B. depuratorum Borragin.
Bugloſſi.
Fumariæ
Fragorum
Pomorum curtipendulorum
Perſicariæ macul. *an.* ℔iiij.

Pomorum Succus recenter expreſſus eſt magis refrigerans, nec niſi poſt fermentationem ſeſe prodente ſpiritu inflammabili Incaleſcit.

Succ. depur. Ceraſorum nigror.
Acidorum
Oxalidis
Intybi
Cichorii
Oxylapathi
Granatorum
Cydoniorum *an.* ℔iij.
Aquæ animalis in ſequentibus deſcriptæ ℔vj.
Hydromelitis malvaticati, vel ſi habeatur pomacei defæcatiſſimi ℔x.

NB. Pomaceum præſtat quod ſuum habet ſpiritum ad cæterorum conſervationem, & pollet vj. Cardiaca.

Radicum in umbra ſiccatarum
Verbaſci albi
Scorzoner. Hiſpanic.
Polypodii querni.
Contrayerva *an.* ℔ß.
Foliorum ſiccorum Pimpinellæ
Veronicæ utriuſque Ophiogloſſi *an.* ℥iiij.
Foliorum hepaticæ ſiccorum.
Scabioſ.
Epithymi.
Cuſcut.
Ceterach.
Salv. vit. *an.* ℥iij.
Florum verbaſci albi.
Primul. veris.
Vetonic. rubr.
Citranguli *an.* *P*iiij.
Corticis citri extimi recentis ℔j.

Conciſis contuſis & pulveriſatis iis quæ hanc præparatorem requirunt, miſceantur omnia ſimul, & fiat digeſtio per octiduum in fimo equino, mox liquidi inclinatio, reſtantis magmatis valida per torcular expreſſio. Digeſtio in balneo per quatriduum, limpidioris ſubſtantiæ filtratio, reſidui craſſamenti in B. per alembicum diſtillatio ad ſiccitatem: filtrati liquoris etiam diſtillatio, ad mellaginis in alembici fundo reſtitantis coagulationem. Singula ſeorſim reponantur ad uſum.

Aqua grato ſulphuris acore perfuſa tingatur violis, floribus Vetonicæ rub. bugloſſi. Ejuſque vis partim cardiaca, partim alexiteria adverſus Humorem melancholicum, augeatur Infuſione confectionum Alkermes & de Hyacintho. Mellagini addatur ſal extractus ex iis, quæ in ſuperiori catalogo contenta calcinationem admittunt; At ſi hoc extractum quæras potentius.

℞. Mellaginis ℥iij. Salis Microcoſmi ex Sanguine, oſſibus, cranio, toto-ve ſubjecto extracti, ejuſque fixi & Volatilis *an.* ʒjß. Diaphoretici ♁. ʒß. (vel florum griſeorum præparantium ʒij.) Cremoris Tartari Vitriolati

Tinctura auri melior erit.

lati ʒiij. auri ferientis per Spiritum Vini ſublimati ʒß. miſce, fiat velùt opiata. Vel etiam magis deſiccando Pilularum maſſa ad uſum. Porrò vel per ſe in ſoltirio ac ſimplici liquore primò citrà tincturarum, vel confectionum additionem, vel mixtum cum Antiſiphyllico exhiberi poterit hoc extractum, quando Lues Venereæ, & Elephantiaſis adeſt complicatio.

Neque inutilis erit iſtius remedii mixtio cum Catharticis melanagogis, ut una eademque opera & moveatur, & repurgetur ater humor.

Aqua Animalis prius Notata.

N.B. Si deſit humanus ſanguis, ſumatur Cervinus.

℞. Sanguinis hominis juvenis ſani ſi haberi poſſit ſupplicio affecti trancatione capitis ℔vj. (vel primo die *Maij*, quo plurimi moris potiùs quàm neceſſitatis ergò ſolent ſanguinem mittere, ex pluribus ſubjectis, quantum tum fidei poterit temperamento inter ſeſe convenientibus quæratur, ac deſumatur hæc ſanguinis quantitas, quam cum habueris, accipe viperas abſciſſis extremitatibus, detracta cute, & ſublatis interaneis N° *xij*. Colubros majores eodemmodo præparatos, N° *xvj*. Cornua Cervina mollia, & recenti ex productione, ſanguine adhuc turgentia N° *iiij*. Sanguis primò per ſe addito duplo ſpiritus vini puriſſimi digeratur in frigido per *xij* vel *xvj* dies donec penitus, qui ante coagulatus erat diſſolvatur. Tunc addantur ſerpentes minutim conciſi, recenter tum occiſi, & cornua cervina ex animalibus mox deſumpta atque per taleolas ſecta. Fiat diſtillatio in balneo vaporoſo donec nihil amplius ſtillet, idque in alembico vitreo, vel fictili vitreato, cui ſuperpoſitum ſit capitellum vitreum. Ceſſantibus guttis vas locetur in cineribus mutato recipiente, & vigeatur materia igne blando ad omnimodam uſque ſiccitatem. Mox in retorta pellantur ſpiritus, cum oleo, & ſale armoniaco, retortæ & recipientis collo adhæſuro, Sal ſeorſim colligatur. Spiritus è magmate ad ſummum calcinato bis ter-ve rectificetur, Cineres quavis vice denuò exurendo. Oleum è retortula ſemel atque iterum diſtilletur in cineribus, donec album ſit ac limpidum, vel ſaltem non fuſcum ac nigrum quale erat in prima diſtillatione. Ex cineribus ſal extrahatur, vel per aquam pluviam diſtillatam, vel cum prima aqua per balneum vaporoſum eliciata, quæ iſto ſale prægnans reſervetur, niſi malis ſalem ſeorſim aſſervare.

Pars iſtius Liquoris miſceatur cum ſpiritu, ad peculiarem uſum.

Oleum ad externa, in Elephanticis tuberculis, vel Ulceribus Unguentis, Ceratis Emplaſtris admixtum. Sale etiam utiliter conſpergentur Ulcera Phagædænica, Elephantica, Venerea, aliáque mali moris.

Aqua Epileptica.

℞. Radicum pæoniæ utriuſque decreſcente Luna in ſigno Leonis collectarum.

Radic. Valerianæ utriuſque } collectarum ante quam caules & folia emiſerint.
Enulæ.
Fraxinellæ.
Ariſtoloch. utriuſque.
Ireos florentiæ.
Gentianæ *an.* ℥iiij.
Radicum Acori.
Zedoariæ.
Galangæ *an.* ℥iij.
Ligni Rhodii.
Buxi.
Corticis Guaiaci virentis.
Cortic. Saſafras *an.* ℥v.
Viſci querni & Coryli *an.* ℥vj.
Foliorum ſiccorum dictamni Cretici.
Malabathri.
Menthæ.
Hyſſopi.
Satureiæ.
Scordii.
Rutæ.
Lauri.
Citri.
Aurantiorum *an.* ℥ijß.
Foliorum virid. Calendulæ cum floribus.
Betonicæ.
Ulmariæ. Herbæ iſtæ cum floribus ſumantur.
Meliſſæ *an. Miiij.*
Florum recentium Tiliæ.
Ceraſorum nigrorum.
Lilii convallium.
Primulæ veris.
Anagallidis purpur. *an.* ℔ß. *Pviij.*
Florum Salviæ.
Majoranæ.
Roriſmarini.
Lavendulæ.
Stoechad. utriuſque *an. Piiij.*
Spongiæ bedegaris ℥viij.
Seminum Card. Benedicti.
Citri.
Pæoniæ utriuſque.
Nigellæ Romanæ.
Baccar. Junip. recentium.
Corticis Citri exterioris.
Aurantiorum *an.* ℥iijß.
Piperis Longi. Ligni Aloes.
Cubebarum.
Caryophyllorum.
Macis.
Cynamomi Inter. *an.* ℥jß.

Scyllæ veræ per taleol. ſect. ℔ij. raſuræ cranii humani non ſepulti Stercoris pavonis albi maris & fœminæ ſicc. *an.* ℔j.

Talpas integras *N° xij.*
Pullos hirundinum adhuc lanuginoſos N° 50.
Pullos picarum *N° xxv.*

Animalia cum cranio. & pavonum ſtercore ſeorſ. macerentur per horas 24. In ea quantitate Hydromelitis malvaticati quæ ſupernatet quatuor digitis, deinde fiat diſtillatio In Balneo vaporoſo primùm donec nihil exſtillet, deinde in cineribus aut balneo ſicco ad ſiccitatem, ſeparatis ab Invicem liquoribus, ne ultimus hic empyreuma ſapiens primum ingratum reddat. Quod in vaſis fundo reſtiterit pellatur per retortam ut eliciantur ſpiritus atque oleum, & colligatur ſal volatilis qui ad retortæ collum & recipientis ſublimabitur. In hac ultima diſtillatione, ſi addideris ℔ij. ſuccini prius in aceto diſtillato Infuſi, mox propria tinctura rubra, per ſpiritum vini ſpoliati, potentius habebis oleum ad externa, ſpiritus acutiores, & ſalis volatilis utiliſſimi majorem copiam. Id autem fiat in reverberia clauſo Spiritus e colcothare. Oleum ex propriis cineribus bis ter-ve rectificetur ex cineribus ad extremum calcinatis ſal extrahatur ad uſum dicendum.

Aqua prima. Aqua ſecunda. Spiritus oleum. Sal volatil. Tinctura ſuccini. Rectificatio.

Toti materiæ Vegetabilium de-

deſcriptæ, affundantur vini malvatici hydromelitis malvaticati *an.* ℔xxx. ſive pintos *xv.* unà cum illa aqua prima quæ ex animalibus diſtillarir. fiat digeſt. in uno vel pluribus vaſis vitreis, in fimo vel balneo, per *viij.* dies; adde ſecundam artem diſtillatio, ubi ad medias ventum erit; expreſſio; Liquoris expreſſi coagulatio ad mellaginem, ſive Extractum.

Magma pellatur per retortam atque excipiantur ſpiritus & oleum, quod rectificata ut ſupra, cum oleo & ſpiritibus ex animalibus elicitis miſceantur. Sal etiam ſecundam artem extrahatur.

℞. Aquæ ſtillatitiæ ℔vj. Theriac. veter. & probat. Mithridatii. *an.* ℥iiij. Camphoræ ʒj. Miſce fiat diſtillatio. Et ſi lubet etiam extractum cum priori miſcendum.

In Caduco matricis. ℞. Aquæ Epilepticæ ℔iij. Myrr. ʒij. Caſtorei ℥j. Aſſ. fœtid. ℥ß. Camphoræ ʒj. fiat diſtillatio.

Porrò augeatur iſtius Aquæ virtus eique gratus color concilietur, ſpiritu vitrioli vero, aut ſi deſit, vulgari acid. & florib. pæoniæ. Aromatiſetur ſi lubet floribus benjoin. Ambra griſea, & moſcho orientali.

Ex eadem fiat ſyrupus. ℞. Cynam. ℥ij. Caryoph. ʒj. Extrahatur tinctura cum aqua Epileptica; hujus liquoris pars dimidia miſceatur cum duplo ſacchari cum eadem aqua in Roſatum cocti, atque ſuper cineribus calidis, per ſacchari diſſolutionem fiat ſyrupus. Moſcho & Ambra in nodulo ligatis aromatiſandus.

Tabellæ etiam parabuntur ex ſaccharo in hac aqua ut decet cocto addendo ſub finem coctionis, pro ſingulis ſacchari libris Olei ſalviæ vel Roriſmarini, aut etiam aniſi ℈j. vel ad ſummum ʒß.

Sal utiliter addetur aquæ, niſi eum malis ad extractum reſervare.

Spiritus ſervetur pro paroxyſmo ſæviore, per ſe uſurpandus, vel ejus guttæ aliquot aquæ admiſceantur. Hic minus ingratus erit poſt rectificationem.

Oleum faciet ad ſaturarum & ſpinæ inunctionem, ad olfactionem in paroxyſmo: Nec non ejus gutta una vel altera, commodè dabitur cum extracto, vel etiam cum aqua ipſa aut vino.

Extractum a. ſic tractetur. ℞. Mellaginis ex diſtillatione reſiduæ ℥iiij. ſalis dulcis perlarum & corallorum *an.* ℥ß. ſalis volatilis animalis ʒij. pulver. interaneorum quatuor talparum ſub cinerib. in ſtuppis canabinis ſiccatarum. Cynabaris mineralis veræ ʒvj. florum bejoin ℥iij. miſc. fiat electuarium, cui addere poteris diaphoretici ♁. ʒv. ſalis fixi ex tota materia extracti ℥ß. Uſus ad præcautionem ſi vel ſingulis matutinis, vel juxta Lunæ ſuſpecta tempora ſumatur à ʒß. ad ʒjß. Ad curationem ſi ejus ʒj. diſſoluta in duabus partibus aquæ & una ſpiritus, vi diductis Inſtrumento dentibus Ingeratur in os, aut ſtatim invadente, aut perſeverante paroxyſmo.

Aqua facilis, pro Pauperibus. Antiepileptica.

℞. Radic. pæon. maris ℥iiij.
Viſci querni ℥vj.
Florum primulæ Veris.
Lil. convallium *an.* ℔j.
Stercoris pavonis maris ℔ß.
Pullos picarum N° *iij*.
Pullos hirundinum. N° *vj*.

Vini albi generoſiſſimi ut Hiſpan. aut Malvatici ℔x. Infund. per horas 48. & diſtilla in Balneo. Ex fæcibus fiat ſal addendus Aquæ.

Uſus eſt ſi tribus vel quinque ultimis Lunæ diebus, manè & poſt meridiem, horis tribus ante cibum exhibeantur circiter ℥iiij. vel *v*.

Aqua Somnifera.

Veronenſium. ℞. Semin. Lactucæ Scariolæ papav. albi & nigri, hyoſcyami *an.* ℈j. ſem. Lolii ℥ijß. Opii Thebaici ʒij. poma mandrag. recent. N° *viij*. ſuccor. ſolatri, fol. mandragoræ, Hyoſcyami papaveris *an.* ℥iiij. Vini aromatici ℥vj. Cynamomi Caryophyll. *an.* ʒß. Croci ʒj. Infunde omnia per *vj*. dies adde diſtilla per alembicum benè obturatum, lento igne. Doſis ʒj. dormiet per horas *viij*. Uſus eſt quando membrum aliquod eſt exſcindendum, vel alia magna operatio facienda.

Alia. ℞. Farinæ Lolii ʒvj. ſemin. papaver. & Lactuc. *an.* ʒjß. Opij ʒj. Vini Malvatici ʒxxx. bene mixta diſtillentur. Doſis ʒj. cum vino: durat ad horas *viij*. ʒij. ad horas *xvj*. Si ʒiij. dentur, nec expergefiat æger, morietur.

Modus Expergefac. Laventur naſus frons & tempora aceto acerrimo, & ubi excitari incipit, exhibeantur potanda duo cochlearia aceti. Ilicò ſomnus faceſſet.

Alia. ℞. Opii quart. 1. Lolii, ſemin. papaver. & Lactuc. *an.* ℔j. infund. per 24 horas in ſ. q. vini generoſi, diſtilla igne lento. Doſis ʒj. ad horas tres.

Alia. ℞. Opii Thebaici ℥ij. ſeminis Lolii papaver. Lactuc. Hyoſcyami *an.* ℥j. nuc. methel. N° *j*. tere omnia, & cum Aqua Lactuc. fac veluti paſtam teneram, quam diſtilla in alembico. Stet diſtillatus liquor in fimo per 12 vel 15 dies. His peractis allium craſſiuſculè teratur, indatur Aquæ, & rurſus fiat diſtillatio. Datur in vino aut alio modo commodiori, tantum ʒj. pro *viij* vicibus.

Modus alius expergefaciendi. ℞. Caput allii, teratur cum aceto acerrimo & aqua fœniculi, ad conſiſtentiam mellis. Diſtilla ex cineribus. Hoc liquore inungantur dormientis nares, & omnes pulſus. Brevi excitabitur.

N B. In iſtis autem ſomniferis parandis ut artifex immunis ſit à ſapore, iſtius aceti ℥ß. bibat jejuno Stomacho, atque eodem liniat omnes pulſus, & nares bombaycæ hoc liquore tincto obturet inter operandum.

Ita de Opio Saladinus.

Ut fœtor ad opio removeatur, piſtetur ℥j. Opii cum duobus capitibus allii, deinde diſtilletur hæc miſtura per alembicum. Vide Aquam ʒj. odenticam. Et de iſta aqua detur in potu ſecundum diſcretionem, quia mirabiliter provocat ſomnum, *& erit ſine fœtore*, & hoc pulchrum ſecretum non eſt omnibus revelandum: Vocatur Secretum *Albucaſis*, ab *Hollerio*, *Cap*. 41. de dolore Colico, *Fol*. 187.

Falſum valde fœten-

Ad inſtar Aquarum iſtarum, ſequens compoſita fuit.

Plures deſcriptiones Fumanelli & Rubei, vide apud Weckerum *in Antidotario. Sectione de Aquis.*

℞. Succorum papaveris utriuſque totius.
Hyoſcyami utriuſque cum toto florum Nenupharis utriuſque Cynogloſſi.
Lactucæ, *an.* ℔iij.
Succorum Solani hortenſis totius Sempervivi majoris.
Craſſulæ ſeu fabæ inverſæ,
Heder. muralis.
Portulacæ, *an.* ℔ij.
Vini malvatici vel Canarini ℔vj.
Poma mandragoræ rec. N° *xij*.
Seminum papaveris albi.
Lactucæ.
Hyoſcyami *an.* ʒiij.
Semin. Lolii ℥vj.
Florum papaver. Rhoeadis & Hyoſcyami, *an.* ℥viij.
Opii, ℥iiij.
Croci, ℥ij.
Cynamomi.
Caryophyllorum, Myrrhæ, *an.* ℥jß.
Caſtorei. ℥j.

Succi recenter expreſſi ſumantur, terenda terantur, omniáque mixta digerantur in fimo vel balneo per *vj* dies, mox fiat diſtllatio ad ſiccitatem, in Balneo vaporoſo.

Magmati ſicco Aqua diſtillata affundatur, & extrahatur tinctura, fiat iterum diſtillatio, reſtante mellagine, quæ poterit eſſe inſtar Laudani: Melius tamen uſurpabitur ad externa, cum Aqua propria diluta, v. g. ad dolores Arthriticos, aut alios quo ſuis. Utiliter etiam diſſolvetur ejus portio in Clyſteribus, ad Colicos affectus, nec non in fluxibus alvi: Cautè tamen cum hujuſcemodi medicamentis erit procedendum.

Si extractum præparetur cum aceto diſtillato, narcoticorum erit exactior correctio.

Aqua poterit colocari cum croco, vel cum floribus papaveris rubri.

Ejus ʒj. vel ʒij. ſufficient ad interna, atque à minori quantitate erit incipiendum. Pro topico acommodus erit ex ipſa fotus, quotieſcunque dolor partem, aliquam moleſto aculeo percellet.

Haud mirum eſt cum phlegmate vim narcoticam elevari, cum ea ſita ſit in Sulphure volatili, & à ſuo corpore facilè ſeparabili.

Iſtius a. Sulphuris noxiam cerebro qualitatem ſi metuas, præſertim in Opio, antequam cæteris admiſceatur, præparetur multiplici in furno terrefactione poſt exemptum panem, toties reiterata, donec omnem fœtorem amiſerit, & facilè poſſit pulveriſari.

Aqua Ophthalmica Rubra.

Riv. ℞. Aquarum ſtillatitiarum Roſarum albarum.
Rutæ
Chelidonii majoris.
Fœniculi.
Euphraſiæ *an.* ℥viij.
Vini hiſpanici vel malvatici ℥xvj. Aloes.
Tuthiæ præparatæ.
Caryophyllorum *an.* ʒvj.
Sacchari Candi ℥ij.
Camphoræ ℈iiij.

Miſce, inſolentur per dies Caniculares, aut ſtent ponè furnum piſtoris per tres hebdomadas, vaſe vitreo probè clauſo.

Uſus potiſſimúm ad humorum & membranarum incraſſationem, Initium Cataractæ, fluxiones frigidas in Oculos.

Aqua Ophthalmica Smaragdina

Riv. ℞. Frumenti.
Salis marini nitidiſs. *an.* ℔j.
Chelidon. majoris.
Verbenæ.
Trifolii maculati.
Euphraſiæ.
Rutæ.
Foliorum Fœniculi *an. Mj.*

Ex concifis herbis, tritico, & ſale *ſſ. ſſſ.* in vaſe æneo: mox affunde vinum album generoſiſſimum, ita ut ſupernatet: Tegatur vas, atque omnia ita relinquantur per *vj* ſeptimanas, moveantur, & inſolentur per octiduum.

Uſus ad albuginem & maculas oculorum inſtillando mane, & veſperi guttam unam aut alteram.

Aqua Ophthalmica Cærulea.

Riv. ℞. Aquarum Verbenæ.
Rutæ.
Chelidonii majoris
Roſarum
Fœniculi
Conſolidæ maj. *an.* ℥viij.
Calcis vivæ ℥iiij.

Infund. in aquis prædictis per diem & noctem, adde, fiat colatura, cui adde ſalis armoniaci, ſacchari candi *an.* ℥ij. ponantur in vaſe cupreo, donec Aqua cæruleum colorem acquirat.

Inſtilletur guttula in oculum bis in die;

Ad Ruborem, fluxionem in Oculos, Humiditatem ſuperfluam glandulæ. Valet & ad Ruborem faciei.

Si acrior videatur, temperetur aliqua Aquarum prædictarum, ut fœniculi, vel euphraſiæ.

Valet & ad Ulcera ſordida, quæ deterſione & deſiccatione ſtrenua indigent.

Quoniam verò inflatur calx, & plurimum Aquæ imbibit; niſi dicta quantitas ſufficiat augeatur: Quemadmodum ſi intolerabilis ſit acrimonia, vel etiam pro ratione morbi minuatur Salis Armoniaci quantitas.

N B. Ex aqua fontana & Lapide Cheirurgico mirabili, fit remedium Opthalmicum potens, ad Fluxiones, inflammationes, Ruborem oculorum.

Aqua Odontica.

℞. Succi Allii ℔ij. Valde fœtet.
Opij ℥ij.

Caryophyllorum ℥iij.

Vini malvatici vel Canarini ℔j. macerentur ſimul per quatriduum, adde fiat diſtillatio ad ſiccitatem in vaporoſo balneo, vel etiam in Balneo ſicco.

Aquæ ſtillatitiæ adde Camphoræ per ovum & vini ſpiritum ſolutæ ℥ß vel olei ejuſdem.

Mercurij anodyni in optimo vini ſpiritu diſſoluti ʒvj. Miſce, ſervetur in vaſe vitreo optimè clauſo, atque utere applicando denti goſſipium intinctum.

Vide num ſatius ſit ſuper Caphura ex retortula in cineribus aquam quinquies aut ſexies cohobare.

Decies vel duodecies. *Mercurius Anodynus* fit ex ſublimato, *toties* cum aqua forti ex 🜕. 1. & 🜖. 2. cohobato, donec inſtar olei fluat, & in frigido chriſtalliſetur. Chriſtallos ſpiritu Vini ſolve, ſpiritum abſtrahe ad ſiccitatem. Primò, ſolve, denuò exhala ad pelliculam. & in cella chriſtalliza. Pulverem terra.

Magma primæ diſtillationis extrahatur cum vino canarino per tenuem, & fiat maſſa ad Emplaſtra arteriis applicanda, nec non ad turundas auribus indendas urgente dentricum dolore; additis Croco, Caſtoreo, & gummi Elemi.

Aqua Theriacalis.

℞. Theriacæ Veteris.
  Mithridati *an.* ℥iiij.
Radicum Zedoar.
  Carlin. *an.* ʒiij.
Radic. Angelic.
  Imperator. *an.* ʒij.
Ariſtoloch. utriuſque.
  Gentian.
  Enulæ.
  Valerian. majoris *an* ℥jß.
Radic. Vincetoxici.
  Tormentill.
  Petaſitis.
  Caryophyllat.
  Scorzoner. *an.* ʒijß.
Baccarum Juniperi recentium.
  Heder. *an.* ℥iij.
Ligni Rhodii.
  Corticis exterioris citri ſicci, *an.* ʒxv.
Foliorum ſiccorum Rutæ.
  Scordii *an.* ℥iijß.

Aqu. ſive phlegmatis peſtilentialis. Vini albi generoſiſſimi (ut Malvatici, Vaſconici Canarini) *an.* pintas *vj.* ſucci Limonum depurati pintas *ij.* Aceti roſacei pintam unam, (aut ſi malis acet. de Vetonica, Scyllitici,) ut ſint omnium mixtorum pint. *xv.* ſive ℔xxx. Omnia ut decet præparata infundantur Secundam artem, in fimo vel Balneo per *vj* dies, aut ſi Spiritus exhalationem metuis fiat infuſio in frigido; mox diſtillatio ad medias, valida poſt reſidui Liquoris colaturam, magmatis expreſſio; diſtillatio expreſſionis ad ſiccitatem. Succagini in alembici fundo reſtitanti affundatur denuò aqua, extrahatur tinctura, fiat filtratio per chartam, & tandem diſtillatio ad ſufficientem extracti coagulationem. In limbo & roſtro alembici ſint noduli plures continentes ʒß. Croci & *gr. xv.* Camphoræ, poſt quatuor libras renovandi. Diſtillatus liquor croceus dividatur in duas partes, quarum altera reddatur acidula ſ. q. olei limpidiſſimi ſulphuris, alia verò recipiat pro quavis libra ℥ß. Lapidis Brunellæ, ſive Nitri per 🜍. fixati.

Extracto addatur ſal extractus è magmate ab expreſſione reſiduo. Cujus Echylomatis ſi majorem poſtulas efficaciam.

℞. Extracti ʒj. Myrrhæ, Chriſtallorum ſulphuris *an.* ʒij. Croci ʒjß. Aloes in ſuccis depurat Scordii & Ulmar. diſſolut. & per evaporationem coagulat. ℥ß. Salis Artemiſ. & corallorum *an.* ℈iiij. miſce, fiat maſſa velut pilularum, ſumenda ad *gr. xv.* vel xx. ſingulis matutinis tempore peſtilenti, ad præcautionem. Proderit etiam ad tetros & venenatos vapores cujuſ-vis generis diſcutiendos, ſi miſceatur cum appropriatis.

Uſus tempore etiam poterit diſſolvi nonnihil extracti in aqua ſtillatitia, ut potio evadat majoris virtutis.

Laudanum. Sumpſi aliquando iſtius extracti, & extr. Opii & croci *an.* concinnavi optimum Laudanum, cujus doſis ſufficiens fuit ad *gr.* 4.

Aqua Peſtilentialis.

NB. Acetum theriacale vid. lib. 10 f 277.

℞. Succi Cardui Benedicti ℔xij.
Succ. Calendulæ.
Bugloſſi.
Scordii.
Artemiſiæ.
Meliſſ. *an.* ℔iiij.
Succ. Oxalidis longæ.
Rotundæ hortenſis.
Acetoſell. ſylveſtris.
Trifolii ocetoſi.
Portulac.
Florum geniſtæ *an.* ℔iij.
Foliorum Rutæ.
Abſinthii.
Hyperici *an. M vj.*
Foliorum Roriſmar.
Ulmar. *an. M iiij.*
Baccarum Heder.
Juniperi recent. contuſ. *an.* ℔ij.

Digerantur in fimo per quatriduum mox fiat diſtillatio phlegmatis, cui addatur ſal extractus è magmate herbarum dictarum in magna quantitate calcinatarum proportione ʒij. ad ℔ij.

Tingatur ſi lubet aqua acida reddita cum oleo ſulphuris aut ſucco Limonum, floribus Vetonicæ, Bugloſſi, Roſarum. Torneſol.

Aqua Imperialis.

℞. Radicum in umbra leviter ſiccatarum in linteo, Vincetoxici.
Angelicæ.
Imperator.
Gentian.
Enulæ *an.* ℥ij.
Radicum Carlinæ
Bardanæ.
Ariſtol. Rotund.
Biſtortæ.
Tormentill.
Cyperi.
Scorzoner. Hiſpanic.
Contrayerva *an.* ℥ijß.
Foliorum ſiccatorum Hyſſopi.
Majoran.
Rutæ.
Lauri.
Menthæ.
Meliſs.
Malabat.
Cardiac.
Ulmar.
Cruciat.
Abſynth.
Roriſmarini *an.* ℥jß.
Florum Centaur. minoris.
Geniſt.
Hyperici.
Calendul.

Salviæ

Salv.
Lavendul.
Citranguli vel Aurantiorum *an.* ℥j.
Cynamomi.
Caryophyllorum.
Macis.
Nucis moſchat.
Zedoariæ.
Galangæ.
Calami aromatici *an.* ʒx.
Baccarum Juniperi recentium.
Ligni Rhodii.
Santali citrini *an.* ℥iij.
Corticis exterioris citri ſicci
Aurantiorum *an.* ℥vj.
Vini albi Hiſpanici pintas *xij.*

fiat circulatio in B. in duabus cucurbitis ad invicem lutatis per *vj* dies, adde diſtillatio in præalto alembico. In cujus capitello ſint plures noduli continentes moſchi orientalis ʒiß. Ambr. griſ. ʒij. Croci ʒj. Niſi iſta malis infundere, atque in nodulo in aqua continuò ſinere.

Optimum erit diſtillare ad medias, deinde exprimere atque ſuccaginem parare, quam ſi ſubtiliorem velis, eam deſicca, & denuò cum aqua, aut optimo vini ſpiritu extrahe & reduc ad eam quam volueris conſiſtentiam, addito ſale proprio, atque oleis cynamomi & corticis citri.

Poterit etiam cum mero vini ſpiritu iſta aqua parari, ut ſit potentior, ad Leipothymias, ſuffocationes, Apoplexiam, præfocantem catarrhum, cæteroſque affectus ſubitaneos.

Elixir vitæ aureum. Φ. Blanc quod ille ☉ potabile vocat, eſt optimus vini ſpiritus, cum melle, moſcho, Ambra & nonnunquam Ari ſo, vel ejus oleo circulatus.

Elixir Vitæ aureum.

℞. Spiritus Vini Malvatici, Hiſpanici, Vaſconici, vel alterius generoſiſſimi, qui purus putus ſit, ab omni phlegmate ſeparatus, ℔xvj. Spiritus mellis aciduli flavi in olla, moderato igne ſine ullo empyreumate extracti ℔vj.

Olla eſt vaporarium, Hypocauſtum, Balneum ſiccum.

Auri ferientis per aquam Regis ſoluti, & per Tartari Oleum præcipitati, atque ad dulcedinem loti, tandem in charta citra ullum calorem ſiccati ʒij. Vel quod melius eſt ſumantur Chriſtalli ſolis ut Infra dicetur prepar.
Margaritarum ſelectarum ℥iiij
Sacchari candi ℔iiij.
Ambræ griſeæ ʒij.
Moſchi orientalis ʒß.
Croci ʒj.

Spiritus ſalis per Acolipilam, vel cum duplo Lacti prepar ℔j.

Portio ſpiritus vini affundatur Ambræ Moſcho & croco, atque in vaſe exactiſſime obturato fiat tincturæ extractio in frigido, vel ſaltem cum tepore.

In ſpiritu mellis ſaccharum diſſolvatur. Aurum & margaritæ in ſalis ſpiritu ad perfectam uſque, vel ſaltem poſſibilem diſſolutionem digerantur. Ita per octiduum præparatis ſingulis, omnia miſceantur, atque in duplici cucurbita fideliter occluſa, fiat Circulatio in cineribus, ſepulta ut a. e in iis olla fictili vitreata, quæ ruptionis periculo medeatur. Stent ita per 40 dies. Et tandem fiat limpidi liquoris decantatio, qui in phyalis optimè clauſis reſervetur tanquam Univerſale potentiſſimum Roborans in peſte, ſuffocationibus Hyſtericis, Vertigine, incubo, Quartana, Colica flatulenta, *&c.*

Lutum ad Juncturas vaſorum ſit ex Vernic & minio. Niſi Cera ſufficiat, Veſica bubula:

bulâ; aut Calx cum albuminibus ovorum.

Chriſtallus Solis.

℞. Solem laminatum, & cincinuatim circum volutum, cui affunde duplum vel triplum olei ſalis puriſſimi fiat diſſolutio, mox cohob. ad *vj.* vel *vij.* vices, In alembico cujus capitellum ſit perforatum. Tandem pellatur materia △ᵉ validiſſimo; Aſcendent advaſis collum Chriſtalli in omni Liquore diſſolubiles; Licet in magna aquæ pluviæ diſtillatæ quantitatæ, ſeparatis ſalis ſpiritibus, Ilicò reducantur. Iſtis Chriſtallis utere loco auri ferientis ſi Lubet.

Aqua Inſtaurans. Analeptica.

℞. Cornu cervi mellis ac tenelli, tunc cum ſuccreſcere Incipit verno tempore ex animali recens interfecto deſumpti per taleol. ſect. ℔iiij.

Aut ſi deſit. ℞. Gelatinæ ex cornu cervini raſuro recenti cum vino albo paratæ tantundum.

Succi Carnis vituli, vervecis, capiavi.

Capi in vaſe duplici extracti ℔vj.
Succ. pomorum redol. ℔ij.
Succ Bugloſſi.
  Oxalidis rotundæ.
  Trifol. Acetoſi.
  Scabioſæ.
  Pulmonariæ.
  Cardui Bened.
  Ulmariæ *an.* ℔j.
Vini albi generoſi ℔iij.
Santali Citrini.
  Ligni Rhodii *an.* ʒjß.
Cynamomi Interioris ℥ij.
Raſur. Ligni Juniperi ℥j.

Ut aſſervetur hæc aqua nec ſitum contrahat addatur ejus ℔j ſacchari candi vel conſervæ roſarum rubearum ℥iij. aut Julepi roſacei ℥iiij.

Digerantur omnia per biduum, deinde fiat diſtillatio in balneo vaporoſo, & excipiatur Liquor ſtillatitius, cujus portio per ſe ſervetur ad infuſa, decocta, *&c.* Pars verò magis Cardiaca reddatur hoc modo.

℞. Aquæ Inſtaurantis ℔iiij. reddatur acidula pauco ſucco depurato Limonum. Adde florum vetonicæ rub. *Piiij.* florum bugloſs. Borragin. violarum *an.* *Pj.* Roſ. rub. *Pij.* Extrahatur tinctura ut a. e. Adde Eſſentiæ ſumantur magiſteria dulcia per ol. ⊕ in ∴ poſt diſſolutionem præcipitata dulcis perlarum & Corallorum *an.* ʒiij. Recondatur ad uſum.

Vel cum ſpiritum ⊕ reſtibili ex præcipitatione ☿. vitæ.

Nodulus add. contin. Ligni Aloes ʒß. cortic. ſaſafr. ſemin. coriand. *an.* ʒij. Ambr. griſ. ʒß. moſchi *gr.* 4. Ocul. cancr.

Vel cum Aqua ſimplici extrahatur Lac perlarum & Corallorum hoc modo.

℞. Pulverem eorum, quem irrora guttis aliquot olei ſulphuris fiet ebulitio, qua ſedata affundatur Aquæ quantitas parva in mortario vitreo, agitando donec Aqua albeſcat, quæ turbida affundatur per Inclinationem. Et reiteretur proceſſus, donec totum corpus ſolutum ſit. Uſus tempore agitanda erit ampulla, ut quidquid ſubſederit pulveris albi cum Aqua miſceatur, atquæ unà cum liquore ſorbeatur.

Ad Phthiſin Ita paretur.

℞. Lactis vaccini recenter multi Aſinini.

Caprilli *an.* ℔iiij.

Succi cancrorum fluviatilium per prelum extracti preſertim ex caudis in mortario marm. contuſis ℔iij.

Succ. conſolidæ majoris totius ℔ij.

Limaces vino alb. lot. & à muco optimè mundat. N° 100.

Teſtudines nemorales per fruſt. ſect. N° *iiij*. Cid a. commode fiet præmiſſa levi ebullitione.

Sanguinis Cervini recentis ℔vj. fiat omnium diſtillatio in balneo vaporoſo. *Mox accipe.*

Paſſularum damaſcenarum ℔iiij.
Uvarum Chorinthiacarum.
Jujubarum.
Dactylorum *an.* ℔ij.

Coquantur ad putrilaginem In ſ. q. Aq. hordei deinde fiat expreſſio fortis, cui addatur Emulſio facta cum eadem Aqua Hordei ex ℔ij. Amygdal. dulc. rec. mud. & ſemin. Melon.
Cucurbitæ.
Cucumer.
Citrull. recent *an.* ℔j.
Aq. Roſarum ℔iiij.

Addantur ut ſupra ad conſervationem ſaccharum cand. conſerva Roſ, vel Julep Roſatum.

Fiat diſtillatio ſeorſim quæ cum Aqua præcedente miſceatur, additis æquis partibus aquæ Inſtaurantis.

Vel in aqua ſtillatitia Glycyrrhiza recens maceretur donec flaveſcat.

Hæc mixtura vel per ſe aſſumetur aut cum ſyrupo de teſtudinibus Reſumptivo, álió-ve appropriato.

Vel ad emulſiones ſive Amygdalogala erit utilis, addito ſacchari roſacei tantillo.

In ea etiam utiliter macerabuntur vulneraria ſimplicia, ulceri pulmonum convenientia. *In ſumma* erit commodum menſtruum ad eliciendas vires quorumvis appropriatorum.

Aqua Cynamomi.

℞. Cynamomi Interioris ℔j.
Aquæ vitæ optimæ ℔vj.
Aquæ Roſarum ℔jß.
Sacchari albiſſimi ℥xvj. Saccharum addatur poſt diſtillationem, digerantur ſimul inCineribus vel arena per quatriduum; adde fiat diſtillatio ad medias mox colatura, quæ continuata diſtillatione reducatur ad mellaginem. In limbo alembici ſint plures noduli continentes Ambr: griſ. ʒß. moſchi Orientalis, ℈ß. niſi malis partem unam cum moſcho, Aliam ſine eo parare.

Extracto addatur ʒß. moſchi, cum ʒj. ambræ griſeæ, fiatque Medicamentum optimum ad imbecillitatem Stomachi.

Eodem modo ſi lubet tractentur Garyophylli, Macis, cæteraque aromata.

Aqua Clareta, Roſa Solis.

℞. Spiritus vini optimi ℔ij. Cynamomi interioris ℥iiij. Moſchi in nodulo ligati, & filo appenſi ʒß. Vel Moſchi ℈j. ambr. griſ. ʒß. Infunde in vaſe vitreo probè tecto, per aliquot dies, ſubinde nodulum exprimendo.

℞. Sacchari albiſſimi Maderenſis ℥xij. Aquæ Roſarum ℥xvj. diſſolve, fiatque inſtar Syrupi abſque igne.

Cola ſuperiorem ſpiritum, Cynamomi tinctura prægnantem, & cum ſaccharato liquore miſce.

Loco ſpiritus vini aliquando ſumatur Vinum Hiſpanicum vel Canarinum.

Aqua Aleſangina, ex Aromatibus.

℞. Cynamomi interioris ℥viij.
Caryophyllorum.
Macis.

Nucis moſchat. *an.* ℥iiij.
Cardamomi utriuſque.
Galangæ.
Zedoar.
Malabathri *an.* ℥iij.
Calami aromatici.
Junci odorati.
Coſti ſambucini, & ordinarii.
Ligni Aloes *an.* ℥ij.

Grana paradyſi Malagneta dicta licet non ſint cardamomum tum & majore a pharmacopæis ſumuntur.

Zinziberis:
Granorum paradyſi.
Cubebarum *an.* ℥j.
Piperis nigri.
Albi.
Longi *an.* ʒß.

Omnia ſubtiliſſ. trita imbibantur ℔v. Vini malvatici vel canarini; adde affundantur Spiritus vini ℔viij. Aquæ Roſarum & Naffæ *an.* ℔iiij. fiat digeſtio in frigido per octiduum vaſe vitreo ſubere & veſica bubula apprimè clauſo, adde fiat diſtillatio in balneo vaporoſo ad medias, mox expreſſio & per chartam emporeticam colatura, cui add. ſacchari candi ℔ij. fiat diſtillatio donec reſtet mellago, cui addatur Sal extractus ex magmate, & pro ℥iiij. ℈*iiij.* Ol. aniſi Moſchi ʒß. ambræ griſ. ʒj. Eſſentiæ dulcis perlarum & corallorum *an* ʒij. atque ita paretur ſummum roborans. In diſtillanda Aqua ſit nodulus in roſtro Alembici continens Moſchi ℈ij. ambr. griſ. ʒj. vel idem nodulus filo appenſus in aqua relinquatur.

Ex Aqua iſta per Infuſionem cynamomi aut caryophyllorum, vel alterius cujuſlibet aromatis, addita diſſolutione Sacchari in Aqua Roſarum, Naffæ, vel alia appropriata, fiat velut Roſa ſolis, pro neceſſitate, & partis Laborantis diſpoſitione uſurpanda.

Si quod inter diſtillandum oleum ſeparetur, extracto utiliter poterit admiſceri.

Aqua Sanguinem ſiſtens.

ἴχαιμον ὕδωρ.

℞. Phlegmatis vitrioli, & aluminis *an.* ℔ij.
Aquæ ſpermatiſ. Ranarum ℔jß.
Aquæ Roſarum alb. & incarnat.
Pecul. earundem.
Plantaginis.
Centinodiæ.
Portulacæ.
Perſicariæ maculatæ *an.* ℔j.

Miſceantur, & perfundantur acetoſitate vitrioli atque extrahatur tinctura Roſarum rubearum, & florum papaveris Rhoeadis, qua ſaturatus Liquor ſaliatur ʒij. Lapidis Brunellæ, pro ſingulis libris.

Si in iſta Aqua macerentur martis crocus ad ſummum calcinatus, Lapis Hæmatites, Tinctura Corallorum, vel etiam eorum ſyrupus uſus tempore admiſceatur; multò potentior evadet, & ſanguini ſiſtendo accommodatior.

Aqua Sitim Sedans.

ἄδιφον ὕδωρ.

℞. Succ. pomor. redolent. ℔iiij.
Succ. Ceraſorum acidorum.
Limonum.
Fragorum *an.* ℔iij.
Succ. Melonum.
Portulacæ.
Cucurbitæ *an.* ℔ij.

Miſce, fiat diſtillatio, quæ ex parte reddatur acidula, cum oleo ſulphuris, & tingatur colore violarum.

Ex parte ſervetur cum additamento ʒij. Lapidis Brunellæ pro ℔j. ℥xvj. Doſis ſit ℥viij. bis in die, præſertim in febribus ardentibus, aliiſque in quibus ingens ſiccitas urget cum inexhauſta ſiti. Criſin per urinas expecta.

Aqua Antipodagrica.

℞. Croci metallorum qualis è X^{lo} extrahitur, unà cum fæcibus ſalis nitri, ℔j. Aquæ ſalviæ (i. quæ in oleo ſalviæ parando exſtillarit) vel filicis ℔ij. miſce, fiat infuſio per quatriduum, adde colatura, pro fotu partium dolentium continuò uſurpando, tepidè-quercetanus.

Alia. ℞. Vitrioli Ungarici & albi *an.* ℔j. Mellis Narbonenſis ℔ij. miſce in retorta optimo luto obducta, allutato ampliſſimo recipiente, in quo ſint ℔ij. puriſſimi ſpiritus vini infuſionis ℥iiij. cortic. radic. Hyoſcyami & ℥ij. capit. papav. alb. cum ʒß. Camphoræ. Fiat diſtillatio ſubdito igne lento per duas horas, eoque ad octavam uſque horam aucto per gradus ad ſummum uſque. Aqua primò limpida, adde ob mellis ſpiritus rufa exſtillabit. Servetur vaſe vitreo optimè clauſo ad uſum, qui erit ſi humectetur hoc Liquore pars dolens tepidè, mox tegatur linteo eo madefacto, ſubinde repetendo applicationem donec dolor evanuerit.

Si huic aquæ addatur Sulphur vitrioli ex eo diſſoluto in aqua fontana præcipitatum, cum Lixivio Tartari, v. g. ad ʒij. pro quavis Libra, præſtantius erit Medicamentum.

Camphora in Aqua forti ſoluta, ex Alumine & nitro poterit addi poſt diſtillationem ſi lubet. Requiritur autem parum Aquæ fortis ad ſolvendum multum Camphoræ.

Vel ſumatur Liquor. Caphuræ paratus cum optimo ſpiritu vini in ovi albumine, & addatur diſtillationi.

Alia. ℞. Phlegmatis vitrioli & Aluminis *an.* ℔jß.
Aq. ſperm. ranarum ℔j.
Sacchari Saturni per ∴. ex Lythargyro & minio parati ℥iiij.
Vini albi tenuis ℔jß.
Aquæ fortis quam ſecundam vocant ℔ß. Mercurii Anodyni ℥iiij. Salis Tartari puriſſimi ℥ij.
Miſce ad uſum.

Iſta phlegmata, ſint infuſionis Calcis vinæ.

NB. Iſtis omnibus ſi admiſceatur pars dimidia, tertia quarta (pro ratione doloris) Aquæ ſomniferæ, erit potentius mitigans, & Anodynum.

Aqua Vulneraria.

℞. Radic. Ariſtoloch. utriuſque.
Rubiæ tinctorum.
Conſolidæ majoris.
Cyclaminis.
Gentianæ *an.* ℥iiij.
Corticis virentis ligni ſancti ℥ij.
Foliorum in umbra ſiccatorum inter lintea munda Buglæ.
Brunellæ
Saniculæ.
Veronicæ utriuſque.
Ophiogloſſi *an.* vj.
Herbarum ſicc. piloſellæ.
Vincæ pervincæ.
Centaur. minoris.
Hyperici.
Pyrolæ.
Betonicæ.
Sophiæ Cheirurgorum.

Veſicarum Ulmi ſucco Turgentium

N.B.
Herbæ omnes ſumantur integræ.

Millefolii.
Caryophillatæ.
Herbæ Roberti
Matriſylvæ.
Herniariæ.
Perſicariæ maculatæ.
Plantaginis utriuſque.
Pedis columbini.
Agrimonii *an.* ℥iij.
Roſarum rubearum ℥ijſs.

Contuſa omnia Infundantur In Aquæ Roſarum & plantaginis *an.* ℔vj.

Vini albi tenuis Hydromelitis malvaticati *an.* ℔viij. per quatriduum mox fiat diſtillatio, atque ubi ad medias ventum erit fortis expreſſio, quæ in cineribus, vel balneo vaporoſo urgeatur ultra mellaginem cui adde Mellis roſati, Sacchari Candi *an.* ℔ij. Aqua ſtillatitia iſtis affundatur, fiatque digeſtio per octiduum; tandem per chartam bibulam colatura, quæ reſervetur ad uſum Internum & Externum.

Vel ſi lubet Extractum ſeorſim ſervetur, cum ſaccharo & melle mixtum, cujus ſufficiens quantitas uſus tempore in aqua diſſolvatur.

Ad externa, preſertim quando vulnera, in ſordida ulcera degenerant poterit addi extractum Tabaci & perſicariæ maculatæ.

In ſorditiæ inſigni ſal è magmate elicitus, ſpiritus vitrioli aut ſulph. Aegyptiacumcæter aque id genus uſurpari poterunt. Item ſal ♄ pro neceſſitate.

Aqua ad Ulcera.

℞. Aquæ vulnerariæ Infuſionis Calcis vivæ factæ per octiduum ℔vj. Lapidis mirabilis ʒvj. miſc. applica e linteo Imbuto vel filamento carpto. Pro ratione ulceris, additione Aquæ, iſtius liquoris acrimoniam tempera.

Lapis Mirabilis. ℞. Cuperoſæ, albæ ℔ij.
Aluminis rupei ℔iij.
Boli Armen. ℔ſs.
Lythargyri auri loti.
Ceruſſæ venetæ *an.* ℔ij.

Aliter.
℞. Cup
roſæ viridis
a bæ, Alum
rupis Ceru
venetæ bol
arm. *an.* ℔
pulveriſent
ſeorſim.

Terantur omnia ſubtiliſſimè, iſtiſque affundatur Aqua fontana quæ ſufficiet ad diſſolvendos ſales. Exhalet ad lentum calorem donec omnia Lapideſcant.

Vel quod melius videtur, accipe Cuperoſ. Mj. projice In X & affunde aq. ℥iij. miſce impone igni magno, movendo ſpatula lignea. Miſce reliquos pulveres, quos injice per cochlearia, ſemper agitando, donec fiat Lapis valde durus, quod fiet intra ſeſquihoram. Reſrigeretur vas & frangatur, ac eximatur Lapis ſervandus loco ſicco.

Aqua Aluminoſa.

℞. Succorum Solani Hortenſis
Plantaginis.
Sempervivi majoris.
Perſicariæ maculatæ *an.* ℔ij.
Aquarum ſtillat. Roſarum.
Florum Nenuphar. *an.* ℔ijſs.
Miſc. fiat diſtillatio in alembico plumbeo.

Pro quavis libra adde Aluminis rupis ʒij. ſalis ſaturni ʒj. miſc. ſerva ad uſum.

Aqua Coſmetica.

℞. Lactis caprilli recenter mulcti ℔ij.

Carnis vitulinæ recentis ℥viij.
Pullos columbinos albos ex nido extractos, & per fruſta ſectos exemptis Interaneis N° *ij*.
Aq. Roſarum alb. vel Incarn. ℔j.
Aquæ florum Nenupharis ℥viij
Succi Sempervivi majoris ℥xij.
Succi Limonum depurati ℥vj.

Albumina ovorum recentium N° *viij*. fiat diſtillatio In B. M. ponendo in roſtro Alembici Caphuræ ʒj.

Rectificetur in Cineribus, (& tunc ſatius fuerit addere Caphuram.) Liquori diſtillato adde Sacchari Candi ℥ij. Baurach ʒiij. Aluminis uſti ʒij. Miſce. Uſus ſit manè, detergendo faciem Linteo in hac aqua madefacto.

Lac Virginale.

℞. Lythargyri auri loti ℥vj.
Ceruſſæ Venetæ ℥iiij.
Aceti acerrimi ℔iij.

Bulliant ſimul per horam dimidiam, deinde poſt reſidentiam factam, fiat colatura per chartam, quæ limpida erit & flaveſcens, licet acetum fuerit rubrum.

℞. Salis albi ℥ij. ſalis gemmæ ℥j. baurach. Aluminis, nitri *an.* ʒij. Aquæ Coſmeticæ ℥xij. miſce fiat diſſolutio, & per chartam filtratio. Duo iſti Liquores ſeorſim ſerventur uſus tempore miſcendi. Tunc fiat coagulum, cujus recidentia poſt uſum erit reſiccanda, & ſervanda ad neceſſitatem.

Aqua Odorata.

℞. *Aquæ* Roſarum ℔iij.
Naffæ.
Jaſmini *an.* ℔jß.
Florum Lavendulæ ℥vj.
Florum Vetonicæ.
Roſarum muſcatellinarum *an* ℔ß.
Oxymi recentis *Miij*.
Santali citrini.
Ligni Rhodii.
Ireos florentiæ *an.* ʒj.
Corticis exterioris citri recentis ℥iiij.
Caryophyllorum ʒß

Omnia poſt debitam præparationem mixta Infundantur per quatriduum vaſe vitreo veſica bubula optimè, deinde fiat diſtillatio in Alembico vitreo, in Balneo vaporoſo. Liquori ſtillatitio adde Moſchi Orientalis ʒj. Ambræ griſ. ʒij. ſerv. in ampulla exactiſſimè clauſa ad uſum.

Poterit ſi lubet mellago ex diſtillatione reſidua miſeri cum moſcho Ambra & Zibetto, atque cum optimo vini ſpiritu dilui ad præparandos Cheirothecas.

Aqua Angelica.

℞. *Benjoin*. optimi ℥iiij.
Styracis Calamitæ.
Ligni Aloes *an.* ℥ß.
Nuces Moſchatas N° *ij*.
Caryophyllorum.
Santali citrini *an.* ʒij.
Corticis exterioris citri ʒvj.
Moſchi orientalis ʒß. } Augeatur pro libitu iſtorum quantitas.
Ambræ griſeæ ʒj. }
Aquæ Roſarum ℔iij.
Aquæ Naffæ ℔j.

Contuſa omnia in vaſe vitreo, vel alembico caro leviter bulliant in cineribus calidis vel arena per horas 24, deinde reſervetur Aqua ſuper fæces, in ampulla exactiſſimè clauſa.

Ex fæcibus poſſunt parari paſtilli ad cubiculi ſuffitum.

Duæ iſtæ ultimæ aquæ mixtæ

dabunt optimum vaporem in paropſide, ſeu vaſculo cui Caſſoletæ nomen eſt.

Aqua Mercurialis.

℞. *Aquæ* vulnerariæ ℔j.
Salis armoniaci ℥ß.
Mercurii ſublimati ℥j.
Miſce diſſolvantur ad levem calorem, quod fiet citiſſimè.

Aquæ iſta acrior, poterit juxta affectus tractandi conditionem temperari admixtione aquarum plantaginis, Roſarum Solani.

Alia. ℞. *Mercurii* crudi ℥iiij. Stanni ℥j. miſc. fiat amalgama cui in lamina vitrea extenſo inſperge Mercurii ſublimati ℥iij. pone in loco ſubterraneo, & ſine ut fiat diſſolutio, ſive diliquium, quod ut acceleretur, fiat cohob. aquæ ſolutionis quæ in vaſculum recipiens ſtillarit. ita intra & vel 15 dies tot. fere Mercurius ſublimat. *In Aquam ſolvetur* malignis ulceribus Cancro, Gangræna, Verrucis, Thymis, cæteriſque id genus malis fœliciter atque utiliter applicandam cum detenſivo.

Aqua Vomitoria.

Hurnius.

℞. *Radicum* Bryoniæ.
Cyclaminis *an.* ℥iij.
Ellebori albi ℥vj.

Purgentur accuratè ac redigantur in pulverem: His affunde aquam vitæ, dum duobus digitis supereminiat. Digeratur aliquot diebus in B. hinc lentè diſtilletur, dum nihil amplius elabatur. Quod reſtibile fuerit iterum in pulverem redige, àc huic nuper extractam aquam iterum committe. *Plumæ apicem* huic Liquori immerge, quem in vino malvatico ablue; habebis promptum vomitorium.

Hurnius vult ad etiam uſq. vicem fieri cohob. & utitur aqua diſtillata: Ego malium infuſum ſumere, poſt primam diſtillationem.

Alia. ℞. Aquæ aſari & atriplicis *an.* ℔j. ſalis vitrioli albi ℥ij. miſce doſis ʒij. vel ʒiij. pro robuſtioribus ℥iiij. pro pueris ℥ß. vel ℥j.

Alia ℞. Croci metallorum ℥j. vini albi Aquæ aſari *an.* ℔ij. aq. Cynamomi ℥iiij. miſc. fiat continua Infuſio, cujus doſis ſit ad ℥ij.

Alia. ℞. *Mercurii* vitæ ex Regulo parati *gr. iiij. vj.* plus minuſ-ve pro ratione corporis purgandi. Vini albi tenuis ut Rhenani ℥ij. fiat Infuſio per noctem & colatura.

Quod ſi hunc liquorem in promptu paratum habere velis. ℞. Pulveris dicti ʒß. ſpiritus vini Aquæ aſari *an.* ℥xx. Aquæ Nicotianæ, ſeu Tabaci ℥viij. miſc. ſerv. In phyala. *Doſis* ℥ij.

Aqua Purgans.

Zappata.

℞. *Scammonii optim.* ſubtiliſſimé pulveriſati ℥j. ſpiritus vini optimi & puriſſimi ℔ß. miſc. in vaſe vitreo, ſinantur in frigido per horas duodecim vaſe probe obturato veſica bubula. Tunc concutiatur vas & ſinatur iterum fieri Infuoſi, donec vini ſpiritus totam pulveris vim attraxerit. Tinctus Liquor ſeparetur decantatione à fæcibus cujus uſus talis ſit.

℞. *Sacchari Maderencis* albiſſimi ℥ij. quibus in phyala affunde tantum aquæ communis, quantum ſufficit ad ſolutionem ſaltem, *quod notandum*, quia quò minus erit additum aquæ, eo limpidius evadet medicamentum.

mentum. Huic diſſolutioni ad ℥j. *vel* ℥ij. adde infuſionis præſcriptæ ʒij. plus minuſ-ve pro neceſſitate & viribus ægri. *Poteſt etiam* hac aq. vitæ ſolutiva per ſe, ſine ſaccharo juſculis admiſceri.

Sed vide ut Aq. roſarum extracta ſit in organis vitreis non plumbeis Alias mixtura albeſcet & conturbabitur.

Si ſaccharo Roſ. tantil. aq. roſarum affundatur, gratius erit remedium, in quo ſi vinoſum ſaporem injucundum putes, ſaccharati liquoris quantitatem pro libitu augere Liberum eſt.

Aqua Sudorifica.

Serreius.

℞. Antimonii crudi triti ut Alkool ℥j. Salis Tartari Chriſtalliſati ʒvj. miſce optimè, & in humido per dies aliquot ſinantur. Agitentur denuò & ſiccentur. Labor bis ter-ve imò ſæpius repetatur. Tandem pulverem exſiccatum, & optimè tritum in ovo Philoſophico in arena ſepulto vel ſi lubet in reverberio clauſo, fove calore ſicco per dies *vj.* ultimo die dando ignem quarti gradus, ita ut obſcure candeant omnia. Materia rubicundiſſima teratur optimè, & in triplici phyala, cum ſpiritu vini extrahatur, donec ſpiritus rubini inſtar tingatur. *Doſis à guttis* x. ad xx. ex liquore convenienti, ut vino aq. cardui benedicti, Theriacali vel alia. *Potenter movet ſudores.* Inſigne ad Variolas remedium, quas ſtatim ad habitum propellit.

Etiam ſi per e tingatur ruro colore oſt iſtius nctura extraionem Cuinilla ſubtier trita ſi adtur, colorem ddet eleganorem, & vim aphoreticam omovebit ut ipſius actie patet in ore purpu- letianæ maj.

Aqua Sudorifica.

℞. *Aquarum* ſtillatitiarum poſt longam putrefactionem extractarum, & ſemel atque iterum cohobatarum.

Scordii. Linguæ avis, i. ſeminis fraxini.

Cardui Benedicti.

Ulmar. *an.* ℔j.

Aq. cornu cervi mollis ac recenter redivivi ℔ij

Spiritus Guajaci.

Spirituum { Ligni Rhodii.
Tartari *an.* ℥viij.

Spiritus ex propriis cineribus vel cornu cervi ad albedinem uſto bis ter-ve rectificentur, ac tunc demum cum aquis miſceantur. *Mixtis omnibus adde ſalis Guaiaci.* Cardui benedicti Juniperi *an.* ℥ſs. diaphoretici antimonii cum vel ſine nitro fixati ℥iij. miſce digerantur ſimul in B. vel arena per quatriduum, adde fiat decantatio; vel etiam ſi lubet, relinquatur aqua ſuper pulveres cujus ſubſtantia eſt ſummarum virium. *Doſis ab* ℥j. *ad* ℥iij. per ſe aut cum decocto vel liquore conveniente. *Ut in Lue Venerea.*

℞. *Decocti Antiſiphyllici* aqua Ideroticæ *an.* ℥ij. miſc. fiat hauſtus. *In Peſte aut alio* affectu congenere. ℞. *Aquæ Theriacalis* & peſtilentialis *an.* ℥jſs. Aquæ ſudorificæ ℥ij. Electuarii de ovo minerali ʒj. miſce fiat potio primis diebus octava quaque hora repetenda.

NB.

Hiſtoria Compoſitionum Contrayervæ.

Contrayerva.

PLanta *Judica*, quam ego tormentillam Judicavi indigito.

Plantam hanc *anno* 1602. *Pariſis* primùm vide & peſte correptas eâ exhibitâ curatos vidi. Radix eſt tuberoſa & nodoſa, multa de ſe promeus capillamenta,

lamenta, coloris ex fuſco ſine albo ſordido rubeſcentis intus albo, dentibus commanducata aromaticum quid ſpirat & eundem odorem habet, quem lapides factitii ex *India* & *Hiſpania* allati, Contrayerva dicti. Calorem in linguâ relinquit. Equidem non ſum guſtûs tam exquiſiti, ut ullam amaritudinem aut ſtipſitatem inſignem in ea deprehendam. Quærendus libellus Gallicus quem olim de hâc radice ſcriptum & typis mandatum vidi. Creſcit in *India* occidentali copioſus in Provinciâ *Peru*, quale Ciarche & Touſagla appellatur. Utuntur *Indi* ſoliis pro acetariis, radicem avide diſquirunt, ſectant. etiam & pedibus ſub inde mediâ hyeme effodiunt. Hirci qui in ſuo Omazo inter duas membranas fortes & firmas lapides Bezoar. generant & geſtant, atque *Indi* obſervant eos Hircos (quorum ſeptem ſunt ſpecies ex quibus una nomine, *Bicuqua*) qui plantam non deguſtaverint lapides generare & geſtare non poſſe.

In utraque India creſcit.

Ita ut lapis Bezoar orientalis, ſive occidentalis videtur coagmentatus ex tartaro, ſive fæculentâ parte in omazo reſtibili ex ruminatione digeſtione alimenti, ſive plantæ contrayervæ.

Lapis Contrayerva in ipſâ *India* ab incolis Medicis perhibetur, componi ex pulvere lapidis Bezoar. utriuſque ſed præſertim occidentalis qui reductus in alkool excipitur ſucco radicum recentium vel etiam totius plantæ Contrayervæ. Ex hâc paſtâ formantur lapides diverſæ. Fit in *India*, & etiam in *Hiſpania*, *Hiſpali*, *Sevil.* ex pulvere radicis *Contrayervæ* & lapide bezoar occidentali. Si maſtices radicem *Contrayerva* Saporem habet aromaticum, qui eundem plane ſpirat odorem, quem lapis *Contrayerva* ex *Hiſpania* allatus. Magnitudinis, quorum pars interior griſea, Exterior ſuperficies carnis expolite habet colorem fuſcum. Alii intus & extra ovi colores. Omniatur aureis lineis per longitudinem ductis ut plurimùm. Ab *Hiſpanis* legitimi deferuntur in *Europam*, & in ipſâ *Hiſpania* magni veneunt. Habui plures ℥v. *iiij*. *vj*. Et hujus pulveris inſignem effectum ſum expertus in variolis morbillis, Petechiis, ubi ad habitum materia maligna eſt propellenda.

Radicem Contrayerva aliquando ad ʒj. bis ter-vè exhibui ex aqua cardiaca cuidam peſte laboranti, qui magno excluſo anthrace in vitæ fæliciter convaluit.

Efficax licet ſit iſta compoſitio attamen majoris artificii, & inſigniorum virium aliam commentus ſum quæ *Indicæ* longè eſt anteferenda aquis iſta eſt materia.

Bezoar oriental. & ociden.
Lapis Contray. vulgaris.
Cornu cervi ad albed. uſtum & prepar. in bezoar animale.
Ocul. cancr. fluviatilium.
Chelarum cancrorum marinorum extremitates nigræ.
Corallium album & rubrum Perlæ.
Succinum album odoratum.
Chriſtallus rupis præparatus.
Terra ſtrigenſis *ſileſiaca* Lemina.
Diaphor. ♁. vulgare & magiſtrale

ſtrale. Hartmanni.
Ambra griſea. Moſchum.

Ad cogendam Maſſam.

Gelatina cornu cervi facta cum aqua de Cordibus, Scordii.

Extractum Scordii, Scorzoner. *Hiſpan.* Tormentill. rad. contrayerva addito ad lentorem glutine cornu cervi piſcium, cum albumine ovi.

Sumatur.

Cum aqua card. bened. theriacali cum Liquore diaphoretico *Serrej* ex ♁. & ⊖. 🝪.

Sequuntur variæ Lapidis Nitri contrayerva formulæ, quæ ſingulæ unicam continent Doſin, pro arbitrio multiplicand.

I. ℞. Diaphoret. vulgar. vel ceruſs. antimon. ℈j. Lapid. contrayerv. Bezoar. oriental. cornu cervi, in Bezoar animal. reducti chelar. ♋ marinor. nigrorum præparatorum *an. gr. x.* miſce, fiat Alkool excipiendum gelatinâ cornu cervi fiat paſta. ʒj.

NB. II. ℞. Diaphor. magiſtralis, Bezoar. oriental. Lapid. contrayerv. *an. gr. vj.* Cornu cervi præparati magiſter. perlar. corallor. oculor. ♋. extremit. chelar. nigr. cancr. marin. ſuccini albi, terræ ſtrigenſis, terræ lemniæ, *an. gr. v.* Ambræ griſeæ, *gr. jß.* moſchi, *gr.* ß. miſce, fiat ut ſuprà. ʒj.

III. ℞. Bezoar. oriental. Diaphor. magiſtralis, *an. gr. vj.* cornu cervi præparati, *gr. vj.* magiſter. corall. rub. perlar. oculor. ♋ *an. gr. iiij.* chelarum cancrarum marinorum, *gr. vj.* terræ ſtrigenſis, *gr. v.* ambr. griſ. *gr. jß.* moſch. *gr.* ß. miſce, ut ſuprà. ℈ij.

IV. ℞. Bezoar. Diaphor. magiſtralis, *an. gr. viij.* Chelar. cancr. marin. magiſt. corall. oculor. ♋ terræ ſtrigenſis, *an. gr. x.* ambr. griſ. *gr. jß.* moſch. *gran.* dimidium miſce. ʒj. N.B.

V. ℞. Diaphor. magiſtralis Bezoar. contrayerv. lapid. magiſt. chelar. cancr. marin. cornu cervi in Bezoar. Animal. reduct. magiſt. corall. rubr. an. partes æquales fiat omnium Alkool, & cum gelatinâ, & præparata cum moſcho ambrâ, & croco cogatur pulvis in maſſam ſeu paſtam, ex qua formentur Lapides pro libitu, & apprimè ſiccat. expoliatum & haurentur. à ℈j. ad ʒj.

VI. ℞. Diaphor. magiſtralis Lapid. Bezoar. oriental. vel lapid. contrayerv. *an. gr. viij.* magiſter. chelar. corall. rubr. cornu cervi præparati, *an. gr. x.* ambræ griſ. *gr. jß.* moſchi *gr.* ß. miſce, ut ſuprà. *Gr.* 48.

VII. ℞. Lapid. Bezoar. oriental. cornu cervi præparati diaphor. magiſtralis an. miſce, & cum debito confectionis alkermes, additâ muccagine ſemin. Cydonior fiat paſta. à *gr. xv.* ad ℈j.

VIII. ℞. Lapid. contrayerv. Diaphor. magiſtralis cornu cervi præparati ocul. ♋ præpar. an. miſce cum gelatina CC. quæ habeat ambram moſchum & crocum fiat maſſa. à *gr. xv.* ad ℈j. & ℈ij.

Diaphoreticum magiſtrale (1) quod Hartmannii perhibetur ſive ☉. vel crollianum quod recipit Aurum, illud cum ſpiritu nitri ſolo, hoc cum aqua regia præparavi & benè facit.

Præparatio CC. Bezoar. Animale.

Cornu cervi ſi fieri poſſit quod primò erumpit, alias quod recens ſit, calcinetur ad ſummam albedinem, reducatur in pulverem impalpabilem & cum ſyrupo violato aut vetonicæ rubræ, vel acetoſitatis citri, quibus multum olei ⊖li additum fuerit impaſſetur, & fiant magdaleones vel trochiſci. Feci & uſus ſum fæliciter.

Hæc fuit prima notio Boli Bezoardici, ſive lapidis mei Contrayerva.

℞. Lapidis Contrayerv. *Indici* ℥j. lapid bezoar. oriental. ℥ß. cornu cervi ut ſupra, præparati ℥iiij. magiſter. corall alb. & rubr. perlar. ocul. ♋ an. ℥ijß. magiſt. chelar. nigrar. cancr. marin. ℥iiij. ſuccini alb. præparati ℥ij. terr. ſigillat. ſtrigens. lemniæ *an.* ʒvj. cryſtall. rupis calcinati & reduct, in Alkool, ſmaragdi preparati *an.* ʒx. auri ferientis ℥ß. ambr. griſ. ʒij. moſch. oriental. ʒß. fiat omnium pulvis impalpabilis excipiendus gelatina CC. croco tincta fiat paſta, ex qua lapides. Poterit adde quarta pars ceruſs. ♁. vel uſus tempore.

℞. Lapid. prædict. *gr.* xx. diaphoretic. crolliani *gr.* x. exhibito ut potentius ſit Alexipharmacum poterunt toti compoſitioni addi ſequentia, Hepat, & cord. viperar. ʒij. carn. viper. cum oſſibus v. a. e. exſiccat. ʒiiij. pulv. ſaxonie. legitimi ex cobrentero ʒij. miſce. Vide de addendis radicibus Angelicæ, tormentillæ, contrayerv. zedoar. imperator. ſcorzon. hiſp vincetox. petaſitis ſcordio rutâ flaved. citri conditâ ſiccâ. Unica eſt difficultas, *viz.* egetabilia fiant evanida dierum decurſu, id quod cæteris ingredientibus non contingit, neque forſan ipſis vegetabilibus iu maſſam coactis cum gelatinâ CC. Periculum erit faciendum in minori quantitatem propter ingredientium pretium. Vide num poſt aliquot menſes imò etiam annos duos vel tres trita maſſa cum extracto vegetabilium liquidiuſculo, addita ichthyocollâ poſſit utiliter recentari.

Alia compoſitio valde efficax.

℞. Ceruſs. ♁. vel ſi habeantur florum ♁. per ſe reverberio clauſo fixatorum ſive rubri ſint ſive albi ℥v. corn. cervi in bezoar. præpar. cum ſyrupo angelicæ & ſpiritu ⊖. philoſophico ut a. e. ℥ij. radic. vincetoxic. tormentill. ſcortx. hiſpanic. petaſit valerian. maj. ſemin. napi & galegæ ʒß. magiſt. chelar. nigr. ♋ marin. ocul ♋ corall. rubri terræ ſtrigenſ. cuchinill. *an.* ℥j. ſalis card. bened. ulmar. angelic. tartari ⊖. lapid. brunell. *an.* ʒij. ſalis ferientis pro ſingulis ʒis *gr. ij.* ☿. cum ☉. per ſolum △. pro ſingulis ʒis *gr. iij.* fiat alkool & cum gelatinâ CC. quæ habeat moſchum & crocum, fiat maſſa, ex qua formetur Lapis.

Poterit addi cor & hepar totumque corpus viperarum exſiccatum cum oſſibus.

Cenſura. Quoniam metus eſt ve propter ſales lapis iſte humectetur, ſatiùs fuerit cum ſpeciebus in pulverem in palpabilem reductis, & melle Alexipharmaco electuarium præpare diù fermentandum ante uſum.

Bolus Bezoardicus Solar.

℞. Diaphor. magiſtral. *gr. xij.* lapid. bezoar. orient. *an gr. viij.* cornu cervi in bezoar. animal. reduct. magiſt. corall. rubr. magiſt. ocul. ♋ vel chelar. nigrar. ♋ marin. idoneo tempore captorum *an. gr. vij.* Cuchinill. *gr. vj.* ⊙. ferientis *gr. iij.* ambr. *gr. ij.* miſce, excip. ut ſuprâ. Summa *gr.* 60.

Varietas. ℞. Diaphoretic. vulg. vel flor. ♁. per ſolum △ fixat chelarum ♋ marin: CC. præparati in bezoar. animal. *an.* ℥j. magiſt. corall. perlarum oculorum ♋ fluviatilium *an.* ℥ß. Cuchinill. ʒij. auri ferientis ʒj. fiat omnium alkool excipiendus gelatinâ CC. croco tinctâ fiat paſta fermanda pro libitu.

Si magiſteria iſta præcipitata fuerint cum lixivio forti aluminis potentiùs erit ad ardorem febrium reſtinguendum remedium. At ſi ſumantur ſales per ſpiritus aceti evaporationem reſtibiles forsàn magis penetrabit & purredini efficaciùs reſiſtet remedium.

Lapis Bezoar. Septentrionalis.

℞. ♁. Diaphor. Hartmanni, ſive ⊙. magiſt. corall. rubr. per ⊙. præſcipitat. *an.* ʒvj. Diaphor. ♁. vulg. CC. ad albedinem uſti ocul. ♋ præpar. *an.* ℥j. chelarum extrem. ♋ marin. ℥ij. ambræ griſ. ʒj. moſchi oriental. ℈j. fiat Alkool excipiendus gelatinâ, Ichthyocollâ aut CC. factâ, cum aquæ roſarum, aut naffæ, aut de cordibus formentur lapides dente poliendi, ut a. e.

Lapis Bez. Meridionalis.

℞. Diaphoretic. magiſtralis ℥j. ceruſs. ♁. ℥iij. cornu cervi ad albedinem uſti chelarum ♋ marin. oculorum ♋ præpar. carnis viper. cuchinell. *an.* ℥jß. magiſterium perlarum, corallorum, rubrorum *an.* ʒvj. terræ ſtrigenſis ʒx. ſantali citrini flaved. citr. *an.* ℥ß rad. ſicc. valerian. maj. petaſit. vincetox. ſcorzoner. contrayerv. ſemin. angelic. *an.* ʒvij. ambræ griſeæ ʒij. moſchi ʒß. fiat alkool, cum gelatinâ cogendum in paſtam ex quâ lapides. Doſis à ℈j. ad ℈ij.

Hæc nomina dato tantum ad differentiam.

Anno 1628, Maij. 30.
Compoſui iſtas ſequentes lapidis contrayerva magis ἐυποριστου *varietas ſine pretioſis.* N.B.

I. ℞. Radic. contrayerv. ℥ij. cornu cervi uſti, & terræ ſtrigenſis,

ſis, *an.* ʒj. cuchinill. ℥ß: margarit. mineral. ℥iiijß. fiat alkool. Agatur cum mellagine, ſive extracto, aut ſucco granorum kermes & ichthyocolla. Soluta in aqua cardiaca.

II. ℞. Radic. contray. margarit. mineral. *an.* ℥j. chelarum uſti ♋ marin. cornu cervi uſti, & præparati cuchinell: *an.* ℥ß. miſce, ut ſuprà.

Vel in differenti proportione, ℞. Radic. contrayerva, quæ cæterorum eſt baſis ℥j. margarit. mineral. ℥ß. chelarum nigr. ♋ marin. CC. uſti cuchinellæ *an.* ʒij. excipiantur Ichthyocolla tinctâ croco.

III. ℞. Rad. contrayerv. ℥ij. radic. Aſclepiad. valerian. maj. petaſit, *an.* ʒij. ℈ij. magiſter. ocul. ♋ chelarum nigrarum cancrarum marinarum conſtellat. cornu cervi uſti & præparati *an.* ℥jß. cuchinill. ʒß. margaritarum mineralium in pulverem reductæ in alkool excipiantur ichthyocoll. diſſoluta in aquæ angelicæ, imperator. de cordibus vel ſimilibus: Vel extrahatur tinctura cardiacorum, granorum Kermes, croci & liquore tincto ſubigantur pulveres, addatur gluten, & fiat paſta ex qua lapides formentur poliendi dente cavino.

IV. ℞. Extremitatum nigrarum chelar. ♋ marin. præp. CC. præparati an. ℥ij. margar. mineralis ℥iiij. ambræ griſeæ *gr. xxxij.* miſce, fiat ut ſuprà.

V. ℞. Chelarum margarit. miner. an. excipiantur colla prædicta additis *gr. iiij.* ambræ griſ. & ij moſchii ad ſingulas uncias.

Lapis Theriacal. 31 Auguſti 1639.

N.B.

Applicatum Emplaſtrum ex *Nigro ducis* ℥j. *Mercurii præcipitati exactiſſimè loti* ʒj. quod in linteo extenſum, & ſtilo undique & ubique compunctum fuit, ſuperpoſito pulvillo extinamento carpto, ad imbibendum ſerum. Ita & dolor minui, & ulcus mundari, & cutis reſarciri cœpit cum maxima *E. M.* ſatisfactione & notando levamine.

Nunc autem cum deterſo ulcere ſiccatione magis ſtrenua opus ſit, dum fient una eademque, opera interna remedia tum ſiccantia, tum purgantia ſerum, bilem & viſcidam pituitam, parentur & applicentur ſequentia Emplaſtra, nam Unguentis mihi non videtur eſſe locus.

Emplaſtrum Griſeum de Lapide Calaminari.

℞. Lapidis Calaminaris præpar. ℥j. Lythargyri ʒij. Ceruſs. ℥ß. Tuthiæ. ʒj. Therebent. ʒvj. Ceræ albæ ℥jß. Sevi cervini ℥ij. Thuris electi ʒv. Maſtiches ʒiij. Myrrhæ ʒij. Camphor. ʒjß. confice ſecundum artem.

Exſiccat, ulcera replet & cicatricem inducit.

Emplaſtrum de Lapide Calaminari, vulgo Zeltenplaſter.

℞. Lapidis Calaminaris Tuthiæ præpar. *an.* ʒij. Lytharyri ℥ß. Therebentinæ ℥j. olibani Maſtiches Tragacanthi *an* ʒj. Ceræ citrinæ Reſinæ *an.* ℥j. olei roſati- Olei Myrthini *an.* ʒij. fiat Emplaſtrum.

Idem præſtat quod Griſeum.

Emplaſtrum de Minio, Vigo.

℞. Olei Roſati odorati ℔jß. Olei Myrthini Unguenti populeon: *an.* ℥iiij. Pingued. gallin. ℥ij. Sevi caſtrati & Vaccini *an.* ℔ß. pingued. porcin. ℥vij. Lythargyri auri & argenti *an.* ℥iijß. Ceruſſæ ℥iiij. Minii ℥iij. Therebentin. ℥x. Ceræ q. ſ. fiat Emplaſtrum 2^{dum} artem tendens ad nigredinem.

Vulnera & Ulcera antiqua & maligna potenter curat.

Sparadrap Vigonis.

℞. Hordei Myrtillorum Ol. roſati *an.* ℥ij. Unguenti populei ℥ijß. Pingued. Vituli Vaccæ *an.* ℔ß. Axung. porci ℥v. Foliorum plantag. Solatri Matri, Sylvæ *an. M ij.* Vini Granatorum ℥viij. omnia ſimul piſtentur & conquaſſentur ac per diem naturalem permaneant, deinde bulliant ad conſumptionem vini. Colentur. Colaturæ adde ſequentia. Lytharg. auri, Argenti *an.* ℥iij. Minii ʒx. Boli armen. Terræ ſigillat. *an.* ʒvj. bulliant iterum & baculo agitentur & cum ceræ albæ q. ſ. fiat Sparadrap addendo in fine coctūræ Camphoræ ʒij. Therebentin. ℥iijß. Miſce.

Fluxiones quacunque corporis parte irruentes intercipit, & ad locum affectum devolvi vetat.

Emplaſtrum nigrum, Emanuelis ex filo carpto.

℞. Olei commun. vel potius Roſati completi ℔ij. Lythargyri auri præpar. ℔j. Olybani ℔ß. Magnetis ℥ß. Linamenti carpti

(charpy de chamore) *Mj.* une Poignèe, fiat Emplaſtrum 2^{m} artem ad nigredinem uſque.

Uſus mirus ad quavis Ulcera quantumvis maligna, & vulnera.

Emplaſtrum Polychreſton Trogny.

℞. Minii ℔j. Ceruſſæ ℔ß. Saponis veneti ℥x. Olei olivarum (vel potius roſati) ℔ij. miſce.

Ad omnia apoſtemata ulcera, vulnera, dolores externos: Mundificat, cicatrizat, attrahit, dolores mitigat, & inflammationes tollit.

Emplaſtrum e Sapone Boudet.

℞. Saponis Hiſpanici ℥xij. Olei oliv. veteris ℔ij. Minii. Albi plumbi quæ eſt ſpecies ceruſſæ Lythargyri *an.* ℔ß. Ceræ q. ſ. i. ℥iiij. vel *vj.* Adde aliquando pulveris præcipitati ʒij. Coque ad lentum ignem, ſecundum artem ſemper agitando. Color ordinarius eſt griſeus. Carneus tum optimus in hoc Emplaſtro.

Ad omnia Ulcera mundanda, Incarnanda, ſiccanda.

Sparadrap Boncourt.

℞. Ol. Olivarum ℔iiij. agitentur ſuper igne donec bullire incipiant adde Ceruſſce ℔j. agita coquendo materia fiat ſubgriſea. Adde lythargyri ℥iiij. auge ignem. Coque ad conſiſtentiam Unguenti deme ab igne, adde Myrrhæ ʒj. Incorporatis omnibus intingantur lintea, quæ mergantur in Aquam frigidam mox in loco frigido ſubteraneo ſuſpendantur.

Hoc Emplaſtrum ut decet applicitum appetitum excitat, dolores Colicos, uteri lienis & renum ſedat. Tumores omnes & Vulnera recentia ſanat. Ulcera vetuſta ſiccat & ad cicatricem perducit. Spicula extrahit, &c.

Sparadrap ToileGualtier.

℞. Ol. olivarum (vel roſati) ℥ß. Ceruſſæ ℥iiij. Lythargyri auri ℥ij. Myrrhæ ʒj. Camphoræ ʒß. pulveriſentur ut Alkool. Oleum imponatur igni in cacabo, & ubi fremere incipet, adde Ceruſſæ & Lythargyri quantitatem dictam movendo ſemper ſpatula lignea primò albeſcet. Ubi verò nigreſcere incipiet deme, & poſt dimidium horæ quadrantem, adde Myrrham & Camphoram agita fortiter, & intinge linteolum vetuſtum, frigefactum lubrica & adæqua vitro, & ſerva in charta. N.B.

Sparadrap.

℞. Emplaſtri Triapharm. ℔j. Styrac. calamitæ ladani ſpicæ nardi myrrh. *an.* ʒvj. Camphoræ ceruſſæ lytharg. auri ol. commun. Ol. Spic. petrol. *an.* ʒiij. Ceræ flav. novæ ℥iiij. Ceræ alb. ℥iij. Adde Balſami peruviani ʒiij. fiat Sparadrap ſubflavum.

Aliud

Aliud Griſeum

℞. Triapharmaci ℥iiij. Emp. de ceruſſa. Ceruſſæ pulveriſat. lytharg. auri *an.* ʒij. Camphoræ ʒij. Ceræ flav. & alb. *an.* ℥ij. ol. ſpic. petrolei, Hyper. Thereb. Venet. *an.* ʒß. miſce.

Duo iſta Sparadrap ſunt D. Maillot, *Doctoris Medici, qui mirum eorum prædicabat & præſtabat. uſum ad Ulcera, Cancrum, tineum herpet. fiſtul. Griſeo utebatur ubi major erat inflammationis metus.*

Iſta Sparadrap deſumpta fuerunt ex paradeigmate. Sparadrap D. *Caltopi*, cujus ſunt inſignes effectus in Ulceribus antiquis.

Sparadrap Caltopi.

℞. Emplaſtri Triapharmaci ℔ij. Styracis calamitæ Spic. nardi velim Myrrh. addi ladani *an.* ℥jß. Camphoræ Ceruſs. Lythargyri auri pulveriſ. Olei Spic. petrolei olei communis *an.* ℥j. Ceræ nov. ℔ß. Ceræ alb. ℥vj. liquefiunt. Addatur Camphora diſſoluta in oleis & fiat Sparadrap Secundum artem.

Ad dolores membrorum & Ulcera antiqua ſingulare.

Ulceribus aplicatum primò potenter attrahit, deind. mundificat. incarnat, & tandem ſiccat.

Sparadrap ad Eryſipelas & Inflammationes.

℞. Olei roſati Omphacini, Myrthini *an.* ℥ij. Unguenti roſati ℥j. Unguent. populeon. ℥ß. Ceræ alb. ℥iij. Miſce & ad ignem omnia ſimul liqueſcant. Intinge lintea, merge in aquam & utere.

Iſta à me fuere præſcripta 10 Novembris.

℞. Maſſæ Emplaſtri nigri ducis, diacalcith, *an.* ℥ij. Unguenti popul. recent. *an.* ℥j. liquentur ſimul. Liquatis adde Lapidis calaminaris præpar. ʒvj. Tuthiæ præpar. Minii cum Aqua roſarum præpar. *an.* ℥ß. Plumbi crudi, Antimonii crudi tritorum ut Alkool *an.* ʒiij. Maſtich ʒij. miſce fiat Sparadrap. *Ut potentius* ſiccet poterunt addi Cretæ præpar. Terræ ſigillatæ, boli armen. *an.* ʒijß. Calcis optim. lot. ℥ß. Capſuræ ʒß.

Addidi quia nimis molle erat calcis lotæ ℥j. ſed adhuc conſiſtentia erat mollit.

N.B.

Valentiſſimum & Ulceribus maximè appropriatum evadet; remedium ſi addantur Cynnabaris ʒvj. (vel fuci aut præcipitati albi vel rubri dulcis ℥j.) Terræ vitrioli inſipid. ʒx. Myrrhæ ℥ß.

Sed augeatur ol. quantitat. & addatur cera alba.

Iſtud applicatum fuit Ulceri 11° *Novembris.*

℞. Unguenti Diapompholig. ℥j. Lapid. calaminar. ʒiij. miſc.

Et ſuperpoſitum Emplaſtr. nigrum ducis cum præcipitato ut ante.

NB. Peſſima fuit iſtius unguenti operatio, atque Ulcus quod antea ſatis floridum erat intra *xxiiij* horas ſordidiſſimum evaſit.

Ergo hoc ſæpius iteratam nunc ſemel dictum ſit Pinguia omnia præſertim Unguenta & Olea eſſe Ulceribus E. M. *adverſiſſima.*

NB. *De Sparadrap in hac pagina deſcripto.*

Emplaſtrum Ducis addita pauca olei quantitate facile humectarur. Propterea primo per ſe liquanda Emplaſtra deinde admiſcendi pulveres, tandem ſi opus ſit ad ductilem conſiſtentiam Unguentum Populeum.

Iſta ſit hujus Sparadrap bona deſcriptio.

℞. Maſs. Emplaſtri nigri ducis ℥ iij. diacalcitheos ℥ij. Lapid. calamin. præpar. ℥j. Tuth. præpar. Minii cum aqua roſ. præpar. *an.* ʒvj. Plumbi crudi, Antimonii crudi *an.* ℥ß. Calcis extinct. & lot. Terr. vitrioli inſipid. *an.* ʒx. *Camphor.* ʒß. *Myrrhæ* ʒv. Unguenti popul. q. ſ. ad incorporand. pulveres cum Emplaſtris & dandam debitam Sparadrap conſiſtentiam.

℞. Hujus Sparadrap ℥ij. præcipitati albi dulciſſimi ʒiij. miſce ubi maligniſſima Ulcera ſiccanda occurrent.

Potenter ſiccat Emplaſtrum ex Creta.

℞. Ceruſs. Venet. ℥ iiij. Cret. puriſs. ʒij. Axung. ſuill. recentis ℥ß. miſce liquentur ſimul, & quoniam dureſcit inſtar lapidis, ut extendatur ad ignem molleſcat. Applic. cum faſcia lanea.

XV *Novembris.*

E. M. Uſa per *vj* ſeptimanas vino & decocto Guaiacino, cum nihilominus Ulcus dolorificum valde, non ita bellè ſe habere perciperet, ſuaſu meo ad Cathartica devenit, quæ talia præſcripta fuere, ad evacuandum phlegma viſcidum humorem aduſtum, & ſerum acre quo totum venoſum genus in ipſa ſcatet.

NB. *Licet videatur magna quantitas Catharticorum pro una Doſi, attamen debile eſt Remedium, quia in frigido ſaltem fit infuſio, ita ut Liquor non poſſit vim Cathartici potenter attrahere.*

℞. Fol. Sen. mund. minutiſſime inciſorum ℥ß. Fol. ſoldanell. recentium ſiccat. & contuſ. ʒij. Turbith. Hermod. Cremor. Tartar. per diſſolv. parati *an.* ʒj. Corticis Guaiaci raſi ʒij. Saſafras ʒj. Macis ℈j. Corticis citri flavi ſicci ℈ß. infund. in Vino albo Rhenano per horas *xxiiij.* Mox fiat per chartam bibulam colatura ut a. e.

℞. Folior.

℞. Foliorum ſen. mnnd. ℥ß. ſoldanellæ ʒij. Turbith. hermodactylorum, cremor. tartar. alb. *an.* ʒj. Nucis moſch. ℈j. corticis ſaſafras. ʒj. corticis citri exterioris flavi ℈ß. Irrorentur omnia ut decet conciſa, & præparata vino albo Rhenano acidulo cum ſucco Limonum, & macerentur per duas horas, deind. affunde ſ. q. Vini albi Rhenani (ut ſupra) ad infuſionem cum ℥ij. Infuſionis nonæ Roſarum pallidarum, fiat colatura per chartam, poſt infuſionem 24 horarum. Adde Aquæ cynamomi cochleare dimidium. Pro Doſi una.

Iſtis omnibus cum imbecillius *E. M.* purgaretur tandem infuſioni ʒß Foliorum ſen. cum raſura ligni paratæ, &c. Addidi priniò ℈j. deind. ʒß. pulveris Jalap. Copioſè ab hoc remedio ſoluta alvus, citò fudit ad *viij.ix.* x Vices ſeroſa multa, bilioſa, pituitoſa, viſcida, ſine torminibus, & cum magno levamine. Ter ſumpſit diebus conſequentibus ℈j. deinde interpoſitis duobus diebus, bis ʒß. cum ἐυφορίᾳ.

Menſe *Januario* in *Galliam* iter parans Reginam quoad univerſi corporis conſtitutionem ſatis bene habentem reliqui. Ratione autem ulceris malignitatem ex curationis difficultate, & in dies ſerpente eroſione, atque acerrimi ſeri copioſiſſimè exſtillantis quantitate prodentis, juſſi infra genu ad internam tibiæ partem pyroticum, cujus ulcus ichoris acrimoniâ ſic eroſum fuit ut irritata fluxione, & excitatis ſæviſſimus doloribus *E. M.* ipſum claudere coacta fuerit. Diſcendens a. ad cauſæ antecedentis correctionem, & ulceris antiqui curationem, tale vinum vulnerarium reliqui, quo ſit-ne uſa necne ignoro. Cum n. ſubinde ad quævis propoſita etiam ab ignaris & idiotis, remedia, tumultuariè convolet, nihil certi vel de præſcriptorum effectu credi, vel de affectuum curatione ſtatui poteſt.

Miſerrima eſt Medicorum Regibus propriæ voluntati addictis inſerventium conditio, cum in eorum conſiliis & artis operibus ut plurimum currus bovem trahat.

Tale a. fuit Vinum.

℞. Guajaci ℥ß. Zarz. parill. Rad. chin. *an.* ℥ß. rad. conſolid. major. ʒiij. Santali citrini ʒj. raſur. Eboris ℈iiij. Spodii ʒß. fol. ſicc. ſanicul. Brunell. Millefol. Veronic. maris & fœmin. Virg. aur. *an.* Ꝑ j. Bugl. Ꝑ j. Nuc. moſch. ℈ß. Aquæ ſtillatit. cichor. card. bened. Vini albi Rhenani *an.* q. ſ. ad infuſionem pro una doſi ʒß. Oculorum cancri poteſt addi, vel reducta in magiſterium ſumi ex conſerva Roſarum.

xxiiii *Martij* 1618.

EX *Gallia* redux *Londinum* appuli, poſtridie adventus *E. M.* viſitavi quam Cachecticam inveni, emergentem ex animi deliquio, quod eam ter eo ipſo die invaſerat graviſſimè. De conſtitutione corporis ſciſcitatus, reſpondit Domi-

NB. Peſſima fuit iſtius unguenti operatio, atque Ulcus quod antea ſatis floridum erat intra *xxiiij* horas ſordidiſſimum evaſit.

Ergo hoc ſæpius iteratam nunc ſemel dictum ſit Pinguia omnia præſertim Unguenta & Olea eſſe Ulceribus E. M. *adverſiſſima.*

NB. *De Sparadrap in hac pagina deſcripto.*

Emplaſtrum Ducis addita pauca olei quantitate facile humectarur. Propterea primo per ſe liquanda Emplaſtra deinde admiſcendi pulveres, tandem ſi opus ſit ad ductilem confiſtentiam Unguentum Populeum.

Iſta ſit hujus Sparadrap bona deſcriptio.

℞. Maſs. Emplaſtri nigri ducis ℥ iij. diacalcitheos ℥ij. Lapid. calamin. præpar. ℥j. Tuth. præpar. Minii cum aqua roſ. præpar. *an.* ʒvj. Plumbi crudi, Antimonii crudi *an.* ℥ß. Calcis extinct. & lot. Terr. vitrioli inſipid. *an.* ʒx. *Camphor.* ʒß. *Myrrhæ* ʒv. Unguenti popul. q. ſ. ad incorporand. pulveres cum Emplaſtris & dandam debitam Sparadrap conſiſtentiam.

℞. Hujus Sparadrap ℥ij. præcipitati albi dulciſſimi ʒiij. miſce ubi maligniſſima Ulcera ſiccanda occurrent.

Potenter ſiccat Emplaſtrum ex Creta.

℞. Ceruſs. Venet. ℥ iiij. Cret. puriſs. ℥ij. Axung. ſuill. recentis ℥ß. miſce liquentur ſimul, & quoniam dureſcit inſtar lapidis, ut extendatur ad ignem molleſcat. Applic. cum faſcia lanea.

XV *Novembris.*

E. M. Uſa per *vj* ſeptimanas vino & decocto Guaiacino, cum nihilominus Ulcus dolorificum valde, non ita bellè ſe habere perciperet, ſuaſu meo ad Cathartica devenit, quæ talia præſcripta fuere, ad evacuandum phlegma viſcidum humorem aduſtum, & ſerum acre quo totum venoſum genus in ipſa ſcatet.

NB. *Licet videatur magna quantitas Catharticorum pro una Doſi, attamen debile eſt Remedium, quia in frigido ſaltem fit infuſio, ita ut Liquor non poſſit vim Cathartici potenter attrahere.*

℞. Fol. Sen. mund. minutiſſime inciſorum ℥ß. Fol. ſoldanell. recentium ſiccat. & contuſ. ʒij. Turbith. Hermod. Cremor. Tartar. per diſſolv. parati *an.* ʒj. Corticis Guaiaci raſi ʒij. Saſafras ʒj. Macis ℈j. Corticis citri flavi ſicci ℈ß. infund. in Vino albo Rhenano per horas *xxiiij*. Mox fiat per chartam bibulam colatura ut a. e.

℞. Folior.

℞. Foliorum ſen. mnnd. ℥ß. ſoldanellæ ʒij. Turbith. hermodactylorum, cremor. tartar. alb. *an.* ʒj. Nucis moſch. ℈j. corticis ſaſafras. ʒj. corticis citri exterioris flavi ℈ß. Irrorentur omnia ut decet conciſa, & præparata vino albo Rhenano acidulo cum ſucco Limonum, & macerentur per duas horas, deind. affunde ſ. q. Vini albi Rhenani (ut ſupra) ad infuſionem cum ℥ij. Infuſionis nonæ Roſarum pallidarum, fiat colatura per chartam, poſt infuſionem 24 horarum. Adde Aquæ cynamomi cochleare dimidium. Pro Doſi una.

Iſtis omnibus cum imbecillius *E. M.* purgaretur tandem infuſioni ℥ß Foliorum ſen. cum raſura ligni paratæ, &c. Addidi priniò ℈j. deind. ʒß. pulveris Jalap. Copioſè ab hoc remedio ſoluta alvus, citò fudit ad *viij.ix.* x Vices ſeroſa multa, bilioſa, pituitoſa, viſcida, ſine torminibus, & cum magno levamine. Ter ſumpſit diebus conſequentibus ℈j. deinde interpoſitis duobus diebus, bis ʒß. cum ἐυφορία.

Menſe *Januario* in *Galliam* iter parans Reginam quoad univerſi corporis conſtitutionem ſatis bene habentem reliqui. Ratione autem ulceris malignitatem ex curationis difficultate, & in dies ſerpente eroſione, atque acerrimi ſeri copioſiſſimè exſtillantis quantitate prodentis, inuſſi infra genu ad internam tibiæ partem pyroticum, cujus ulcus ichoris acrimoniâ ſic eroſum fuit ut irritata fluxione, & excitatis ſæviſſimus doloribus *E. M.* ipſum claudere coacta fuerit. Diſcendens a. ad cauſæ antecedentis correctionem, & ulceris antiqui curationem, tale vinum vulnerarium reliqui, quo ſit-ne uſa necne ignoro. Cum n. ſubinde ad quævis propoſita etiam ab ignaris & idiotis, remedia, tumultuariè convolet, nihil certi vel de præſcriptorum effectu credi, vel de affectuum curatione ſtatui poteſt.

Miſerrima eſt Medicorum Regibus propriæ voluntati addictis inſerventium conditio, cum in eorum conſiliis & artis operibus ut plurimum currus bovem trahat.

Tale a. fuit Vinum.

℞. Guajaci ℥ß. Zarz. parill. Rad. chin. *an.* ℥ß. rad. conſolid. major. ʒiij. Santali citrini ʒj. raſur. Eboris ℈iiij. Spodii ʒß. fol. ſicc. ſanicul. Brunell. Millefol. Veronic. maris & fœmin. Virg. aur. *an.* P j. Bugl. P j. Nuc. moſch. ℈ß. Aquæ ſtillatit. cichor. card. bened. Vini albi Rhenani *an.* q. ſ. ad infuſionem pro una doſi ʒß. Oculorum cancri poteſt addi, vel reducta in magiſterium ſumi ex conſerva Roſarum.

xxiiii *Martij* 1618.

EX *Gallia* redux *Londinum* appuli, poſtridie adventus *E. M.* viſitavi quam Cachecticam inveni, emergentem ex animi deliquio, quod eam ter eo ipſo die invaſerat graviſſimè. De conſtitutione corporis ſciſcitatus, reſpondit Domina na ſe iſtas λειποψυχίας quotidie pati à pluribus diebus.

Cauſam rejecit in otium & quietem, quia ad curationem ulceris in lecto hæſit per menſem integrum.

Facies valde pallida, & ſubflava tumet, & matutinis horis oculi ſunt circa palpebras œdematoſi.

Friget totum corpus, imò aliquando horrore concutitur.

Ad levem corporis motum reſpirationis frequentia & aliquantula difficultas. Arteriarum pulſatio;

Aurium tinnitus & flatus moleſti, præſertim cum decumbit in pulvinar.

Somnus turbulentus. Oſcitatio crebra, pandiculatio frequens.

Melancholica, ſuſpicioſa, concluſa vivit, & conſuetos cœtus refugit.

Hypochondria mollia. Lienis profundo, utcunque plenus & turgidulus.

Venter plenior ſolito. Attamen mollis.

Appetentia dejecta.

Levis aliquando calor, ſitim & inquietudinem excitans.

Menſes fluunt ſtatis intervallis, multi aquoſi. Intermedio tempore, uteri ſtillicidum rubrum, aquoſum.

Urinæ crudiſſimæ inſtar Aquæ fontis aut vini albi Rhenani.

Omnia iſta Hydropem minantur, à pertinaci partium naturalium obſtructione & hepatis, ab errore externo malè affecti & labefactati ἀτονίας.

Hepar debilitatum fuit, atque in eo diſſipatus calor, & diſſolutus tonus.

Continuo uſu vini Rhenani acidi, & peſſima diæta.

Frequentiſſima aſſumptione Aquarum cynamomi & aliarum calidiſſimarum; Item uſu longiſſimo cardamomi. Vini hiſpanici. Salſamentorum, &c.

Potu multifario liquorum molem corporis caſtigantium, & maciem inducentium.

. Ego demùm poſt Dominæ obitum certò reſcivi catharticum, quo per annum uſa eſt, *E. M.* fuiſſe extract. Catholic. Parac. Audaciſſimus nebulo clàm iſta cathartica porrigebat Dominæ corporis maciem incautè capienti.

Diuturniſſimo & frequentiſſimo uſu catharticorum ſicciorum, & inter cætera Aloeticorum, quibus ultra annum quotidie uſa eſt.

Provocatione importuna menſtruorum quæ tam inordinata fuerunt, ut aliquoties uterus ſanguinem fuerit per *iiij.* & *v* Menſes continuos. Memini me aliquando *E. M. Otlandiæ* inveniſſe hoc fluxu laborantem tam profuſio quoad longitudinem vel durationis tempus, ut ſumme macilenta, ad extremum debilis eſſet, & tota faciei cutis furfuribus veluti ſquamis perſperſa. Tunc convaluit exhibitis cardiacis, & hepar roborantibus, præſertim perlarum & corallorum eſſentia.

Uno verbo licet ſæpius à me,& aliis medicis monita *E.M.* quidquid potuit tentavit ad valetudinis deſtructionem, & promotionem Hydropis cujus primordia ſunt in ipſo malo habitu.

Prognoſticon.

Si dicto audiens fuerit ſanabitur ; ſin minus, iſte affectus in *E. M.* eſt incurabilis.

Memento loci iſtius apud *Celſum*, cap. 21. lib. 3. de Aqua intercutem.

Cels. Facilius in ſervis quàm in liberis tollitur, quia cum deſideret famem ſitim, mille alia tædia longámque patient iam promptius his ſucurritur qui facilè coguntur, quam quibus inutilis libertas eſt.

Sed ne hi quidem qui ſub alio ſunt, ſiextoto ſibi temperare non poſſunt, ad ſalutem perducuntur. NB. Ideoque non ignobilis Medicus *Chryſippi* diſcipulus, apud *Antigonum* Regem, Amicam quendam ejus, notæ intemperantiæ, mediocriter eo morbo implicitum negavit poſſe ſanari. Cumque alter Medicus *Epirotes Philippus* ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit ſe illum ad Morbum ægri reſpicere, ſe ad animum ; Neque eum res fefellit. Ille enim cum ſumma diligentia non Medici tantummodo, ſed etiam regis cuſtodiretur, tamen malagmata ſua devorando, bibendóque ſuam Urinam in exitium ſeſe præcipitavit.

Propoſito imminente periculo, tandem *E. M.* pollicita eſt ſe quæcunque Medici juſſuri erunt facturam, Vocati D. D. *Atkins*, & *Matthias Hulsbos.* cum quibus de ſequentibus adminiſtrandis inivi conſilium in Aula *Somerſettenſi*, die 29 *Martii*, 1615. Martij. 29

Injiciatur Clyſter ordinarius cras mane circa horam octavam.

℞. Radic. cichorii fœnic. polypod. *an.* ʒß. fol. chamædr. *P j.* Florum calend. & Anthos *an.* *P* ß. Seminis Aniſi ʒjß. Fol. ſen. mund. ℥ß Cremor. 🜿. ʒij. fiat omnium deind. colaturæ addatur infuſio ʒij. Rhabarbari ſeorſim facta in Aq. Endiv. cum ℈ij. Cynam. reducantur omnia ad doſin, in quo diſſolve Syrupi Roſ. pallid. comp. cum Agar. ℥jß. Diaphœnic. ʒj. miſce fiat potio, exhibeatur poſtridie clyſteris horis *iiij.* ante Juſeulum.

Hoc Medicamento ad *xvj* Vices ſubducta alvus, & evacuata fuerunt ſeroſa multa, bilioſa pauca, viſcida plurima, cum εὐφορία. Idem remedium triduo poſt iteratum purgavit tantum ad octo vices & eadem eduxit.

℞. Radicum Fœniculi & petroſelini *an.* ℥j. Ligni ſaſafras. ʒiij. Folior. ſiccorum chamædr. Veronic. maris Meliſs. *an.* *M j.* Abſynthii Pontici & vulgar. *an.* *P jß.* Nuces moſch. N° *ij.* Vini albi pintas *ij.* fiat infuſio de qua capiat hauſtum unum manè poſtridie purgationis, quæ alternatìm cum hæ præparante iterabitur, quoties conſilio viſum fuerit.

Iſtam infuſionem ſumpſit per biduum, deind. purgata fuit mox ad majorem præparationem iterum ſumpſit per triduum iſtum potum, quo tempore, vid. circa 7 *Aprilis* erupe-

runt

unt, menſes pallidi aquoſi parci, ceſſatum à Remediis per biduum, quo fluxerunt menſtrua, mox contra morem ſubſtiterunt. Tunc præmiſſo clyſtere ventum ad Vinum chalybeatum, à cujus hauſtu uſurpatum ſerrationis exercitium, quòd vid. ob tybiæ ulcus ambulare non poſſet *E. M.*

℞. Radicum Enulæ campanæ ℥j. rad. cichorii, fœniculi petroſel. Ruſci *an.* ʒx. Rad. ireos florent. ʒvj. Ligni ſaſafras. ʒiij. Fol. abſynth. utriuſque chamædr. *an. Mj.* Caryoph. ʒj. Nuc. moſch. ʒij. Limatur. chalyb. per acetum & vinum præpar. ℥vj. Vini albi *Gallici* tenuis ℔viij. fiat infuſio ut artis eſt ad uſum dicendum.

Præſcriptæ pilulæ tertio quoque die utendæ hora dimidia ante levem Cœnam.

℞. Maſſæ Pilulæ Stomach. cum gummis ʒß. Maſtichina rum fern. ʒij. miſce & cum Syrup. de abſynth. fiat maſſa.

℞. Maſs. prædict. ʒß. formentur pilulæ N° vj. deauratæ, addendo Ol. ſtillat. aniſi & cynam. *an.* guttas *ij.*

Pilulæ Stomachicæ cum Gummis.

6 Aprilis. ℞. Aloes crud. ʒiiij. Gumm. Ammon. in aceto ſcyllitico diſſolv. ℥ij. Extracti Senæ & Rhab. in Aqua Endiviæ parat. *an.* ℥jß. Myrrhæ ʒvj. Croci Salis gemmæ *an.* ℥ß. miſce, & ſi aliquo liquore opus ſit ad formandam maſſam, adde ſ. q. Syrup. de Abſynthio.

Una eadémque opera præſcripti clyſteres qui in poſterum debent eſſe *E. M.* uſuales.

6 April.

Clyſter Blandior.

℞. Decocti emollientis parati cum capite vitulino ℔j. Cathol. elect. linitiv. *an.* ʒx. Mellis Mercurial. Sacchari albi *an* ℥ij. Salis gemm. ʒij. miſce.

Clyſter Validior.

℞. Radic. ebuli irid. noſtratis *an.* ℥j. Ariſtoloch. rotund ℥ß. Malvæ Alth. Parietar: Mercurial. *an. Mj.* Florum chamæmel. Melilot. Summ. Anethi *an.* P jß. Semin. fœniculi Aniſi *an.* ʒij. fiat diſtillat. & colatura, in qua reducta ad ℔j. diſſolve Cathol. ℥j. Diaphœnici ℥ß. Mellis Mercurialis. Syrup. roſ. comp. cum Agaric. *an.* ℥ij. miſce.

Quoniam autem frequentiſſima erat λευποφοχία, ita ut poſt quemvis leviſſimum corporis motum invaderet, interim dum vinum chalybeatum parabatur, præſcripta ſequentia.

℞. Conf. Alkermes ℥ß. lapid bezoar. oriental. ʒj. Magiſterii corallorum & perlarum *an.* ʒß. Raſur. eboris oſſis de corde cervi *an.* ℈ij. corticis citri & aurantiorum cond. ſicc. *an.* ʒß. Sacchari albiſs. ℥vj. miſce, & cum muccag. ſeminis. Cydon. extracta in Aquis Naffæ & Cynam. fiat paſta ex qua formentur tabell. blando calore ſiccandæ ad ordinarium uſum. 5. Ap

℞. Aquæ Naffæ recentis & fragrantis ʒiiij. Aquæ cynam. ʒj. Elixiris Mathioli ℥ß. ſyrupi de corticibus citri ℥jß. miſce indatur nodulus continens Ambræ griſ. ℈j. Moſchi orientalis *gr. iiij*. Capiat è cochleari urgente animi deliquio.

Irrita fuerunt iſta omnia præſidia, quippe cauſam morbificam nequaquam attingebànt; prædiximus a. *E. M.* fere ut poſtquam cauſæ debellationem eſſemus aggreſſi, deliquia faceſſerent, quod contigit etiam altero die aſſumptionis vini chalybeati, à quo tempore nullam paſſa eſt λευποθυμίαν per menſem integrum & ultra.

Cereviſia Medicata quæ cum vini chalybeati uſu concurrere debet ad ſolvendas obſtructiones.

℞. Rad. Chin. per taleolum ſectæ ℔j. rad. fœniculi. Corticis dulcamaræ *an.* ℔ß. Rad. Saſaſras cum cortice ℥iij. fol. ſicc. Agrimon. Adianti Rutæ Murariæ polytrici *an.* *Mj*. Nuces Moſchatas N° *vj*. Florum ſalviæ & Roriſmar. *an.* *P iij*. Cereviſ. lupulat. Galon. *vj*. ſucci Cochleariæ ℔iij. Succi naſturc. & beccab. *an.* ℔jß. fiat fermentatio ut artis eſt. Tranſvaſetur liquor utendus ſi fieri poſſit pro potu ordinario, ſin minus bis in die, hora una ante ſingulos paſtus.

Dum iſta fiunt circa vii Aprilis *eruperunt menſes pauci, aquoſi pallidi, & per tres dies eorum fluxus perſeveravit, quo tempore cum non convenirent chalybeata neque exercitium præſcripta ſequentia.*

8 April.

℞. Conf. Alkermes ℈j. bezoar. oriental. *gr. vij*. Ambræ griſ. *gr. v*. miſce fiat Bolus exhibendus ſuperhauſto Julepo ſequente.

℞. Aqua fontis puriſſim ℔j. Vini albi tenuis ℔ß. redd. acidul. guttis aliquot Spiritus Vitrioli, adde Florum Vetonic. rub. *P iiij*. Violarum recentium á capulo herbaceo mundat. *P iij*. Florum & ſummit. Roriſmarini *P j* cynam. integri ʒij. extrahatur tinctura ut artis eſt. Cape de colat ℥iiij. Syrupi de corticibus citri & Garyophyll. *an.* ʒij. miſce fiat Julep.

Iſta repetantur bis in die.

Exactis menſibus, Ventum eſt ad vinum chalybeatum cujus ſex doſes aſſumpſit *E. M.* circiter ℥iijß. vel *iiij*. ab ipſo primo die ſenſit aliquod levamen. Tertiam doſin poſt exercitium, poſtridie pilularum evomuit, cum magna pituitæ copia. Difficulter tamen ſubverſus eſt ventriculus, etiam ſubſequente faciei tumore. Perrectum nihilominus, & tertio quoque die datæ pilulæ ante Cœnam, quæ ipſa nocte & ſequenti die eduxerunt viſcida multa nigra. Bonam obſervavit (ut retulit) victo rationem, uſa carnibus elixis pullorum, aſſis Pipionum, Perdicum, Phaſianorum, &c. bibit a. vinum rubrum eligepherum.

Poſt ſex vini doſes, cum ſubſtantia chalybis magis profutura crederetur præſcripta Opiata ſive electuarium ſequens.

℞. Conſerv. rad. Cichorii ℥j. Conſerv. comarum Abſynthii, Calendul. Anthos *an.* ʒß. Cortic. exterioris aurantiorum

& citri cond. ſicci *an.* ʒij. Conſ. Alkermes ʒiij. Pulver. Electuar. aromat. Roſ. & Diambr. *an.* ʒj. miſce, & cum Syrupo conſerv. citri fiat Electuar. de quo cape ʒij. pulveris ♂. rubri præpar. ℈j. Miſce, detur ſuperhauſto Vini Abſynthitis memento.

Sumpſit *E. M.* iſtud Electuarium per quatriduum, cum conſueto exercitio, & Pilulis ante Cœnam. Vomuit a. tertia aſſumptione, propterea cum nauſeabundus Ventriculus bolum reſpueret, cogitatum de mutando chalybe eóque in forma Pilularum exhibendo. Itáque ℈j. limaturæ chalybis cum aceto tantum ſine igne præpar. fuit exceptus pauco Oxymelite, & ex eo formatæ pilulæ N° *iiij.* non vomuit eo die, id quod contigit ſequenti poſt exercitium, aucta quantitas chalybis uſque ad ʒß. per biduum, vomuit, & graviter habuit à ventriculo, neque iſte chalybs permeabat corpus aut excrementa tingebat, unde cogitatum de purgando corpore, interim dum Vinum minus ingratum parabatur.

Vinum. ♂.

℞. Chalybs rubr. ℥iiij. abſynthii vulgaris *P ij.* Ligni ſaſafras ℥ß. Nucis moſchi ℈iiij. Vini albi *Gallici,* ℔iiij. fiat infuſio ut a. e.

Potio.

℞. Foliorum Senæ mundat. minutiſs. inciſorum ℥ß. Cremoris tartari albi ʒij. Seminis aniſi ʒj. infund. & decoque in æquales partes, & ſ. q. Aqua abſynthii Meliſs. & Vini albi tenuis. Expreſſioni addatur infuſio ʒij. Rhabarb. ſeorſim facta in aqua Cichor. cum ℈ß. Scoenanthos, reduc. omnia ad doſin, in quo diſſolve Syrup. Roſ. pallid. comp. cum agaric. ℥j. Diaphoenic. ʒij. Aqua Cynamom. debilioris ʒj. miſce fiat potio, exhibeatur mane.

Hæc potio propinata fuit die 29 *Aprilis,* copioſa & frequens fuit evacuatio, ad xx ſedes, imò extenſa uſque in diem ſequentem, ſine torminibus tamen aut magna virium dejectione. Ceſſatum à medicamentis die ſequenti, & *Maij* primo propinatum Vinum paulò ante deſcriptum addita Infuſione ʒj. fol. ſen. Vini a. quantitas fuit ℥iij. Eo ipſo die chalybis vis in excrementis ſeſe exeruit, quæ profluxerunt nigerrima; non vomuit. *E. M.* & habuit eo die ſatis belle.

1° Vinum ſumpſit, licet pes ſiniſter Ulceratus per noctem doluiſſet. Exercuit corpus, Noctu Dolor ingens alterum pedem invaſit, & occupavit Podagra, ceſſatum ab omnibus.

11° Die eruperunt Menſes, qui & copioſi, & magis quàm ante floridi profluxerunt per octiduum integrum, debito ordine augmenti ſtatus & declinationis.

Quoniam a. urgebat pedis dextri dolor præſcriptum cataplàſma ſequens.

℞. Micæ panis in lacte ad pulticulam coctæ ℥iij. Radicum fabæ ſuillæ ſub cineribus coct. piſtæ & traject. ℥ij. Seminis papaver. alb. in aqua ſpermatis ran. aliquantulum cocti triti ʒvj Pulveris abſynth. & Roſ. *an.* ʒij. Ol. Roſati ℥iiij. Croci ſubtiliſs. pulti ʒß. Vitell. Ov. N° *ij.* Miſce fiat Cataplaſ. applicandum parti dolenti.

Parum aut nihil profluit iſta applicatio, quod vid. dolor iſte ſua habeat tempora, & vulgò ſoleat uſque ad tertium diem extendi. Evitáque rejecto *E. M.* juſſit pedem dolentem fovere Aquâ vitæ, Vino rubro generoſo, & croco unde levamen percepit.

Dolori evaneſcenti ſucceſſit partis debilitas cum magno tumore oedematoſo, ad quæ accidentia præſcripta fuère ſequentia topica.

℞. *Gummi Karanna* ʒij. Tacamahaca ℥j. Emplaſt. de Hermod. ℥iij. Myrrh. ʒ*ß*. Picis *Burgund.* ℥j*ß*. Liquentur ſimul, & applicentur parti tumenti: prius unctæ Balſamo Peruviano.

℞. Foliorum viridium Apii *M iij.* Abſynthii virid. & Chamæm. totius *ana Mj.* Hyperici Ebuli virid. *an. Mij.* bulliant ad putrilag. in vino rubro terantur, & cernatur per ſetaceum, addendo farinæ fabarum & hordei in Oenomelite ad pulticulam coctæ *an.* ʒij. pulveris Florum Melilot. ireos Flor. Hermodact. *an.* ʒß. Mellis crudi ʒiiij. Miſce fiat Cataplaſma applicandum noctu.

Uſu iſtorum, cum lixivio nervali & aquas diſcutiente pedes in dies detumeſcunt ſiniſter autem cum habeat ulceris emiſſarium nec tantum paſſus eſt dolorem, neque tantum habet tumorem.

Quod ad Ulcus malleoli, ad ejus curationem è Scotia, *vocatus Cheirurgus Regis primarius,* Primroſe, *ſenior iſta applicavit.*

Aliquamdiu fovit cum Aqua calcis, à qua cum crederet labia tumida & exuperantia duriora reddi, uſus eſt fotu tantum vulnerario, quem etiam poſteà intermiſit; applicavit autem Emplaſtrum de Sapone Boudet. cum ʒj. Mercurii crudi pro uncia una Emplaſtro.

Carni Ulceris appoſuit pulvillum imbutum decocto vulnerario, cui addidit aliquando Myrrham, Thus, Maſtichen. Aloen. nonnunquam alumen. ita minuuntur & concidunt labia, minus fit ulcus, & figuram mutat, & cutis videtur ſuccreſcere. Hæc omnia ſine dolore.

Parata Cereviſia minus medicamentoſa pro potu ordinario, vel ſaltem utenda bis in die.

℞. Rad. Chinæ ℔j. Zarzæ parill. ℔ß. Radic. ſaſafr. ℥ij. Nuc. Moſch. N° *vj.* Cereviſ. Lupulatæ fortioris recenter coctæ Galon. *vj.* Succi cochlear. ℔ij. Succi beccabung. & Naſturcii Aq. *an.* ℔*ß*. fiat ut a. e.

xii Maii. *Pedibus utcunque firmioribus* E. M. *admiſit Enema validius mane, & ter fuit ſubducta alvus.*

xiii. Iterata potio purgans ultinca, detracta dimidia Drachma Diaphœnici. Educta viſcida, bilioſa, pituitoſa, tandem

ſeroſa nigra, Octo ſaltem habuit ſedes, ſine torminibus, & cum pedum etiam levamine.

xv. Sumpſit Vini chalybeati ℥iijß. poſt horam evomuit ter, & ultra libram pituitæ viſcidiſſimæ rejecit vomitu. Non fluxit alvus.

Ab iſtis omnibus rediit faciei & labiorum venidus color, & certa ſpes nobis affulget ſanitatis σὺν θεῷ.

xvj. Datæ ſaltem ℥ij. Vini, cum infuſione ʒj. foliorum ſen. ſumpſit alacriter, & vegete ſerrationi incubuit.

xvi Auguſti, (cum ejuſdem menſis die ix. *E. M.* ad Thermas Bathonienſes appuliſſet) poſt irrito labore tentatam Ulceris curationem, per lotionem factam cum Thermarum aqua, unde attracta deorſum materia pedes œdemate intumere, labia ulceris evaſêre duriora, ipſumque Ulcus profundius. Cœptum captúmque de Dieta ſudorifica longa & exacta *Otlandiæ* inſtituenda & obſervanda conſilium ; Ad quod unicum, & cauſarum morbificarum potentiſſimum eradicans remedium, dum ſeſe per longas temporis & itineris ambages ſeſe accingit *E. M.* paratum.

Emplaſtrum Saturninum Vulneriarium.

℞. Plumbi albi puriſſimi ℔j. ſuccorum recenter expreſſorum caprifolii , Veronicæ fœminæ Brunellæ *an.* ℥iiij. ſucci ſenſim affundantur, & ducantur ſimul omnia in porphyrite, ad perfectam commixtionem inſtar pigmenti pictorum, reducatur maſſa in paſtillos qui ad ſolem ſiccati pulveriſentur ut Alkool.

℞. Plumbi ut ſupra præparati ℥iiij. Unguenti populei ℥ß. Mercurii crudi ʒß miſce, ut artis eſt, & fiat Emplaſtrum applicandum ſpiſſe , continendum Emplaſtro de minio Vigonis, & quinto ſexto-ve demùm die renovandum.

Aliud. ℞. Plumbi præparati ℥iiij. Minii ℥ß. Mercurii crudi ʒv. Unguent. popul. ℥iiijß. miſc.

Aliud cum Creta. ℞. Plumbi præpar. ℥iiij. Cretæ ℥ß. Axungiæ recentis ʒiij. fiat Emplaſtrum.

NB. Vulgare.

Meum. ℞. Plumbi præpar. ℥iiij. Cretæ ℥ß. Mercurii ʒv. Unguenti populei ℥ß. miſce.

Præparetur axungia cum ſuccis vulnerariis. In primis cum perſicaria.

Nota Ulcus *E. M.* nullo modo ferre poſſe ☿. præcipitatum.

28 *Auguſti, E. M.* Balſoniæ correpta fuit Podagra circa noctem, die autem præcedente, poſt aſſumptas pilulas, copioſe ingeſſerat fructus, unde vomitus, καρδιαλγία, virium lapſus,&c. Ad leniend.dolor.(qui ab omnibus frigidis ſolent exacerb.)confugit ſtatim ad conſuetum remedium, vid. ad decoctum abſynthii & croci paratum cum Vino rubro & Aqua Vitæ, addito ſale marino. Imminutus dolor, quoniam autem metus erat ne fomenti humiditas, & ſuccedens calori frigus nervoſas partes hæderet, ex iiſdem paratum tale Cataplaſma quod

maximopere profluit, ſiquidem per dimidium ſaltem diem duravit dolor, neque tantus tumor oedematoſus ſucceſſit ut antea.

℞. Micæ panis albi ℥iiij. ſubigatur ad conſiſtentiam pultis cum duabus partibus vini rubri & parte una Aquæ vitæ, Adde pulveris Abſynthii Chamæmel. NB. Melilot. *an.* ʒiij. Salis marini *M* ß. Croci ſubtiliſs. triti ʒß. Mellis crudi ℥iij. miſce fiat Cataplaſma.

Poſt uſurpatum iſtud Remedium bidui ſpatio, præſcriptum Emplaſtr. tale.

℞. Gummi Caranna & Tacamahaca puriſſimi *an.* ℥ij. Ceræ flavæ ℥iiij. Balſami Peruviani ʒx. Olei nucis moſchatæ expreſſi ʒv. Liquentur ſimul ut artis eſt. Adde pulveris ſubtiliſs. abſynthii ʒvj. pulver. Florum Chamæmel. & melilot. *an.* ℥*ß.* pulv. hermod. ℥j. Croci ʒij. Salis marini ter fuſi & in Alkool reduct. ℥jß. miſce fiat Emplaſtrum.

Quoniam E. M. Bathoniâ *Londinum* diſcedenti, ut *Greenwichi* Diætam ſudorificam celebret opus eſt Enemate validiuſculo, quo & fæces deturbentur, & revulſio fiat, à tibiis dolentibus præſertim ab Ulcerata, & provocentur qui ſubſtiterunt menſes tale paretur.

℞. Fol. Mercurial. parietar. Violarum, Malv. *an. M*j*ß.* fol. Artemiſ. Matricar. Rutæ Pulegii *an. M j.* Florum Chamæmeli Melilot. ſummitatum anethi *an.* ℈jß. Baccarum lauri & Junip. *an.* ℥*ß.* Seminis aniſi & fœniculi *an.* ʒiij. *Foliorum Senæ* ℥j. fiat omnium decoctio & colatura, in qua reducta ad ℔j. diſſolve *Catholic.* ℥j. *Hier. Diacolocynt.* ℥*ß.* Syrup. roſ. comp. cum Agar. ℥iij. Vini Hyacynthini ℥ij. miſce fiat Clyſter.

Cathol. Di-
aph. *an.* ʒvj.

Pro potu ordinario paretur decoctum ex ℥j. Chin. & ʒij. ſaſafras cum ℔iij. Aquæ reducend. ad ℔ij. hoc decocto diluat Vinum.

Interim paretur Cereviſia talis.

℞. Guajaci interioris nigerrimi ℥viij. Cortic. ℥iiij. Chinæ ℥x. Saſafr. cum cortic. ℥iij. Cereviſ. lupul. fortioris Galon. *vj.* vel *viij.* fiat ut artis eſt pro Diæta.

Talis fuit Clyſter.

℞. Decocti ſine Sena parati ℔j. Hieræ picræ, Diaphœnic. *an.* ʒvj. Syrupi roſarum pallidarum comp. cum Agarico ℥iij. Vini ℥ij. miſce.

Bathoniæ 28 *Auguſti, E. M.* noctu correpta fuit podagra ut ſupra notatum. Sed breviſſima fuit acceſſio, & citius evanuerunt omnia accidentia, tumor œdematoſus, partium incredibilis debilitas, &c.

An quod pars maxima Humoris morbifici per patulum Ulcus continuo evacuetur?

An quod melior ſit Corporis totius Conſtitutio, perverata longa medicamentorum ſerie præcedente cachexia?

xix *Septembris*, 1615.

REginæ Majeſtas cum irrito labore petierit Thermas Bathonienſes, Ulceris ſiniſtrum malleolum occupantis perſanandi cauſa cúmque metus ſit ne jam à biennio partem (exanguem, declivem, perpetuo varium totum crus obſidentium influxu vexatam) affligens malum, tandem oſſis ſubjecti cariem invehat, cogitatum ſeriò de Ulceris perſanatione.

Indicatur Curatio.

A cachexiæ & hydropis metu, quæ mala proculdubio contingent ſi *E. M.* otioſam & deſidem vitam tranſigat ſine exercitio, à quo ipſa prohibetur dolore, quem Ulcus excitat, unde ipſa pedibus inſiſtere, progredi-ve nequit.

Ab imminente carie, quæ erit incurabilis in ſubjecto Regio, quod nec validiſſima medicamenta, nec ignem ferre poteſt.

A victus ratione quæ cum paulò plenior ſit, præſertim circa liquida, opus habet exercitio ad conficienda ea quæ ingeruntur & ſuperfluitates excrementitias diſſipandas.

A negotiis & qualitate perſonæ.

A dolore ſummo.

Contra Indicatur.

Ab humoris curſu cui cum aſſueta ſit natura, verendum eſt ne ſi ſiſtatur continuus iſte fluxus, occluſo emiſſario, humor ad viſcera refluus magnum aliquod incommodum & periculoſum invehat.

Adde quod á quo fuit apertum ulcus, & fudit acerrimum ſerum detumuerunt varices.

Reſponſio.

At poteſt aliud excitari arte Ulcus, in tibia alterutra vel utráque, in parte carnoſa, ab oſſibus magis remota, & minus exquiſiti ſenſus.

Vixit diutiſſimè *E. M.* ſine ulceribus, fuitque pejoris diætæ quàm nunc, & habuit æquê acres humores, nihilominus ſuam obtinebat integram atque inculpatam ſanitatem.

Præcaveri poſſunt plethora & cacochymia, bona victus lege, & crebris trium regionum, ordine & ſucceſſivè celebratis evacuationibus.

Certum periculum iſtinc, hinc ſpes haud dubia ſi E. M. *velit.*

Diæta ſudorifica judicata fuit optima & unica ad iſtius mali curationem.

Ante provocationem ſudorum purgandum corpus, & præparandi humores incidentibus & attenuantibus.

Catharticum.

℞. Rad. Oxylap. fœnicul. *an.* ℥ß. Polypod. ℥j. fol. Scabioſ. ſumar. Agrimon. ceterach. *an.* *M*ß. Flor. vetonic. rub. *P ij.* Semin. fœnicul. dulc. & coriand. *an.* ℥j. fiat omnium diſtillat. in qua infunde & decoque fol. ſen. mund. vino albo odoro nutrit. ℥vj. Semin. Cartham. alb. & medulloſi ℥j. Turbith. Hermod. *an.* ʒiß. Expreſſioni addatur infuſio ℥ij. Rhab. ſeorſim facta in aqua endiviæ acidul. cum ℈ij. ſantali citrini reduc. omnia ad doſin, in qua diſſolv. Syrup. Roſ. pallid. comp. cum Agaric. ℥jß. Aq. cynamom. ℥j. miſce fiat potio exhibenda mane horis tribus ante Juſculum.

Præparans.

℞. Raſuræ ligni ſancti interioris nigerrimi ℥j. Zarzæ parill. ℥ij. Ligni Saſafras ℥ij. Infund. in duabus partibus aquarum mixtarum ulmariæ Scabioſæ Card. bened. in una vini albi *Gallici* coguac. aut rupellenſis, vaſe vitreo vel fictili vitreato bene clauſo, idque per horas 24. ſuper calore levi ut Balnei, mox poſt aliquot ebullitiones fiat colatura reducenda ad ℥x. pro *ij* doſibus bis in die ſumendis longè á paſtibus.

Regina per novem ſaltem dies ſudavit, ſatis etiam parcè, ita ut aut parum aut nihil profuerit iſta evacuatio.

Ulcus primò Viſum eſt aliquantum imminui præſertim uſurpato ſuffumigio ex ♉^{ii} verùm paulò poſt ſucceſſit fluxio ingens, tumor, dolor, rubor & intra paucos dies quidquid novæ carnis cutiſ-ve ſuccreverat exeſum Subſtiterunt menſes. Ab exhibito conſueto medicamento maxima evacuatio quæ duravit per *xij* dies. Rebus ſic ſtantibus & frigore urgente, atque inſtante hyeme captum de intermittendâ Diæta ſudorifica conſilium.

Et quoniam obſervatione annotatum fuit ab uſu Guaiaci potius acres humores reddi, & exacerbari ulcus, quàm curari præſcripta Cereviſia uſualis ex Zurza. China, Saſafras, Santalo, Nuce moſchata.

Suaſum ut per totam hyemem *E. M.* contenta ſit pilulis ordinariis & conſuetis enematis.

Sub finem menſtruæ purgationis paſſa eſt aliquot animi deliquia, quæ incuſſerunt metum priſtinæ cachexiæ, in qua quoniam hepar primario afficitur, & per ejus conſenſum totum corpus. Sequentia à me ὡς ἐν παρόδῳ à me notata ex quibus neceſſaria ſuo tempore depromantur.

Julep cum ſyrupo corallo & tinctura florum Vetonic. rub. bugloſs. borrag. violar. ſantal. citrin. in aq. ſtillat. ex ſucco pom. redol. in B. M. aromat. maci, exhib. bis in die.

Grinwicho diſceddencis.
15 Octob.
1615.

Rhabarbarum in ſubſtantia maſticetur mane.

Vinum ex Tormentilla rhabarb. Abſynthio.

Cereviſia præſcripta cum China, Zarza, Saſafras, Santalo citrino, Nuces moſchat. Clyſter frequens ex decocto omazorum cum emollientibus, Catholic. El. lenit. Diaprun. ſimpl. Melle Mercurial. Vino hyacinthino.

Pilulæ ſtomachicæ & Maſtichinæ ſemel in ſeptimana, acuantur *gr. ij.* vel *iij.* Extracti Alhandal. corrigantur guttis aliquot ol. ſaſafras, Aniſi, Thym. Cynamomi.

Si recurat leipothymia frequens, purgetur doſibus duabus pilularum præmiſſo uno vel altero Enemate.

Pilulæ chalybeatæ cum exercittio matutino & pomeridiano per dies xv. aut xx.

℞. Conf. Alkerm. ʒij. Thermarum de Rhabarb de Abſynth. &, de Eupatorio *an.* ʒijß. Miſc. fiat maſſa pilularum de qu. cape ℈j. Croci martis aperientis ʒß. cum ſucco aut ſyrupo de Abſynth. fiat maſſa, ex qua formentur pilul. *viij.* ſuper bibendo hauſtum ſequentis Vini.

℞. Abſynthii utriuſque *an.* *Mj.* ſantali citrini ℥ß. ſaſafras ʒij. Vini albi ℔iiij. fiat Infuſio add. Nuc. moſc. per fruſta ſectas N° *ij.* capiat ℥iiij.

Tertio quoque die capiat pilulas ſtomachicas cum gummis immediatè ante cœnam.

Vel addantur *gr. x.* foliorum ſenæ doſi matutinæ.

Paulatim augeatur quantitas ♂. uſque ad ʒj.

Ad ἐξονειρωγμὸν

Non ſunt uſurpanda valde frigida, ſed ea quâ ſemen diſſipant. Mentha Ruta. Agnus caſtus. Camphoræ aliquid poteſt addi ſi ſymptomata perſerverent.

℞. Semin. Alkek. & Milii ſolis *an.* ʒj. ſemin. rutæ & agni caſti recent. *an* ʒjß. ſummit. ſiccarum Menthæ ℈iiij. Thermarum de Rhab. de Abſynth. & de Capparib. *an.* ℈iiij. Cum ſucco inſpiſſato ſive Ecchylomate Abſynthii fiat maſſa pilularum ad mixtionem ♂is

Emplaſtrum lumbis & oſſi ſacro applic. & continuò geſtandum. Cum rad. Cicutæ hyoſcyam. Camphor. populeo, Alabaſtro, &c. vide Ephemerid. pro Roch. λευποφοχίαι

Quoniam partim ſunt hyſtericæ, iis occupantibus tentetur liquor ex Aqua Artemiſ. Nenupharis Menthæ, combuſtionis ſive extinctionis Camphoræ.

Spiritus caſtorei vel aſſæ fœtidæ camphoratus.

Emplaſtrum ab Umbilico ad pubem ex Tacamahaca, Galbano, Caſtoreo, Camphora, Indito Zibetto cavitati umbilici.

Clyſter cum diſtill. rutæ Matricariæ Aqui caſti, Menthæ Cichor. Nenuph. Caſtor. Lapid. Brunell. Peſſus ex iiſdem.

Quidni ex odocatis? Crebra Camphoræ odoratio.

Externa ad ulcus tibiæ.

Aqua calcis cum pulvillo interno ulceri.

Labiis tumentibus. Opodeldoch cum ♉° crudo, vel cum eodem Emplaſt. nigrum ducis.

Ad conſumendum. Ol. ▽R. ♋ ♁. cum popul. aut baſilico. Defenſivum.

Aprilis, 1616.

Regina purgato corpore per potionem ex ſena Rhabarb. diaphœnic. & ſyrup. roſarum comp. cum Agarico (quod Medicamentum fœliciſſimum ſucceſſum habuit) ſumpſit per octo dies vinum chalybeatum. Mox iterum purgata ſudavit per *vj.* dies. Levis autem fuit ſudor quatuor primorum dierum, ferè nullius momenti. Duobus ultimis ſatis copioſus: coacti autem fuimus deſiſtere ob calidorem aëris temperiem.

xv° *Maij* qui fuit ultimus ſudorum dies, noctu imprudenter frigus admiſit unde obortus in iſchio ſiniſtro dolor, ad quem ſudandum præſcriptus fotus ſequens.

℞. *Rad. Enul.* Ireos flor. Cyclami arom. *an.* ℥iiij. Ligni ſaſa. fr. cum cortice & Rhodii *an.* ℥iij. foliorum Majoran. Salv. Lauri Roriſmar. Origan. Calament. *an.* *Mij.* fol. Abſynthii chamæmel. cum toto *ana Miij.* florum Lavendul. Stoechad. utriuſque *an.* *Mij*ß. Hermod. Semin. Ebuli medulloſ. *an.* ℥iijß. pars iſtorum ingredientium includatur ſacculis ex panno albo. Pars veró coquatur in vino rubro generoſiſſimo, Cape de colatura ℔vj. Aqua vitæ optimæ ℔iij. Salis marini *Miij.* ſive ℔ß. fiat fotus calide ex ſacculis dictis viciſſim applicandis.

Poſt fotum ungatur pars oleo Keyrino cum ſpiritu ſalis vel potius phlegmate.

Tandem. ℞. Maſſa Emp. de hermodactylis ℥ij. Sparadrap. ℥iiij. Opodeldoch. ℥iij. Miſc. cum balſamo peruviano. Extend. in aluta. applic. & diu geſtetur.

NB. *De Diæta ſudorifica.*

Humores movere, neque vel diſcutere aut deſiccare noxium. In magna cauſa & corpore plethorico parum evacuare inutile, Non concocta medicari, vel fluidos non redditos ſuccos aggredi irritum & ſupervacaneum eſt. Propterea velim ut proximo Autumno *E. M.* ſeſe feriò accingat ad diætam ſudorificam exorte ut ſequitur celebrandam.

Primò purgetur ut ſolet potionibus, quæ ex omnibus medicamentis ipſi optimè conveniunt.

Corpus purgatum mergatur balneo emolliente & liquante per quatriduum ſemel in die.

Bis ſudet in ſuo Laconico ad vaporem nervalium.

Tandem ſudet ſub arcu, & alternis diebus diſtillatum reddatur catharticum addita ſena.

Tota media pars corporis inferior jaceat in ebulis Artemiſiâ. Lavendulâ, Lauro, ſalvia, Majorana.

Veſperi tota ſpina cum coxis & tibiis fricentur Ol. Keyrino, cum ſpiritu vini applic. Juncturis debilibus Emplaſtrum. ℞. Saponis albi ℥viij. Olei Keyini ʒiiij. Salis fuſi reducti In alkool ʒiij. Miſc. fiat Emplaſtrum, ſynapiz. pulv. abſynth. Hermod. Myrrh. Aloes croci.

Diæta protendatur ad dies *xvj*. vel *xx*.

In medio & fine Dietæ purgetur.

Per totam hyemem ſequentem ne fatiget corpus magnis remediis, ſed contenta ſit Clyſteribus, Et pilulis uſualibus.

---

viii *Julij*, 1616.

OPE duorum pyroticorum occaluit ulcus tibiæ ſiniſtræ, nec non ulcuſculum quod in malleolo interno dextro eruperat. Quoniam a. *E. M.* corpus ſubinde repletur viſcidis humoribus, ac proinde indigit evacuatione ſæpius repetita, poſtulat vinum aliquod purgans hauriendum ſemel, bis, ter in ſeptimana ad tollendum quotidianum iſtius ſaburræ obſtructiones facientis proventum. 1. Dos.

℞. *Zarz. parill.* ℥ß rad. chin. ʒiij. ſaſafr. è radice cum cortice ℈j. rad. ſicc. Cichor. cortic. rad. dulcamar. *an.* ʒß. fol. ſicc. veronic. chamædr. Agrimon. Scabioſ. *an.* Pß. ſummit. cum floribus Brunell. Buglæ Scabioſ. pyrol. *an.* P*j*. fol. ſen. mund. minutim conciſ. ʒß. Turbith hermod. *an.* ʒij. Macis ℈j. Imbibantur omnia aqua Cichorii, mox affundatur ea vini Rhenani quantitas quæ ſupernatet *ij*. digit. Infund. per horas 24. fiat colatura. propinetur ſemel bis, ter in ſeptimana juxta neceſſitatem & aëris temperiem.

Siquidem.

Sub Cane & ante canem difficiles ſunt purgationes.

Si vinum iſtud ſimplicius velis demantur omnes herbæ: ſi ſimpliciſſimum ita paretur.

℞. *Zarzæ* parillæ fol. ſen. minutim inciſ. *gran.* Junip. recent. maturi rad. Cichor. ſicc. *an.* ℥ß. Infund. in æq. partib. & ſ. q. Vini albi Rhenani per horas 24. fiat colatura per una doſi.

Julep Aeſtivum.

℞. Florum Vetonicæ rubræ P*vj*. florum Borrag. Bugloſs. *an.* P*iij*. Aq. ſtillatitiæ fragorum & mororum rubi Idæi *an.* ℔j. redd. acidul. pauco vitrioli ſpiritu, extrahatur tinctura ut artis eſt mox fiat colatura in cujus ℥iiij. diſſolv. ſyrup. mororum rubi Idæi & corallorum *an.* ʒvj. Miſc fiat Julep ſumendum bis indie,

Balſamum Ebulinum ad articulorum debilium confirmationem.

℞. Urinæ hominis vinum bibentis ℔xx. Vitrioli albi & viridis *an.* ℔v. fiat diſſolutio atque In fimo putrefactio per dies *xv*. mox diſtillatio per retortam amplam aut bocciam rectam in arena, ita ut primó Liquor Oxoronius prodeat deinde etiam ſublimentur ſtiriæ chriſtallinæ.

Exprimantur baccæ Ebuli maturæ per canapatium ita ut liquor ſive Rob exeat; remanent ſemina cum pelliculis.

℞. Rob iſtius Ebuli ℔vj. Mellis crudi ℔iij. Vini Alicantici ℔iiij. Olei expreſſi è ſeminis Ebuli ℔j. Medulli crurum Cervi & Bovis *an.* ℥x. Gummi Tacamahacha, SpermæCeti recent. *an.* ℥iiij. Liquidambar. Balſami Peruviani *an.* ℥iij. Tincturæ croci cum optimo vini ſpiritu extractæ ʒß. Salis præſcripti ℥viij. miſc. pon. in fim. per menſem tandem coagul. pro balſamo. Add. Vitrioli albi ℥iiij.

NB. Loco ſalis Oxoronii ſi deſit, poterit ſumi ſal marinus, calcinari bis, mox in cella reſolvi vel per ſe, vel in ovi albumine Indurato, vel In veſica ovilla aquæ tepenti indenda, affuſo aceti tantillo ad apertionis principium.

Balſamum Arthriticum.

17 Octob. 1618.

℞. Summitatum Salviæ, majoranæ, Lauri, Florum Lavendulæ, Stœchados utriuſque *an. Mj.* Corticis Ligni ſancti, vel potius raſuræ ejuſdem nigræ reſinoſæ baccarum Juniperi matur. recent. *an.* ℥iij. Caryophill. Cynamomi *an.* ℥j. Salis Marini ℥iiij. Omnia conciſa includantur ventro anſeris pinguiſſimi, qui conſutus veruque transfixus torreatur, & excipiatur ſtillans pinguedo.

℞. Medull. crurum bovis & Cervi *an.* ℔jß. Sebi Cervini & damæ *an.* ℔j. Axung. ſuillæ recentis ℔ij. Vini Alicantici ℔iiij ſucci baccarum, vel ſi deſint Radicum Ebuli ſambuci *an.* ℔ij. ſucc. Salviæ, Majoranæ *an.* ℔j. Coquantur ad ſuccorum conſumptionem, pinguedo ubi refrixerit à fæce ſeparetur, & cum pinguedine anſeris medicata præſcripta miſceatur. Addendo Gummi Tacamahaca ℔j. Saponis albi Veneti ℔ij. Olei Laurini, Liquidambr. Balſami peruviani, Ol. nucis moſchat. expreſſi *an.* ℥iiij. Butyri, aurantiorum ℥vj. liquentur ſimul lento igne.

Uſus tempore pars iſtius Balſami diu multúmque abluatur optimo Spiritu vini.

XV *Novembris*, 1616.

E. M. omiſſa *Autumnali* purgatione, maximo totius habitus divexata fuit pruritu ab ichoroſi Sanguinis ſalſedine. Purgari poſtulavit.

℞. Diſtill. Emoll. & carminant. ℔j. Cathol. ℥jß. Mellis Mercurialis Syrup. Roſarum comp. cum agarico *an.* ℥ij. Salis gemmæ ʒj. Miſce fiat Clyſter. quater copioſe fuit purgata.

xvj. *Potio Purgans.*

℞. Radic. Cichor. polypod. *an.* ℥ß. Glycyrrhiz. ʒiij. paſſul. part. *iij.* Seminis aniſi & fœnicul. dulcis *an* ʒj. pulpæ Tamarind. ʒiijß. fol. ſen. mundat. ʒvj. fiat omnium diſtillatum & colatura, cui addatur infuſio ʒij. Rhab. electi ſeorſim facta in aqua endiviæ cum ℈ij. ſantali citr. reducantur omnia ad doſin, in quo diſſolve Diaprun. ſolut. ʒj. Syrupi Roſarum pall. comp. cum agar. & de fumar. ſolutiv. *ana* ℥j. Miſce, fiat potio danda horis *iiij*, ante Juſculum.

11 *Maij*, 1617.

REgina circa iſtum *Aprilis*, cum Fluxu menſtruo correpta fuit maxima Diarrhæa, quæ per dies *xv* perſeneravit, factum autem ut à duplici iſta evacuatione profuſis multis ſpiritibus inciderit horis matutinis diebus aliquot conſequentibus in leves λειποψυχίας, quæ metum incuſſerunt antiqui mali. Vocatus præſcripſi bolum cardiacum.

℞. Lapidis Bezoar orientalis *gr. xij.* Magiſterij perlarum & corall. dulcis *an. grana x.* pulver. Electuarij Diambræ *gr. v.* Confectionis Alkermes ℈j. miſc.

Ter ſumpſit iſtum bolum *E. M.* Veſperi hora ſomni, & poſtridie bis, atque tum cœpit Fluxus miteſcere. Ita ut perendie primæ exhibitionis ſeceſſerint excrementa cocta.

Additum huic remedio Julapium quo etiam nunc bis in die utitur.

℞. Aquæ fontanæ cum vitrioli ſpiritu acidulæ ℔ij. Florum Vetonicæ rub. *P iiij.* Florum bugloſs. recentium *P ij.* roſ. rub. *P j.* Extrahatur tinctura per infuſionem. Ut artis eſt, fiat colatura, cui adde quarta pars vini rub. tenuis ; In cujus ℥iiij. diſſolve ſyrupi corallorum ℥j. magiſterij perlarum dulcis ℈ß. miſce.

Bene ſe habet nunc 30 *Maij*, quoniam tamen ſcatet corpus humoribus & Urinas reddit copioſiſſimas, unde arguitur debilitas τῆς αἱματοποιητικῆς in hepate, purganda eſt levi carthartico, & poſtea exhibenda chalybeata quæ hepar roborent, atque totum naturalem Oeconomiam inſtarrent.

Præmiſſo pridie clyſtere ordinario leniori, detur in aurora ſequens.

Potio. ℞. Foliorum ſenæ mundatorum minutiſſimè inciſorum ʒvj. *Cremoris tartari albi* ʒij. Garyophyllos N° *vj.* Macis ℈j. Iufundantur per noctem ſuper cineribus tepidulis in æquales partes, & ſ. q. aq. abſynthii & vini Rhenani, mane poſt levem ebull. fiat expreſſio, cui addatur infuſio & expreſſio fortis ʒij. Rhab. ſeorſim facta in aqua Cichorii poſt irrorationem cum ſucco. limonum, reducantur omnia ad doſin, in quo diſſolve ſyrupi roſ. pallid. comp. cum agarico, Mannæ Calabrinæ puriſs. *an.* ℥j. miſce fiat potio; exhibenda in aurora horis tribus ante Juſculum, cum debita cuſtodia.

Infuſionis xij. Roſ. pall.

Rhabarbarum corrigatur ℈ij. ſantali citrini.

Perendie purgationis incipiat uti electuario ſequente.

℞. Conſerv. abſynthii vulgaris ℥j. conſ. rad. cichor. ʒvj. conſ. Florum anthos & Calendul. recent. parat. *an.* ℥ß. conſ. alkerm. ʒiij. pulv. Elect. triaſantal. ʒij. pulv. Elect. Diambræ & aromat. roſ. *an.* ʒj. Magiſterii perlarum dulcis ℈iiij. Lapidis Bezoar utriuſque *an.* ℈ij. Oſs. de corde cervi ℈ijß. miſce, & cum ſyrupo Florum, Vetonic. rubræ fiat Electuarium inſtar Opiatæ, de quo cape ʒij. Croci martis aperientis ℈j. miſce, capiat per dies *xvj.* mane horis 4 ante Prandium ſuperhauſto

perhauſto vini Abſynthitis tantillo,corpus deambulatione longa moderatè exercendo.

Tertio quoque die immediatè ante cœnam capiat ʒß. pilularum uſualium quæ conſtant ex æquis partibus maſs. Pilul. Stomachicarum cum gummis & maſtichinarum Fernelii.

Obſervet ſi fieri poſſit bonam victus legem, id quod in Regio ſubjecto quod libertati aſſumetum omnia ſibi licere arbitratur vix ſperabile duco.

Claudatur hæc remediorum ſeries hauſtu potionis purgantis præſcriptæ.

Quod ſi Electuarii loco pilulas malit E. M.

℞. Trochiſcorum dialacca & de Capparibus *an.* ʒij. Trochiſcorum de Abſynthio & de Rhabarb. *an.* ʒijß. pulveris Electuarii Diambræ & Aromatici Roſati *an.* ʒj. Lapidis Bezoar oriental. ℈iiij. fiat omnium Alkool excipiend. liquidiore confectione Alkermes, & fiat maſſa pilularum, de qua cape, & Croc. mart. aperientis *an.* ℈j. Capiat mane ut ſupra ſuperhauſto vino Abſynthite.

NB. Satiùs erit totam maſſam componere addito in æquali proportione Croco Martis, ut melior fiat fermentatio, & qualitatum inter ſeſe exactior permixtio.

Tertio quoque die dentur purgantes Pilulæ cum Croco Martis.

℞. Maſſæ pilulæ de Ammoniaco ſive Stomachicarum cum gummis, & Maſtichinarum Fernelii in æquali proportione mixtarum Croci Martis aperientis *ana* ℥ß. Olei Cynamomi guttas *xij.* Miſc. Capiat ℈ij. pro doſi.

Si opus ſit claudatur etiam ſeries remediorum potione Cathartica.

Diæta ſudorifica differatur in Autumnum; *ad præcationem accidentium hyemali tempeſtate ingruentium.*

Die 11 Maij, *Præſcripſi E. M. ſequentia* Greenwichi.

℞. Rad. Chin. ℥j. Ligni ſaſafras è radice cum cortice ʒij. Aqua font. ℔iiij. infund. tepidè per horas 24 mox fiat decoctio ad medias. Colatura ſit ad diluendum vinum.

Pulvis digeſtivus.

℞. Rad. Chin. ℥ß. Semin. aniſi & fœnicul. dulcis *an.* ʒiij. coriand. præpar. ʒij. cortic. citri & aurant. exterioris conditi ſicci *an.* ʒiijß. Magiſterii perlarum & corallorum dulcis *an.* ʒijß. Corticis Saſafras ʒjß. Ambræ griſeæ ʒß. Sacchari albiſſimi quadruplum pondus omnium. Miſce fiat pulvis ut Alkool utendus è cochleari hora dimidia poſt ſingulos paſtus.

Ad Capſulam Coſmeticam Fel.

℞. Fellis bibuli menſe *Maio* collecti, digeſtione 24 horarum in B. deputati & filtrati

℔vj. Succi limonum per reſidentiam depurati, Succi Bryoniæ turbidi (ut fæculæ etiam adſint) *an.* ℔ij. Mellis albiſſimi, Sacchari candi *an.* ℔j. Spiritus Vini optimi, Vini Canarini limpidiſſimi, & albiſs. *an.* ℔vj. fiat digeſtio per dies *viij.* in fimo equino, deinde liquoris adhuc calentis per filtrum, mox per chartam emporeticam colatura, de qua cape ℔vj. Olei Myrrhæ per ovum parati ℥xij. Olibani Benjoin ſubtiliſs. pulver. *an.* ℥iij. Maſtich. Sandaracæ *an.* ℥j. Gerſæ ſerpentariæ recent. ℥iij. Salis tartari albiſſimi ʒij. Baurach. ʒvj. Camphoræ in ſpiritu vini diſſolutæ ℥ß. ponantur omnia in cucurbitam amplam, cui altera allutetur, & clauſis optimè juncturis fiat circulatio in fimo vel B. per dies *xv.* aut xx. mox ſinantur omnia in cella vinaria per menſem ante uſum. Liquor per chartam coletur, & ſervetur uſui.

Lac Papav. Magiſtrale.

℞. Seminis Papaver. albi recentis ℥j. ſeminis lactucæ recentis ℥ß. pineol. recentium. Amygdal. dulc. recent. *an.* ʒiij. Infundantur omnia per noctem
an. ℥iiij. in æqual. part. & ſ. q. *Aquæ*
Nenuf. *Roſarum* & Aquæ Myrrhæ, mox terantur, & cum iiſdem aquis fiat emulſio, cui adde inter tundendum Camphoræ ℈ß. poſt colaturam autem per pannum ſtamineum, ſingulis Unciis iſtius liquoris, adde Mercurii ſublimati, ut decet exactiſſimè præparati ℈j.

Uſus ſit ad Herpetas linteum madefaciendo, & per noctem parti affectæ imponendo, quæ matutinis horis abluatur aqua Myrrhæ. Vel Aqua refrigerante.

Tela cerata ad frontis Herpetas.

℞. Ceræ granatæ ℥iiij. Spermatis ceti recentis ℥ß. Camphoræ ℈j. Aluminis uſti Bauracis *an.* ʒß. Mercur. ad fucum exactiſſimè præparati ʒij. fiat ut artis eſt in paropſide fictili, vel vaſe, dicto *Pourcelain.*

N B. *Iſtis Mercurialibus utendum raro, atque infeſtante tantum Herpete, qui evaneſcet ſi internis Remediis, ut pareſtres apprimè peragatur.*

Unguentum Pomatum.

℞. Axungiæ ſuillæ dulcis ℥vj. pinguedinem ex ſexaginta pedibus vervecinis crudis confractis coctis, aquæ ſupernatantem; pinguedinis vituli circa renes collectæ à pelliculis mundatæ ℥iiij. Omnia ſimul in vaſe, bullienti aquæ immiſſo liquentur, mox in mortario terantur marmoreo cum Bejoin ℥*ß.* Maſtiches, Myrrhæ *an.* ʒiij. *Camphoræ* ℥ß. *quæ tamen emitti poterit.* Sinantur in frigido per triduum, deinde liquentur lentiſſimo calore, & per linteum denſum fiat colatura, quæ longa agitatione in mortario marmoreo cum aqua Myrrhæ, & Aq. Naffæ dealbetur, addendo ad odoris gratiam grana duo moſchi in iiſdem aquis diſſoluti.

Utatur vel per ſe mane & veſperi, faciem liniendo, & linteo lævi optimè mundando, vel cum ♉° ſi opus ſit, aut Nive Caſſiterine.

Bacilli ad dentes mundandos.

℞. Lapidis pumicis ℥ß. interioris oſſis ſepiæ ʒiij. margaritarum præpar. corall. alb. præpar. Concharum oſtreorum ab exteriori cortice mundat. *an.* ʒijß. Tellinorum, pectunculorum, chriſtalli in aqua ter extinct. *ana* ℥iijß. Spodii ex ebore dentium bubulorum ad albedinem uſtorum. Cornu cervi calcinati *an.* ʒjß. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus excipiendus glutine taurino albiſſimo, vel Ichthyocolla in aqua naffæ & roſarum diſſolut. additis granis aliquot moſchi, fiat paſta, ex qua formentur bacilli depreſſi & aculi, ad confricandos dentes ſordidos, vel rubigine obſitos. Cavendo à gingivis quas nimia frictio à dentibus diſjungit. Longitudo æquet latitudinem trium digitorum.

Lamellæ ad dentes ſine Maſtiches diſſolutione.

℞. Ceræ alb. ℥iiij. radic. anchuſæ ſubtiliſſ. pulveriſ. ℥ß. liquat. ceræ admiſceatur pulvis, atque vas relinquatur fuſa cera in aqua calente, donec cera colorem rubicundiſſimum contraxerit, tunc fiat colatura, cui adde pulveris ſubtiliſſimi maſtiches ʒiiij. Benjoin ʒij. pulver. rad. biſtort. Tormentill. Symphyti majoris *an.* ʒjß. Cynamomi, Macis *an.* ʒj. Cornu cervi uſti, ſpodii *an.* ℈iiij. Aluminis crudi ℈ij. Moſchi *gr. ij.* exacte mixtis omnibus maſſa adhuc calens formetur in lamellas cylyndro Eburneo vel buxio, quæ juxta debitam proportionem ſecentur ad uſum.

Uſus tempore antequam ori indantur calefiant leniter ne diſrumpantur.

N B. Ex hac mixtura telæ tenuiſſimæ cameracenſi inductæ leviori negotio lamellæ concinnabuntur in ore inter gingivas & labia per totam noctem continendæ.

Mellago pro gingivis.

℞. Gallarum maturarum ʒij. Radicum ſymphyti majoris ʒjß. Rad. Tormentill. & biſtort. *an.* ʒijß. Braſilii ligni guajacini ſive corticis *an.* ʒiij. ſaſafras ʒj. Infund. per biduum in vino Hiſpanico optimo, deinde fiat colatura, de qua cape ℥iiij. Mellis albiſſimi ℥iij. aluminis rupis ʒß. coquantur ſimul lentiſſimo igne continuò agitando ramulo roriſmarini, ad conſiſtentiam mellis, addendo ſub finem moſchi, *gr. ij.*

Uſus. Fricentur gingiv. digito mane & veſperi.

Moſchardini ad oris ſuavitatem.

℞. Sacchari albiſſ. ℥viij. Magiſterii perlarum & corallorum dulcis *an.* ʒiij. Lapidis Bezoar orientalis ʒij. Ambræ griſeæ ʒj. Moſchi orientalis *gr.iiij.* fiat omnium Alkool. Excipiatur multa muccagine gummi Tragacanth. In aq. naff. diſſolut. fiat maſs. ex qua formentur trochiſci hypoglottides ſiccandi ad uſum.

Videndum ut præduri ſint iſti Trochiſci, ut diutius in ore maneant, neque tam citò liquentur.

Pulvis ad Manus.

N B. ℞. Radic. Alth. ℥iiij. Raſuræ cornu cervi ℥vj. ejuſdem ad albedinem calcinati ℥iij. farinæ Oryzæ & Lupinorum *an.* ℥ij. farinæ Avenæ ℥iijſs. pineol. recentium, Amygdal. dulc. & amararum. Nucleor. perſic. aut Bericocci *an.* ℥jſs. Semin. papaver. albi ℥j. Ireos florentiæ ʒx. Gerſæ ſerpentariæ ʒvj. fiat omnium pulvis utendus mane cum lacte recenter mulcto, Vel cum urina & Aqua aut ſero lactis mixtis.

Simplicior.

N B. ℞. Raſuræ cornu cervi ℥vj. ejuſdem ad albedinem calcinati ℥iij. farinæ avenæ ℥iiij. Amygdal. dulc. recent. ℥v. Gerſæ ſerpentariæ recent. parat. ℥j. fiat omnium pulvis ad uſum.

Menſe Junio.

Reginæ abundantiſſimè fluxerunt menſes ut ſolent tenues & decolores, per plures dies, imò fuit hic fluxus ſolito profuſior, cum bona tamen tolerantia, fuitque *E. M.* ad omnes functiones vegeta & habilis, & ſibi viſa nunquam meliùs valuiſſe.

Sequenti menſe ſubſtiterunt menſtrua, nihilque aut parum admodum ſtillavit ex utero: Apertæ autem hemorrhoides intern. per octiduum fuerunt ſatis copioſum ſanguinem.

Deinceps planè fuit ſuppreſſa naturalis evacuatio, paulatimque fieri cœpit *E. M.* Melancholica, ſuſpiria crebra, dolor ad regionem hepatis quem ſæpiſſimè in ipſa obſervavi, à flatu & collectione. Tenſio & flatus in hypocondrio ſiniſtro.

Noctu ſpirandi difficultas & anhelitus interceptio, & Gutturis conſtrictio à vapore melancholico & hyſterico.

In palatio *Nonſuch* coxæ dolor, Iſchias, & una nocte oedematoſus tumor, tibiarum, faciei totius, oculorum ambitus, & palpebræ veluti Flatu turgidæ. Ab aſſumpto enemate fuſa copioſe alvo ceſſavit tumor.

Circa *Michaelis* Feſtum ut ante ſæpius (me inſcio tamen) ſumpſit cremorem tartari cum ℈j. Jalap in juſculo, copioſè purgata.

Biduò poſt cùm urgeret ſpirandi difficultas major, repentè orta per nares hæmorrhagia ad ℥iiij. aut circiter. Deinde poſt duos dies cœpit aperiri uterus, & biduo primo lentè ſtillavit ſanguis, qui poſtea per tres integras ſeptimanas profuſiſſimè fluxit, cum virium dejectione, macie corporis, pallore faciei, levi defectione, oſcitatione crebra, pandiculatione.

Ceſſavit labor in ducendo ſpiritu, dixitque *E. M.* ſe multo leniorem eſſe nec ab iſto fluxu lædi.

Dormivit melius & quietius ſolito. An refrigerato toto corpore magis torpent ſpiritus & faciliùs cedit nativus calor?

Bene fluxit alvus, & adhuc fluit ordinate 19 *Octobr.* 1617. quo die iſta ſcribo.

Mollia ſunt Hypocondria, quæ reſtitante menſtruo tenſa erant. Sub hepate oblongo tumor veluti in pancreate, cujus tamen contrectatio nullo modo eſt dolorifica.

Ad uteri regionem nulla durities, tumor nullus, nullus dolor.

Hiat in uterus, ejuſdem acetabula plena maceris ſunt, unde iſtud uterinum ſtillicidium. Copia ſeroſi & pituitoſi ſanguinis primo apertis cotyledonibus, qui nuco delibuti in oſculorum vaſorum ambitu connivere rurſus niſi difficulter admodum nequeunt.

Labefactatur hepar á tanto Fluxu, & metus eſt ne acceleretur Hydrops in quem *E. M.* debilioris viſceris vitio admodum prona eſt.

Agenda.

Sanguinem ilicò ne ſiſtito.

Aſtringentia potentiora primò ne exhibentor, ſed ea quæ roborando hepar facultatem retentricem confirment.

Sanguinem mundato. Serum per urinas, quæ copioſæ ſunt divertito.

Uterum purgato injectis, &c.

Vaſa roborato, eorumque oſcula conſtringito.

Cachexiæ chalybeatis diu exhibitis proſpicito.

ix *Octobris*, 1617.

Julep. ℞. Aquæ ſtillatitiæ pomorum redolentium ex ſucco recenter expreſſio in B. extractæ ℔j. Florum Vetonicæ rubræ ℈ *iiij*. Roſarum rubuarum ℈ *j*. Spiritus Vitrioli q. ſ. ad gratama ciditatem. Extrahatur tinctura ut a. eſt. Deinde fiat colatura, de qua cape ℥iiij. Syrupi corallorum ʒj. miſce fiat Julep addendo vini rubri ʒß. capiat hodie hora 4 pomeridiana.

Ex. ſuccis plantag. & portulacæ.

Bolus Cardiacus.

℞. Cydoniati veſeris conſervæ roſ. rub. antiquæ *an.* ℥ß. Magiſterii perlarum & corallorum dulcis *an. gr. xv.* Lap. bezoar orientalis *gr. x.* miſce fiat bolus exhibendus hodie hora ſomni ſuperhauſto Vini clareti cochelari uno vel altero.

Ambr. griſeæ *gr. iij.*

Emplaſtrum Prolumbis.

℞. Maſſæ Emplaſtri Diacalcitheos ℥iiij. Emplaſt. nigri aſtringentis ʒij. pulver ſubtiliſs. roſ. rub. myrrh. & rad. tormentill. *an.* ℥iij. Croci martis aſtringentis lapid. hæmatit. præparat. *an.* ℥ß. Maſtich. ſuccini præpar. Spodii *an.* ℥iijß. Miſce, & addito pauco oleo roſato, vel nutrito noſtro magiſtrali fiat Emplaſtrum cujus portio extendatur in aluta triangularis formæ; quæ cydon. coccin. tect. appli-

Bol. ʒj.

Biſtort.

Coral. rub. Chin. ʒvj

cetur

cetur Lumbis & Oſſi ſacro, & contineatur Idoneis funiculis.

Juſculum Medicatum.

℞. Hordei Chin. ʒvj. mund. *P ij.* fruct. berberis ℥ß. raſuræ cornu cervi & eboris *an.* ʒiij. Seminum plantaginis & portulac. *an.* ℥ijß. Includantur omnia ventre pulli Gallinacei qui conſutus evixetur cum fruſto carnis Vitulinæ, addendo ſub finem coctionis foliorum Oxalidis Oxytriphylli, Endiviæ agrimon. *an M* ß. fol. portulac. & plantagin. *an. M j.* fiat colatura, in cujus ℥vj. diſſolve magiſterii peol. & corallorum dulcis *an.* ℈j. miſce, capiat *vj* diebus conſequentibus. Adde juſcul. pom. redol. per fruſt. ſect cum cortic. N° *ij.* cum dimidio cydon. maturo.

Nutriatur cibis boni ſucci & coctu facilibus ſanguinem incraſſantibus.

Bibat vinum Claretum dilutum aq. chalybeata. Vel vinum tenuiſſimum infuſionis rad. biſtortæ & Tormentillæ.

xii *Octobris.*

Cum torminibus ſanguis ſtillatim Fluit per cotyledonas in uterum, congelatur nigreſſit, veſtitur phlegmate viſcido, in quo velut in tunica continetur. Si projiciatur thrombus in aquam fibræ ſanguinis viſcidiſſimi, inſtar membranulæ per aquam fluctuant. Sanguis antequam diluatur eſt craſſiſſimus, & duriſſimus, & mollis carneæ qualis per ἐκκρίσιν rejici ſolet emulus. Per totum diem nihil rejicit, circa quartam pomeridianam ad veſperam uſque levia tormina, à dextro latere deorſum deſcendentia. Satis placidè dormit noctu, manè quum ſurrexit effluunt grumi, cum portione ſanguinis pallidi induſium inſtar loturæ carnium commaculantis. Hodie ejecit tres grumos quorum omnium, cum ſanguine in induſium effuſo quantitas vix fuit ℥ij.

Hepar roborato.

Sanguinins maſſam á craſſo phlegmate, & ichore ſuperfluo repurgato.

Virtuti conſulito, & vires fractas (propter victus rationem) exhibitione eorum quæ ſpiritus inſtaurant reparato.

N B. Impuriſſimus eſt uterus ejúſque cotyledones pleni mucoris ſunt, hiant, nec facilè poſſunt occludi unde manat hoc *Uteri Stillicidium.*

Julep.

℞. Succi pomorum redolentium recenter expreſſi ℔vj. Succi cydoniorum ℔ij. Corticis cydoniorum recent. conciſi *Mij.* Cortic. citr. exter. recentis ℥j. Coriandri præparati ℥ß. fiat diſtillatio ut artis eſt, & ſervetur Aqua pro Julepis.

℞. Hujus aquæ ℔jß. Vini albi *Gallici* tenuis ℔ß. ſpiritus vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem, adde Florum Vetonicæ rubræ *P iiij.* Roſ. rub. *P j.* radicis tormentillæ ℥ß. fiat infuſio ad tincturæ extractionem, add. ſeminis coriandri præparati ℥ij. fiat colatura, in cujus ℥iiij. diſſolve ſyrupi corallorum ℥j. ſapæ cydoniorum ℥ß miſce pro una doſi, ſumenda quotidie horis iiij. à prandio.

Juſculo præſcripto mane ſumendo.

Addantur Rad. ſymphyti majoris ℥ß. radic. tormentill. ʒij. chin. per taleol. ſect. ʒvj. Includ. cum cæteris ventre pulli, &c. par. in ◁ chalyb.

Pro potu ordinario ſiquidem vult vinum Rhenanum medicatum reddatur hoc modo.

℞. Zarzæ parill. albæ & medullosæ ℥ij. Radicis chinæ per taleol. ſect. ℥ij. Radic. Tormentill. ʒj. raſur. cornu cervi & ebore *an.* ℥ *ß.* Ceraſ. ſicc. cum lentiſci rament. Quercus. maſtich. Nux moſch. nucleis ℥iiij. Vini Galon. unum. Servetur in lagen. clauſ. ſubere. ad uſum.

Tabellæ Cardiacæ.

℞. Magiſterii perlarum & corallorum dulcis *an.* ʒij. Cornu cervi ad albedinem uſti & cum aquis plantaginis & roſarum in Thermos reducti ſpodii ex ebore *an.* ʒjß. radic. Tormentillæ, roſ. rubrarum pulveriſ. & pauco ſucco cydon. cum ſpiritu vitrioli acido irrorat. & ſiccat. *an.* ℈iiij. Lapid. Bezoar. orientalis ʒj. Ambræ griſ. ℈j. Moſchi *gr. iiij.* Sacchari albiſſimi ℥ij. fiat omnium pulvis ut Alkool excipiend. muccagine gummi Tragac. fiat paſta, ex qua formæ tabellæ ponderis ʒij. lento calore ſiccandæ. Capiat unam in ingreſſu lecti longè à Cœna ſuperhauſto vini rubelli tantillo.

Satius eſt parare cum muccagine extracta ex æquis partibus gummi Tragac. & Arabici, aliàs nimium dureſcit paſta.

Optimum cum muccagine ſem. cydoniorum aut Pſyllii.

Epithema pro regione hepatis.

℞. Santali citrini ℥j. ſantali rubri & albi *an.* ℥ß. raſuræ cornu cervi & eboris *an.* ℥ß. radicis ſymphyti majoris biſtortæ Tormentill. *an.* ʒvj. fol. pimpinellæ *Mj.* cum rad. Sanguinariæ Burſæ paſtoris Plantaginis *an.* *M*ß. Roſ. rub. *P iij.* Granorum Kermes ℥j. ſemin. Coriandri ʒß. Corticis cydoniorum Maſtich. *an.* ʒvj. fiat omnium diſtillatum in ℔vj. Aquæ fabiorum. Cape de colatura ℔ij. Aceti roſati ℥iiij. Aq. roſarum ſpermat. Ran. & plantag. *an.* ℥ij. Pulveris electuarii triaſantali ℥ß. fiat epithema applicandum regioni hepatis mane & veſperi longè à paſtibus è gauſapi coccineo. Vel hapſo lanæ coccineæ tela rara excepto.

Abſynthii utriuſque *an.* Pj. ſpiçæ nardi ʒiij.

Cucurbitulæ Hepati poſt Epithema & ante.

xiii. Mane *E. M.* rejecit majorem quantitatem ſanguinis conceceti & in grumos coagulati nigri.

Major autem grumus pollicis mei magnitudinem coquans carneam referebat molem, cujus fibræ membranoſæ attritæ digitis tenaciſſimæ erant, nec diffluebant ut humores ſolent.

Meliùs

Melius ſeſe habet & ſolito videtur coloratior, minus ſitit, quod tribuit potui vini Rhenani infuſionis ceraſorum.

An à vino Rhenano copioſor fluxus?

Excretum refert aliquod parenchyma, inſtar molæ carneæ.

Vidi Floridum grumum cujus maxima portio erat ſanguis extremitas veluti membrana, ab utero vel cotyledonibus divulſa.

An pituita concreta?

An ob Veneris obſtinentiam à retento ſemine fonnata in utero mola nunc per fruſtula rejicitur?

An carneum quid adhæret utero, ex parte à cotyledonibus divulſum; unde fluxua menſtrui nothi perſeverantia?

Suffocationes quibus à retento per tres menſes præter conſuetudinem menſtruo conflictabatur ceſſaverunt.

Memento in ventriculo, atque in inteſtinis generari moles carneas, ut in D^{na} de *L'arche*, quæ veluti farcimen carneum evomuit. In My lord *Kleinricard*, quem vidi rejeciſſe carnem plurimam concretam, & adnatam inteſtino colo Vide *Fernelium* de legato Imperatoris.

Quidni mulier ſine viro molam, carnem ne informem concipiet ut *Gallinæ* ova ponunt ſubventanea?

Dubium tum adhuc eſt ſit-ne caro, an ſanguis viſcidiſſimus congelatus.

Videns ejuſmodi excretum non admodum benè olens, cœpi de impuro utero eluendo cogitare & præſcripſi ſequentem injectionem

℞. Fol. Agrimoniæ Brunellæ *an.* *M j.* foliorum Millefolii Plantaginis Tapſi barb. *an.* *M ß.* Roſ. rub. *P ij.* Florum meliloti *P j.* hordei integri *P j* ſs. fiat omnium diſtillatum in ℔iiij. Aq. font. ad ℔j. conſump. in colatura diſſolve ſyrupi de Roſ. ſiccis ʒiiij. Aq. roſarum & plantag. *an.* ℥iij. Vini Rubri auſteri ℥vj. miſce pro injectione facienda per idoneum inſtrumentum.

Caprifolii.

Non eſt uſa hoc remedio *E. M.*

xiv. Aqua tantum viſcida inſtar loteræ carnium, ſatis copioſè per noctem effluxit, cum ἐυφορία.

Perſeveravit in Juſculo Julepis & Tabellis corroborantibus.

Cœpit uti vino medicato cum Zarza, &c. quod ut potentius reddatur. Species macerentur ſuper cinerib. tepid. per horas 24. in Aquæ corrobor. ad Julepos præſcriptæ ea quantitate quæ ſupernatet 4 digitis, mox affundatur vinum quod uſus tempore diluatur Aqua Spadenſi, vel affuſione ſ. q. Aquæ dictæ, ſatis debile reddatur ad uſum ordinarium.

xv^{to} Noctu copioſiſſimè fluxit ſanguis aquoſus, ſine vel cum pauciſſimus grumis. Dixit a. *E. M.* iſtud eodem tempus quo menſtruæ purgationes per circuitam ſolent erumpere.

Bene Fluxit àlvus.

Somnus placidus, ut fuit toto iſtius morboſæ diſpoſitionis decurſu.

xvi° Eadem omnia, parcior ſanguis.

xvii^mo^ Nox quieta, Parvus ſanguinis Fluxus, Natura ad ſe redire videtur Alvus fluida.

Debilitas, Laſſitudo univerſalis, ambulat tum liberé. Corporis habitus macilentior, Color faciei pallidus Nullus in occulis icterus. Exangues Venæ, ſero turgidulæ. Oculorum ambitus tumet.

Ad Cauſarum ablationem, & viſcerum confirmationem præſcripta ſequentia, pro renata uſurpanda.

Vinum hepaticum Purgans.

℞. Rhabarbari electi ʒvj. Abſynthii utriuſque *an.* Pß. Radicum tormentillæ ʒvj. Semin. Coriandri præparati ʒiij. Vini albi Cognacenſis aut Rhenani ℥xiiij. Aquæ pro Julapiis præſcriptæ ℥vj. Species irrorentur Aquis Cich. & plantag. Mox infundantur per triduum ante uſum, pro 4 doſibus.

Vinum Chalybeatum hepaticum.

℞. Croci martis aperientis rubri ℥iiij. rad. leviter ſiccat. Cichor. ℥ij. Rad. tormentillæ ℥j. ſantali citrini Coriandri præpar. *an* ʒß. Cortic. citr. exter. ʒij. Nuc. Moſch. per ſruſta ſect. N° *ij*. Vini albi Rhenani ℔iiij. fiat infuſio per octiduum ante uſum.

Uſus tempore accipi Vini ℥iij. Aquæ corroborantis ʒj miſc. fiat doſis.

xviii° Nox quieta ſatis, parum admodum ſanguinis fluxit, manè autem cum ſurgeret *E. M.* rejecit coagulum ſive parenchyma oblongum, cujus pars exterior erat pituita veluti membranoſa, facile à contentis inſtar cuticulæ ſeparabilis. Interio veluti caro quædam aut concretio inſtar glandulæ, digitis nullò modo cedens pauco ſanguine per ſperſa. Longitudo trium pollicum, figura inſtar piſcis cujus caput, obtuſum cauda in filamenta & veluti radices deſinens. Talis etiam fuit præcedentium ἐκκρισεων Figura, ita formata ad figuram internæ cavitatis uteri continentis.

HIC mihi videtur eſſe iſtius coagulationis modus.

Impuriſſimi & mucore ſcatentis uteri cotyledones poſt expurgationem menſium connivere denuò nequiverunt ob pituitam qua interior cavitas uteri ſcatet, & nova ſuccreſcente indies alteratricis ipſius matricis vitio abundat, unde fit ut parum ſanguinis guttatim ſtillet ex venis uteri, quod cum pituita mixtum congelatur, & calore partis coquitur ac carnem veluti refert. Radiculæ autem ſunt partes iſtius excrementi, quæ ſingulis orificiis adhærent, ex quibus etiam mucus, ſive inconcoctus ſanguis ſtillat, & inexitu congelatur.

Prognoſticon. Metus eſt ne ab iſto humore putreſcente, & continuò ſtillicidio vietus uterus tandem ulceretur, & fiat affectus aliquis mali moris.

Fœminæ ſæpiſſimè, decipiuntur dum credunt omnem hæmarrhagiam eſſe Menſtruum effluvium, & incantæ neglectis præſidiis in Ulcera cancroſa uteri incidunt, quæ dolorem inferre incipiunt, & plurimum fundere ſanguinem quum ſunt inſanabilia. Ut Madam^{le} *Coinart*, Marquiſe de *Wincheſter*.

Adminiſtratæ fuerunt injectiones, addito Vino Clareto communi non valde ſtiptico. Bene ſe habuit, & bene retinuit. Educta phlegmata quædam viſcida, ſed pauca.

Subſtitit planè fluxus, etiam ante injectionum uſum. Accuſavit tabellarum uſum, & eas intermiſit 23° Menſis, quòd noctu oppreſſionem quondam ſentiret, & reſpirandi difficultatem, per vices quinquies, vel ſexies quavis hora recurrentem. Idem ſymptoma patiebatur *E. M.* ante eruptionem menſium. Dixitque ſe ſummopere levatam fuiſſe ab excretione humoris cujuſdam viſcidiſſimi per alvum.

Suffocatio à Vapore opprimente diaphragma, qui elevatur à liene cùm præſertim noctu ſæviat, quo tempore humor melancholicus potiſſimum movetur. Ab Utero impuro, cujus vaſa turgent putribus & malignis ſuccis. A meſenterio, in quo ſaburra variorum ſuccorum fermentatur.

Remedia XXIV.

Julep paretur, ſive Syrupo; ſive Sapa cydoniorum.

Clyſter. ℞. Foliornm Malv. Violarum parietar. *an.* *M j.* fol. Menth. *M* ß. Florum Meliloti ſummit. abſynth. pontici *an.* *P* jß. ſemin. Abſynth. vulgar. Coriandri *an.* ʒiij. ſemin. Agni caſti ʒij. Florum Nenuph. *P ij.* fiat omnium diſtillat. cape de colatura ℔j. Catholic. ℥jß. mellis Roſ. ſyrupi Roſ. comp. cum Agarico *an.* ℥ij. miſc. fiat Clyſter. iujiciendus hodie hora *vij.*

Injectio Oras facienda Roborans.

℞. Foliorum Agrim. Caprifol *an.* *M j.* Brunell. *M* ß. ſummitatum Menthæ *P j.* Florum Melilot. *P ij.* ſeminis coriandri ℥iij. Santali citrini ʒijß. Roſ. rub. *P* j*ß.* fiat diſtillat. in ℔ij. aquæ fontan. ad medias in colatura diſſolve Vini Moſchatellini ſive Malvatici ℥iiij. Syrup. de Roſ. ſicc. ℥ij. miſce pro Metrenchyt.

Bolus Cardiacus.

℞. Confectionis Alkermes ʒß Lapid. bezoar. orientalis *gr. xij.* Exhib. hora ſomni ſuperhauſto cochleario aq. flor. aurantirum aut vini albi.

xxvii° Cœpit *E. M.* aſſumere vinum purgans ex Rhababaro, detracta rad. Tormentill. quæ quamdiu in vitro clauſo cum vino infunditur, vinum limpidum & flavum remanet, at expoſitus aëri in colatura liquor ſtatim denigratus fuit.

Paratum eadem de cauſa vinum chalybeatum novum ſine tormentilla, addito Abſynthio, ratione obſtructionum pertinaciſſimorum, quibus primæ viæ ſcatent à quibus oppreſſio Diaphragmatis, & ſumma reſpirandi difficultas noctu præſertim invaleſcens.

Medicamentum quinquies purgavit, blandà admodum, & eduxit viſcida plurima cum ſummo levamine. Ea nocte minus moleſta fuit ſpirandi difficultas.

xxviii°. Rhabarbari ʒjß. in ſucco unius Limonis macerata fuit, & facta ut ſupra infuſio, quám libenter hauſit *E. M.*

Statim poſt hauſtum medicamentum allatum nuntium de morte Secretarii ***Winwoods***, à quo maximoperè fuit perturbata, & per totum diem valde Melancholica.

Subducta ſexies alvus, & educta pituitoſa viſcidiſſima cum levamine.

Nox inquieta, inſomnis, reſpirandi difficultas ſolito major, per paroxyſmos repetens ac recurrens. Ut puto ab animi pathemate.

xxix. Datum idem pharmacum idque ut ad uſum chalybis præparetur corpus, quo unico remedio partes roborari poſſe, & vapores malignos à corde arceri arbitror.

In proximam noctem præſcripta ſequentia.

℞. Confectionis Alkerm. ℈j. pulveris Electuarii diambræ *gr. vij*. Lapidis bezoar orientalis *gr. xij*. miſce fiat bolus exhibendus hora ſomni, ſuperhauſto Aquæ Naffæ pauco vina permiſtæ cochleari uno vel altero.

Aqua urgente ſuffocatione uſurpanda.

℞. Aq. Stillatitiæ Meliſſæ & florum aurantiorum ſive naffæ *an.* ℥ij. Vini Hiſpanici ℥ijß. Aquæ Cynamomi ℥ß. Confectionis Alkermes ʒij. Lapidis bezoar orientalis oſſis de corde cervi *an.* ℈ij. pulver. ſubtiliſs. cortici citri Flavi ʒß. pulv. cortic. aurantiorum ℈j. miſce, capiat è cochleari agitando ampullam quoties invaſerit reſpirandi difficultas. Fricentur interiores coxæ. Fiant ligaturæ dolorificæ ſupra genua in graviori caſu.

Aq. capitis cervini ℥ij.

Odoret fœtida & obſervet an ab his benè ſe habeat.

Ab iſtis omnibus nullum ſenſit levamen *E. M.* unum in dies brevior reddita reſpiratio, tumore magno & duro ſub hepate in meſenterio ſuccreſcente. Quocircà properatum ad uſum vini chalybeati cum ſecræ exercitio, á quo tam belle habuit ut vel tertio ipſo die inſignem perceperit profectum.

Poſt uſum *xij* vel *xv* dierum aut circiter octus alvi Fluxus, per quem ejecta viſcidiſſima, fœtidiſſima. Materia veluti purulenta cum ſanguine.

Meſenterii tumor poſt iſtam evacuationem evanuit. Atque ego contrectavi hypocondria, quæ inveni ἄνογγα ϗ μαλτακὰ.

Toto diarrheæ tempore fuit dejecta appetentia.

Per ſe poſt aliquot dierum durationem alvus ſubſtitit & incraſſatæ fœces. Omnia excrementa nigra á chalybe.

Ingens ut ſemper profuſa Urinarum copia, á largo Vini Rhenani potū.

Aqua Spadenſis qua licet monita nimium utitur cum vino urinas movet.

Octavo quoque die addita infuſio ℥ß. Senæ doſi vini chalybeati, unde facta copioſa vacuatio viſcidiſſimi phlegmatis.

Per 40 dies ſumpſit. *E. M.* vinum chalybeatum. Recurrit alvi Fluxus, qui per aliquot dies ſubſtiterat. Dejectiones liquidæ, cum multo Flatu, fœtidiſſimæ Flavæ. Unde arguitur imbecillitas magna partium naturalium.

Urinæ tenues, albæ, inſtar vini Rhenani

Macies Corporis.

Color faciei & cutis ſub Flavus

Virium dejectio.

Sitis appetente menſtruō.

x *Decembris.*

Eruperunt menſes, & moderatè fluxerunt. Fuit a. ſanguis admodum ſeroſus ut ſolet.

Vires utcunque recreatæ præſertim exhibito ſub noctem Carnium ſucco.

Somnus longus, placidus. Experrecta *E. M.* recreatur.

Deſes aliás & ad laborem pigra, ſæpe oſcitat. Diarrhea minor. Fluit a. alvus præſertim manè bis vel ter, unde error digeſtivæ, & diſtributivæ denotatur.

xix *Decembris*, 1617.

Fœliciter purgata fuit ante eruptionem menſium ex. ℥ß. fol. ſen. & ℥jß. Rhabarb infuſis in vino Rhenano in frig. per horas 24. & colatis. Educta viſcida, pituitoſa, bilioſa. Et ſic clauſit uſum Chalybis, ad quem neceſſe eſt ut redeat poſtquam vires aliquo modo reſumpſerit.

Satius eſt temporibus interpolatis quam continuis remedia longa exhibere, quorum vires natura conſuetudine ſpernit & eludit.

Nunc Anelepticis pugnandum.

Magiſterium perlarum & corallorum paretur cum ∴. per præcipitationem cum oleo ☐. & ablutionem cum Aquis Cardiacis.

Bolus. ℞. Confect. Alkerm. ℈j. Lapidis Bezoar orientalis, magiſterii perlarum & corallorum dulcis præſcripti *an. gr, x.* miſc. fiat bolus exhibendus mane. Hora *viij.* præcisè, ſuperhauſto ſequente juſculo.

Juſculum.

℞. Radic. Chinæ per taleolas ſectæ ʒx. radicum fœniculi & Petroſelini *an* ℥j. Pineol. recent. in aq. plantag. & Meliſs. aut pomor. macerat. fruct. berberis *an.* ℥ß. Raſuræ cornu cervi primarii recentis, raſuræ eboris *an.* ʒiij. Macis ʒj. Includantur omnia ventre Galli decrepiti fuſtigati, qui conſutus elixetur cum fruſto

Raſuræ lentiſci ℥ß.

In aqua ſæpius chalybeat.

ſto carnis vitulinæ, poplit. addendo ſub finem coctionis ſol. Agrimon. Endiv. fragariæ *an.* *M ß.* ſummitatum Chærephyll. Meliſs. calendul. *an.* *P j.* ſummit. Thymi *P ß.* fiat colatura pro duobus juſculis.

Sumantur iſta per octiduum.

Si ſubſiſtat alvus eluatur clyſtere blando leniente ſine Catharticis.

Horis quatuor à prandio detur Julep, cùm præſertim ſitiat E. M.

℞. Aquæ Stillatitiæ ſequentis ℔j. Succi limonum & Berberis depurati *an.* ℥j. vel q. ſ. ad aciditatem ſufficientem. Florum Veton. rubræ *P iiij.* Roſ. rub. *P j.* Extrahatur tinctura per infuſionem ut a. e. Cape de colatura ℥iij. Vini clareti limpidiſſimi, ſyrupi Corallorum *ana* ℥j. Miſce fiat Julep.

In parando infuſo addatur nodulus continens Ambræ griſ. ℈j. Moſchi orient. *gr. ij.*

Aqua Cardiaca.

℞. Poma redolentia per tyrocnyſtin trajecta N° 100. Vini Rhenani pintas *iiij.* Succi berberis & granatorum *an.* ℔jß. Succi aurant. ℔ij. Cortic. citri recent. ℥ij. ſantali citr. ℥j. Macis ℥ß. fiat fermentatio, per prelum expreſſio & diſtillatio in B. vaporoſo, liquor ſervetur pro Julepis.

Alias ſic paretur Julep.

℞. Aquæ iſtius ℔j. Succi limon. & berberis *an.* ℥j. Succi Aurantiorum & Granatorum dulc. *an.* ℥jß. Vini Rhenani ℔ß. Florum Vetonicæ rubr. *P vj.* Roſ. rub. *P jß.* Ambr. griſ. nodulo incluſæ cum gran. *ij.* moſchi ℈j. fiat Infuſio, de qua cape ℥iij. Vini Clareti ℥ß. Syrupi Corallorum ℥j. miſce.

Loco cœnæ ſi Ventriculus non appetat, capiat ſuccum Coxæ vervecinæ perdicis, phaciam, cœpi cum magiſterio corallor. perlar. & Ambræ griſeæ *gr. iij.*

In ingreſſu lecti recreentur ſpiritus confect. Alkermes ℈j. Lapid. bezoar. oriental. ℈ß. ſuperbibatur cochlear. un. Aquæ ſequentis. Vel Aquæ capitis cervini.

Aqua ex Cordibus.

℞. Corda Vitulorum recenter mactatorum N° *xij.* Fol. virid. card. bened. Ulmar. Scabioſ. *an.* *M vj.* fol. Calendul. Bugloſs. Borrag. *an.* *M iij.* fol. Meliſs. & Scordii *ana* *M viij.* Roſ. rub. *M iij.* Cort. aurantiorum & citri recent. *an.* ℥iiij. Cynam. interioris ℥iij. Succi pomorum redol. ℔iiij. Succi Oxytriphylli, Acetoſellæ, ſylveſtris Aceti albi ſambucini acerrimi *an.* ℔ij. Vini albi Vaſconici generoſi ℔vj. Omnia conciſa & contuſa digerantur cum liquoribus vaſe vitreo probè clauſo in fimo equino vel B. per biduum, mox fiat in B. M. diſtillationem ut a. e.

℞. Liquoris hujus ſtillatitii ℥xvj. Confect. Alkermes ℥j. Succi limon. recenter. expreſſi ſucci aurantiorum acidorum *ana* ℥ij. Cortic. recent. limon. flavi

℥ß. fiat Infuſio per biduum vas ſæpe agitando, mox per chartam colatura ad uſum.

Vinum Saſafras uſual.

℞. Zarz. parill. albæ & medulloſæ ℔j. Radic. chin. recent. imperfect. ℔ß. Ligni ſaſafras fragrant. cum cortice ℥iiij. Radic. ſicc. fœnicul. dulc. ℥iij. fol. in umbra ſiccat. polytric. Adiant. Salu. vit. *ana M* j. Raſur. cornu cervi & ebor. *ana* ℥jß. Raſ. dentis Equi marini ℥ij. Nuc. moſchat. per fruſt. ſect. ℥j. Vini albi Rhenani Galon. *vj.* fiat Infuſio ut artis eſt, pro potu ordinario, præſertim hyeme.

---

xv Januarii, 1618.

Emplaſtrum ad tibias & pedes œdemate tumentes poſt arthritidem. Durante ingenti Catarrho cum tuſſi.

In oleo Ebuli compoſ. preſcript. liquat. & per canapatium trajectæ.

℞. Picis Burgundæ ℥viij. Gummi Karann. in Spiritu vini, diſſolv. & Tacamahac. *ana* ℥iiij. Ceræ flavæ ℥vj. Olei ceræ vel de lateribus ℥ij. pulv. cumini ſubtiliſs. ℥iij. pulv. ſalviæ abſynth. & majoran pulver. florum lavendul. *ana* ℥ß. Hermodactyl. ℥j. Myrrhæ ℥jß. Caryoph. Macis *ana* ℥iij. Mitulorum calcinatorum ℥ij. miſce, fiat Emplaſtrum addendo ſi opus ſit aliquid Balſami Peruviani.

Emplaſtrum ſynapizetur pulvere Aloes, Ireos florent. croci.

Ad dentes tremulos & ginginas tumidas a Scorbuto.

℞. Succi cochleariæ ℥ij. Succ. naſturc. & beccab. *ana* ℥j. Succi raphani ruſticani ℥*ß.* Mellis roſati, Syrupi de roſ. ſicc. *ana* ℥j*ß.* Bulliant omnia lento igne ad mellaginem, de qua cape ℥jß. Acaciæ hypocyſtid. *an.* ℈j. Myrrhæ ʒ*ß.* Lapid. brunell. *gr. xxv.* Alum. ℈*ß.* miſce fiat veluti extractum liquidius pro illinendis gingivis.

℞. Succi depur. Cochlear. veræ ℥iij. Succi naſturc. ℥iiij. Aqu. plantag. & aluminoſ. *ana* ℥viij. Nuc. cupreſs. ʒij. Cynamomi craſſioris ℥iij. Alum. ʒ*ß.* Myrrhæ ʒj. Vini Rhenani ℥x. fiat diſtillat. pro hor. dimid. lento igne mox per chartam colatura pro lotione dentium ſœpius in die uſurpanda.

Aqua aluminoſa ſimplex paretur in organis vitreis.

Cerevifia Antiſcorbutica præſcripta, 10 Martij, *pro* D^a *Regina quo potu, uſa eſt fœliciſſime.*

℞. Zarz. parillæ ℥viij. Rad. Chinæ ℥vj. Ligni Saſafras cum radice ℥iij. Raphani ruſticani ℥iiij. Raſur. cornu cervi & eboris, raſ. dentis equi marini *ana* ℥ij. Macerentur iſtæ ſpecies conciſæ in vino Rhenano per horas 24, deinde affunde Cereviſiæ Lupulatæ x Solidorum Galon. *iij.* bulliant per horam dimidiam, mox fiat colatura per ſetaceum ;

taceum; quæ poſtquam refrixerit, adde Cereviſiæ ejuſdem Galones *v*. Succi Cochleariæ ℔iij. ſucci Naſturcii Aquatici ℔jß. Succ. Beccabung. ℔j. fiat fermentatio, deinde liquor depuratus recendatur lagenis lapideis, & tandem defæcatiſſimus ſit pro Potu ordinario.

Potio Cathartica uſualis.

℞. Fol. ſen. mundat. minutiſſimè inciſorum ℥ß. Rhabarbari electi ſucco limon. irrorati ʒij. Cynamomi ʒß. Caryophyll. ℈j. Vini Rhenani ℥v. fiat Infuſio horis duocecim, & per chartam bibulam colatura.

Aliquando addidi ℥ij. Infuſionis nonæ roſarum pallidarum, optimo cum ſucceſſu.

xiv *Maij*, 1618.

Domina fœliciſſimo cum ſucceſſu aſſumpſit Vinum chalybeatum per quinque Menſes, omiſſis tantum iis diebus quibus paſſa eſt fluxum menſtruum, qui ſatis ordinatus fuit duobus primis Menſibus à profuſiſſima hæmorrhagia, de qua in præcedentibus foliis: tribus ſequentibus ſubſtitit menſtruum, & facta ἀναδρομὴ Sanguinis ad nares, quæ aliquando ſtillaruntper integram noctem: fuit a. excretum valde tenuè, pallidum, & tam aures ut nares etiam exulcerarit. Recurrente ſœpius iſto fluxu juſſi ut chalybis uſum intermitteret, quippe metuens ne à nimio Brachiorum in agitanda ſerra motu, Sanguis magis magiſ-que cum impetu ſurſum raparetur. Exinde juſculis aperientibus cum cremore tartari uſus ſum, atque cum gingivæ Sanguinem ſœpius fundentes, & maculæ ceruleæ hinc inde per cutem ſparſæ indicarent ſubeſſe aliquid Scorbutici omnibus juſculis, julapiis, potui ordinario admiſcui ſpecifica adhunc affectum.

Circa medium *Aprilis* paſſa eſt Dolores in Hypogaſtrio, ut ſolita eſt *E. M.* appetentibus menſtruis ſtillavit Sanguis ſœpiſſimè per nares, idque ſatis copiosè.

Præſcriptus peſſus cum hyſtericis etiam validioribus. Facti fotus ad uterum, omniam irrito labore.

Tandem affixæ hirundines 4 margini ani 1° *Maij*, ut vicinia partium attracto, deorſum per hypogaſtrici rami ſurculum, Sanguine uteri venæ eodem turgidæ per ſe etiam aperirentur.

Tam benè ſucceſſit hoc Remedium, ut hora una poſt extractas in ſella perforata ſanguinis circiter ℥x. ad revulſionem, & καταῤῥοπίαν Menſes eruperint, qui optimè, naturaliter, & cum ſumma εὐφορίᾳ fluxerunt per dies octo.

Nunc D. O. M. *ſit laus melius ſeſe habet* E. M. *quam ante hac per ſeptennium.*

Ut a. in eo permaneat ſtatu in quo eſt fiant per totam Æſtatem ſequentia, ad Autumnum uſque, quo tempore pro renata idonea adhibebuntur remedia.

Victus Ratio.

In primis laudabilis eſſe debet, ita ut vitet omnia acria, calidiora, ſalſa, acida, pinguia, lacticinia, fructus, præſertim avellanas, &c. à quibus præcedens contraxit malum. A vino multo eóque generoſo alióve omni præcalido potu abſtineat.

Vinum Rhenanum ſit valde maturum, non pro more acidum.

Ordo ſervetur in paſtibus, quoad tempus, eique bis vel ter ſaltem in die comedere ſit ſatis.

Mane quotidie capiat juſculum ſequens.

℞. Gallum decrepitum virgis cæſum, deplumatum vivum, jugulatum, exenteratum, qui farciatur ſequentibus. ℞. Radic. Chin. ℥ß. Rad. raphani ruſticani ʒiij. Raſur. cornu cervi & Ebor. *an.* ʒij. Capar. à ſale mund. rad. petroſel. fœnicul. *an.* ℥ß. ſemin. Alkek. & mihi ſolis *an.* ʒijß. Conſutum animal elixetur cum cervice vervecina, addendo ſub finem coctionis fol. Calendul. Chærephyll. *an.* *M*ß. Coſti hor. Juſculo colato addantur ſucci cochlear. & Naſturcii aq. per reſid. depurati. Tenſis *P ij.* Naſturcii aquat. *M j.* Agrimon. borrag. bugloſs. ſummit. lupul. Aſparag. *an.* *P j* ß. ſumm. Thymi & Roriſmar. *ana P* ß. fiat colatura, in cujus ℥viij. diſſolv. magiſter. perlarum & corallorum dulcis *ana* ℈j. Inſtantibus a. menſtruis, idcirca diem menſis 25. (ſiquidem primo die nuper eruperunt) add. Cremoris 🜿. ʒj. Capiat mane, corpus exercendo ambulatione, vel Trechleæ agitatione, horis 4 ante prandium.

Cichor.

Horis pomeridianis quarta prandio iiſdem diebus quibus utetur juſculo capiat Julepum ſequentem.

Clyſter ſemel in ſeptimana ordinarius ex decocto emolliente & carminante, in cujus ℔j. diſſolv. ℥jß. Catholic. Mellis Mercurial. ſyrup. roſ. comp. cum Agar. *an.* ℥ij. & aliquando ſalis gemm. ʒij.

℞. Aquæ ſtillatitiæ Meliſs ℔ß. Aq. pomorum redolentium ℔j. Vini Rhenani ℥viij. ſpir. vitr. q. ſ. ad gratam acid. florum bugloſs. & borrag. recent. *an.* *P iiij.* florum Vetonicæ rubræ *P iij.* Extrahatur tinctura per Infuſionem ut a. e. de qua cape ℥iiij. ſyrupi corallorum & mororum rubi Idæi *an.* ℥ß. miſc. fiat Julep.

Inter Extrahendum tincturam addatur ʒj. conf. Alkerm. ad aromat. diſtill. fiat liquoris optimè tincti per chartam colatura.

Semel in menſe purgetur corpus, idque ceſſantibus menſtruis Infuſo conſueto.

Poſtridie purgationis manè detur Cardiacum ſequens.

Perendie purgationis conveniet Laconicum, in quo in uſu Laconici videat ne tempeſtas ſit nimis fervida, atque ab eo abſtineat v.g. diebus canicularibus. Sudet ad vaporem decocti Ebuli, Sambuci. Roriſmar. lauri Salviæ, Majoran. Lavendulæ Thymi ſerpilli. Chamomill.

Melilot. coctorum in Aqua, tandem addito vino. Decoctum projiciatur in lateres vel ſcoriam ferri candent. & excitetur fumus.

Poſtridie Laconici, diebus calidioribus præſertim inſtituatur balneum ex aq. & lacte tepidulum, additis fol. Vitis ſalicis chamomill. melilot. flor. & ſummitat. roriſmar. Thym. Laur. Roſ. mult. & Garyoph. rub. Addatur & emulſio Amygdal. dulc. & *E. M.* fricet corpus ſaculo farcto amygdal. contuſ. ſtyrac. calam. Benjoin, &c.

℞. Conf. Alkermes ʒß. magiſterii perlar. & corallor. dulcis *ana gr. xv*. Lapidis bezoar. oriental. *gr. xij*. Olei cynamomi gutt. *j*. miſce, capiat ſuperhauſto vini abſynthitis tantillo.

In vini Abſynthitis potu ſit moderata. Sufficiet hauſtulum ſumere immediate ante paſtus.

Parentur ſequentia in uſum dicendum.

Infuſum nonum roſarum pallid. & muſcatellinarum. Syrupus ſpinæ cervinæ cujus ſuccus depuratiſſimus recondatur.

Medicamentum ex ebulo pro tybiis præſcriptum.

Colligantur,
Flores & ſemina matura ebuli.
Flores ſambuci nondum patentes & aperti.

Rob Sambuci ad ſudorem in Laconico.

Rob ebuli vel potius ejus ſuccus baccarum vid. matur. depuratus per fermentationem ad purgandum. Addito etiam vino Rhenano.

Paſſulatum Hydragogon;

℞. Succi baccarum maturarum ebuli & ſambuci *ana* ℔iiij. Succi baccarum ſpinæ cervinæ ℔viij. ſucc. rad. iridis cærulæ ℔iij. ſucci Naſturcii aquat. ℔ij. cortic. mediani Sambuci Radicum ſucculentarum Ebuli *ana* ℔j. Florum ebuli recenter in umbra ſiccatorum ℥x. baccarum juniperi maturarum ʒxij. paſſularum ℔xij. Vini Rhenani pintas *Anglicanas xij*. Nuc. moſch. ℥j. Caryophyll. ʒß. miſce, & ſinatur fieri fermentatio. Loco vini poſſet addi hydromel. etiam detractis paſſulis, & fieri potus per fermentationem ad ſummum depurandus.

Cerevyiſia Antiſcorbutica præſcripta ſi nimis calida videatur æſtate, ad eam temperandam addantur ſucci Mororum rubi, Idæi fragorum. Groſſularum maturarum, Pomorum redolentium, & ad vinas provocandas ſucc. baccarum Alkekengi. Succus Ribes. 16 Maij, 1618

Dᵃ fœliciſſimè utitur vino abſynthite cum Raphano ruſticano & ſucco recent. expreſſ. & depur. cochleariæ.

Antiſcorbutica, ut ſucci crudi meliùs operantur: ſed per reſidentiam vel ad ſolem, vel filtratione multiplici depurentur.

Dentibus & Gingivis conſulent Aqua, Mellago, Lamellæ.

Faciei Lac Papaveris, Aquæ, Myrrhæ, Fel.

Σὺν Θεῷ.

15 *Maij*, 1618.

Th. Mayerne.

Si

SI recurrant Cachexiæ ſymptomata, repurgato ſemel atque iterum corpore, infuſo ordinario, *E·M.* redeat ad vinum chalyb. aſſumend. mane horis 4 ante prand. à quo trochleas agitet, ambulet, equitet, venetur, & quovis modo corpus exerceat.

Utatur Cereviſia antiſcorbutica.

Obſervet bonam Diætam.

Tertio quoque die vel quarto addatur vino infuſo ʒij. ſenæ vel injiciatur veſperi enema.

Vinum Chalybeatum æſtivum, quod nunc paratum in uſum reponatur.

Materia Vini Medicati iſta eodem poteſt.

Rad. Enul. Oxylap. Urtic. Cichor. Tarax. Aſpar. Ruſci Petroſel. fœnicul. anonidis. Chelidon. maj. Raphani ruſticani. Cortex median. Berberis.

Fol. Salv. vit. chamædryos ceterach. Meliſs. abſynthii utriuſque Yvæ, utriuſque Veron. Flor. Geniſtæ Centaur. minor. Calendul. anthos cum ſummitatibus.

Semin. Alkek. cum baccis, Milii ſolis Cochlear. batav. Gummini

Nux moſchat. Caryophyllat. Vinum Canarin. Rhenan. Succus Cochlear. vulg. naſturcii aquatici.

Crocus martis aperiens.

Proportio ad ℔j. Vini ℥j. Croci.

Si nimis calfaciat liquor. temperetur additione vini ſimplici, vel diluatur aqua ſtillatitia deſcribenda.

Vini deſcriptio.

℞. Radic. ſiccarum Enulæ Cichorii Tarax. petroſelini ruſci *ana* ʒij. Raphani ruſticani recent. ℥iiij. Fol. chamædr. Meliſs. Veron. mar. *ana M ij.* fol. abſynthii utriuſque ſiccorum *ana M j.* Florum geniſtæ calendulæ primul. veris *ana P iiij.* ſummitatum anthos *P ij.* Baccarum alkekengi ℥iij. Semin. cochlear. batav. ℥jß. Nuc. moſchat. ℥j. Caryophyll. ʒij. Irrorentur vino canarino tenuiſſimo, & fiat maceratio per hor. 24. deinde affund. vini Rhenani optimi ℔xvj. Croci martis aperientis ℥xvj. ſuccorum Naſturcii aq. & cochlear. per reſidentiam depuratorum *an.* ℔ij. pon. ad ſol. in vaſe vitreo optimè clauſo & fiat infuſio per dies *xv.* ante uſum. Species a. cum vino perpetuò relinquantur.

Aqua Antiſcorbutica ad diluendum Vinum ſi opus ſit.

℞. Succi cochleariæ recenter expreſs. ℔vj ſucc. beccabung. & Naſturcii aquat. *an.* ℔iiij. Vini Rhenani ℔v. Raphani ruſticani recentis contuſi ℔ij. pon. immediatè poſt contuſionem Raphani in alemb. vitreum vel fictile vitreatum & in B. fiat cita diſtillatio: Liquor ſervetur ad uſum.

XIV *Auguſti*, 1618.

Tela cerata ad furfures & cruſtas frontem depurantes avellendas.

Succeſſerunt a. iſtæ furfuraceæ cruſtæ veſicis excitatis ab applicatione lactis tithymali helioſcopii.

℞. Ceræ albæ granatæ ℥iiij. Reſinæ puriſſimæ ℥j. Therebentinæ Venet. ʒij. liq. ſimul & ut a. e. fiat tela læviganda virio in aſſere, inſperſis aquis Roſarum nenuphar. Lil. alb. &c.

Aluta, pellis, epidermis Canepin cerat. pro facie furfuribus detractis.

℞. Ceræ granatæ ℥j. ſpermatis ceti albiſſimi ℥ß. medullæ cervinæ albiſſimæ, vel ſebi ex omento damæ recenter occiſ. collect. ℥j. miſce fiat cerata, læviganda ſuper aſſere, ut a. e.

Modus a. faciendi hic eſt, ut pellis ſuper levi igne miniſtrorum manibus extenſa teneatur, deinde penicillo ex bombacæ vel ſpongia molli cera liquata imbuto illinatur, &c.

iv *Septembris*, 1618.

Circa horam nonam noctis, extracto *vj* magno pituitæ in nare ſiniſtra reſiccatæ fruſto, cœpit ſanguis affatim ſtillare, & *E. M.* paſſa eſt hanc hæmorrhagiam per horas 24.

NB. Ante octo Menſes, Domina ingenti conflictata fuit catarrho cum violenta Tuſſi, & ab eo tempore tertio, quartóve quoque die ſolet ejuſmodi pituitam concretam magno cum conamine emungendo exernere. Indicium eſt cerebri in proventu cruditatum luxuriantis, quod ſeſe inos & movides exonerat.

Sanguis reſeratis in iſto impetu venis, & aperta per ἀπόϖασιν cuticula quâ data porta ruit, quippe valde ſeroſus, & tenuis.

Naris ſiniſtra tantùm fudit ſanguinem.

Aliquot antè iſtud ſymptoma diebus Domina paſſa erat παλμὸν τῆς καρδίας bis ter-ve, quod accidens ipſi eſt familiare, & certiſſimum imminentis καχεξίας indicium.

Notandæ frequentes ſugillationes, & ſanguinis extra propria vaſa prætenuitate reſudantis effuſiones, ſubinde factæ in omnibus corporis partibus. In pectore, cello, brachiis, &c.

An lividæ iſtæ maculæ (quemadmodum exiſtimo) habent aliquid Scorbutici.

Dentes Vacillant. Gingivæ Laxæ. Ante aliquot menſes plurimum fundebant ſanguinem.

Ab iſta hæmorrhagia per quam effudit ultra ℔ij *Sanguinis* E. M. *pallida, macilenta, debilis valde remanſit. Oculi ipſi ſolito magis tenebricoſi, ſine vivido luminis radio. Apparuerunt, qui paucis poſt diebus priſtinum incœperunt reſumere vigorem.*

Oedematoſa facies. Hypochondria ſatis mollia. Ad regionem hepatis aliquantula durities, quæ nonnunquam levem excitat dolorem. Fugacem tamen, unde arguuntur flatus inteſtina & vicinas hepati membranas diſtendentes.

Pulſus ſatis validus & æqualis.

In hepate tota labes, cujus tonus valde labefactatus eſt.

Malè ſanguificat, peſſimè ſe habet retentrix in ipſo fonte, & in appendicibus, i. venis, adde quod ipſum contentum liquidiſſimum difficillimè poteſt retineri.

Roborandum inſigniter hoc viſcus, & retentrix inſtauranda.

Hepaticis remediis ſemper admiſcenda aſtringentia; neque nunc adeo metus ab obſtructionibus, quibus una & eadem operâ corroborando proſpiciet chalybs.

Chalybs autem potiùs uſtus ſumatur quàm crudus, ita ut ad crocum martis aliquantulum accedat.

Duſcorantia ſerum conveniunt, cum præſertim ingens pruritus totum occupet habitum á copioſo ſale ſanguini permiſto, à quo liquatur maſſa ejuſdem, & fluori ſubditur calcar. Tenuitas ſubſtantiæ & liquiditas aptitudinem dat fluori, Tartarus reſolutus irritamentum.

Dulcorant Corallium Perlæ. Oculi Cancri. Mater perlarum, ut videre eſt, ſi eis affundantur acidi liquores inſigniter a. Mars.

Vocatus ſub finem hæmorrhagiæ ſequentia præſcripſi.

℞. Croci martis aſtringentis ʒj. Lapid. hæmatit. præp. oſſium vervecin. ad albed. calcin. *an.* ʒjß. boli armen. terræ ſigillat. *ana* ʒß. Roſ. rub. Myrtillorum ſumach. *an.* ℈j. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus naribus inſufflandus per calamum, vel indendus ex turundus.

℞. Aq. Stillat. plantag: & ſperm. ran. *an.* ℥jß. Aceti roſ. ℥ß. Aluminis rupis ʒß. Acaciæ ℈j. miſce ad madefaciendas turundas. Quæ poſtea conſpergantur pulvere dicto.

Adferatur uſnea guenina, in aquis roſ. Plantag. ac ſpermat. ran. optime lota, pro turundis.

Item ſpongia mollis.

Epithema pro hepate.

℞. Cydoniati craſſior. ℥ij. Pulver. ſubtiliſſ. roſ. rub. & myrtyllorum *an.* ʒij. Semin. plantag. Sumach. *ana* ʒjß. Lapidis hæmatitis, croci martis, oſſium vervecin. ad albed. calcinatorum *an.* ʒiij. Maſtiches ʒijß: miſce, & addita aq. ſpermat. ran. & aceti roſ. tantill. fiat Epithema ſolid. applicand. regioni hepatis, è ſtuppis lineis pexis, oxycrato imbutis.

Julep.

℞. Aq. Stillat. plantagin. ℥iiij. Syrupi corallorum, nenupharini, de Papav. *an.* ℥ß. aceti roſ. q. ſ. ad gratam aciditatem. Miſce, fiat Julep, qui teneatur paratus ad uſum.

Adferantur cucurbitulæ pro regione hepatis.

Succus Plantag. Prunell.

Iſtis non eſt uſa E. M. *quippe non recurrit ſanguis.*

Sequenti die, qui fuit v Septemb. *uſa eſt ſequentibus, ad duos treſve dies.*

℞. Foliorum Plantagin. & portulac. *ana M j* ß. Florum Archangelic. alb. *P iij.* fiat diſtill. clarif. & colatura, quæ reddatur acidula guttis aliquot Spiritus ⊕li in ℔jß. diſſolve ſyrupi corallorum ℥iiij. ſapæ Cydoniorum ʒij. Miſc. pro 4 doſibus bis in die ſumendis longè á partibus.

℞. Succi Portulac. ℔ß. ſucc. plantag. rec. expreſs. ℔j. Omphacii recenter. expreſs. ex vicis acerbis ℥viij. Florum & ſumm. Archangelicæ albæ *M ij.* fiat diſtillat. & colatura, quæ clarificata cum aq. portulac. ſacchari albiſs. reducatur in Syrupum ad uſum.

Præſcribenda.

Juſculum cum corall. & perlis.
Julep pomeridianus.
Ptyſana laxans.
Cereviſ. medicata in lagenis.
Vinum chalyb. hepatic.
Tinctura corallorum.
Conſ. florum Archangel. alb.
Syrup. & Conſ. de Agreſta.
Specifica ad hæmorrhagiam

vii Septembris, *Otlandia diſcedens præſcripſi ſequentia in futurum uſum.*

Juſculum Quotidianum.

℞. Rad. Cichor. corticum rad. Dulcamar. *an.* ℥ß. radic. ſymphyti maj. ʒiij. Rad. chin. ℥v. Raſur. cornu cervi primar. recent. & eboris *an.* ʒiij ß. Paſſul. integr. part. *vij* Includantur ventre pulli, qui conſutum elixetur cum poplite vitulino, & pedibus ij vervecinis, addendo ſub finem coctionis fol. Plantag. Agrimon. tenellorum *an. M j.* Pimpinell. *P ij.* Borrag. bugloſs. Oxytriphyll. Acetoſæ *an. P j* ß. Seminis plantag. ʒiij. fiat colatura, in cujus ℥vj. diſſolve magiſter. perlarum & corallorum dulc. *an.* ℈j. miſc. paretur Juſculum, exhibendum ſingulis matutinis, horis tribus ante prandium.

Julep.

℞. Aquæ fontan. puriſs. duodecies chalybeatæ ℔j. ſucci limon. recenter expreſſi ℥jß. Florum Vetonic. rubr. recentium *P iiij.* Roſarum rub. *P j.* Granorum Kermes ʒij. Santali citrini & rubri *an.* ℥j. ſeminis plantagin. ʒiij. Vini albi tenuis ℔ß. fiat infuſio ad tincturæ extractionem. Cape de colatura ℥iiij. Syrupi corallorum ℥jß. miſce fiat Julep. Exhibeatur horis 4 á prandio.

In aquam iſtam chalybeatam per manicam lacte prius lotam ſæpiùs actam dum calet adhuc, projiciantur *M ij.* Pimpinellæ recentis, atque fiat infuſio, donec Aqua refrixerit, mox cum colatura fiat infuſio, &c.

Ad parandos iſtos Julepos utilis eſſet Aqua ſequens.

℞. Succi pomorum recenter expreſſi ℔iiij. ſucci cydoniorum

℔ij. Pimpinellæ recent. conciſ. *M iiij*. Agrim. *M iij*. diſtilla.

Cereviſia Antiſcorbutica in uſum ordinarium.

℞. Radic. chin. ℥viij. Zarzæ parill. ʒxij. Saſafras cum cortic. ℥ij. radic. cichor. cortic. rad. Dulcamar. *ana* ℥iij. Raphani ruſticani ℥iiij. fol. pimpinellæ Agrimon. *an. M ij*. fiat diſtill. in Galonib. *iiij*. Cereviſ. lupulat. fortioris per horam: mox per ſetaceum colatura, cui addatur eadem quantitas cereviſ. ejuſdem recentis, cum ſucci cochleariæ ℔iij. ſucci Naſturcii aq. ℔ij. Beccab. ℔j. Nuc. moſchat. ʒj. ſinatur fieri fermentatio & depuratio omnimoda, qua perfecta liquor lagenis lapideis recondatur, ad uſum. Servetur loco ſubterraneo.

Vinum Chalybeatum.

℞. Radic. ſicc. Cichorii ℥ij. cortic. rad. dulcamar. ſicc. ℥ijß. Santal. citrini ℥j. radic. Raphani ruſticani ℥ij. nucis moſchat. ʒij. Macis ʒj. fol. pimpinellæ ſicc. & in pulv. redactorum ʒx. fol. agrimon. ℥ß. Croci martis aperientis cum ſulphure uſti ℥xij. Vini albi generoſi ℔xij. fiat infuſio ut artis eſt.

Parentur ſequentia.

Gelatina ex cornu cervi in uſum ordinarium.

Magiſter. perlarum, corallorum, oculos cancrorum dulc. cum Ol. 🜿.

Syrupus Perlarum.

Lac perlarum & corallorum.

Spiritus ⊕. corallatus.

Conſerva hepar roborans.

Julep corallat.

Aqua antiſcorbutica.

Ptyſana aut vinum cum Rhabarb. ante paſtus addito ſantalo citrino & rubro.

Pulvis cornu cervi primar. recent. quotidie ſumptus ad ʒj. ex vino Hiſpanico, vel Gallico rubro mirè prodeſt ad abſorbendum ſerum, obſtructiones ſolvendas, & viſcera roboranda.

xxii Septemb. 1618.

Præſcripta ſequentia.

Vinum Medicatum.

℞. Radic. chin. ℥x. Zarz. parill. ℥vj. Raſ. ligni lentiſc. ℥iiij. ligni ſaſafr. ℥iij. Raſ. cornu cervi & eboris *an*. ℥ijß. Raſuræ dentis equi marini ℥ij. Nuc. moſchat. per fruſtra ſectæ ℥j. Vini Rhenani optimi maturi Galon. vj. fiat infuſio pro potu ordinario, addendo nodulum, qui contineat ʒß. Maſtiches.

Ἄδιψα.

℞. Agreſtæ conditæ per ſetaceum trajectæ & ab arillis & acinis ſine pelliculis mundat. ℥jß. Rob de Ribes ℥ß. Cydoniati ʒiij. Spiritus aciduli gutt. *iiij*. miſce, teneat ſubinde in Ore.

℞. Syrupi Violati & florum Vetonicæ rubræ *an*. ℥jß. ſapæ cydon. ℥ß. Spiritus aciduli guttas *vj*. Miſce, capiat aliquando è cochleari, ſenſim deglutiendo, do, adde ℥j. Syrup. corall. Julep bis in die exhibeatur urgente ſiti.

Ab hoc tum paſſa ſtomachi ardorem ejus uſum reſpuit.

Potio purgans qua præparandum corpus ad vinum chalybeatum.

℞. Folior. ſen. mundatorum minutiſs. inciſ. ℥ſs. Rhabarbari electi ſucco limon. irror. ʒij. Caſſiæ lign. ſive Cynam. craſſioris ℈j. Santali citrini ℈ij. fiat in vino Rhenano infuſ. & per chartam bibulam colatura, ad uſum.

Nunc die 23 Septemb. *paulò meliuſculè ſe habet* E. M. *à fluxione tamen arthritica eſt imbecillior, quæ ne exacerbetur diſtuli medicamenti exhibitionem.*

Urinæ crudæ & planè Aqueæ.

Macies corporis ſumma ad quam poſt omnia cogita lacte Aſinino.

De Gelatina Chinæ & Cornu Cervi.

De Brodiis columbi cum China.

Parentur ſequentia. xxiv Septemb.

Gelatina in uſum ordinarium.

Magiſterium & Syrupus. } Perlarum. Corallorum. Ocul. cancri.

Lac ex iiſdem.

Syrupus corallorum cum ſuccis mororum rub. idæi. berberis. Ribes. Cydoniorum Oxitriphylli Acetoſellæ ſantal. cort. citri Maci.

Rubra ſeorſim infundatur.

Tinctura corallorum cum acido quercus, aut Spiritu ♀. addito limonum ſuccum.

Paſſulatum hepaticum antiſcorb. abſorbens cum China. Zarz. lentiſc. (vide de Guajaco, Buxo raſura quercus) &c. in fermentatione, addatur Maſtiche.

Pulv. digeſtivus cum cornu cervi ebore, china, perlis corallor. ocul. cancr. cornu cervi uſto ad albedinem, &c.

Cardiac. tabell. elect. ἴσχαιμα in uſum ſint ad manum.

ἄδιψα & quæ ad ὄρεξιν.

Ordo agendorum.

Purgatio.

Vinum chalybeatum manè.

Pulvis digeſtivus poſt paſtus.

Horis quatuor à prandio Cardiaca. Ut Tabellæ ſuperhauſto cereviſiæ medicatæ hauſtu. Syrupus perlarum. Corallor. Vide num ex lapide Bezoar. poſſit aliquis liquor parari, & cum quo diſſolvente. Aqua aliqua cardiaca ut de Cordibus miſcenda cum Syrupis.

In ingreſſu lecti Elect. Cardiacum hepar roborans cum tinctura corallorum & ſyrupo, aſſumpto deſuper Aquæ de cordibus tantillo.

Gelatina in paſtibus.

Non fluente alvo Enema. Vel Ptyſana purgans cum Rheo, aut vinum addit. ſantalis, maci paulò antè cibum bis in ſeptimana.

Potus, { Vinum Medicatum.
Cereviſ. Medicata.
Paſſulatum Medicat.

Cibi boni. Vitet cruda, &c.

Inter paratu materia iſta recenſenda.

Tinctura ſcoriæ ferri.
Syrupus ♂ vel ſcoriæ.
Crocus ſaccharinus anima hepatis.

Inter ἴσχαιμα.

Linteum cum ſpermate ranarum paratum.

Sanguis humanus, Cervinus, bubulus ſiccatus.

Rana viridis arborea, &c.

Linteum in auro infuſum ſiccatum, in cineres uſtum naribus per calamum in ſufflatum, profuit. Hujus. ℞. Partes *ij*. rad. biſtortæ bol. armen. *an*. part. unam. miſc.

Gargariſma ad fauces Inflammatas & Ulcer.

℞. Aquæ plantaginis phlegmatis aluminis *an* ℥j. ſucci mororum rubi ℥iij. ſpiritus vitriol. q. ſ. ad gratam aciditat. miſc.

℞. Fol. plantaginis ſcabioſ. ſummit. Prunell. *an. Mj.* Agrimon. *Mß.* fiat diſtillat. & colatura in qu. diſſolv. pro ℥viij ſucci mororum rubi ℥ij. Lapid. Brunell. ʒj. miſc.

Ægyptiaci parum diſſolvatur in Aq. plantag. tangantur fauces.

Gelatina ordinaria.

Radic. Symph. Major ℥ij.

℞. Raſura cornu cervi recentis ℥iiij. Radicis chinæ per taleolas ſectæ ℥ij. Capum unum juvenem optimum. Poplitem vitulinum. Perdices duas, pedes vitulinos quatuor, Aquæ chalyb. ℔xij. Vini albi Gallici ℔vj. ſucci limonum ℔ß. *vel ſaltem* ℥iiij. aut ℥ij. bulliant omnia in vaſe argenteo amplo aut ferreo, ad animalium putrilaginem. Fiat per manicam colatura, ſeparaat pinguedine fiat cum ovorum albuminibus clarificatio addendo tantillum Macis, dulcoretur ſacchari trodico, & addatur parum croci fiat Gelatina. De qua capiat in ſingulis paſtibus aliquid.

Melius ſic.

Omnia probè vino albo lota, i. carnes bulliant in ℔x. aq. chalyb. ad medias, mox add. Vini albi ℔iiij. bulliant iterum ad gelatinæ conſiſtentiam, ſive ad totius medietatem addendo ſub finem diſtillat. ſucci limonum ℥iiij. fiat colatura, ſeparetur pingued. reliquum clarificetur mittatur per manicam ſupra pulver. Macis. Cynamomi & ſantali citrin. addita octava ſacchari parte, cum tantillo croci.

16ta Pars ſacchari ſufficit.

Aromata integra inter bulliendum pnt. utiliùs addi. ut bacillus Cynamomi.

Optima & ſapidiſſima eſt iſta Gelatina, qua meliorem ſe nunquam deguſtaſſe aſſeruit *E. M.*

Paſſulatum.

℞. Radic. Chinæ ℥iiij. Zarzæ Parillæ ℥vj. Raſuræ lentiſci ℥iij. Raſur. ligni ſancti ℥ij. Raſur. cornu cervi & Eboris *ana* ℥jß.

Raſ. quercus ℥iij.
Rad. Symphyt. Majores ℥ij.

℥jß. Omnia conciſa bulliant in ℔ 64. ſive octo Galonibus Aquæ fluviatilis chalybeatæ ad quartæ partis conſumptionem, mox fiat colatura per ſetaceum quæ fervens projiciatur ſupra ℔vj. paſſularum ſolis à ſtaminibus mundatarum, quæ ſint in doliolo optimè præparato, effundatur liquor per infundibulum, addita ℔j. fermenti Cereviſiæ. Iſtis omnibus ad ſummum repleatur dolium, obturetur ilicò ſubere & terra figuli. Sinatur fieri fermentatio per dies *xv*, *xx*. aut plures prout validiorem requires, liquorem. Teneatur in loco calido, ut hypocauſto, vel ponè furnum piſtoris.

Aut pluviæ.

℔j. pro Galone Uno paratum ſumi ℔jß ita ut ſint ℔ix. paſſularum.

Octavo demum poſt mixtionem die cœpit fermentari. Nullus a. eſt aut percipitur ſimplicium ſapor, ſed liquor primis diebus mere muſtum ſapit.

xiv *Octob.* 1618.

Pulvis digeſtivus.

℞. Radicis chinæ raſuræ cornu cervi *an.* ℥j. ſeminis fœniculi dulcis & coriandri præpar. *an.* ℥iß. Oculorum cancri præpar. ʒiij. Magiſterii perlarum, & corallorum dulcis *an.* ʒij. Corticis citri & aurantiorum conditi ſicci *an.* ʒijß. Ambræ griſ. ℈j. ʒß. Sacchari cum aqua naff. in roſatum cocti ℥iiijß. ſive ad pondus omnium. Fiat pulvis ut Alkool utendus è cochleari hora dimimidia poſt ſingulos paſtus.

Ad ventriculi flatus deglutitionem impedientes diſſipandos.

iv *Octobris.*

Eadem ferè hora, inter nonam & decimam noctis, qua ante menſem ſtillavit è nare ſiniſtra copioſiſſimus ſanguis, eadem de cauſa, avulſo vid. reſiccato muco, incœpit ſtillare, & duravit iſtud ſtillicidium per horas 25. Sanguis fuit paucus, vix ad ℥iij. toto eo temporis ſpatio, & per ſe ceſſavit fluxus.

Irrita fuerunt remedia, nec quovis topico potuit ſiſti.

Succeſſit magna virium debilitas, quam auxit, & corpus ad motum pigerrimum reddidit arthritica fluxio decumbens in genua & pedes.

vi° Surrexit *E. M.* & ſola ſcipioni innixa per cubiculum ambulavit.

Primo *Octobris* die cœperat uti vino chalybeato, à quo ſoluta fuit alvus quotidie, & proceſſerunt excrementa nigerrima.

Ab iſta aſſumptione ſanguis craſſior & floridior fuit redditus, unde indicatur remedii proficui neceſſitas.

Pulvis ἴσχαιμος nullum faciens dolorem in naribus, quarum cuticulam acrimonia ſanguinis eradit.

℞. Croci martis aſtring. ʒij. Oſſium bubulorum ad albedinem calcinatorum ʒiij. bol. armen. lapid. Hæmat. præpar. *an.* ʒjß. ſanguinis draconis ℈iiij. miſce fiat pulvis ut Alkool, excipiendus ovi albumine & indendus cum turunda ex bombace.

NB. Siquidem periodicus eſt iſte fluxus & veluti menſtruus, annon fit ob retentorum menſium ad ſuperiora ἀναδρομὴν?

Somno lenta eſt valde, annon ob oppletum ſanguine cerebrum? An potius ob refrigerationem à nimio fluxu? Cum præſertim ſanguis valde aquoſus ſtillare ſoleat? An ob copiam ſeri frigidi, quo ad nutriendum ineptiſſimo totum cerebri corpus turget? An á Scorbuto?

Cogita de revulſione per hirudines quæ in eodem caſu ſemel profluerunt, & poſt horam ab applicatione menſes provocarunt.

Non puto tamen tentandum iſtam applicationem niſi paulò ante conſuetum hæmorrhagiæ terminam, v. g. primo die menſis *Novembris.*

Tumentibus & dolentibus hæmorrhoidibus applicatæ fuerunt hirudines duæ, & extractæ circiter ℥iij. ſanguinis, ab iſta evacuatione ceſſavit dolor vel ſaltem maxima ex parte imminutus eſt.

Dolor autem & tumor ſedis præcipuè à materia acri præterlabente.

Alvi fluxus. Excrementa liquida, bilioſa, pituitoſa. Noctu præſertim moleſtum ſymptoma.

Virium ingens dejectio.

Ad quemvis corporis motum vel leviſſimum animi leve deliquium à quo levamen odorata aqua cynamomi.

Per totum menſem *Octob.* moleſtæ fuerunt fluxiones arthriticæ, cum dolore & tumore genu & pedum; à quibus *E. M.* lecto affixa fuit, unde omnia abierunt in pejus, tunc intermiſſum chalybeat. remedium, & pugnatum tantum juſculis hepaticis, & cardiacis bolis ex conſ. Alkerm. Lapid. Bezoar, & magiſterio corallorum.

Sitis ingens cum ariditate faucium maxima, quam nulla remedia, nulli potus levare poſſunt.

Impotentia ad motum maxima, & fugacia deliquia cœperunt in iſto longo decubitu ob Podagram.

Somnus nimius, labor. faciens poſt eum fœtor in faucibus.

Novembris, II.

Cœperunt nares, (dextra vid.) ſanguinem vel potius ſerum ſtillare. Ceſſavit ſtillacidium ab immiſſo folio plantaginis, & violæ primò.

Sumpſit infuſum ℈iiij. Rhei in Vino Rhenano, tota die dormivit, alvus ſemel tantum fluxit. Noctu ter, excrementa eadem.

III. Raucedo, tuſſis, quies per totum diem, omnia eadem, parum interdiu fluxit alvus, noctu ſexies copioſè, excreta liquida, Flava, fœtidiſſima, cum fœcæ ſub albida.

Parum aut nihil edit. Macies ingens totius corporis, cum virium; omniúmque facultatum proſtratione.

Verendum ne Fluxus iſte ſit ſyntecticus.

IV. Cœpit iterum uti vino chalybeato abſynthite, cujus ſumpſit tantum ℥ij. cum leviſſimo exercitio.

Raucedo minor, forſan quod Catarrhus ſeſe exonerarit in ventriculum, unde alvi ille Fluxus adauctus fuit. Tuſſis pene nulla.

Uſa eſt ſuffitu ad caput præterea in calidiſſimo cubiculo non eſt mirum liquari ab externo igne humores.

Prognoſt. Metuendus iſtius morbi eventus in tanta virium imbecillitate, & viſcerum extra ionum proprium poſitorum debilitate.

Ad fluxum aliquomodo moderandum facienda ſequentia, quibus & rouoretur ventriculus, & acrimonia humoris emendetur, & inteſtina detergantur.

Clyſter. ℞. Caput verve cinum, bulliat cum hordeo mundato optimè, ad oſſium ſeparationem addenda fol. Tapſi barb. *M j.* fol. Agrim. *M j* ß. Florum chamomill. & meiilot. *an.* *P ij.* Roſ. rub. *P iij.* Cape de colatura ℔j. (quæ facta fuerit in aqua chalybeata) in quo diſſolve Vini Muſcatell. optimi ℥ij. Sacchari albi ℥jß. Vitellos ovorum N° *ij.* miſce fiat Enema. Injiciatur ſub veſperam.

Fotus pro Ventriculo.

℞. Radicum Cyperi & Garyophylla *an.* ℥jß. Ligni Rhodii ſantali citrini *an.* ℥j. fol. abſynthii Menthæ Meliſſæ *ana* *M j ß.* Roſarum rub. Maſtich. ℥j. *P iiij.* Florum Lavendul. *P ij.* Corticis citri & aurantiorum *an.* ʒx. Cynamomi craſſioris ʒvj. Macis ℥ß. Caryophyll. ʒij. Includantur omnia ſacculis duobus quadratis, quibus coctis in aqua fabrorum addita ſub finem decoctionis tertia parte vini Muſcatellini, ſive Malvatici foveatur regio ventriculi viciſſim applicando calidè.

Sumit rorisſm.

Poſt fotum fiat litus ex oleo expreſs. nucis moſchatæ, & pauco Balſamo Peruviano.

Si Emplaſtrum velit.

℞. Maſs. Emplaſtri pro ſtomacho ℥jß. de Maſtich. ℥ß. pulveris Caryophyllorum & Cynam. *an.* ʒj. pulveris abſynth. & Macis *an.* ʒjß. pulveris menthæ ʒij. cum pauco balſamo peruviano fiat maſſa inducenda alutæ molli, quæ tecta ſyndone coccineâ applic. poſt fotum.

Toſta panis ſyncomiſt. madefacta vino malvatic. vel Alicantic. cum Caryoph. & pulv. cynam. menthæ abſynth. nuc. moſchatæ.

Victus.

Panatella.
Jus carnium.
Juſculum cum hordeo, paſſulis integris, Maci.
Gelatina cornu cervi.

Toſta panis madens paſſulato, addito vino rubro, pauco aurantii ſucco, & ſaccharo.

Potus Vinum Saſafras.

Vinum claretum cum rannulo Menthæ & Roriſmarini.

Cereviſia Antiſcorbutica, addita pauco vino.

Paſſulatum Infuſionis menthæ pimpinellæ.

Per totum menſem *Novembr. E. M.* ſumpſit vinum chalybeatum,

tum, ejus quantitate aucta uſque ad ℥iij.

Quoniam a. paulo debilius videbatur vinum & minus roborans paratum eſt cum ea proportione ut ad vini ℔j. ſumerentur ℥ij. Croci martis aperientis.

Fluxit continuo alvus in magna quantitate & proceſſerunt viſcida, liquida, nigra fœtida, cum ingenti urinarum aquearum (pro more ſolito) profuſione. Tantum abeſt ut ab iſto fluxu debilitata fuerit, *E. M.* qui nimo ſingulis diebus auctæ vires, vegetior factus appetitus oculi evaſerunt vividiores, & venæ ſanguine cœperunt repleri.

Inexpugnabilis quæ fuit dòrmiendi cupiditas penè veternoſa, adeò ut Domino etiam cibum ſumens ſterterit paulatim evanuit.

Imminutionis a. ejuſdem primordia fuerunt á catarrho una nocte ἀθρόως in ventriculum lapſo, unde in via ſucceſſit penè ſuffocat. Materia autem per ingentem alvi fluxum fuit evacuata. Sic fuit fluxus veluti criticus per alvum materiæ in ipſo cerebro peccantis, & in eo (quemadmodum in toto corpore) coacervatæ.

Fluxus iſte ſeu diarrh. tamdiu perſeverans fecit ut purgatio fuerit dilata quam ſemel tantum accepit toto *Novembri* menſe idque cum parva evacuat. quippe id medicamentum quod alvum ſolvere ſolebat decies vel duodecies, quater tantum movit die aſſumptiouis. Ex ℥ß. ſænæ & ʒij. Rhei.

Sitis magna, multo tum minor quàm a principio. 1. Ob. internam putredinem. 2. Ob. obſtructionibus, quæ internum calorem præter naturalem fovent. 3. á copia ſalſaginoſi ſeri. 4. A vaporibus ſiccis quæ a viſceribus aſcendunt. 5. A maximo & luculento igne qui perpetuò ardet in cubiculo, cuique continuo, vel ſaltem ut plurimum dorſum & lumbos diutiſſimè exponit.

Exercitium Serationis.

Lignorum ſatis alacriter obit *E. M.* ita ut hodie qui eſt iii *Decembris* lx ſectionis in ſatis craſſo ligno mollita ſit.

Etſi horum præſidiorum concontinua applicatione aliquantulum imminutus ſit morbus non tamen defuncta eſt Domina omni periculo, ſiquidem œdemate tumentia crura, & facies, nec non plenior ſolito venter, atque adeo hinc inde fœdata cutis maculis lividis indicant Scorbutm hydropicæ diſpoſitioni junctum, nobis nunc oſtentare Lencophlegmatiam ſive a cachexia oriundam Anaſarcam, & metum tandem eſſe ab Aſcite.

Itaque validior. pugnandum, quibus proſterni cœpta iſta malor. hydra penitus deleatur, & funditùs extirpetur.

Victus Ratio.

Sit ſiccans, aperiens, ſerum per urinas ducens.

Abſtineat ab omnibus humidis. Veſcatur aſſis, conditis cynamomo, Maci, ſalvia, Petroſelino.

Quam minimum poterit bibat in quo præcipuus vertitur curationis cardo ſitque, omnis potus Medicatus Antiſcorbuticus.

Perſeveret in uſu Cerevisiæ præſcriptæ, qua apprimè demulcet ſitim.

Paretur Paſſulatum Antiſcorbuticum.

Quod dum parabitur, ut id quod anteà fuit præparatum validius reddatur pro ſingulis lagenis pintarum *iiij*. addatur decoctum ʒj. Guajaci, cum *vj* Cochlear. ſucci depur. Raphani ruſticani, circiter ʒjß. V. g. ſic.

℞. Raſuræ ligni ſanct. ℥vj. Vini Rhenani ℔iiij. fiat decoctio ad medias, colatura ſit pro *vj* lagenis, addendo ſucci Raphani ruſticani ℥ix.

At ut ſitim ſedet immodicam Cerevisiam plurimam bibit, qua conqueritur flatibus repleri ventrem, & inde ait tumere abdomen. Aſlatuum evacuatione magnum levàmen.

Igitur vide num aliquid nitri addi poſſit cerevisiæ, ad magis ſedandam ſitim.

Ad flatus, uſus tempore aliquid admiſceatur vini albi. Vel in vino Rhenano pro ℔iiij. infunde ſaſafras ℥j. fœnicul. Raphani ruſticani ℥ß. bibat.

Paſſulatum.

Iſtud paratum fuit.

℞. Zarzæ parillæ albæ & medulloſæ ℥xxiiij. Radic. Petroſelini *Anonid.* fœnic. *an.* ℥xxx. Raſuræ lentiſci ℥xviij. fol. ſiccorum Agrimon. & ſcabioſ. *an. Mvj.* bulliant iſta in Galonibus *xv.* aquæ pluviæ 3° vicibus chalybeatæ, ad Galonum *ij.* conſumptionem. Fiat per manicam colatura liquoris adhuc calentis, qui denuò cacabo inditus ferveat, & bulliens affundatur ſequentibus ſpeciebus dolliolo contentis.

℞. Paſſularum ſolis ℔xij. Raſuræ ligni ſancti interioris nigerrimi ℥xviij. Corticis ejuſdem virid. ʒvj. ligni ſaſafras ʒiiijß. Raphani ruſticani recentis & ſucculenti raſi ℥xvj. Nucis moſchat. ℥ijß. *fructuum Alkek. turgidorum* ℥xij. ſucci cochleariæ ℔vj. ſucci Naſturcii Aquatici & Beccabung. *an.* ℔iij. fermenti cerevisiæ lupulatæ ℔ij. fiat ut a. e.

Satius fuerit ante affuſionem aquæ & ſuccorum omnia ſimplicia optimè imbibere Vino Canarino.

Succus Raphani ruſticani addatur ſingulis lagenis.

Vide ſic.

Decocto præſcripto in ◄ª ferrata parato adde paſſularum ſolis ℔xij. Uvarum Chorinth. ℔vj. Dactylorum plenorum, Mellis deſpumat. *an.* ℔vj. fermenti communis in vino canarino vel Malagenſi diſſol. ℔j vel fermenti Cereviſ. ℔ij. Tincturæ tartari ℔ß.

Addantur & ſucci. Et fiat optima fermentatio.

Poſt iſta perſeveras imo augeſcens Tumor œdematoſus fecit ut ipſam chalybis ſubſtantiam infuſo potiorem crediderimus.

Notandum a. præcedentibus diebus flante Aquilone omnia in melius verſa fuiſſe, quæ deinceps Flante Auſtro in pejus ruere cœperunt, & denuò exorta auctáque ſymptomata, ſitis ſomnolentia, deſidia, œdema faciei crurum, tumor ventris à Flatibus admodum importunis. Diarrhea.

Data ſubſtantia chalybis per ſex dies, quæ cum non tingeret excrementa factus ad Infuſionem regreſſus, cum εὐφορία.

Purgatum fuit ſemel corpus infuſo ℥ß. Senæ & ʒij. Rhei addit. Jalap & Rhab. *an.* ℈j. quod videl. infuſiones ſolæ parum moverent. Non ita bene fecit hoc Remedium, à cujus operatione ſucceſſit ſpirandi difficultas & magna ventris tenſio.

Attamen fæces ligari & formari cæperunt, quæ poſtea ab exhibito pulvere chalybis fuerunt compactiores. Hocque fuit unicum beneficium à ſubſtantia ♂. præſtitum.

Formulæ variæ ad ♂. in ſubſtantia exhibendum.

I. ℞. Croci ♂. aperientis ℈j. ſacchari albiſſ. ſeminis coriandri ſubtilſſ. triti *an.* ℈j. cum muccag. ſemin. cydon. extract. In aq. cynam. fiat paſta, ex qua ſupra bacillum rotundum formentur cortices inſtar cynamomi.

Vel paretur manus chriſtalli. cum oleis ſeorſim, } Saſafras, Cynamomi, Aniſi, Roriſmarini, Menthæ.

II. ℞. Croci ♂. aperientis Manus Chriſtalli *an.* ℈j. Magiſterii corallorum corrobor. dulcis lapid. Bezoar oriental. *an.* ℈ß. fiat paſta.

III. ℞. Croci ♂. aperient. ℈j. pulver. ſubtiliſſ. Menthæ ℈ß. Magiſter. corall. dulc. perlar. Bezoar *an. gr. v.* Sacchari *grana xv.* miſce.

IV. ℞. Croci ♂. ℈j. ſacchari *gran. xv.* pulver. Saſafr. *gr. vij.* Bezoar *gr. x.* Magiſt. corall. *gr. viij.* cum muccag. fiat paſta. Adde olei cynam. gutt. *j.* pro doſi.

V. ℞. Croci ♂. ℈j. pulver. coct. aurant. & citri condit. *an. gr. x.* ſacchari, vel florum aurant. condit. in pulv. redactorum ℈j. fiat paſta. Adde olei cynamomi gutt. *j.*

Electuarium. ℞. Croci ♂. ℈j. Magiſt. corall. dulc. Bezoar *an.* ℈ß. Conf. Alkerm. *gr. xij.* miſc. add. ol. cynam. vel ſaſafr. gutt. *ij.* cap.

Poſt uſum ſubſtantiæ chalybis purgata fuit *E. M.* fœiciſſimè ſequenti medicamento, quod eduxit ſeroſa multa, viſcida, nigra, flava, fuſca.

Detumuit aliquantulum venter, & tunc tetigi fimbriam hepatis, ſeu extremitatem lobi majoris aliquantulum duram, totum a. hepatis corpus plus æquo remittens.

NB. *Potio purgans quam bis E. M. hauſit maximo cum levamine.*

℞. Fol. ſen. mundatorum minutiſs. inciſ. ℥ß. Garyophyll. N° *iiij*. Cremoris ♀. ʒij. Infund. per noctem ſuper cinerib. tepidul. in ℥iij. Vini Rhenani. Mane fiat expreſſio, cui addatur infuſio (ſeorſim facta in infuſionis Roſ. pallid. ℥jß.) ex ʒij. Rhab. electi pulver. ſucco limon. irror. cum ℈ij. ſantal. citrini reduc. ad doſin, in quo diſſolv. Pulveris Jalappæ *gr. xxv*. Aquæ cynamomi ʒj. miſce fiat potio, detur in aurora dilato ad 3 horas juſculo.

Sumpſit ix° *Decembris*, & xvi. Octavo a. præmiſſus fuit clyſter cum magno levamine.

Intermedio tempore cum tumeret abdomen, & à Flatibus diaphragma opprimentibus brevior eſſet reſpiratio· injectum Enema.

℞. Foliorum chamomill. cum toto *Mij*. fol. Rutæ Matricar. artemiſ. *ana Mj*. ſummit. Anethi Florum Melilot. *an.* *P ij*. ſeminis Aniſi & fœnicul. *an.* ʒiij. Baccarum lauri & Juniperi *an.* ʒijß. fiat diſtill. in qua reducta ad ℔j. diſſolve cathol. ℥jß. mellis Mercur. ſacchar· rub· *an.* ℥ij. Vini Muſcatellini ℥iij. miſce fiat Clyſter.

Hodie qui eſt xvii *Decembris* ſatis bellè ſe habet *E. M.* imminuta aliquantulum omnia ſymptomata. Tetigi hypochondria, & tumorem invenire non potui. Minor eſt ſitis, & minus bibit. Satis bene ſpirat·

Appetitus bonus.

Levis tuſſicula. Pulmones ſero ſcatent, tum à venis tum à cerebro.

Cerebrum plenum ſeſe exonerat in Etmoeides. Unde per nares aliquantulum loquitur.

Melior ſpes utcunque.

Paranda medicamenta ſequentia validiora prioribus, in uſum.

Vinum Chalybeatum Antiſcorbuticum.

℞. Raphani ruſticani raſi ℥iij. Guajaci inter. nigerrimi ℥iiijß. Ligni ſaſafras ℥jß. Raſuræ Juniperi & ſantali cirrini *ana* ʒvj. Summitatum Abſynthii vulg. & Menthæ ſiccarum *an.* *P vj*. Cochleariæ veræ *P xij*. Nucis moſchat· per fruſtra ſect. ʒj. Croci martis aperientis ſaporem atramentoſum retinentis ℥xxiiij.

Croci ♂. inſtar lythargyri nutriatur & trituretur cum pintis ſeu libris *iiij*. Vini Rhenani, agitando piſtillo in mortario ferreo. In eodem vino macerentur reliqua ſimplicia, mox affundantur omnibus mixtis in lagena lapidea ampla, Vini Malaga optimi ℔viij. aut Canarini dulcis. Fiat maceratio in loco tepido per octiduum ante uſum, vas quotidie concutiendo.

Doſis ℥iij. addendo ſi opus ſit cochleare unum ſucci Raphani ruſticani per reſidentiam depurati. Cum exercitio conſueto.

In cœpit ab ℥jß. cum ℥ß. Succi Naſturcii aquat. ob affectum cerebri ſoporoſum.

Syrupus Corallorum. Ad robur Hepatis & Ventriculi.

Corallus rubeus per ſpiritum ſalis diſſolutus, vel per acetum radicatum ſumatur. Nec n. perit tinctura etſi corpus albeſcat, & præcipuè per oleum ⊕li. De hoc ℞. ℥iiij. ſucci depuratiſs. Limonum & Berberis *an* ℔jß. ſummit. menth. & abſynthii vulg. ſicc. *an*. *P j* ß. vel potius ſuccorum depuratorum Menthæ & Abſynthii *an*. ℔ß. digerantur in B. per octiduum, deinde fiat per chartam colatura de qu. cape ℥vj. ſaccharo albiſs. ℥xij. liquat. lentiſſimo B. calore addita ſi opus ſit pauca Aquæ Naffæ. Huic liquamini adde ſyrupi cynamomi, ſive Aq. Claretæ ʒij. pro ſingulis ℥xvj. cum nodulo continente Ambr. griſ. ℈j. Moſchi oriental. *gr. ij.*

Vel ſic ℞. Aq: flor. aurant. ℔j. cynam. interioris ℥j. Macis ʒij. macera, cola, add. ſacchar. quantum poteſt diſſolvere. Fac ſyrupum miſcendo in dupla proportione cum infuſ. corallorum.

Abſynthium additur ad ardorem ſtomachi præcavendum quo vexatur *E. M.* dum Julepos pomeridianos acidos ſumit. Amarum acido permixtum dulcedinem facit.

XXVIII *Decembris.*

Uſque ad hunc diem Regina. Fœlici cum ſucceſſu ſumpſit Vinum chalybeatum ordinarium, à quo valde fuit fluida alvus, ita ut non fuerit opus aliis adminiculis ad ipſam ſollicitandam.

Nono vel decimo quoque die repetita potio purgans, magno cum levamine, & ingenti ſeroſæ materiæ evacuatione.

Tumor abdominis minor, ſeſe in coxas & tybias exoneravit, quæ etiam paulatim minores evaſerunt, attamen continuò tument.

N B. Peſſimè ſibi in potu conſulit *E. M.* quem quum ſitibunda perpetuò hauriat, novam ſubinde ſuggerit Scorbuto, & Leucophlegmatiæ, ſive Hydropi materiam.

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Vide Celſum. Affectus hic faciliùs curatur in ſervis quam in liberis, quos difficillimè, Principes autem nullo modo adigas ad tolerandam ſitim, inediam, labores, &c.

Adventante tuſſi à decubitu humoris tenuis & ſalſiâ cerebro in pulmones, cum ab admiſſo importunè frigore, tum etiam á copia humoris in ſcorbuto ſuccreſcentis, omiſſa vel potius dilata chalybeata Remedia; & præſcriptum decoctumſequens, cum labore, & exercitio ſerrationis conſueto. Eo autem uti cœpit 28 *Decembris*, 1618.

Decoctum bis in die aſſumendum.

℞. Raſuræ ligni ſancti interioris nigerrimi ʒij. Zarzæ parillæ ℥iij. Ligni ſaſafras cum cortice ʒx. Rad. Enulæ campanæ næ Chelidon. major. Rub. tinctorum Petroſelini fœniculi *an.* ℥j. Santali citrini Glycyrrhiz. recent. *an.* ℥ß. Macis ʒij. Vini Rhenani ℥xxiiij. fiat Infuſio in B. M. pro 4 doſibus. Balneum ſit cum polline ſerraturæ quercus. Irrorentur ſpecies vino canarino. Singulis doſibus addatur ℥ß. ſucci Raphani ruſticani.

Vinum medicatum uſuale.

℞. Guajaci ℥xvj. Enul. campan. recentis ℥viij. Vini Rhenani Galones *iiij*. Infund. addendo ſucci Raphani ruſticani ℥viij. bibatur. Serv. in Lagenis.

Effectus.

Abiſtorum uſu imminutus faciei, ventris & tybiarum Tumor. Tuſſis eadem. Siccata alvus, unde aucta ſomnolentia. Rubor in genis ſed cum efflorescentiis ſive puſtulis exilibus in tota facie. Maculæ paucæ ſcorbuticæ hinc inde. Sitis magna & faucium ariditas.

Dentes à Scorbuto vacillantes & exeſæ gingivæ ad quæ incommoda præſcripta.

Remedia ad dentes confirmandos.

NB. Si ⊕. ♂. non ſit ſatis uſtum tota compoſitio nigreſcit inſtar atramenti. ℞. Radic. Symphyt. majoris tormentill. biſtort. *an.* ʒjß. Cornu cervi uſti Spodii *ana* ʒij. Myrrhæ ʒj. Dentium bubulorum ad albedinem uſtorum ʒij. Maſtiches Aurina, ſangu. dracon. *an.* ijß. Acaciæ hypocyſted. *an.* ℈iiij. Croci ex vitriolo martis inſipidi ℈v. Moſchi *grana iiij.* Ceræ alb. q. ſ. ad excipiendos pulveres ſubtiliſſimos. Cui ſi lubet ut ſit mollior addatur aliquid Balſami Peruviani aut Therebentinæ Venetæ. Fiant Lamellæ cum tela tenui. Extendatur paſta, & lævigetur.

Mellago. ℞. Succi Cochleariæ veræ ℥ij. Succi Naſturcii aquat. Beccabung. *an.* ʒj. Succi plantag. ℥jß. Succi Alchimill. Burſ. paſtor. centinod. *an* ℥ß. cum ſyrup. de roſ. ſicc. ℥iiij. fiat mellago, cui adde Acaciæ (ut & ſequent. in omphacio diſſolut.) ʒij. hypocyſtid. ʒij. Myrrhæ ʒj. alumin. rup. ʒß. Croci ex ⊕° ♂ inſipidi ℈viij. Miſce fiat ſpiſſamentum inſtar mellis applic. inſtar. Lamellarum.

Dentes mobiles ligentur ſerico albo cerato.

Mellagine ſequenti uſa eſt E. M.

℞. Succi Cochleariæ ℥ij. ſucci naſturcii aquat. &c. Plantag. *an.* ℥j. Succi limon. ℥ß. Mellis crudi ℥ij. Miſce fiat Mellago, de qua cape ℥j. Sanguin. dracon. ʒj. Pulver. corall. Spodii *an.* ʒß. Myrrh. Aluminis calcin. *an.* ℈j Croci martis ſanguinei ℈ij. miſce fiat Mellago, qua delibuta linteola applicentur gingivis.

Ad Tuſſim cogitatum de ſequentibus.

Pilul. de Styracæ veſperi ad *gr. x.*

Vel Diacodion ut ſolet niſi ſit nimis ſomnolenta.

El. de Styrace.

Diaſulphur.

Syrupus de Myrrha. ℞. Sacchari candi ℥iiij. Myrrhæ ℥ß. diſſolve in ovi albumine duro in cella, ut a. e.

Ex hoc Looch. ℞. Syrupi hujus ℥ij. penidiorum recentium ʒj. Lactis ſulphuris ʒj. Succi Glycyrrhizæ recentis in aqua Tuſſil. diſſolut. ʒij. miſce fiat Looch.

Flores 🜍. vel Lac ex ovo ſorbili cum pauco benjoin. & ſaccharo. ℞. 🜍. ʒj. Benjoin ʒß. ſacchari candi ʒij. miſc. capiat ʒj. quotidie mane.

Suffitus cubiculi, & operimentorum capitis cum maſtiche & ſuccino.

Fumus tuſſilaginis & ſuccini pertubum inſtar Tabaci.

Pyrotic. Nuchæ, brachiis in magno ſopore.

Præcavendus hyderus Pulmonum.

Circa purgantia conſideranda ſunt.

Uſus radic. Iridis.

Semin. Ebuli in Emulſione.

Soldanellæ pulvis.

Syrup. Spinæ Cervinæ.

Infuſ. ʒiij. Mechoachan & ʒj. Jalap. cum ʒß. Macis in vino albo.

Mechoacæ ℥j. tuto poteſt infundi in vino & infuſum propinari.

℞. Seminis Ebuli pleni ʒjß. Jalap ʒß. Infund. per noctem in vino Rhenano aut Canarino, Mane totum ſumatur addita ʒj. Aquæ Cynamomi.

1619.

οὐκ ἄτερ θεῶ.

JANUARIUS, x.

ix. (Pridie injecto clyſtere,) exhibitum fuit Catharticum ordinarium.

Priacæ ſedes compactæ fuerunt, & excrementa laudabilia, quod eſt naturalium facultatum robuſtiorum argumentum.

Reliquæ ſeroſæ, ſatis amplæ minus ab hac purgatione levaminis quàm à præcedenti.

Tuſſis magna.

Faciei imminutus tumor.

Papulæ rubræ per totam faciem.

Sitis magna.

Somnolentia, & ad omnes actiones tarditas.

x. Ut prioribus ante purgationem diebus datum decoctum.

xi. Subſiſtente alvo addita ʒß. pulveris Jalap decocto matutino. Quinque ſedes ſeroſæ.

xii. Decoctum.

xiii. Conſultum capiti. Fluxioni tuſſim facienti. Tuſſi. Siti Dentibus. Et præſcriptum Decoctum magis temperatum & pectorale.

Decoctum.

℞. Raſuræ ligni ſancti ℥jß. Zarzæ parillæ ℥ij. Ligni ſaſafras. Radicum Enulæ campanæ recent. *an*. ℥j. Rad. tuſſilag. ℥ij. Corticis pomorum redolent. ℥jß. Glycyrrhiz. recent. ℥ß. corticis citr. recentis ʒij. infund. in æqaul. partib. paſſulati Antiſcorbutici & vini Rhenani pro *iiij* doſibus, bis in die ſumendis, cum exercitio conſueto.

Sacculi. ℞. Rad. Ireos flor. ℥ij. raſur. Guajac. & rad. cyperi *an.* ℥jß. fol. ſicc. roriſmar. lauri Salviæ majoran. *an.* ℥ß. flor. Lavendul. Caryoph. *ana* ʒiij. ſtyrac. calam. Benjoin *an.* ʒvj. ſuccini ℥jß. fiat omnium pulvis craſſiuſculus includendus ſacculis è tela aſperiori, pro frictione capitis matutina.

Applicetur collo panis è furno calens conſperſus pulvere majoran. Salviæ, caryoph. & irror. ſpiritu vini. Suffitus operimentorum capitis & Cubiculi. ℞. Maſtich. Thuris ſandar. *an.* ℥ß. ſuccini ʒvj. ſtyrac. calomit. benjoin *an.* ʒiij. Cortic. Guajaci. Caryophyll. Ligni Rhod. ligni Junip. *ana* ʒijß. ſemin. coriandr. & Nigell. rom. *ana* ʒij. miſce fiat pulvis pro ſuffitu.

Fumus per tubum.

℞. Foliorum ſiccorum tuſſilaginis ℥j. fol. roriſmarini ʒij. ſuccini ʒjß. Miſc. fiat pulvis utendus ſœpius in die inſtar tabaci.

℞. Succi Cochleariæ ℥j. ſucci naſturtii ʒß ſuc. raphani ruſticani ʒiij. ſucci Limon. ʒij. miſc. ad abluendos dentes cum penicillo è ſpongia vel alio.

Ad ſitim. ℞. Aq. ſpadenſium ℥iiij. Vini Rhenani aut paſſulati antiſcorbutici ℥ij. miſc.

Hac aqua vinum diluatur in paſtibus.

ἄδιψα in primis quærantur.

Nox 13 diei fuit admodum inquieta, tuſſis valida, ſputa leviter emore tincta craſſa tum & viſcida, multa.

xiiii. Sumpſit mane decoctum, laſſitudo univerſalis, non laboravit, Caput fricatum ſacculis.

Sitis magna. Gingivæ à dentibus abſcedentes & ſanguinem fundentes.

Dolor invente ſub hepate, cum renitentia.

Omnia hac á ſcorbuto.

Præſcripta ſequentia.

Eclegma ℞. Radicum recentium Enulæ campanæ ℥ij. Coq. in ptyſana vulgari ad putrilaginem. Pulpa trajiciatur per ſetaceum, de qua cape ℥j. Amygdal. dulc. in aq. infuſ. & mund par. *iiij.* pulver. rad. Altheæ ʒj. pulv. Glycyrrhiz. ʒij. pulv. roſarum rub. ℈j. magiſterii perlarum & corallorum dulcis *an.* ʒß. ſyrupi violati & capill. veneris tum ℥ß. miſc. fiat looch utend. è bacillo Glycyrrhizæ.

Paretur ſyrupus de caulibus cum melle paſſulato & extracto Glycyrrhizæ additis penid. recentibus fiat looch.

Ung. Pectoral. ℞. Pomat. vulgar. ℥ß. butyr. recent. Ol. Amygd. dulc. rec. extr. ſine Igne. Pingued. Gallin. recent. lot. *an.* ʒij. butyr. aurantiorum ʒj. miſc. fiat litus pro inunctione pectoris uſurp. mané & veſperi, ſuperpoſito duplici linteo.

Ad Caput.

Frictiones retorſum.

Cucurbitulæ ſcapulis.

Suffitus ſæpius iteratus.

Cucuſa. ℞. Ireos flor. ℥j. Majoran. ſicc. ℥ß. roſarum rub. ʒiij. Corticis cit^r. & Aurant. *an.* ʒij.

Cas.

Caſs. lign. Caryoph. *an.* ʒijß. ſuccini, oſſium ad albed. calcinatorum *an.* ℥ij. miſc. fiat pulvis pro cucufa interbaſtata tenui.

Vel applicetur ſuturis ſacculis oblongus farctus pulv. ſuccini & Caryophyllorum.

Uſque ad xix ferè nihil tentatum, tuſſis minor, attamen á catarrho αποσςτία, ita ut jure tantum carnium omnia alimento uſa ſit *E. M.* hinc fluxit alvus ſæpius. Dijectiones liquidæ, bilioſæ, cum viſcida pituita.

Attrectatus venter inventus mollier parum tumidus, detumuerunt inferiores artus. Sitis minor.

Gingivæ malé tractatæ à ſcorbuto, dentes admodum mobiles.

Perrectum in earum curatione, lotionibus crebus, & applicatione ſequentium.

Lamellæ continuo geſtandæ.

℞. Maſtiches in aqua vitæ emollit ʒß. Thereb Venetæ puriſs. ℈j. effundatur ſpiritus vini ſicce ▽. hæc a. duo exactiſſimè miſceantur, mixtis addantur ſequentia ſubtiliſſimè pulveriſata. Rad. Tormentill. & biſtorte *an.* ʒj. ſanguinis diaconis puriſſimi ℈ij. Magiſterii Corallorum aciduli. Spodii *an.* ʒ*ß.* Aluminis uſti ℈j. miſc. ut Cylindro in charta vel aſſere fiat lamella ut a. e.

Cogita de mitulis, *chanuis*, unguibus, cochleis ad albedinem uſtis, & conchylibus fluviorum. In ſumma de iis quæ uſta non ſunt auria.

Vide matro perlarum.

Quid ſi loco Thereb. addatur Balſamum peruv. album?

Luxuriantes gingivæ tertio quoque die pungantur acu ad prolectandum ſanguinem ut vid. earum fungoſa caro conſtringatur.

Abluatur ſæpiſſime os, ſive gingivæ colluantur deind. aſtringente cum ſuccis antiſcorbuticis.

Coactus fui tandem gingivas Oleo vitrioli conſumere.

Modus faciendi. Maſtiches emolliatur in Aqua vitæ, ſubigatur manibus oleo amygdalino recenti leviter percunctis, pulvis paulatim ſine igne digitis pinſendo incorporetur. Therebentinæ tantillum leviter cultro ſubinde inducatur: Mirum quantum hauriat pulver. maſtiches, ſuam nihilominus ſervanas tenacitatem.

Lamellæ albæ interdiu geſtandæ.

Materia. Calx extincta & ad dulcedinem lota.

Oſſa vervecina ad albedinem calcin.

Dentes animalium calcinati quid ſi in ſubtiliſs. pulv. triti.

Oſſa petroſa.

Spodium. Cornu cervi uſtum

Magiſter. Corall. perlar. ocul. cancri dulce.

Fæculæ raphani ruſticani.

Creta præparata.

Album plumbum in aq. roſ. vel ſuccis antiſcorbuticis colatis preparatum. Quidni tutus erit ♄. uſus cum ejus ⊖. tuto in dyſenteria exhibeatur?

Mituli fluviatiles. } calcin.
Cochleæ ad albedinem. }

Teſtæ ovorum tritæ.

Mater perlarum.

Interior pars alba oſtreorum trita in alkool. rec. ſalis.

Creta brianſonica.

Variæ ad Gingivas & Dentes.

Fumanel. Vide Galen. *quinto* κατα τόπους.

Gingivarum putredo Laventur aqua ſalita, & adeo confricentur ut ſanguinem emittant. Mox abluantur vino decoctionis Cynamomi, & inſpergatur pulvis ex partibus *ij.* conſolidæ majoris & parte una Cynamomi.

Pulvis gingivas roborans & ſanguinem ex iis fluentem ſiſtens. Dentes firmans.

℞. *Corall.* rub. Margar. ſang. dracon. bol. armen. thuris, corticum cancrorum fluviatil. *an.* fiat Alkool.

Myrrha. Dentes & gingivas ſtringit.

Dentes firmans. ℞. Corall. rub. vel alb. ℥j. Maſtich ℥ß. miſc. & commotis dentibus ſuperponito.

Dentes commotos firmantia.

Bairus. *Decoctum* radic. hyoſcyami.

Acetum ſcylliticum pro collutione.

Vinum decoctionis carabes aut balauſtiorum.

℞. *Gallarum,* roſarum, Cyperi, balauſtiorum, ſumach. *an.* ʒj. Alumin. ʒß. miſc. applica ſuper radicem dentis & gingivam.

℞. *Gallarum,* cupularum glandium alum. Jameni cort. granatorum *an.* tere ſubtil. applica intus & extra.

Maſticatio maſtichis.

℞. *Salis* ℈ij. Alumin ℈j. combuſta extinguantur in aceto fricentur radicis dentium. Deinde os colluatur vino calido.

Decoctum calid. cortic. interioris ulmi.

Suffius cum dente carnis ſuperignem poſito.

Myrrha, Galla, Alumen.

Acacia hypociſtis confirmat. dentes commotos, iis fricentur radices dentium.

Ad gingivas corroſas & Putres.

℞. Flor. Roſarum ℥ß. Gallarum ʒij. Myrrhæ ℥j. fiat pulvis inſpergendus gingivus, prius lotis ace ſcyllitico.

Acetum decoctionis menthæ.

Trochiſci de Orobo faciunt naſci bonam carnem ſupra gingivas. Fiunt ex farma & melle, & exſiccantur in furno ſuper tegula.

Ariſtolochia gingivas & dentes à putredine purgat.

Coralli part. ij. Roſar ℈j. fiat pulvis inſpergendus poſt collutionem ex Aqua ſalſa aut aluminoſa.

Frictio cum tartaro mundificat gingivas putridas & denigratas.

Agreſta cum melle & vino dulci cocta, ad gingivas pro humidas.

Ablutio ex Ammoniaco, melle ex Aqua invicem cortis curat gingivas corroſas & cancroſas.

Radix ireos pulverata applicata curat putredinem dentium & gingivarum.

Gutta ammoniaci facta ſicut collyrium, ad ging. putridas & cancroſas.

Gingivæ ſanguinem fundentes.

Phlebotom. Cephal. Scarificatio gingivarum.

Succus hyoſciami ore contentus.

Vel ejus decoctum cum Vino

Decoctio in Vino aut aceto, vel oxycrato Lentiſci, balauſt. Rad. rubi, gallarum, ſumach.

℞. Tartarum vini & carbonem ligni roriſmarini an. fiat pulvis quo fricentur gingivæ.

Gingivæ tumidæ, cum carnis ex creſcentia.

à Rheumatiſmo.

Aqua ſalita ore contenta.
Muria olivarum.
Rubigo ſerri. *Ærugo* præparata *Balauſt* *Ariſtolochia*. *Semen* Arnogloſſæ. *Vitriolum.* uſtum at lotum ſive terra motua *Vitrioli.*

Gngivas corroborantia.

Dioſcor. *Aloe* cum melle & Vino.
Lac aſininum pro lotione.
Maſticha gingivas contrahit.
Muriæ ſuccus.
Myrrha cum vino & oleo.
Omphacium ore contentum.
Pulegij arefacti cinis.

Rubi fœlia manducata.
Succus caulium ſole denſatus.
Rubus idæus.
Rubigo ferri.
Vinum ſeu ſuccus Berberis. Mathiol.
Fragarie totius decoctum.
Potentilla in aceto cocta.

Gingivarum ſuperflua humiditas.

Acetum ſcilliticum prolotione. Dioſcor.
Alumen.
Balauſtium.
Cancamo adverſus gingivas humore pregnantes nihil efficacius.
Gallæ tritæ.
Smyris Lapis.
Lichen.
Malicorium, & Cytinus.
Omphacium.
Stapis agria. decoct. in aceto.
Pruni folia in vino decocta.
Pruna ſylveſtria poſt maturitatem exſiccata.
Anthera roſarum inſperſa ſicc.
Pumex abſtergit.
Sal cum polenta crematus.
Meſpita decoct. ad collution. Mathioli
Roſmarin. coct. in aceto & vino. *Auſtero* pro collutione Calid.
Viburni & Oliv. folia ſimul cocta in aq. & aceto pro lotione.
Vinum ex punicis cum melle roſato.

Gingivæ. abſceſs. Ulcer. Sang.

Acetum. Dioſcor.
Calcithis.
Miſy.
Oenanthes cinis cum melle abſcedentes cruentáſq; gingivas ſanat.

Plantiginis ſuccus.
Mathiol: *Cochlearum* putamen uſtum.
Lævigatum inſperſum.
Corallium.
Cyclaminis radic. ſuccus cum mellis ana ore detentus.
Fagi folia eſitata.
Pruni ſylveſtris baccæ & radix coct. In aqua aut vino auſtero.

Dentium Commotio.

Dioscor: *Acetum* ſcyllinum.
Alumen cum aceto & melle.
Balauſtij ſuccus.
Cytinorum decoctum.
Malicorium.
Lac aſininum.
Lentiſci decoctum.
Muriæ ſuccus. Omphacium.
Myrrha cum vino & oleo.
Hor.
Mathiol: *Vinum* ſeu ſuccus berberis,
Fragar. & potentillæ decoctum.
Viburni folia.
Virgæ aureæ decoctum

NB. *Iſtis omnibus præſente Scorbuto addenda ſunt ad hunc affectum ſpecifica.*

Cochlearia batava.
Cochlearia Anglica quæ videtur ſpecies halyme ſeu portulacæ marinæ.
Quidni Crithmum & aliæ herbæ ſalſæ ad maris littus creſcentes?
Naſturcium aquaticum.
Beccabunga Anagall. aquat.
Raphanus Ruſticanus, *&c.*
Trifolium paluſtre.

Materia decoctionis ad gingivas laxas humidas & dentes tremulos.

Biſtorta
Tormentilla.
Potentilla.
Plantago.
Cort. granat.
Malicorium.
Cytinus.
Balauſtium.
Meſpila.
Conſolid. maj.
Cynamomum.
Caſs. Lignea.
Cortex quercus:
Tan.
Myrrha.
Hyoſcyami rad.
& ſuccus.
Gallæ.
Roſæ & Anthera.
Sumach.
Cyperus.
Oupul. gland.
Cort. med. caſtan.
Cort. int. ulmi,
Acacia.
Hypocyſtis.
Mentha.
Ariſtolochia.
Gumm. Ammoni.
Rubus vulgar.
Lentiſcus.
& Idæus.
Fragaria.
Tapſus Barb.
Staph. agria.
Aloe.
Alumen.
Sal.
Pruna ſylv.
Roſmarin.
Oenanthe.
Virga Auria

Liquo-

Liquores.

Acetum vulgare & ſcyllit.
Vinum rubrum auſterum
Vuria olivarum.
Muria Simplex.
Omphacium.
Succus Berberis.
Succus Granatorum.
Aqua. Mel.
Succi Antiſcorbutici.
Cochleariæ utriuſque.
Naſturcij untriuſque.
Beccabungæ.
Raphani Ruſticani.

Materia ſicca ad concinnandos pulveres.

Cynamomum. Caſs. lign.
Rad. Conſolid majoris
Corall. alb. & rub.
Margaritæ.
Sanguis draconis.
Lava ſive Cancamum.
Thus.
Bolus armen.
Cortex cancrorum fluviatilium non Combuſtus, & uſtus ad albedinem.
Cancr. marin. & Locuſtæ præſertim horum animalium chelæ calcinatæ.
Cochlearum vulgarium putamen uſtum.
Mituli Uſti, marini & fluviatiles.
Conchilia omnia marina non uſta, Tellinæ, pectunculi, Ungues, Purpuræ, Bucienæ, *&c.*
Oſtreorum conche pars interior mollis & alba.
Ovorum putamina
Creta præparata.
Oſſa animalium ad albedinem, uſta, & dentes.
Spodium ſive Ebur uſtum.
Cornu cervi calcinatum
Magiſter corall. & perlarum.
Matris perlarum, acidulum cum ſpiritu ⊕$^{li.}$ & dulce.
Færulæ raphani ruſticani.
Calx ſilicum, item oſtreorum extincta ad aerem & lota aquis ſanum & plantaginis
Myrrha.
Maſtiche. Sandaracha.
Quæ ex granatis.
Gallæ
Anthera roſarum.
Cupul. glandium.
Cortex quercus Tan
Alumen integrum & uſtum.
Acacia, hypocyſtis.
Ariſtolochia.
Tartarus crudus miſtus, cum carbonibus roriſmarini.
Radus Ireos.
Crocus Martis.
Caput mortuum ⊕$^{li.}$ præſertim martis.
Cinis Tabaci, Pulegij.
Cinis radicis filipendulæ.

Pumex.
Sal.

Glutinantia.

Plantago. Millefolium.
Salicis folia.
Ulmi cortex medianus.
Verbena.
Cochleæ puſillæ.
Sarcocolla. Myrrha. Thus.
Aloe. Mumia.
Baurach aurifabrorum.

Sarcotica.

Thus. Sarcocolla
Aloæ. Myrrha.

ἐπουλωτικα.

Malicorium. Balauſtium.
Lapis hæmatites.
Myrtilli. Calx viva.
Alumen uſtum.
Vitriolum uſtum.
Æs uſtum & ejus ſquama.
Lapis calaminaris.

ἴσχαιμα.

Telepſium. Pelygonum.
Pimpinella. Urtica radix & folia.
Ebulus.
Pentaphylli radix.
Androſcemum.
Symphytum majus.
Plantago.
Corallus. Hæmathites.
Mumia Thus. Myrrha.
Maſtiche. Sangu. dracon.
Bolus armen. & omnes terræ.

NB. *Modi varij Lamellarum parandarum.*

Cum Gummi Ammoniaco emollito & de purato excipiantur ſpecies ad paſtam inducendam linteo.

Ex Maſtiche emoll. cum vini ſpiritum & ſpeciebus, ut ſupra ſæpius.

Ex tela cum Cera virginea pauca Therebentina, & ſpeciebus.

Paſta inducenda telæ cum tragacantho diſſolut. cum ſuccis antiſcorbuticis.

♂. *In gingivis* Sanguinem fundentibus, linteum ſæpius imbutum idoneo tempore ſpermate ranarum & ſiccatum.

Cortex quercus Tan veluti in ſtappam reductus.

Item Caſſia Lignea, vel minus acre Cynamomum.

Glycyrrhiza lota, in decocto Tan & aliorum ſæpius infuſa & ſiccata, aut linteum multiplex, vel ſpiſſum ſæpius mutandum.

Ad excipiendas mixturus Subſtantiæ.

Canabis Linum.
Urticæ cortex.
Glycyrrhiza recens contuſa.
Bombax.
Filamentum carptum.

Paſta inter duo lintea tenuiſſimæ, filo ſubtili conſuta, vel cera oblita.

Linteum duplex, alterum externum cum cera alba, internum alterum verſus gingivas cum mixtura vel ſpeciebus.

Lamellæ incarnantes Rubræ ſunt, optimæ.

℞. Olibani ſarcocollæ. Gummi Lavæ. *an.* ℥ij. Myrrh. ʒj. Caſs. Ligneæ ʒj. Magiſter. perl. Corall. oculorum cancri *an.* ʒß. Spodii cornu cervi uſtum *an.* ℈ij ß. Aluminis rup. ℈ij. Maſtiches in vini ſpiritu diſſol. ad pondus omnium. Miſce, ut artis eſt, ſubigendo & pinſendo manibus; adde inter formandum Therebentinæ venetæ ℈j. vel ad ſummum. ʒß.

FEBRUARIUS.

CUM abſtinuiſſet à chalybe Domina per plures ſeptimanas, tum ratione tuſſis, tum ne nimis aſſuefieret uni remedio natura, recurrente cachexia, & pallido faciei colore ac tumore, cogitatum de regreſſu faciendo ad conſuetum, & ſemper proficuum Remedium.

At tuſſis perſeverat. ℞. Occurrendum urgentiori, Cerebrum turget ſero, & ſomnolenta eſt *E. M.* non ſine Cæri aut Apoplexiæ periculo.

Si hepar generet ſanguinem laudabilem caput minus habebit aquæ, minor erit tuſſis, nullúmque impendebit pulmoni periculum.

Chalybeatis admiſceantur antiſcorbutica præſertim *Naſturcium*, de quo ſic *Rondeletius*
NB. Method. cap. 19. De Subeth, ſive ſomno profundo.

Hic prodeſt edere Naſturcium, aut coctum in juſculis, aut crudum in acetariis.

Nihil enim eſt quod cerebrum magis exſiccet, & vigilias excitet quam Naſturcium. Unde illud proverbium in ſomnolentos *Ede Naſturcium*. Quare non poſſum non mirari quod *Fernelius* ſomnum conciliare ſcripſerit. *cap.* 2. *lib.* 2. *Patholog.*

III. *Febr.* magna fuit Tuſſis, cum ſputo craſſo viſcido copioſo. Fuit a. leviter rubens ſputum; An à faucibus? An vero potius à gingivis, quæ laxiores à ſcorbuto, & etiam croſæ continuo ſanguinem fundunt? Licet iſtud excretum non videatur crucentum.

Injectum mane Enema eduxit multo pituitoſa, ſcybala etiam flava.

Minus fuit ſomnolenta, nimium tamen.

Mirum eſt quam madidum ſit Cerebrum, & quanta pituitæ liquidæ copia per os emanet, quæ inter dormiendum cruenta ſtellat ex ore in ſubjecta lintea.

Præſcripta talis potio ſine Rhabarbaro, quia ab eo abhorret.

℞. *fol.* ſen. mundatorum minutim inciſorum ʒvj. Cremoris tartari ℥ij. Caryophyll. N°. iiij. Inſund. per noctem ſuper cineribus tepidul. mane fiat colatura ad ℥jß. cui add. Inſuſionis roſarum pallid. ℥jß. pulv. ſubtiliſs. Jalap. ℈ij. Aquæ Cynam. ʒj. Miſce fiat Potio. NB.

In vino Rhen.

Ad dentes & Gingivas.

Mellago. ℞. Mellis. roſ. ℥jß. ſucci Naſturcij ℥j. Alumin. rup. ʒj. ſucci Plantag. ℥ß. coq. ſimul agitando continuo ramulo roriſmarini, ad mellaginem ſatis ſpiſſam. Quæ inducatur Lammelles.

Lotio. ℞. Vini Rhenani ℔jß. Aqua plantagin. ℥iiij. Caſs. lign. ℥ß. Nucum cupreſs. ℥iij. Alum. rup. ℥ij. Stent in continua infuſione, ad lotionem ante applicationem Lamellarum.

Potio purgans præſcripta copioſiſſimè varios duxit humores, & primò evacuata fuit multa bilis, deinde magna ſeri quantitas, tandem etiam plurima pituita viſcidiſſima.

Utcunque proſtratæ ab iſta evacuatione vires, attamen intra biduum refocillati fuerunt ſpiritus.

Tuſſi infeſtante præſcriptum Looch cum pulpa radic. Tuſſilaginis Altheæ Enulæ campan. coct. In ptyſana vulgarii, addito melle paſſularum penidiis recentibus, & Oleo Myrrhæ per ovum parato.

Hoc remedio vix uſa eſt *E. M.* ut nec fumo Tuſſilagines ſuccini & Olibani, à quo tamen per tubum inſtar Tabaci attracto, manifeſtum ſenſit levamen, eo tantum per biduum uſurpato.

Diacodium bis ſumpſit hora ſomni fœlici cum ſucceſſu, & tuſſis levamine.

VII *Februarij*. Cœpit uti Vino Chalybeato Antiſcorbutico, cujus ℥ij. addita fuit ʒß. ſucci Naſturcij aquat. depurati.

Hoc remedium ut ſemper, ipſa hac vice mirabiliter fuit proficuum, ita ut vel tridui aſſumptio, magnam in melius oſtenderit mutationem.

Detumuerunt planè Tibiæ, Coxæ, Venter, & magna ex parte Facies.

Tuſſis nullo modo aucta imò imminuta.

Vires auctæ, & ſumma quæ erat coxarum debilitas à ſcorbuto penè evanuit, ita ut ſine adminiculo incedat ſatis alacriter.

Horis pomeridianis datum Julep ex ℥iij. Vini clareti & ℥j. ſucci naſturcij aquatici.

Sopor ab his plane abiit.

Exercitium non emiſſum.

Magna per multos dies etiam ante chalybem ποσιτια.

Excrementa alvi copioſa liquida, ipſo primo chalybis die nigra.

Licet plurimum fluat alvus non debilitatur, imò ſe levari aſſerit.

At macreſcit, cibum non appetit. quod ſibi familiare aſſeris etiam dum integra fruiter valetudine.

Verum tamen ſignum eſt, non attrahi ab hepate alimentarium ſuccum, qui colloquatus in ipſa prima regione effluit. Si nulla aut debilis ſit attractio, mala etiam ſuccedit diſtributio.

Omne nimium naturæ inimicum. Ergo moderatione opus eſt, non per aſtringentia ſed per roborantia ſimul & renutrientia Analeptica.

Menſe Martio. E. M.
Obiit 20 die, 1619.

Sub finem horrendi Cometæ, qui toti penè *Europæ* ſævi præſagus fuit excidii. Ejus influentia & lugendi effectus durant in hunc uſque diem. *Anno.* 1649. *Martii* 29.

FINIS.

Sequentia a me Præſcripta

Sereniſſimæ Reginæ Magnæ Britanniæ,

MARIÆ HENRIETTÆ.

Invictiſſimi quondam Monarchæ Henrici IV. Franciæ, *Regis, & Domini mei Filiæ.*

1°. *Auguſti.* 1626.

Quoniam uno abhinc *Anno E. M.* ſæpius vexata Stomachi doloribus, ſolita fuit uti pulvere Lap. Bezoar, cum aquâ Cardui Benedicti, magna cum levamine idque quotidie, ſtatim poſtquam experrexit.

Antequam de agendis deinceps decernam, ne veterem jam conſuetudinem ex abrupto immutem.

℞. Lapidis. Bezoar orientalis gran. *vij.* Magiſterij perlarum non loti gran. *v.* Miſc. exhib. quotidie mane ex aquâ pomorum redolentium ſtillatitia.

Hic cogitandum de pulvere aliquo Cardiaco & ſtomachico grato, parando in mediocri quantitate, in eundem uſum.

Abſtemia eſt *E. M.* ideo & propter nimium fructuum eſum cruditatibus multis ſcatet ventriculus, quæ pertinaciſſimas pariunt obſtructiones in hepate & Liene, unde iſtius ſæpè repetens dola, crebra ſuſpiria. Metus mœſtitia. Ut a jocinoris vitio cutis fœditas, & icteri Virginei ſatis jam confirmata primordia, &c. Ut Aqua quam copioſè potat aliquantulum corrigatur.

℞. Aquæ fontanæ puriſſimæ ℔ij. bulliant una vel altera ebullitione, & detrahendo ab igne injice ſeminis Coriandri præparati ℥j. ſinatur aqua refrigerari, coletur pro potu ordinario.

Sic præſcripſi at *E. M.* ſaporem Coriandri intenſum ferre nequit, propterea ad ℔viij. Aquæ ſufficiet ʒj. (imo ʒß.) ſeminis Coriandri. NB.

Quotidie præparetur nonus liquor pro prandio & cœna, & in loco ſubterraneo reſervetur.

Hic cogita de decocto Radic. chin.

Decoct. Radic. Calcin. vel Eryng. & filii. fœm. Decoct. Lentiſci.

Aq. Cynamomi Hiſpanor. Decoct. cornu cervi. Ebur. raſur. dent. Eq. marini.

Aqua de Paſſas, cum fragis. Moris rubi Idæi. Ribes. Groſſulis.

Pulvis Digeſtivus.

4 *Auguſt.* ℞. Seminis Aniſi & fœniculi dulcis, Coriandri præparati *an.* ℥ß. Cortic. exterioris citri & Aurantiorum condit. ſicc. *an.* ʒiij. Roſ. rub. Cynam. interioris *an.* ʒj. Ambræ. griſ. ℈j. ſacchari albiſs. quadruplum pondus omnium. Miſce fiat pulvis ſubtiliſs. Utendus è cochleari, hora dimidiâ poſt ſingulos paſtus.

Paulò ante Ingreſſum lecti ſumpſit cochlearia duo parva aquæ Menthæ ſtillatitiæ magno cum levamine, idque per biduum.

Ung. pro Stomacho.

℞. Ung. Aurantior. ℥ß. Olei ſtillat. nucis moſch. vel ejus defectu olei expreſs. macis ʒj. Balſami Peruviani ʒij. Miſc. fiat linimentum, pro Regione Ventriculi, uſurp. in ingreſſu lecti, ſuperpoſito calent Linteo.

Poſtridie qui fuit 5to Auguſti *doluit dens putris dextri lateus maxillæ inferior. & facta fluxio in mala cum tumore, & duritie adhærente ipſi oſſi.*

Ad fluxionem ſiſtendam dolore demulcendos & Humorem diſſipandum.

Empl. Odonticon.

℞. MaſſæEmplaſt. contra rupturam & de Maſtich *an.* ʒij. Gummi Elemi ʒijß Croci ſubtiliſs. pulver. Succi peregrini magiſtraliter tractati, i. e. Opij depurati *an.* ℈j. Miſce fiatEmplaſtrum cujus portiuncula extendatur inSoloſericum, applic. arter. temporal. lateris dolentis.

℞. Olei Amygd. dulc. recenter extract. ſine igne ℥jß. ſpermat. Ceti recentis ʒß. Miſc. pro litu malæ tumentis & dolentis, uſurp. noctu ſuperpoſito vel lafuccida, vel duplici linteo.

Semel tantum applicatum iſtud remedium poſtea veró per triduûm Empl. Diacalcitheos emollit. in ol. Roſato. Aquo & evanuit dolor, & pars planè detumuit.

NB. Redivivi ſunt ſœpius iſti dentium dolores. Quibus tollenda anſa per dentis evulſionem, quam ſe recuſet *E. M.* de conſumendo & putrefaciendo dente erit cogitandum.

Vide trochiſcos meos pro Rege Jacobo.

Ad evulſionem indolentem cogita de oleo Ranarum arborearum viridium.

Pulvis Cardiacus.

Iſtum ego deſcripſi exhibendum mane pro neceſſitate urgentibus ſymptomatis Melancholicis, & Laborantibus Corde & Ventriculo, Loco conſueti illius pulveris ex lap. Bezoar. & perlis. 13 *Aug.* 1616.

℞. Lapid Contrayerva.
Bezoar orient. *an.* ℥j. *gran.* x.
Cornu cervi ad ſummam albedinem uſti, & cum Aqua meliſſæ introchiſcos reducti Ejuſdem crudi primarii recentis *an.* ʒij.

Raſur. Eboris.
Oſs. de corde Cervi. } *an.* ʒjß.
Dent. Equi marin.
Magiſterii aciduli Perlarum Corallorum.
Oculorum cancri *an.* ℈iiij.

Chriſtalli per extinctionem in Aqua Meliſs. (in oleo ♀^{ri}) præparati.

Smaragdi præpar. *an.* ℈v.

Ambræ griſeæ ʒß.

Fiat omnium Alkool.

Servandum in ampulla vitrea forti optimè obturata.

Doſ. ℈j. ex Aq. capitis Cervini & Meliſſæ.

Utiliter addentur ſuccini albi præparati ʒij. ſed augenda erit quantitas Contrayerva & lapid. Bezoar, ita ut ſingulorum ſumantur ʒjx. *gran.* x.

Aliquando pulvis iſte reddatur Alexipharm. ſic.

℞. Pulveris, Cord. & hepat. Viper. *an.* partes æquales. Miſc. Doſis ℈j. ex aqua conveniente. Vide de Corallo albo & nigro

Tabellæ Cardiacæ.

℞. Pulveris præſcripti ℥j. Conf. Alkermes ℥ß. ſacchari Roſati ℥vj. miſceantur omnia exacte, & addita muccagine ſemin. Cydoniorum extracta in Aqua Roſarum fiat paſta, ex qua fermentur tabellæ ponderis ʒj. ad lentum calorem ſiccandæ & reſervandæ loco ſicco.

Pro Dominæ libitu poterit inſtillari tantillum olei Cynamomi.

Vel. ℞. Conf. Alkerm. flavedin. citri condit. ſicc. *an.* ℥ß. Oſs. de corde Cervi Cornu cervi primar. recentis *an.* ʒijß. Ejuſdem ad ſummam albedinem uſti ʒiij. ſuccini albi præparati ʒij. Terræ ſtrigenſis lemniæ *an.* ʒj. fragmentorum Saphyri Smaragdi Chriſtalli rup. præp. *an.* ℈v. Magiſterii aciduli Coralli, utriuſque perlarum, Ocul. cancri *an* ʒij. ℈ij. Lapidis Bezoar, utriuſque lapidis Contrayerva *an.* ℈iiij. Ambræ griſ. ʒß. fiat omnium pulvis impalpabilis cui addatur quadruplum ſacchari Roſati, i. ℥xx. ℈ij. & cum muccagine ſeminis Cydoniorum extract. in tribus partibus Aquæ Roſarum Damaſcen. & una Aq. Cynamomi fiat paſta ex qua itidem Tabellæ ponderis ʒj. reſervandæ loco ſicco.

Sufficiet quartam ſaltem partem præparare, i. e. circiter ℥vij.

Pilulæ Stomachicæ Magiſtrales.

℞. Gummi Ammoniaci in aceto ſambucino factiſs. diſſoluti trajecti & inſpiſs. ℥ij. Pulv. ſubtiliſs. Rhabarb. ſenæ Cremor. tartar. alb. *an.* ℥j. Maſtich. ſelect. ʒvj. Myrrhæ Croci *an.* ℥ß. Aloes è veſicâ ad pondus omnium. Miſc. fiat pulvis ſubtiliſs. qui loco ſyrupi excip. ſ. q. Extracti ſequentis, & fiat maſſa pilul. cui add. Salis Abſynth. & Gemmæ *an.* ʒiiij. Olei ſtillat. Aniſi & ſaſafras *an.* ʒj. fiat perfectiſſima commixtio, iteratâ triturâ & malaxatione, Serv. in veſicâ bubula oleo peruncta, quæ includatur vaſe vitreo, vel fictili vitreato, ad uſum.

Extractum. ℞. Fol. ſenæ mundat. minutim inciſorum Rhab. Agarici *an.* ℥ij. fol. ſicc. Abſynthii pontici & Menthæ *an.* ℥j.

Caryophyll. Cynam. Macis Zinzib. *an.* ʒij. Ex omnibus præparatis, cum Aqua ſtillatitia Meliſs. & quarta parte Omphacii limpidiſſimi extrahatur tinctura digeſtione ut a. e. qua coaguletur in extractum mellaginem.

Maſtichinæ ſernel.

℞. Maſtich. ℥ij. Aloes ʒiiij. Agar. theriac. Pulv. hieræ ſimpl. *an.* ℥jß. Cum vino Malvatico cogantur in maſſam.

Pil. Scaligeri.

℞. Aloës Succotrin optim. ʒij. pulveriſ. & macer. in ſucco Endiviæ, ſicc. in umbra atque iterum macer. in eodem ſucco & ſicc. Rhab. electi ʒvj. macer. in ʒij. ſucci Roſ. & ʒj Vini albi fiat expreſſio colat. quæ affund. Aloë præpar. ut ſupra. Add. pulv. Galangæ ℈j. Spicæ nardi ℈ß. Salis gemmæ ʒß. formetur maſſa, de qua capiat doſin dictam urgente neceſſit. Hora una ante paſtum. i, e. ʒß. vel ℈ij.

Pil. Macri.

℞. Aloës crud. ʒij Maſtich. ʒß. Majoran. ʒij. pulverata omnia ſubtiliſs. excip. ſucco caulium viridium, in quo diſſolutum fuerit ſacchar. ad ſyrupi conſiſtentiam. fiat maſſa diu malaxanda manibus Oleo Amygdal. dulc. recent. perunctis.

Cochiæ Minores.

Zappat.

℞. Aloës Dacrydii colocintid. *an.* ʒij. fiat omnium pulvis impalpab. Excipiatur ℥x. ſyrupi de ſtœchade, & fiat maſſa malaxanda manibus oleis Amygdal. & Aniſi percunctis. Doſ. à ʒß. ad ℈ij.

Pil. Catharticæ Majores.

℞. Pulpam Colothynthid. quæ exactiſſimè ſeparatis ſeminibus forficibus incidatur, ei affundatur acetum ſtillatitium ab omni phlegmate ſeparatum, fiat infuſio per tres quatuor-ve horas, in vaſe argenteo, mox fiat in eodem ebullitio per horæ quadrantem, ſemper agitando, ne pulpa fundo vaſis adhæreat, fiat colatura & expreſſio per Canapatium, Magmati affundatur novum acetum, & fiat ut ſupra donec tota Colocynt. abieret in palpam ſive pultem, quæ lento calore coaguletur ultra mellaginem. Aloe optima bis imbibatur ſucco Roſarum pallidarum; vel ejus defectu Infuſo ſaturatiſſimo, & coaguletur.

Vide de Reſina Scammonii

Scammonium optimum diſſolvatur in ſucco depurato Aurantiorum, atque ſeparatis omnibus ſordibus in B. Vaporoſo inſpiſſetur.

℞. Colocyntid. ſic præparatæ Aloes *an.* ℥ij. Scammonii ʒx. ℈ij Olei ſtillat. Caryophyll. & Aniſi *an.* ℈ij. Miſc. reduc. ad conſiſtentiam pilularum. Serv. vaſe vitreo vel Myrrhino ad uſum. Opus hic eſt fermentatione duorum menſium ad minus Doſis. ℈j.

Extr. Panchymag. ſive Catholicon.

℞. Fol. ſen. mundat. minutim inciſorum ℥x. Rhabarb. agar.

albiſs. *ana* ʒiij. Turbith hermodact. *an.* ℥iiij. Omnia conciſa & contuſa extrahantur in balneo vaporoſo tepidulo per aquam pluviam diſtillatam, Infuſione duorum dierum, Tandem poſt expreſſionem & colaturam fiat exhalatio ultra mellaginem. De qua cape ʒiiij. Aloes crud. ℥j. diſſolvantur optime affuſa aqua Cichorij. Adde pulpæ Colocynt. Ut ſupra preparatæ (loco aceti ſtillatitij ſumatur acetum Scylliticum vel Sambucinum validiſſimum) & Scammon. itidem in ſucco Aurant. diſſolut. colati, Inſpiſs. *ana* ℥ij ß. Salis Abſinthij Artemis. Gemmæ *ana* ℈v. Olei Aniſi & Cynam. *ana* ℈ijß. fiat coagulatio in B. vaporoſo ad conſiſtentiam Pilul.

NB. Ante coagulationem fiat per duos dies circulatio in duplici boccia, ut a. e. in B. vaporis.

Præparentur ſequentia.

Syrupus Florum Vetonicæ rubræ per multiplicem eorum infuſionem in Aqua ſtillatitia eorund. Vel ſi quantitas Florum deſit, in Aqua pom. redol. extracta ex ſucco In B. M.

Oleum ſive liquor acidus 🜍 per campanam, qui liquor á fuligine ſeparetur per digeſtionem in B. & per vitri polinem tranſcoletur.

Aqua Meliſſæ & Menthæ per fermentationem.

Cremor 🜿 ſimplex & Magiſtralis.

Tartarus 🜔 cujus Liquor reſervetur.

Spiritus 🜔li Martis & communis.

Crocus Martis ſine Igne & Aceto.

Saccharum Martis.

Dentifricium.

℞. Laterum duriſſim. & rubicundiſſ. ℥ß. Carbonis ligni Roriſmar. ʒij. Lapid. Pumicis, Interioris oſs. ſepiæ *ana* ʒiij. Corall. rub. præpar. Marg. præpar. Cornu cervi ad albeddinem calcin. *ana* ʒj. Moſchi gran. ij. ambr. griſ. gran. iij. fiat omnium pulvis ſubtiliſs. excip. ſ. q. Syrupi facti ex Omphac. & ſacch. Cand. pro dentifricio.

Paſta ad Manus.

℞. Farinæ Lupinorum Rad. altheæ pulveris. *ana* ℥iiij. amygdal. dulc. amararum mundat. & pineol. non rancid. *ana* ʒvj. Nucleorum perſic. & Bericocc. mund. *ana* ℥iij. ſaporis Moſchati Terantur omnia in mortar marmoreo, affuſa pauca aq. Roſ. moſchata, fiat paſta ſervanda in vaſe vitreo.

Aqua Myrrhæ.

℞. Seri lactis recentis non acidi ℔vj. Sang. vituli recenter mactati, poſt congelationem confracti, & à fibris ſeparati ℔iiij. Succi ſempervivi majoris recenter expreſſi, & per reſidentiam depurati ℔iij. Ova Gallinacea recenter poſita N° *xij.* ponantur omnia ſimul in bocciam amplam vitream addendo placent. Roſar. pallid. non combuſt. *Miiij.* Corticis citri recentis, Santal. citrin. Benjoin nodulo incluſorum *an.* ℥j. Superponatur capitellum & fiat diſtillatio, in B. M, ut a. e.

℞. Liquoris iſtius diſtillati ℔iiij. Vini Canarini optimi ℔j. aq. Roſ. alb. Nenuphar. naſſæ *ana* ℔ß. Myrrhæ ſelectiſs. quæ in vino dicto, diſſolatur ℥iiij. miſce fiat iterum diſtillatio in B. & ſervetur liquor ad uſum.

Aqua Detergens.

℞. Aq. Myrrhæ præſcriptæ ℥xvj. Sacchari Cand. ℥j. Baurac. ʒij. Camphor. ʒß. Uſus ſit per ſe, vel cum Balſamo Peruviano albo.

Pulvis odoratus pro ſacculis.

℞. Ireos florent. ℔iiij. Calami aromat. ligni Rhod. Santal. citrin. *ana* ℔ij. cortic. citr. ſicc. majoran. Thymi citrati à ſtipitib. mundat. *ana* ℔jß. Ciperi odorati ℔iij. Benjoin ℥xxiiij. Styrac. calamit ℥xij. Placent. roſ. pallid. quas Damaſcenas, *Angli* vocant, non combuſt. ℔v. Roſ. rubearum ℔x. florum Lavendul. & Melilot. *ana* ℥xvj. Caryophyl. Cynam odoratiſs. *ana* ℥v. Semin. Coriand. ℥x. fiat ommium pulvis Craſſior.

Trochiſci de Abſinthio.

℞. Abſinthij Utriuſq. Rhabarb. electi. radic. chelidon. maj. rad Oxylap. ſicc. *ana* ʒij. Succi agerati inſpiſſati ℥ß. Santali citrini. chamædr. chamæp. fumar. cuſcut. centaur. min. Hypertic. ſemin. aniſi *ana* ʒjß. Macis ʒj. Tartari chalybeati non vomitorij ℥j. Siccata, ut decet omnia reducantur in pulverem ſubtiliſſimum, qui excipiatur ſuccis cichorij & agrimon. depuratis & inſpiſſatis. Fiant Trochiſci. lentè ſiccandi.

Vſus. ℞. Trochiſcorum prædictorum ʒß. 27. Septembris 1616. Salis abſinthii vitriolati, (qui parabitur ex eo in veſica per aquam calentem diſſoluto, & Vitrioli ſpiritu.) gran. x. Miſce. cum tantillo ſyrup. florum Veton. rub. vel de corticib. citri. pro una doſi. cap. mane ſuperhauſto juſculo per dies xx. & plures, & ſuperambulet.

Quarto quoque die detur doſis pilul. maſtichin ſernel. vel potius ſtomachicarum magiſtral. ad ʒß. vel ℈ij. hora dimidia ante cœnam.

Loco ſalis abſynth. Vitrioli. ℞. Salis abſ. chriſtallini & ♀ ⊕$^{\text{lati}}$ *ana* gran. v.

Potus ordinarius eſto aq. coriandri, in quo inſuſ. fuer, lign. nephritic.

Vel Aq. Lentiſci.

Linimentum hepaticum.
Ceratum ſantalin.

Pro Domina Laborante dolore Lateris dextri à tenſione ob cruditates & flatus. Ob ni- 29. Septembris. 1616.

nimium frictuũm eſum. & maximos in victu errores.

℞. Foliorum Abſinthii pontici agrimon. ſcabioſ. Florum Geniſt. an. P j. Eupatori utriuſque *ana* P ij Sandali citrin. ſubtiliſs. pulver ʒiij. Roſarum rub. P ß. Unguenti Roſati Meſv. ℥xij. Vini albi aquæ Cichor. & dulcamaræ *ana* ℔j. bulliant ad liquorum conſumptionem, deinde fiat fortis pinguedinis ab herbis expreſſio. De qua cape ℥iij. Olei Jaſmini, Unguent. aurantior. *ana* ℥ß. miſce, abluatur trib. part. aqu. Roſar. & part. j. aceti Roſ. fiat linimentum ad uſum, qui ſit diu & multum fricando mana.

Liniatur hypochondrium dextrum manè.

Addita pauca cera fiat ceratum, quod tum minus probo.

xxvij.° *Septembris*, hora dimidia ante cœnam ſeſqui ſeptimâ *E. M.* ſumpſit pilul. Maſtichinarum fernelii ℈ij. Sequenti die 28. circa ſeptimam matutinam ſemel dejecit copioſ. dura liquida nigra. Deinceps bis fluxit alvus, in parva ſaltem quantitate. Conqueſta eſt de lenta Medicamenti Operatione.

Sitis magna. Veſperi calor, nox inquieta, attamen benè cœnavit.

Ipſo purgationis die nec ab unis, nec à perſicis ſibi temperavit.

Notanda gravia animi pathemata melancholica à cauſis externis.

Præſcripſi a. pululas, quia conquerebatur de lateris dextri dolore, & cruditate ventriculi.

Ante decem dies. Sumpſerat. *E. M.* ſaltem ʒ ſ. iſtarum pilularum, à quibus ter purgata fuit, & educta craſſa, viſcidiſſima. Dormivit cum pilulis uſque ad nonam matutinam.

Sæpiſſime *E. M.* contingit, ut habeat Labia valde ſicca. Ab intemperie hepatis.

Pilul. ex tribus fernelii.

℞. Maſtiches ℥ij. aloes ʒiiij. Agarici trochiſcati pulver. Hier. ſimpl, *ana* ʒ jſ. Rhabarb. electi ʒ ij. Cynam. ʒ ß. cum ſyrupo de cichorio fiat maſſa. ſ. a.

Pilulæ Stomachicæ Magiſtrales.

Præcedentibus pilulis quæ ad ℈ij. Quinquies Dominam purgaverunt ſed cum magnâ ſiti (alias cum ἐυφορία) (de ſtomachicis magiſtralib. loquor) temperatiores ſunt iſtæ pilulæ. & naturæ Calidæ, bilioſæ magis conveniunt.

℞. Radicum Cichor. Oxylap. Taraxaci Dulcamar. Chelidon. maj. *ana* ʒj. fol. Agrimon. fumar. chamædr. chamæpyt. ceterac. *ana* M j. Flor. nenuph. Viol. calend. Betonic. Veton. rubræ. *ana* P ij. Aceti albi acerrimi ℔ij. bulliant ad tertiæ partis conſumptionem, mox fiat colatura.

℞. Gummi Ammon. in aceto præſcripto diſſoluti, trajecti & inſpiſſati ℥ ij. Pulveris ſubtiliſs. Senæ. Rhab. agar. recent. Theriac. *ana* ℥jß. Maſtich. ʒj.

croci

Mryrh. ℥ß. Omittatur propter calorem & affinitatem cum opocalpaſo.

ci ʒij. Aloës in ſuccis depuratis Endiv. & fumar. diſſolut. traject. & inſpiſſat. ad pondus omnium. Salis tartari albiſſimi ʒv. ℈j. Salis gemmæ, ſalis abſynthii *ana* ʒij. ℈ij. miſce & cum ſyrupo Roſarum pallid. ſolut. fiat maſſa pilularum ſervanda in veſica oleo amygdalar. dulcium percuncta.

Doſis ℈ij. horâ una ante levem Cœnam.

Vide de exhibendo medicamento horis duabus à cœna, quia E. M. *experge fit ob nimis citam medicamenti operationem.*

Pilul. Uſuales.

℞. Maſſ. pilul. de tribus. fernel, ℥ij. ſtomachic. cum gummis ʒj. Salis Abſynthij ʒij. Miſce fiat maſſa, Cujus doſis ſit pro Domina ℈ij. ante cœnam.

Pilul. Macri Magiſtrales.

℞. Rad. mundat. Oxylapathi Oxalid. Cichor. *an.* ℥j. fol. Betonic. Chamædr. chamæp. agri. *an. M j.* Major. *M j* ß. abſynth. utriuſque *ana M ß.* ſem. fœnic. dulcis & coriand. præparati *ana* ℥ß. fol. Senæ mund. minutim inciſ. ℥ij. Crem. tartari albi ℥j. Sena cum Tartaro infund. per horas tres in ℔iiij. Aq. font. vaſe fictili. vitreato, ſuper cinerib. tepidis, mox addantur cætera, & lento calore fiat decoctio, ſæpius agitando baculo, donec tribus partibus liquoris conſumptis reſtet tantum ℔j. ſive ℥xvj. fiat expreſſio, & per manicam colatura, cui adde infuſionis Roſarum pallidarum duodecimæ. & ſucci caulium viridium depurati *ana* ℔ ß. in his diſſolve Aloes Succotor. ℥iiij. fiat in B. vaporis exhalatio ad mellaginem.

℞. Rhabarb. electi minutim triti ℥j. Cynamomi inter. ſantal. citr. *ana* ʒij. Aq. Endiv. ℔ j. ſucci limon. depurati ℥ij. Miſce, & fiat in *B.* digeſtio per horas 24. mox expreſſio fortis quæ affundatur mellagini Aloes prædictæ, atque in *B.* fiat exhalatio ad conſiſtentiam pilularum, Cape de hac maſſa ℥ij. Maſtich. ℥ß. pulv. ſubtiliſs. Majoran ʒiij. Salis gemm. ʒij. ſalis abſynthij ʒj. Olei aniſi ʒß. Miſce, & ſi aliquo liquore opus ſit vel ad formandas pilulas, vel deinceps ad humectandam maſſam, ſumatur ſucci caulium viridium, inquo diſſolutum fuerit ſaccharum ſufficiens quantitas. Doſis ʒß. ℈ij. in aliquibus ℈j. ſemel ad minimum in ſeptimana.

Ventricul. Enerruſt. & vapores ab eo aſcendentes arcent. à Cerebro. Fœlicem iſtarum quotidie experior pilularum effectum.

Extractum Catholicon Efficax.

In parandis extractis ex ſimplicibus purgantibus benignis, Agaricus, & hermodactyli fere toti abeant in pultem adeo viſcidam, ut difficillima ſit liquoris tincti tranſcolatio. Adde quod iſta, aut parum, aut nihil ferè purgant unde cum ad augendam tantum medicamenti molem faciant, ſatius ea amittere, & ad Extracti Corpus tantum accipere ſenam & Rhabarbarum. Sequens ſit inſtar omnium.

℞. Senæ mundatæ ℥ xvj. Rhabarbari. electi ℥ iiij. Cremoris tartari albiſs. ℥ ij. Olei tartaridum. ℥ j. Ex his cum Aqua pluvia ſtillatitia extrahatur, tinctura, quæ coaguletur in extractum mellagineum, de quo ℞. ℥ iiij. Jalap & mechoacan, reductorum in Alkool *ana* ʒj. Aloes è veſicâ ʒij. Pulpæ Colocynthidis ut ſupra præparatæ. Et Scammonium. puriſs. in ſucco aurant. diſſolut. & leniter inſpiſſat *ana* ℥iiij. Miſce, ducantur in porphyrite ut a. e. Adde pro ſingulis maſſæ unciis Salis Abſynthij ℈j. ſal. Gemmæ & Artemiſ. *ana* ℈ß. Ol. aniſi ſtillatitii. Caryophyll. Cynamomi. Ol. expreſſi nucis moſchat. *ana* grana. v.

Loco Olei, 🜿 Aqua poteſt acida reddi cum 🜍 ol. ut melius tincturam extrahat.

N B. *Ad Scammonii diſſolutiomem.*

Ponderetur Scammonium. reducti. in pulverus. & ſuccus, Seorſim. Fiat diſſolutio, & per linteum trajectio. Ponderentur fæces reſtibiles. Poſt ſupputationem vel dematur ſuperflu. vel addatur deficiens. Hoc liquamine excipiantur pulveres, videndo ut ſcammon. quam minimum caloris ferat, à quo ipſius vis exolvitur.

Pro re nata poterit exhibitiones tempore addi Extractum Ellebori nigri. Item Elaterium ad gran. unum vel alterum in hydrope aliiſque morbis pertinacibus.

Tenta in chronicis cum nucleo ex ☿ vitæ. Cum Calomel. &c.

Iſta non pro Domina quæ tam validis haud indiget ſed pro aliis quibus mochlica ſunt neceſſaria.

xxiij Decembris, 1626.

Domina ſeviente frigore ſingulis annis ſolet, congelationes & ardores à perfrictione pati cum tumore & dolore in manibus & pedibus, qui affectus ſunt de natura perniorum. Fiant recurrentibus hiſce malis ſequentia.

Decocto raporum admodum calente manus, & aliarum partes foveantur. Imo per horam Unam, ipſa rapa mollia coctione, per elixationem vel torrefactionem, applicentur tumoribus, & diu deſuper contineantur. Idque aliquot matutinis conſequentibus.

℞. *Rapum* Unum magnum, quod excavatum quarta ſui foraminis parte repleatur pulver. Rad. Cyclamin. reliquum impleatur ſpermate Ceti & Ung. Roſar. alb. teg. operculo, & ſub campana ut a. e. coquatur ad pinguium inſpiſſationem fiat expreſſio fortis.

Cui adde Pinguedinis Anſeris. Axung. ſuillæ recentis *ana* ℥ ij. Olei ovorum non fœtentis ℥ j. Ceræ albæ ʒ ß. coq. ſimul ad ſucci rapi conſumptionem, continuó agitando. Mox afundatur optimi Vini ſpirit. q. ſ. & Cerat. deligenter abluatur. Applicetur è linteoolo vel bombace præſertum hora ſomni.

Sparadrap.

℞. Cerati prædicti ℥ iiij. Gummi Karanna & Tacamahaca in Spiritus Vini. diſſolutorum & Inſpiſs. *ana* ℥ j. Balſami peruv. nigri ℥ ß. Ceræ flavæ in vino canarino coctæ q. ſ. ut fiat Sparadrap.

Emplaſtrum. Diaſulph. Rullandi.

Oleum ſpicæ, Vel petroleum, Vel Oleum Roriſmarini, Vel oleum Ceræ diu abluantur, & permiſceantur optim. Spiritus Vini. atque ex intincto linteolo afflicentur.

Experimentum certum ad Perniones.

Rapum coquatur ſub cineribus detrahatur cortex exterior, pulpa calens quantum ferri poteri. applicetur pernionibus, & congelaturis. Pars calida teneatur,& eo die patiens jaceat in lecto. Intra unam aut alteram diem evaneſcunt.

Ad Congelatos frigore Hyberno.

Trag. Aqua diſtillata ex Rapis putribus optima, ſi imbuta linteola calide applicentur.

Perniones. Dioſcor.

Cyclaminis. radix excavetur, repleatur oleo, & pauca cera, coq. ſub cineribus, fiat linimentum valde utile.

Rapum. coquatur & decocto perniones foveantur.

Rapo contrito & impoſito juvantur.

Excavato Rapo indatur Ceratum Roſatum, coq. in cineribus, applic. pernionibus ulceratis.

Scillæ radix toſta efficaciter applicatur.

Vide quid poſſit ſpiritus vini ſolus fotu.

Succus cœparum.

Unguentum ex Calce.

Atramentum, & quecunque ad ambuſta.

Penetrabile frigus adurit.

Quodque recens uſſit glacies Axungia ſimplex Mulcet, & ex facili grata eſt medicamine Gura.

22 *Maij,* 1627.

Domina à multis Menſibus non purgata conqueſta eſt de dolore lateris ſiniſtri, qui ſolet in *E. M.* poſt animi pathemata, præſertim Amorore recurrerit de penê continuâ, de ſiccitate manum, quæ ipſam ter quater-ve quotidie adigit ad uſum pomatæ, quâ manus inungit. Corperis adeſt macies, & pleniuſculus habitus ab aliquod menſibus imminutus. Captum de Lacte caprino (quo ſœpius fœlieicer uſa eſt) exhibendo conſilium.

Ad quod præparatum fuit ſequenti purgatione corpus.

℞. Folior. ſen. mundat. minutim inciſorum ℥ ß. Rhabarbari electi per tenuiſſimas taleolas ſecti ʒij. pulp. tamarind. puriſs. ʒiij. Omnibus affundatur ea quantitas vini Rhenani non adulterati quæ ſupern. materiam duobus digitis. Fiat infuſio ſuper cineribus tepidulis per octo horas. Mox fiat expreſſio levis, cui add. Mann. calabrinæ ℥ſ. infuſionis nonæ roſarum pallidarum ℥j. mittantur omnia per chartam Emporeticam, & fiat colatura, cui add. Aq. Cynamomi ʒj. Miſce fiat potio, danda in aurorâ tribus horis ante juſculum cum debita cuſtodia.

Ad differentiam ſi vinoſam infuſionem reſpuat Domina præparetur in Aqua pomorum eodem plane modo. addendo ſaltem infuſioni ʒj. Cremoris tartari.

Hoc medicamentum aſſumptum die 29 *Maij.* Sexies purgavit Dominam ſatis bené, quatuor ſedes amplæ. Educti humores viſcidi multi, & bilioſi, ſub finem aliqua paſſa eſt tormina.

Sequenti die quater, perendie ter fluxit alvus. Forſan ab eſu Ceraſorum. Ut ſolet poſt aſſumptum quodvis Catharticum ſitim paſſa eſt primo die *Junij*, cœpit bibere lac caprinum cum ſaccharo roſato.

A Catarrho tuſſit ſed coctum humorem viſcidum ſputo & expectoratione matutina rejicit.

Ad dealbandos dentes præſcripta ſequentia.

4 Junij 1627.

Dentifricia.

Opiata. ℞. Pumicis ʒij. interioris oſſis ſepiæ ʒj. Coralli utriuſque Margaritarum ſeu potius matris perlarum. Interioris partis albæ & mollioris teſtarum oſtreorum *ana* ℈iiij. Sanguinis draconis Cornu cervi ad albed. uſti *ana* ℈ijß. Carbonis roriſmarini ʒiij. Ambræ griſ. ℈ß. Moſchi gran. *v*. fiat omnium pulvis ſubtiliſs. excipiendus ſyrupo ex Omphacio ſaccharo & pauco alumine.

Bacilli. ℞. Pumicis laterum rubicundiſs. & duriſſim. partis alb. oſtreorum interioris oſſis ſepiæ. Tripoli. *Potrè ſive ſtanni uſti*, Cornu cervi calcinati *ana* ℥ß. fiat pulvis ſubtiliſſim. excip. muccag. gummi Tragacanthæ extracta in Aq. Roſarum. Naffæ, Angeli, quæ muccago ad miſceatur ſatis ſpiſſa, & fiat paſta, ex qua formentur bacilli depreſſi ad fricandos dentes.

Siccentur optimè & ſerventur in pyxide involuti bombace Moſchato.

Poſſent addi Cynamomum Saccharum, Ambra griſea, Moſchum, quæ ultima poterunt omitti ſi ſumatur Aqua Naffæ.

Radices. Radices malvæ ad digiti longitudinem conciſæ inclybano poſt exemptum panem ſiccentur, poſtea coquantur in Vino albo tali.

℞. Braſilii ʒj. Aluminis rupis ʒſ. ſalis marini ʒij. lapidis Brunellæ ʒj. Vini albi generoſi ℔ ij. coq. ad medietatis conſumptionem. Fiat colatura. in qua coquantur Radicum prædictarum ℥iiij. ad liquoris conſumptionem feræ. Humidæ adhuc radices eximantur. & linteo apprimè deterſæ ſiccentur. Serventur in pyxide cum cotone moſchato.

Lamellæ ad conſervandas gingivas,

givas, & dentes à ſaliva rubiginem cauſante noctu præſervandos.

Optim. ſunt: iſtæ. Lamellæ neque nimis teres.

℞. Sanguinis draconis Gummi laccæ *an.* ℥ij. Nucum cupreſſi Caſs. lign. *ana* ʒj ß ſpodii Cornu cervi calcinati. Magiſterii aciduli corallorum perlarum & Ocul. cancri *ana* ʒj. Ambr. griſ. gran. x. Moſchi gran. v. Alumin. crud. ℈iiij. fiat omnium Alkool excip. pari quantitate Maſtiches in aq. vitæ emollitæ, cui addatur inter formandum tantillum Balſami Peruviani. Vel Therebentinæ, ad lentorem.

Antequam *E. M.* hiſce utatur macerentur lamellæ in Aq. roſarum ad tollendum ſpiritus Vitriol. aculeum gingivis noxium. Caleat aqua ne Lamellæ frangantur.

17 *Junij*, 1627.

Ab aſſumptione lactis caprini tam benè eſt Dominæ ut incipiat repleri habitus & floridus admodum ſit faciei color. Adde quod moleſtiſſima & indeſinens ſitis penitus evanuit. Nullæ de laterûm conſueto dolore querelæ. Lac bibit hora quarta matutina, & ſuper dormit uſque adnonam. aliquando decimam.

σμύ θεῷ.

XVI. Die Junij. *à meridie prima vicæ cœperunt* E. M. *erumpere Menſes ſine doloribus.*

XIV. Julij. *in itinere ad Aquas* Willemburgenſes, *quum Domina eſſet in pago*, Dunſtable, *menſium leve effloruit ſpecimen. quod deinceps ceſſavit.* *Bedfordiæ*, Dedi poſſetum ex lacte, Vino albo, pulegio Regali, hyſſopo calendula, & ℥j. ſyrupi capillorum Veneris. ſumpſit *E. M.* hora ſomni. attamen iſto remedio promotum nihil.

Lac Caprinum reliquit die 11 *Julij*, quo *Londino* exceſſit, à quo ſeſe habuit optimè. ita ut alimentum hocce medicamentoſum naturæ adeò familiare poſſit imó debeat *quotannis reiterari.*

Ut Domina ad potum Aquarum *Willemburgenſium*;

Quæ ferruminoſæ ſunt præparetur quarum uſum ſuadent Melancholica diſpoſitio, dolor frequens, (qui licet mitior ab uſu infuſi ligni Nephritici, invaſit tamen D^{na} *hodie* 18 Junij) *ſiniſtri hypochondrij. Obſtuictiones naturalium viſcerum, Hepatis calor. Sitis penè continua. Menſtrua reſtitantia, & Prolis ſuſcipiendæ cupido.*

Purgandum erit corpus ut poſtea dicetur. Interum quoniam poſt ſingulos Aquæ Cyathos oportet aliquid ſumere ad flatus diſcutiendos & roborandum Ventriculum ſequentia ſint in promptu apud Pharmacopœum.

Seminna ſaccharo incruſata. {
Aniſi.
fœnic. dulc.
Coriandri.

Cortices conditi ſicci Citri & Aurantiorum.

Manus Chriſti cum oleo ſaſafras.

Cum ol. aniſ. fœnic. Cynam. Saccharum autem coquatur in Roſatum cum Aqua florum Aurant. vel cum Aqua Menthæ.

Cortices inſtar Cynamomi. Canelat.

I. ℞. Sacchari albiſs. ℥viiij. Cynam. interioris ℥j. ſemin. Aniſi fœniculi dulcis Coriandri præp. *ana* ʒvj. fiat omnium pulvis ſubtiliſs. excipiendus muccagine gummi Tragac. extracta in Aqua Cynamomi (Menthæ) fiat paſta ex qua ſuper Cylindro buxeo vel Eburneo forment. Cortices veluti Cynamomi convoluti. lento calore, vel potius ad aërem ſiccandi ad uſum.

II. ℞. Semin. Aniſi fœniculi Coriandri Glycyrrhiz. Hiſpanicæ *ana* ſacchari albiſſimi quadruplum. Ambræ griſeæ ℈*ß*. pro ℥xvj. fiat Alkool. & paſta, ex qua cortices ut ſupra.

III. ℞. Sacchari ℥iiij. Cynamomi ℥j. Ambræ griſ. *gran. v.* fiat paſta, &c. ut ſupra.

In his pro libitu poterit augeri vel minui quantitas Sacchari.

Ad Flatus Ventriculi toto die perturbantes & concoctionem impedientes.

Pulvis digeſtivus.

℞. Seminum Aniſi fœniculi dulcis Coriandri præp. *ana* ℥*ß*. Ligni ſaſafras. ʒij. flaved. Citri & Aurant. conditæ ſiccæ Cynam. interior. *ana* ʒij*ß*. Roſ. rubearum ʒj*ß*. fol. Menthæ ſicc. ʒj. Ambr. griſ. ℈iiij. Sacchari cum Aq. flor. Aurant. in roſ. cocti. vel ſi deſit ſacchari Chriſtallini quadruplu. Miſce fiat pulvis ut Alkool. Utend. Hora dimid. poſt ſingulos paſtus.

Electuarium Saſafras. Summum Carminat.

℞. Radic. Saſafras ℥ij. infund. per 24 horas in aq. pura ℔iij. deinde coque ad tertias, in vaſe clauſo ut alembico. In fine decoctionis adde Cynamomi leviter contuſi ʒß. Colentur, Colaturæ adde Sacchari albiſs. ℥xij. Bulliant ad conſiſtentiam Electuarii, cui adde Nuc. moſchat. ℈ß. Cynamom. ʒß. Moſchi *gran. iij.* Ambræ griſ. *gran. ij.* Ol. Vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem. Fiat Electuar.

Utiliter ſumentur ʒij. vel *iij.* hujus Electuarii hora una ante hauſtum Aquarum. Vel etiam poſt primum ſomnum ad præparandum ventriculum.

Ad Aquas dirigendas.

Vide de Baccis Juniperi vel earum extracto.

De Admixtione ſprituum Vitrioli, vel ſulphuris, vel Salis.

De Lapide Brunellæ.

De ſale Fabarum.

De pilulis ex Therebentina Cypria. & pulvere & Glycyrhizæ in affectionibus renum & Veſicæ.

Quorum alia ſunt aquæ permiſcenda ſicut ſal & Saccharum. Alia horis duabus ante potum ſumenda.

Vinum Rhenanum primis cyathis additum diſtributionem Aquarum promovet.

Sal in hydropicis & malis ubi pituita viſcida abundat utiliter admiſcebitur.

Ut per alvum deducantur Aquæ.

Primis cyathis admiſceantur Manna, ſyrupus vel infuſio Roſarum pallidarum Syrupus ſpinæ cervinæ. Vel quod melius eſt iſta aliquod ante potum horis aſſumantur.

Optimæ Pilulæ horis 2. à cœna levi deglutitæ.

Macri ex tribus ſemel. Maſtichinæ. Stomachicæ cum gummis. Aut ſi validior requiratur evacuatio Cochiæ minores. Extractum Colocynthid. Elaterium in Cachexia & leucophlegmatia. Ut una & eadem opera ſerum ducatur, & hepar corroboretur.

Vide de Vino chalybeato admiſcendo hiſce aquis, ad cochleare unum & alterum ſingulis cyathis.

De Saccharo Martis.

De pilulis chalybeatis ex chalybe præparato ſpeciebus hieræ picræ, & ſale Abſynthij.

De diſſolutione chalybis in aceto acerrimo, admiſcenda ad cochleare unum & alterum.

Satius tamen fuerit iſta chalybeata ſumere *v. g.* tribus quatuor-ve horis ante potum aquarum, quæ deinceps quidquid in viis reſtiterit everrent.

Ita proculdubio nigro colore tingentur excrementa.

Die 30 Julii Wellimburg. E.M. *Aggreſſura potum Aquarum mineralium, corpus præparavit ſequenti potione Cathartica.*

℞. Fol. ſen. mundatorum minutim inciſ. ℥ß. Rhabar. electi per tenues taleolas inciſi ʒij. pulp. tamarind. ʒiij. Cremor. tartar ℈j. Affundatur ea quantit. vini albi tenuis Rhenan. quæ ſupernatet 2 digit fiat infuſio ſuper cinerib. tepid. per viij horas, mox fiat expreſſio levis & colat. ſæpius trajicienda per linteum ſupra ℥j. Mannæ Calabr. puriſs. donec Manna diſſolvatur. Adde infuſionis nonæ roſ. pallid. ℥j. Aq. Cynam. ʒj. Miſce fiat potio exhibenda in auroræ horis tribus ante juſculum, cum debita cuſtodia.

Loco iſtius potionis aliam ſumpſit ex ℥ß. ſenæ ʒiij. Tamarind. ʒjß. Tartari ℈ij. Rhab. ſyrup. roſ. comp. cum Agarico. Mannæ Calabrin. *ana* ʒvj. Semel vomuit laborioſe. Sexies fuit purgata. Bene pranſa eſt & melius cœnavit.

Quoties in cœna Domina *Liberalius comedit poſtridie ſolet alvus bis vel ter fluere mane, deinde ſiſtitur per ſe.*

Aquarum Wellimburgenſium *potus.*

I. Auguſti 1627. *E. M.* ad fontem ipſum, admodum pluvio cœlo bibit Aquæ ʒxxx. hora vij. matutina. Ante meridiem per urinas reddidit ʒxx. Bene pranſa eſt, famelica fuit, benè cœnavit.

II. Bibit ʒxxxx. Quas excrevit totas, ante meridiem appetitus ſtridens. Conqueſta eſt de lateris ſiniſtri ſive ſplenis dolore, cui eſt admodum obnoxia.

Phlegma. album. Urina.

III. Sumpſit ʒxxxxx. minus ex-

exercuit corpus ſolito, attamen ante Horam undecimam quidquid aſſumpſit reddidit.

Hiſce diebus ſegnis fuit alvus, & ſemel tantum dejecit dura excrementa. Unde ad deturbandos humores à potu aquarum liquatos, & ut via fiat aquis & pravis ſuccis in primis viis hærentibus præſcripta ʒß. Pilularum Macri vulgarium deglutiend. horis duabus à cœna levi.

Diſtulit aſſumptionem pilularum, quia bis dejecit excrementa tum dura; præſertim autem ratione jejunii diei Veneris.

IV. Bibit ʒxxxxxx. quas minxit intra tres horas cum excreto pituitoſo viſcido. Bene pranſa eſt carnes comedit. Hoc die nihil conqueſta de lateris dolore, quem ſemper aſſeruit exacerbari à quavis purgatione.

A prandio faciei rubor & pectoris cum exiguis taberculis. Forſan ob aſtrictionem alvi. forſitan à validiori exercitio, à quo poſt choreas & equitationem corpus defatigatum aſſeruit. Sitivit etiam plus ſolito. Petit ut ad Aquæ puræ potum naturalem ipſi redire liceat.

V. ʒxxxxxx. Bene aquas reddidit, & à pilulis Macri vix ad ℈j. præcedenti nocte aſſumptis quater dejecit.

*V*I. ʒxxxxxxx. Minus libere proceſſit aqua ante prandium. Attamen tota emicta fuit. Appetitus Valens nox ut præcedentes omnes quieta, ſomnus placidus.

Phlegma viſcidum, & filamenta alba ſæpius urinis permiſta.

VII. ʒxxxxxx. Quod majorem quantitatem noluent admittere ventriculus. Tres ſedes. Urinæ omnimoda excretio ante prandium. Domina ambulavit, ſaltavit, equitavit.

VIII. ʒxxxxxx. Magna cum averſione, & frigore extremitatum. Sedes duæ, aquarum mictio ultima ante prandium.

Appetit. cibi fervens. Color faciei floridus. Exrcrementa alvi concocta, licet utcunque mollia, ob aquæ præter fluentis dilutionem.

Faciei exanthemata perſeverant cum rubore ſubſederunt tamen, poſtquam abluit genas Lacte. Nocent inſolatus, Exercitium violentum & longæ vigiliæ, nec non obambulationes ſub Dio nocturno.

IX. ʒxxxxxx. Sedes quinque perfecta & laudabilis aquarum ante prandium excretio.

X. ʒxxxxxxx. Sedes tres, omnia bene ſucceſſerunt & ex voto.

XI. ʒxxxxxxxx. Sedes tres. reliqua ut ſupra.

XII. ʒxxxxx. Sedes duæ. in ſecundâ excrevit Lumbicum. vicit autem *E. M.* ſe vermibus eſſe obnoxiam.

Toto iſtorum dierum decurſu melius ſeſe habuit. Dei O. M. benificio, quam auſi fuerimus ſperare, propter nimislicentioſam diætam, quippe & vix ante duodecimam lectum petiit, & fructus immaturos comedit, & in quantitate alimenti atque frequentiâ paſtuum peccavit. Et corpuſculum exſucc. temperamenti calidi & ſicci ſupra virium.

virium modulum quotidie exercuit.

Miſerrima eſt Aulicorum medicorum conditio, qui Principum voluntati obſequi coguntur, præter artis regulas & officii normam. Inculcandam Principibus quotidie illud *Davidis* in *Pſalm. Dixi vos Di eſtis ? Sed ut Homines morièmini.*

Ilicó poſt de relictas aquas (id quod me invito factum eſt) volui Dominam purgare ſed renuit illa, & ut Liberiori genio in de ambulationibus, & præceptorum contemptu ſatiſfaciat, valetudinem negligit ; malum eventum Deus avertat.

προφυλαξεως Apud magnates nulla habetur ratio. Igitur prognoſtico illi relinquendi & ægrotantes imperioſé curandi ſunt, aliàs parum valet apud ipſos & artis, & artificûm authoritas.

XVI. Hora noctis undecima ſumpſit *E. M.* ℈ij. maſſæ pilularum Macri, à quibus ſequenti die, licet poſſimé ſe geſſerit quoad Diætam purgata fuit tarde : ſed ad ſex vices ſatis copioſe & cum levamine.

Ita itineri noſtro ad fontes Wellemburg. *finis impoſitus.*

σμυ' θεῶ.

Balneum.

Domina *Londinum.* Receſſa perfectæ valetudinis compos cogitavit de Balneo, quo *E. M.* quotannis ſolet uti ſæpius, tum ſiccitate elvend. Corpus, Tum ad ſiccitatem Habitus emendandam. Tale ipſi à me præſcriptum fuit.

℞. *Amygdalarum* dulcium recentium in aqua per noctem maceratarum deinde mundatarum ℔ij. Terantur in mortario marmore. & affuſis Galonibus iiij. aquæ decoctionis ℔ij. hordei mundati fiat Emulſio ſive lac, trajiciendam per ſetaceum. Abeantur ſeorſim ſitulæ duæ, ſive Galones viij. Lactis vaccini recenter mulcti.

Solium mundiſſimum repleatur ad ℥ß. aqua fluviaci, additis multis ſoliis vitis, roſis rub. & placentis roſarum pallid. ex diſtillatione aquæ reſtibilibus. Floribus Nymphæ. Garyophyllis omnis generis quam maximè odoratis Calfiat aq. ita ut refrigerati. indigeat. Ingreſſurà Domina addant. & Emulſio præſcripta, atque ita temperet. balneum ut ſaltem ſit tepid. In eo maneat per hor. unam & alter. pro viribus και ἐυφόρια. Inde lectum petat, & deterſo madore quieſcat per horam unam ante cœnam levem. In qua abſtineat à fructibus, aliiſque malis quibus illa veſci præpoſtere ſolet alimentis.

Sapone non convenie cum lacte & Emulſione.

In Balneo ſedeat ſupra ſaccum farctum furfure ſoliis majoranæ *Mij.* Lauri. Thymi citrati. Serpilli. florib. *ana Mjß.* Lavendulæ *Mj.* & roſis *M iiij.*

Roriſm.

Paulò ante egreſſum Balnei fricetur totum corpus ſacculis ex tela rara & nova, vel panno ſtamineo qui contineant, mixtur. ſeq.

℞. *Amygdalarum* dulc. recent mundat. pineol. recent *ana* ℥iij.

Infund. in Aqua Roſ.

Ireos florent. ℥j. pulv. Violar. Monſp. ʒß. terantur. miſceantur, &c.

Utiliter addetur aliquid ʒß. ſaporis Genuenſis odorati; in balneo aqua ſolius.

XXIX Auguſti. Horis tribus à cœna ſumpſit Dª doſin pilul. ex ſtomachicarum magiſtralium, *granis* xxx. *Cochiarum min. gr.* x. per totam noctem placidè dormivit. Sequenti die purgata fuit, ſed parum & malè, & conqueſta eſt de dolore venticuli & nauſea. Cœlo pluvio, & tempeſtate incommoda nihilominus exivit, neque pepercit eſui fructuum.

Difficile ſatis ad purgationem corpus non movetur levi cathartico præſertim ſolido.

September.

I. Ad ruborem & veluti herpetem efflореſcentem in utraque gena, quibus obnoxia eſt *E. M.* quæ omnia copioſe profluentibus menſibus deſitura confido præſcripſi ſequentia.

Lac Virginale.

℞. Lithargyri auri loti ℥iiij. Aceti vini albi limpidiſſimi & acerrimi ʒxij. fiat ebullitio in olla nova vitreata ad medietatis aceti conſumptionem poſt reſidentiam unius horæ fiat per chartam colatura.

Loco aceti ſolius ſumantur ejus ʒviij. ſucci depurati limonum aut citri ℥iiij.

℞. Aquæ florum nenupharis, ſpermatis ranarum & roſarum *ana* ℥ij. Salis albi marini ℥ß. Sacchari cand. ʒvj. Aluminis rup. ʒij. fiat diſſolutio, & filtratio per chartam.

Duo iſti liquores ſeorſim reſerventur in duabus ampullis. Uſus autem tempore commiſcantur & fiat lac applicandum, Paulo ante ingreſſum lecti. Sinatur facies ſiccari.

Mane autem abluatur ſequenti Liquore.

Lac Papaveris.

℞. Seminis papaveris albi recentis ℥ß. maceretur in aqua fontana puriſſima per tres horas, & in aqua roſarum per horas totidem. Mox effuſa aqua teratur cum iiij amygdalis mundatis itidem infuſis, & additis aqua Nenuphar & ſpermat. ran. *ana* ʒj ß. Aqua myrrhæ ſimplicis ℥ j. ſacchari candi ʒiij. fiat lac. Poteſt etiam fieri ſine ſaccharo, quod additur ad deterſionem & durationem. Hi hiſce topicis Herpes non cedat ad potentiora erit deveniendam. Ut,

℞. Lactis virginalis ʒj. Olei Tartari ʒ ß. aq. vitæ puriſſimæ ʒiij. Miſce, Applicetur in ingreſſu lecti, mane verò facies ungatur ol. Amygdal. dulc. vel Ung. pomato recenti, vel oleo ſeminis papaveris albi.

Novembris 16.

Reſtitantibus menſibus quæ tunc temporis juxta præcendentium periodωn notas erumpere debuiſſent, fuit aperta ſaphæna ad malleolum dextrum; vix fluxerunt iiij unciæ ſanguinis Vena fuit prædura, frigore conſtricta, unde Notandum, deinceps ante apertionem venarum inferiorum neceſſe eſſe, ut Domina ambulet, tibias calfaciat exercitio, & ut partes diu & aſperè linteis calfactis fricentur ad ruborem uſque, quò ſanguis & ſpiritus attrahantur, & venarum membranæ attenuentur.

Toto hoc menſe natura nihil movit: ſaltem ſub finem menſis Domina noctes circiter decem tranſegit ſatis inquietas cum calore, ita ut ſe febricitare crederet, parum dormivit.

ἀποσιτία

Colici dolores quos diſco ligneo valde calefacto applicato expulit, recuſans clyſteris uſum. Dolores iſti per tres quatuor-ve dies incertis moleſti intervallis. Tandem (quod fœlix & fauſtum Deus O. M. eſſe velit conceſſâ propinquæ prolis indulgentia.) *V^to^ Decembris 1627.* Stil. veteri Menſes copioſé eruperunt, & per quatuor dies ex voto fluxit ſanguis boni coloris & optimæ conſiſtentiæ: poſt quartum diem uno die ſubſtitit fluxus, qui poſtridie rediit poſtliminio.

Fœlix hujus evacuationis naturalis ſucceſſus ita ut hodie qui eſt 14 *Decembris* optimè valeat & in culpatâ fruatur ſanitate *E. M.*

σὺν θεῷ.

XXVII. Decembris. Denuò eruperunt menſes, poſt aliquot tormina, & calores nocturnos. Fluxerunt per biduum, ſed à terrore ob incendium ſubitò nuntiatur ſubſtiterunt, poſtea tranſacto uno die redierunt, ſed in parva quantitate. Toto ſequenti menſe non ita bene ſe habuit *E. M.*

Nutrix dicit fluxiſſe per quatriduum.

οὐκ ἄτερ θεοῦ.

Anno. 1628.

Januarius.

Per totum hunc menſem obnoxia fuit Domina inflammationi oculi dextri. Defluxionibus in utrumque, & dentes præſertim lateris dextri.

Caput plus ſolito texit, & conqueſta eſt de magno ejus calore, atque accuſavit inſolita tegmina de provocatis capitis, oculorum & dentium doloribus.

Oculi ſiniſtri rubor cum ardere, ſubinde toto hoc menſe repetiit, nec non *Februario* Ortus in fronte herpes exiguus, cui malo obnoxium ſe eſſe dicit *E. M.*

In Gallia ſolita fuit conflictari Herpete cum rubere & prurituin ſuperciliis.

Item herpete, rubore ſcabie labium ſuperius, & narium partem inferiorem occupante. Quæ omnia ſunt indicia calidi hepatis, fervidi acris, ſalſuginoſi ſanguinis. Ex quo bibit infuſum ligni nephritici, ſive per ſe, ſive cum vino melius ſeſe habuit, ſolutæ viſcerum obſtructiones, faciei antea pallidæ & penè ictericæ color floridus evaſit & Fluxerunt Menſes ex voto.

NB. Faſſa eſt Domina ſe ab uſu Aquarum *Wellimburgenſium*, id conſequentam eſſe commodi quod ingens & pene continuus hypochond. utriuſque, ut plurimum autem dextri dolor à multis annis moleſtus planè evanuerit. Et certè nemo præterlapſa proximè Æſtate tam Fœliciter uſus eſt aquîs iſtis medicatis feruminoſis, quàm *E. M.*

Nunc 20 *Februarii.* Dª conqueritur de Vacillatione Dentis unius inciſoris ſuperioris Maxille. Non poteſt imò non vult uti Lamellis nocturnis dentes firmantibus, quarum compoſitionem ego feri & fœliciter expertús ſum in Regina Anna Auguſtæ memoriæ. Itaque ne deſit dentium firmandorum remedium ſequentia præſcripſi.

Electuarium firmans.

℞. Santali citrini & rubri. ligni Braſil. *ana* ℥ij. Nucum cupreſs. cupul. glandium *ana* ʒiij. Granorum recent Kermes Rad. Tormentill. & Biſtort. *ana* ℥ij *ß.* Fiat omnium decoctio in aqua roſarum & naffæ, Colatura reducatur levi coctura ad ℥vj. quibus adde Omphacii unarum ℥ij. Mellis roſati ℥iiij. Aluminis Rochæ ℥ ß. ſang. draconis ſubtiliſs. pulver. ʒij. Acciæ hypocyſtidos *ana* ʒj. Continua agitatione quæ fiat ramulo roriſmarini ſuper lento igne reduc ad mellaginem addendo Ambræ griſeæ ℈ß. Moſchi orientalis *gran.* iiij. fiat colatura per linteum vel ſyndonem. Uſus ſit ad gingivas digito oblinendas ſingulis Malutinis aliquandiu continendo inore: Mox abluatur os ſequenti Aqua

Aqua dentes firmans & conſervans.

℞. Aquæ communis ℔ij. aq. Roſarum ℔j. Nucum cupreſſi ℥ß. Cynamomi ʒiij. Aluminis Rochæ ʒij. coq. ad tertiæ partis conſumptionem. Colatura ſit pro collutione oris.

Melius Sic.

℞. Aq. communis ℔ij. Nucum cupreſs. ℥ ß. coq. ad medietatis conſumptionem, addendo ſubfinem decoctionis Cynam. integri ʒiij. Alumin. roch. ʒij. fiat colatura, poſt quàm ſimul ſteterint per noctem, cui adde aqua Roſarum ℔j.

22 *Februar.* 1628.

A. 27 *Decembris* 1627. Non fluxerunt menſes; Domina benè ſe habet floridus faciei color, nulla nauſea, nulla ἀποσιτία. Urinæ bene concoctæ, flavæ. functiones omnes Laudabiles. Nulla apparentia graviditatis indicia.

An ſit gravida nec-ne *E. M.* deinceps exſignis ſequentibus conjiciendum.

XXI *Februarii.* 1628. Noctu eruperunt menſes ſine ullis torminibus, & fluxit ſanguis Laudabilis, ſed in parva ſatis quantitate uſque ad 24. per totum diem 25. nihil fluxit.

XXVI Recurrit fluxus ſatis copioſus. Paulo poſt ceſſavit.

II Aprilis. Poſt dolores aliquos qui humerum dextrum per dies aliquot afflixerunt cœpit menſtruorum fluxus, qui in inbona quantitate & laudabili qualitate. melius quam unguam antea duravit uſque ad diem quintum Evanuit humeri dolor.

Ultimo die *Aprilis.* Cœpit Do-

Domina conqueri de doloribus colicis, qui creverunt uſque in diem ſequentem.

I Maij. Surrexit diluculo, equitavit, veſperi cœnam in longam protraxit noctem eruperunt menſes ſub veſperam, noctu majora ventris tormina, quæ deinceps fluente ſanguine ceſſaverunt.

Duravit autem fluxus menſtruus per triduum in bona quantitate, & laudabili qualitate, Ceſſavit per diem, & recurrit ut præcedentibus menſibus.

Nunc ad maciem, calorem & ſiccitatem, corporis, fervorem ſanguinis bilioſi qui ſero multo acri ſcatet, opus habet Domina Lacte Aſinino & Balneo.

Perutilis ipſi etiam foret ſeri lactis cum Cichorio Endivia Hepatica fumaria clarificati, & per duplicem chartam trajecti potus per aliquot dies: Sed vix poteſt ipſius voluntas quoad Medicinam & valetudinis curam velis rationis aut conſilii cancellis coerceri.

Ut autem ad Lac præparetur purgatione opus eſt, quæ malæ & liberioris diætæ atque continuæ eſitationis reliquas e medio tollat.

Velim equidem Dominam admittere velle infuſionem Rhabarbari ſenæ, & alia benedicta remedia, ſed difficilis adeo eſt ad cathartica, ut ad gratiora ſatis efficacia nobis ſit neceſſario confugiendum. Fert ſatis valida remedia neque movetur blandis, Olim fuit purgata Elect. Diacartham. Eodem Pater *Henricus* iv. Dominus meus purgabatur in hordeato.

℞. Amygdalar. dulc. recent. mundat par. v. medullæ ſeminis melon. ʒiij. macer. in aqua roſ. per horas 4. piſt. cum aq. hordei, vel ſero lactis clarificato trajic. fiat emulſio in cujus ℥vj. diſſolve mannæ calabrinæ granatæ ℥ j. Electuarii diacarthami ʒiij. aq. Cynam. ʒj. Miſce, detur in aurora horis tribus ante juſculum.

Dominæ omnia medicamenta liquida recuſanti, & alias ſatis benè ſe habenti coactus fui ad everrendas ſaltem primas vias exhibere Pillularum Maſtichinarum Fernelii ℈ij. quas deglutivit hora dimidia ante levem cœnam. Id factum.

XIII° Maij. Die. Succeſſit admodum laudabilis operatio. **NB.**
Prima vice circa 5^tam^ matutinam mota alvus fudit plurima excrementa craſſa, liquida, bilioſa, plena penè fuit pulvis. Deinceps quinquies excreta bilioſa, pituitoſa, viſcidiſſima, cum levamine & εὐφορία.

Nota nullas pilulas melius nec tam bene convenire naturæ Dominæ quàm Maſtichin. prædict.

XV. Cœpit uti lacte Aſinino quod primis diebis fluidiorem reddidit alvum. Sequentibus ſemel tantum ſubduxit excrementa benè formata, mane.

Propter Lactis penuriam Aſinâ illibenter ad mulctram accedente *E. M.* potuit tantum habere quotidie circiter ℥vj. quæ non eſt ſufficiens quantitas, propterea niſi habeatur liberalioris aſinæ copia, mutantandum erit lac, & utendum Caprino ad ℥xij. xv. xvj. ſuperdormiendo, & nihil edendo ad prandium uſque.

XXVIII Sub noctem eruperunt menſes, qui per tres dies duraverunt, ſed fluxerunt Aquoſi & decolores, & pro more poſt unum ſuppreſſionis diem recurrerunt.

Aliquot ante eruptionem diebus, Domina pallidior ſolito macreſce. cœpit, & conqueri de capitis dolore, & lateris dextri.

Notandum ipſam fluentibus menſibus, & mala aurea, & limones, ſive mala medica valde acida, & ceraſa, nondum matura, contradicentibus omnibus comediſſe.

Addatur & id quod Domina Paulò ante quàm palleſcere cœperit, validè equitavit, & ſudorem quo tota madebat, veſpertina in vivario ſancti *Jacobi* ſub *Jove* frigido deambulatione ſuppreſſit. Quod noctu deinceps ſæpius commiſit ſe äeri frigido & ventoſo, etiam ſupra *Tameſin.*

Quod flumine ſecundo vecta, *Greenwichum*, ſub ponte cymbam ſaltui aquæ quaſi ex Cataracta ruentis, non ſine terrore expoſuit. Et Solis ardorem capite nudo excepit.

Junius.

I° *II°* & *III°* Acuti ſunt capitis dolores ἀποσιτία. ſemel tantus Hypochandrij dextri dolor, ut ſudor veſtes penetrans eruperit.

IIII° Eadem ſymptomata, horâ veſpertinâ octavâ flumine vecta eſt ad nonam. Flante vento ſatis frigido. Sumpſit conſuetam pilularum Maſtichinarum doſin. ℈ij. Septies blandè & fœliciter purgata fuit. Nox ſatis placida, ſomni utcunque breves.

V° Toto die ſenſit per totum habitum leves perfrigerationes, & ſudores in manibus & pedibus frigidos & viſcidos.

Circa ſeptimam horam veſpertinam extremitatum frigus, cui ſucceſſit calor. Et hora decima rupit ſudor univerſalis, cujus Domina eſt impatientiſſima. Ab eo imminuti capitis & oculor. dolores, Noctem ſatis placide tranſegit, attamen bibit.

VI° Per totum diem febricitavit, fluxit ſemel alvus. Mane ſumpſit ℈j. pulveris cardiaci uſualis pro *E. M.* & ſuperbibit circiter ℥iij. Aq. pomorum redolentium. Supervenit ſudor ſatis copioſus univerſalis, per duas horas, quem facilius præcedente tulit. Hora conſueta pomeridiana externorum perfrigeratio, ſed leviuſcula, capitis dolor. Iſta momentanea. Faucium impedimentum Oſcitationes. Hyſtericum quid. Paulo poſt cœnam ſumpſit ſed parum comedit. Lectum petiit. Noctem tranſegit ſatis quietam.

VII° Mane fuit planè immunis à febre, juſculum hauſit. Nota a. à juſculis ipſi ſemper excitari ſitim. In prandio comedit coxas pulli elixati cum herbis. Bibit totis iſtis diebus ſequentem potum quem quoniam perdifficilis ſtomachi Dª gratum aſſeruit, hic ad memoriam noto.

Ptiſana grata. ℞. Aq. fontanæ ℔ij. Bulliat una & altera ebullitione. Sub cujus finem

add.

add. Glycyrrhis. raſ. recentis, Hiſpan. ℥ß. & detrahendo ab igne ſeminis Coriandr. præpar. contuſ. ʒij.

Hora vij. pomeridiana frigus leve extremitatum, oſcitationes, pandiculationes, ſubſequutus calor levis ſed omnia intra duas horas evanûere, quibus elapſis Domina leviter cœnavit.

Nox fuit ſatis quieta.

Dolor coxæ & tibiæ, à decubitu catarrhi, vel forſan à ſuppreſſa ſudoris erupturientis evacuatione.

Dolor capitis, præſertim ad ſupercilium & oculum dextrum.

VIII° Mutata cœli facies & aër ante fervidus evaſit frigidior. Satis benè tranſegit diem Domina. Horâ conſuetâ nempe circa ſeptimam pomeridianam leve frigus extremorum, oſcitatio. Momentanea omnia, nulla in pulſu alteratio, Cœnavit hora octava.

Dormivit ab hora 11 noctis ad 11 ſequentis diei ſatis placidè.

IX° Mane experrecta hora 11. Habuit pulſum naturalem. Urinæ fuerunt ſatis laudabiles, attamen pro more cum ſedimento utcunque craſſo, & veluti ſquamis albis. Conqueſta eſt de dolore coxæ & tibiæ, qui circa noctem invaluit. Nulla iſto die acceſſio, attamen circa nonam noctis magna laſſitudo univerſalis. Pulſus ſatis compoſitus.

X° Benè ſe habuit per totum diem. Sub veſperam ſudavit. Largius cœnavit, & comedit piſa & Ceraſa. Horâ nonâ noctis febris. Per duas treſve horas cum levi madore. Obdormivit undecima, neque niſi leviter, experrecta fuit uſque ad horam II. ſequentis diei.

XI° Pulſus bonus, urinæ Laudabiles. Hypochondria tenſa, & contrectatio eorum dolorifica. Laſſitudo ſpontanea, preſertim tibiarum. Morbi futuri prænuntia. Ad quem vitandum volui Dominam purgare ſequenti potione ſatis grata, ſed recuſavit ejus aſſumptionem, licet omnia ſuaderent purgationem præſertim. Corporis cacochymi plenitudo, & temperatiſſima cœli conſtitutio.

Potio Purgans.

Mannæ Calabrinæ granatæ puriſſimæ ℥j. diſſolvatur in ℥v. Pryſanæ gratæ præſcriptæ pagina præcedente. Fiat per pannum ſtamineum colatura. In qua diſſolv. Electuar Diacarthami tabellat ʒiij. boni ponderis adde emulſionem octo Amygdal. dulcium. Fiat hauſtus dandus horis tribus ante juſculum cum debita cuſtodia.

Difficulter hanc hauſit Domina potionem, hora unâ ab aſſumptione vomuit pituitam plurimam, bilem nullam. Tardè fuit purgata ad duas tantum vices. Seceſſerunt viridia, liquida. *Londino* autem ivit Domina ad palatium *Nonſuch*, ubi maluit purgari quam in urbe, & potionem ſumpſit 18. *Junij*

XVII° *Phlebotomia.* Ad ℥viij. de mediana dextra. Hanc evacuationem (pro more) tulit optimè *E. M.* Sanguis præcalidus cum plurimo ſero.

Venæ ſectionem ſuaſit maſſæ ſanguineæ calida intemperies, Pruritus ſubinde habitum infeſtans. Exanthemata per faciem efflore ſcentia inſtar ſerpiginum, Rubor oculi dextri, ad minimum corporis motum recurrens: Conſilium mittendi ſanguinis promovêre conſuetudo, & facilis tolerantia.

Ab his benè ſe habuit, & ſub finem menſis eruperunt menſtrua, ſed pauca, Aquea, mali colories. Ab eſu nimio fructuum.

Julius.

Toto hoc menſe ſana vixit & vegeta Domina.

XXV. Eruperunt menſes floridi, in magna quantitate, & duravit fluxus per Biduum, poſtea more ſolito ceſſavit per diem.

XXVIII. Londino diſceſſit. Et per diſpoſitas Rhedas petijt aquas medicatas *Wellimburgenſes*. Eo ipſo die, eruperunt menſes denuo profuſiſſimè, & fluxit ſanguis admodum laudabilis, die & nocte. 28 & 29, quo die pervenit, *Wellimburgenſi*.

XXIX. Ceſſaverunt. Tantum poſt exercitium ſatis violentum die 30, aliquid adhuc noctu apparuit in induſio.

XXXI. Fluxit adhuc aliquid ſanguinis aquoſi, idque interdiu. Noctu nihil planè.

Auguſtus.

I. Præſcriptæ pilulæ Maſtichinæ fernelii ad ʒj. in ſex pilul. vel viij. exhib. horis duabus poſt levem cœnam; Temporis exhibitionis ea fuit ratio, ne videlicet major cathartici quantitas, ſomnum matutinum Dominæ interrumpat.

Satius fuiſſet ſub Cane corpus calidum & ſiccum purgare medicamento liquido ſed renuit abſolutè Domina admittere potionem. Ideo fuimus coacti neceſſitati potius quam electioni aut voluntati morem gerere. Sumpſit pilula Domina horis duabus à cœna. Poſtridie ſucceſſit operatio ſatis placida, ſed nimis parca, ad 4. aut 5. ſedes. Sub veſperam teneſmus & rejectio phlegmatis viſcidi, nox.

II. Diei placidà, ſine magna ſiti. Et quod non ſolet, quando purgatur, poſtridie Cathartici fluxit alvus.

Conqueſta Domina de magna Laſſitudine, & dolore genu ſiniſtri. Laſſitudo a nimio exercitio, & corporis jactatione in rheda, in itinere quod præcipitanter emenſa eſt *Londino Wellimburgum*, duorum ſaltem dierum ſpatio.

III. Qui fuit Dominicus dies quievit.

IV. Potus Aquarum Wellimburgens.

IV^to^ *E. M.* Bibit tres aquæ cyathos, ſine ℥xxx. totum liquorem eminxit ex voto intrà tres horas.

Tres parvos calculos ſive arenulas craſſioris griſeas præduras excrevit, ſive ullo ardoris ſenſu.

Toto eo die benè ſe habuit; à prandio, pilâ rotatili luſit. appetitus valeni, nox ſatis quieta.

V. Bibit quinque cyathos ℥50.

tempeſtate pluvia, quâ pro more Aquæ fuerunt admodum frigidæ, & ferrei ſive atramentoſi ſaporis inſignis. Nullo modo conqueſta eſt de ventriculo, ſed tantum de laſſitudine, & de familiari admodum Dolore ſplenis, ſive hypochondrii ſiniſtri. Ea porrò eſt iſtius doloris conditio, ut contrectatione ſaltem ſentiatur, alias nullus eſt, & notandum poſt vectionem in rheda, equitationem, alium-ve corporis vehementiorem motum dolorem iſtum, vel excitari vel exacerbari. Moleſtus fuit capitis dolor, poſt exercitium, evanuit paulo poſt. Benè pranſa eſt *E. M.* & ante prandium quidquid fuit ebibitum Aquarum per urinarios meatus reddidit. Sub veſperam fuit hilaris; doluit latus, & in eo ſenſit aliquem motum. Immediatè ante cœnam deglutivit Pilularum Maſtichinarum fern. ℈j. Benè & valente ſtomacho cœnavit.

VI. Bibit ℥60. intrà horam, præcedenti nocte paſſa eſt puncturas in ventre, & muſculis dorſi à flatibus, dolores autem iſti fuerunt vagi, & durante pilularum & aquarum operatione recurrerunt ſæpius, evanuerunt poſt exercitium.

Ante meridiem ultra 70 uncias aquæ excrevit. Duas habuit ſedes ſatis magnas initia operationis aquarum, i. circa horam octavam. Deinceps habuit quatuor parvas ſedes. Appetitus cibi obtuſior ſolito. Noctu benè dormivit.

VII. Bibit ℥70 intrà horam, tarde utcunque ſeceſſit aqua aſſumpta, Arenalas multas rufas excrevit, prima & ſecunda quâ minxit vice. Urinæ adhuc erant aqueæ hora prima poſt meridiem. In Prandio malè comedit. garum ad modum bibit. Mane conqueſta eſt de dolore capitis, & ſumma plenitudine, Calor ingens in capite, & in genis, cum magno rubore. Hoc die qui fuit ventoſus, cœlo exiſtente nubilo, & frigida tempeſtate, quicunque aquas aſſumpſerunt, conqueſti ſunt deiis dem ſymptomatis. Orta ſub noctem ex anthemata rubra in genis. Pluvia maxima noctu. Captum de abſtinentia ab aquis ſequenti die, conſilium. Placidè tota nocte dormivit.

Dolor in collo ubi tumor eſt, & bronchocoles primordia, a Rheumatiſmo. Applicatum Empl. diacalcitheos.

VIII. Serenum fuit horis matutinis cœlum, Aquæ à maximo imbre nullam fuerunt paſſæ alterationem: Et retulit fontis cuſtos, & pocillator iſtas lymphas nulla unquam tempeſtate, vel tantillum immutari: Id quod credibile eſt, quum ex Lapidoſo colle, ſive rupe, atq. profundiſſimâ vena abundantiſſimè ſcaturiant.

Abſtinuit hoc die ab Aquarum potu *E. M.* manè benè ſe habuit, & ei fuit appetitus famelicus. Evanuerunt noctu rubor & ex anthemata. Aliquantulum de colli dolore conqueſta eſt, ſed ſine ulla deglutiendi difficultate.

Pridie fluxit alvus, ſed excrementa fuerunt dura & pauca. Fuſca.

IX. Bibit ſaltem ℥40. q. ab

epota nimis affatim aquâ indignabundus ventriculus magnam paſſus eſt nauſeam, non evomuit tamen. Intra duas horas egeſta tota aqua per urinas, & ante prandium plus excrevit quam bibit. *E. M.* Toto eo die optimè ſe habuit ſiccati ſequentibus. 10. 11.

Reddita urinarum laudabilium copia ſingulis matutinis, attamen cum phlegmate, & nonnullis ſquamis albis. Seu potius furfuribus Reſpondit ſatis benè alvus.

Notandum minorem aquæ quantitatem ventriculo Dominæ magis convenire, & melius accitus excerni quám majorem, cujus pondus naturæ eſt gravamini. Ideo deinceps nolim ipſam tranſcendere. ℥ 60.

Pluvioſa & ventoſa tempeſtas Anni intemperatiſſim. frigida etiam coëgit Dominam abſtinere à potu Aquarum, licet alii plures ipſas biberint maximo cum profectu. Queque quidquam alterationis in ipſis lymphis obſervarint. Suaſimus tamen ipſius Mⁱ. ut abſtineret propter ambientis frigidam conſtitutionem, unde poſt exercitium ſatis longum & utrunque violentum matutinum ab epotis aquis metus, erat ne contracto frigori ſuccederet Rheumatiſmus; Vel occluſis ſubitò poris putredo unde febris. Vel nimiæ ſanguinis ex calfacti ebullitioni populariter ſæviens Variolarum morbus.

XII. Ultima *Lunæ* quadra hora *II* matutina. Perſeveravit tempeſtatis ſummè in æqualis intemperies. Captum de relinquendis Aquis conſilium.

Sequentibus diebus indulſit ſomno matutino Domina, unde rediit faciei vividus color omninò, aucta corporis moles, & plenior factus habitus, mens hilaris, in ſumma hodie, 18.° *Auguſti* ſeſe habet optimè. Et cogitat craſtina lucè σμὺ θεῷ proficiſci Domum *Holmby*, atque iſtic Domini Regis mandata præſtolari.

Purgari noluit poſt aſſumptas Aquas.

XXIII. Auguſti *circo horum decimam matutinam à milite* Anglo Johanne Felton *cultro confoſſus fuit* Georgius Villers *Dux* Buckinghami *in urbe* Portſmouth.

Eo ipſo eruperunt Dominæ menſes qui copioſé ſatis fluxerunt & boni coloris per biduum. Sed audito repentè iſtius cædis nuntiô ilicò ſubſtiterunt; Unde per totum menſem ſequentem non ita bellè ſe habuit *E. M.* & ſæpe de vigilijs conqueſta eſt & laſſitudine extraordinaria. Hoc ipſo tempore fructibus præter modum ſeſe ingurgitavit, Prunis, Moris, Pyris Perſicis, ita ut mirum ſit quod ſibi magnum dyſenteriæ aut febris non creaverit infortunium. Ab iſta prava victus lege menſtrua tardius per aliquot dies eruperunt. Fuit autem eruptionis dies *Septembris*, menſis xxx. & ultimus, ſub veſperam poſt exercitium præcedentium dierum validiſſimum, ad extremam uſque laſſitudinem.

Toto menſe Septembri *abſui à Dominâ propter Uxoris meæ morbum graviſſimum.*

October.

I. Perſeveravit fluor menſium in magna quantitate & cum doloris latus ſiniſtrum fatigantis, & ad iſchion uſque ſeſe extendentis levamine. Sanguis fuit Laudabilis. Ceſſavit fluxus 5^{to} *Octobris.*

XXV. Domina dentes inciſores ſuperiores duas pertenues habet, in medio ineptè Limâ à quodam in *Gallia* attritos & excavatos. Quoniam a. dum utitur dentifricio nigro vel rubro aliquid de eo ſubit dentium foramina, quod ſi ſubinde dentiſcalpio tollatur, metus eſt ne perforati dentes excidant. Ad vitandam mundationis neceſſitatem nimis frequentem, & ratione decoris Album præſcripſi ſequens.

Dentifricium. ℞. Lapidis pumicis albiſſimi & molliſſimi ℥j. Interior. oſſis ſepiæ. ℥*ß.* Oſſium podum vervecin. adſummam albed. uſtorum. Cornu cervi uſti & præp. Spodii *ana* ʒj. Sacchari Candi ʒij. Ambræ griſ. *grana* iiij. Moſchi *gran.* ij. Miſce fiat pulvis. utend. diebus alternis, vel etiam pro ejus effectu, quotidie.

XXX. Eruperunt menſes cum torminibus, quæ per diem duraverunt, poſtea affatim effluente ſanguine ceſſaverunt. Perſeveravit autem menſium fluor per quatriduum. I. uſque ad 2. *Novembris.*

Ab hoc die numerandi graviditatis dies, quippe eo credit *E. M.* ſe concepiſſe.

Linimentum pro Ventre Reginæ quo cutis ſequax reddatur, & immunis a ſciſſuris præſervetur.

15 Martii, 1629. Nunc attigit Domina circiter 18^{am} graviditatis ſeptimanam. Fœtus autem cujus motum faſſa eſt *E. M.* die 6° hujus Menſis videtur motum habuiſſe duodecima ſeptimana, ſiquidem ipſa dixit ſe jampridem aliquid ſenſiſſe in utero. Conqueritur autem de magna tenſione cutis ventris, cujus fiſſuræ ut vitentur quotidie mane leniatur venter Linimento ſeq. calente, ſuſpenſa nutricis manu, & ſuperponatur faſcia idonea ex pello canina præparata, cum oleo Amygdalarum dulcium & vitellis ovorum, quæ itidem illinatur unguento pomato.

℞. Axungiæ, Nefrendis, Pinguedinis Anſeris & Gallinæ vel Capi *ana* ℥vj. Medullæ pedum Vituli dealbatæ. Medullæ pedum Vervecinorum *ana* ℥viij. Spermatis Ceti recentis albiſſ. Ol. Amygdal. dulcium recent. extract. ſine igne *ana* ℥iiij. Unguenti non rancidi florum Aurantiorum & florum jaſmini *an.* ℥ij. Ceræ granatæ ℥ij. Miſce. poſt debitas præparationes, & in mortario marmoreo fiat longa & valida agitatio, cum Aquis Roſarum & Naffæ donec unguentum inſtar Pomati dealbetur. Recandatur Porcellana ſive Myrrhino vaſe.

Encheiria.

Seorſim ex Neſrende, Anſere & Gallinis ſeparetur diligenter pinguedo. Quæ teratur in mortario marmoreo, & per ebullitionem in aqua fontana vel pluvia liquetur, ſinatur refrigerari & cochleari idoneo colligatur ſupernatans pinguedo.

Pedes Vituli *N*° 100. Vervecis 200. à pilis mundati beneficio aquæ ferventis, frangantur, bulliant in Aqua, & pinguedo colligatur ut ſupra.

Operæ pretium fuerit omnia in frigido commiſcere, præſertim odorata, ne calore odor pereat. Cera poterit liquari cum oleo Amygdal. dulc. & Sperm. Ceti. Tritura longa albedinem conciliat.

VIII. Maii 1629.

Poſt Largam cœnam, & nimis longam & intempeſtivam deambulationem veſpertinam, ad horam fere noctis decimam. *E. M.* (præcedentibus diebus paſſa Tormina & dolores Colicos) noctem habuit gravem, intumuit ſtomachi. Difficilis fuit reſpiratio. Dolor ventriculi primó, deinde Coli. Vomendi deſiderium. Omnia cruditatis inconcoctæ cœnæ, & frigoris contracti ſymptomata remiſerunt circa horas matutinas. Urina fuit cruda. Motus fœtus in utero fuit vegetus. Pulſus Dominam bonus.

Præſcripta ſequentia.

Lenimentuus. ℞. Ung Aurantiorum ℥ß. Olei expreſſi Nucis Moſchatæ (melius eſſet ſtillatit.) ʒj. Miſce fiat litus pro regione ventriculi, uſque ad umbilicum, uſurp. mane & hora ſomni ſuperpoſito calente linteo.

Ad cruditates ſtomachi vitandas, & impediendum nimium fœtus in exiti corpore incremendum, conſultum ut deinceps Dominam parcius comedat, & duobus ſaltem ſit contenta paſtibus. Jentaculo vid. largiori ad ſtomachi libitum. & cœna non ultrà ſextam pomeridianam differenda, utcunque etiam larga, quæ diſtet ad minimum per 4 horas à decubitu. Ut verò calefiat & corroboretur ventriculus, atque ut ſiquæ generentur cruditates, edomentur ac vincantur ſit in promptu.

Spiritus Stomachicus & Cardiacus.

℞. Menthæ hortenſis recentis, conciſæ *M iiij*. pon. in bocciam argenteam ſuperaffuſis ℔ij. ſpiritus vini optimi. Alluretur Alembic. cær. & fiat digeſtio in cineribus lento calore per biduum. Mox in *B.* temperatiſſimo evocetur ſpiritus.

℞. Menthæ tenellæ *Mj*. ſummit. tenellarum Meliſs. *M iij*. Irrorentur leviter herbæ integræ, vino Canarino optimo, mox in ſetaceo vel vaſe argenteo idoneo fiat *ſſſ*. ex herbis & Saccharo, Chriſtallino ſubtiliſſimè pulverato. Suppoſita patina argentea ſinatur fieri diſſolutio ſacchari in ſyrupum.

℞. Spiritus Menthæ ℥iiij. ſyrupi ℥ij. Miſce & addatur nodulus continens Ambræ griſ. *grana, vj.* Meſchi orientalis *grana* duo. Exprimatur ſæpius.

Exhib. cochlear. unum mane jejuno ventriculo. Item poſt paſtus, præſertim paulo ante ingreſſum lecti.

XII. Publicatâ Pace inter *Galliam* & *Angliam*, *Londinum* ivit Domina, ipſo Aſcentionis die. *II. Maii* 1629. Cymbâ vecta fuit tam infœliciter, ut tam in ingreſſu quàm egreſſu, coacta fuerit maximo cum niſu, Longa in remotam à gradibus navigii proram figere veſtigia, idque ut retulit quater. Gratias egit Deo in ſacello ob pacem. Inde *Greenwicum* reverſa, poſt cœnam diu & concitatius ambulavit, montem pedibus bis emenſa, conſcendit præaltam Turrim, & undecimâ noctis lectum petijt ſaltem.

Notandum ipſam paucis ante diebus ſummo timor. fuiſſe perculſam 9. vid. *Maii.* hora ſeptimâ pomeridiana, poſtridie dolorum noctu perpeſſorum, de quibus antea, idque viſo cane feroci in catellos cubiculi ſæviente; Motus habet animi admodum celeres, & ad levia quæque expaveſcens, concitato ſanguine rubore ſubind. ſuffunditur circa genas, imò tota facies rubet.

His adde quod Rex uxori minus caute colludere ſolitus. aliquid reluctanti ſurripere conatus eſt, quem fugientem dum Domina apprehenſa manicâ retinere parat ipſe inſcius vulſo brachio. Lumbos concuſſit violentius, quo ipſo momento *E. M.* ſe læſam fuiſſe exclamavit.

Veniant etiam in conſiderationem nimium frequentes, & Liberiores amplexus mariti juvenis, Lumborum minimè ſolutorum.

Quæ omnia notantur ut abortus cauſæ innoteſcant, Vitandæ in poſterum ſiquando Deus novæ prolis conceptionem indulſerit.

Noctem *XI.*^{mi} tranſegit placidam, quiete dormivit, manè experrecta nullos dolores ſenſit. Pranſa eſt. Hora ſecunda pomeridiana ludens folijs chartaceis, cœpit pati tormina levia, quæ ad cœnam uſque perſeveraverunt.

Inter cœnandum, augeſcentibus doloribus, de menſa ſurgere coacta me juſſit advocari, qui *Londini* eram ſupellectili partus inſtruendæ ex Dominæ juſſu & venia incumbens, idque hora octava, quâ ipſa lectum petijt præſentibus omnibus indicijs mox futuri.

Abortus. Venit ad me Tabellarius ſalt. hora decima noctis. *XIII.*

Interim advocata obſtetrix ruſtica, pagi *Greenwich*: Qua in maxima & profuſiſſima Hæmorrhagia quum fœtum brachium extra materna clauſtra exerentem tractavit, ſtatim petijt ut Cheirurgus obſtetricator advocaretur.

Acceſſi, atque inter fœmineos ululatus, rem in *Auguſto* poſitam inveni. vid. Dominam peſſimo inſitu decumbentem in ancillarum ejulantium ambiguis manibus, ſine ullis, vel ſaltem paucis & irritis torminibus. Prædixi periculum, atque ilico extrahendum fœtum aſſerui id quod dextro & ſine ullo pravo ſymptomate factum à Cheirurgo *Petro Chambellan* ſeniore, hora tertia poſt mediam noctem. Fœtus fuit triginta ſeptimanarum. Maſculus benè formatus, in quo plane nihil inveni reprehendendum. Animoſe tulit & viriliter hanc operationem *E. M.* neque unquam paſſa eſt animi deliquium.

Ilico ut moris eſt ſubſtitit hæmorrhagia, & deinceps ſatis proſperè omnia ſucceſſerunt.

Datum aliquid confectionis Alkermes diſſolut. in vino uſto ilicò poſt partum.

Duabus horis à partu datæ ℥ ij. Olei Amygdal. dulcium recent. extract. ſine igne, cum ℥j. ſyrupi Capillorum Veneris, ad Lochiorum expurgationem juvandam.

Quinque horis à partu, applicatum mammis Emplaſtrum Diachylon Ireatum ſolum ſine Therebentina, à quo factum eſt ut tertio die levis ſaltem fuerit febris & mammarum dolor. Lac per papillas copioſe effluxit toto tempore decubitus.

Inſtituta diæta tenuis & data ſaltem brodia cum gelatina ad quartum uſque diem, quo elapſo voluit carnibus veſci *E. M.* idque quam par eſſet liberalius, uſque ad ſeptimum, quo die ſubſiſtentibus Lochijs febricitare cœpit, & torminibus ventris affligi, quæ ſymptomata ceſſaverunt ope remediorum deinceps deſcribendorum.

Rediit ad diætam tenuem per aliquot dies.

Pro re nata facta ſequentia.

XIV. Pro potu ordinario Ptyſana Dominæ grata.

℞. Aquæ Fontan. puriſſ. ℔iiij. Ei bullienti injice Glycyrrhizæ recent. contuſ. Semin Coriandri præpar. *ana* ʒij. fiat colatura poſt infuſionem trium horarum.

Litus ℞. Olei Amygdal. dulc. recent. extr. & Lil. alb. *ana* ℥j. Olei hyperic ʒvj. ſpermatis ceti recentis ℥ß. Miſce fiat Litus hypogaſtrio & regioni uteri calidè ſuperpoſitis linteo & faſciis idoneis.

Clyſter. ℞. Foliorum malv. Violar. Pariet. Chamomill. virid. *ana M j.* Summit. Artemiſ. *M ß.* ſummit Rutæ & matricar. *ana P j.* ſemin. Aniſ. & Fœnic. *ana* ʒij. ſemin. Fœnugræci ʒjß. fiat omnium decoctio in jure capitis vitulini. Cape de colatura ℥xij. in quibus diſſolve ſyrupi Violati Sacchari albi *ana* ℥ij. Vitellos ovorum *N° ij.* Miſce fiat clyſter. qui fuit injectus die *XV°* ſive tertio à partu. Seceſſerunt excrementa plurima craſſa bilioſa, admodum olida, cum ſummo levamine.

XX° Lochiis ſubſiſtentibus, & reſtitante alvo febris, dolor in parte hypogaſtrij ſiniſtra, ad eam uteri regionem cui potiſſimum incubuiſsè cenſebatur fœtus in laborioſo & præter naturam partu. Facta quæ ſequuntur.

Clyſter. ℞. Foliorum Malvæ, Parietariæ Violariæ, Artemiſiæ *an. M j.* Chamomillæ viridis *M ij.* Florum Meliloti, Leucoii ſummit. hyperic. *an.* P *ij.* ſummit. Rutæ & matricar. *ana* pi*ß.* Seminis Aniſi, Fœniculi *ana* ʒ ij. fiat omnium decoctio in poſſetala. Cape de colatura ℔ j. In qu. diſſolve Sacchari. albi ℥ ij. Mell. roſ. colati. ſyrup. violat. *ana* ℥ j. Miſce fiat clyſter, injiciendus ilico.

Fotus. ℞. Radic. Altheæ ℥ iij. Rad. Bryon. ℥ ij. Rad. Enul. Gentian. Ariſtoloch. rotund. *ana* ℥ j. fol. Chamomill. virid. *M ij.* Hyperic. Artemiſ. Matricar. Salviæ, Origani Pulegii *ana M j.* Malv. & Parietar. *ana M j ß.* Florum Leucoii Melilot. Centaur. min. ſummit. Rutæ, & Anethi *ana P ij.* Semin. Aniſi, fœnicul. Carui, Baccarum Lauri & Juniperi *ana* ℥ j. Fiat omnium decoctio in æq. partibus aquæ & vini albi, pro fotu Lateris ventris dolentis, uſurp. è ſpongiis vel filtris intinct. & expreſſis, applicandis, bis indie, per horam integram quavis vice.

Poſt fotum fiat litus præſcriptus calidè cum bombace, ad partem dieram & dolentem ventris.

℞. Ol. Amygdal. dulc. recent. ſyrup. Capill. Vener. *ana* ℥ j. Miſce detur ilicò.

His factis, poſt uni cum ſaltem fotum cœperunt iterum fluere Lochia fœtidiſſima, & deinceps ſanguis in ſatis bona, & ſufficienti quantitate, & omnia proſperè admodum ſucceſſerunt.

Sitienti, & calorem nimium per inſolitos tempeſtatis æſtus patienti Dominæ præſcripta ſequens.

Emulſio. ℞. Radicum Petroſelini mundat. ℥ j. Hordei mundat. ℥ ij. coq. ad hordei emollitionem, fiat colatura. Radices ab hordeo ſeparentur. Hordeum teratur in mortario marmoreo, cum Amygdal. dulc. recent. mundat. par. ix. Medull. ſemin. melon. recent. ʒ ix. add. Brodii capi ℥ viij. Aq. decoctionis præſcript. ℥ xvj. Miſce fiat Emulſio pro iij doſibus dulcorand. ℥ j ß. Sacchari albi. Exhib. bis indie, vel mane, & hora ſomni.

Lotio Prima.

Statim à partu contuſo pudendo applicat. Linimentum ex Olei roſati Olei hyperici *an.* ℥ j. Vitellos ovorum recent. N° ij. Miſce & longa agitatione fiat litus applicandus è bombace.

Ad Balneam parvum, ut vocant in *Gallia*, bis indie uſurpandum.

℞. Foliorum Caprifol. Hederæ terreſtris *ana M j.* Artemiſ. Matricar. Rutæ *ana M ß.* Florum Chamomillæ hyperici, Centaur. minor. ſummit. Abſynth. vulg. *ana P j ß.* Pulegii Regal. *P ij.* Radicum Ariſtol. rotund. Bryon. Enul. *ana* ℥ j *ß.* fiat omnium decoctio in ℔ iij. Aq. Fontan. ad ℔ ij. conſump. Colaturæ adde Vini Muſcatellini ℔ *ß.* Mell. roſ. col. ℥ iij. Miſce pro lotione.

Hæc non fuit prima Lotio, ſed ſecunda, quando ceſſaverant Lochia. Prima autem detergens conſtabat ex Chærephyllo. Vinca pervinca, & Salvia rubra roſ. coctis in Aqua hordei, addito pauco Vino, & ſyrup. de Roſis ſiccis, vel Melle Roſato, poſt colaturam.

XXVI. Iteratus Clyſter maxima cum ἐυφορίᾳ, cui ſucceſſit optima evacuatio ingentis copiæ bilis.

℞. Fol. Malvæ Violar. Chamomill. Parietar. *ana M j.* florum Melilot. Leucoii *ana P ij.* ſummit. hyperici & Artemiſ. *ana P j ß.* Semin. iiij. frigid. major ℥ß. ſemin Aniſi & Fœnic. *ana* ʒij. Hordei integri furfur. macri *ana P j.* fiat omnium diſtillato in poſſeto. Cape de colatura ℔j. In qu. diſſol. Catholic. Nicoll. ℥j. ſyrupi violat. ſacch. rub. *ana* ℥ij. Miſce fiat clyſter. injic. manè jejuno ventriculo.

Lotio Ultima.

℞. Foliorum Caprifol. Vincæ pervinc. Apii. Garyophyllat. Buglæ Hyperic. *ana M ij.* Roſ. rub. *P ij.* hord. integri. *P j ß.* fiat omnium decoctio in ℔ iij. Aq. communis ad medietatis conſumptionem, addendo ſalviæ minutæ *P ij.* fiat colatura, cui adde Vini rubri & Hiſpan. optimi *ana* ℔ ß. Mell. roſ. colati ℥iiij. Miſce pro lotione uſurpanda bis indie.

Noluit uti aſtringente lotione.

Tertia ſeptimana poſt partum elapſa, ſive ʒiiij. die *E. M.* in ſacello purificata fuit, & eadem ipſa nocte Regi concubuit, fluentibus. Parciſſimè Lochiis, alias tam vegeta & alacris ut ante finem tertiæ ſeptimanæ aëri ſe commiſerit, & ambularit in horto.

Frequens concubitus, deambulatio, corporis excalefactio per exercitia in cauſſa fuère cur continuo ſanguis ex utero fluxerit uſque ad diem.

III. Julij, Qui fuit à partu Quinquageſimus primus.

Quo die *Menſes eruperunt* affatim, & perſeveravit eorum fluxus copioſus uſque ad diem.

Julij XII.

Decimo tertio à Menſtruis penitus immunis fuit *E. M.*

15to, Quia per biduum fuit leve ſtillicidium.

A partu purgari Catharticis nullo modo voluit.

Fructus ὡραίοις liberaliſſimè comedit.

Cum duritie intumuit venter, præſertim a: Siniſtrum hypochondrium, cujus contrectatio fuit dolorifica.

Alvus quotidie fluxit, ſed egeſtiones fuerunt duræ.

Incommoda ventris inferioris reſederunt, & leviora evaſerunt ab evacuatione menſium, perſevera tum adhuc lienis dolor, cui ejus *M.* eſt obnoxia.

Rediit ad potum ordinarium Aquæ infuſionis ligni Nephritici, cujus operationem laudat in ventriculo, & in ſplene.

XII° Captum cum utraque Majeſtate de adeundis & potandis Aquis fontis *Townebridge* Conſilium.

I. Ut aperiantur obſtructiones partium naturalium, præſertim Menſenterii & lienis.

II. Ut primæ viæ everrantur, unà cum renibus, qui congerunt ſabuloſam ſaburram, vitio hæreditario, quæ diſpoſitio adaugetur prava victus lege, quæ cauſam materialem arenularum & calculi ſubminiſtrat.

III. Ut temperetur calor hepatis intemperati & ſanguinis maſſa corrigatur.

IV. Ut laxitas partium generationi dicatarum, & uteri lubricitas; ſuccedens Laborioſo partui. Continuæ ſanguinis effuſioni, & præcoci atque nimis frequenti congreſſui emendetur, atque ita remedio facili Conceptio acceleretur: utero ad ſuſcipiendum & retinendum ſemen virile præparato. Nota nihil magis facere ad conceptum quàm aquas minerales ferruminoſas & Vitriolatas.

V. Ut ab invicem aliquamdiu ſecedant Vir & Uxor, parti fœtum ſuſcepturæ quieſcendi tempus daturi, poſt liminio ad fœlicem neque irritum congreſſum, redituri. Cum certiſſimam prolis ſpe & effectu. σμὺ θεῷ.

At nonne ſunt alia remedia quibus poſſit præſcriptis intentionibus ſatisfieri?

Sunt & quidem plurima: ſed quid tentandum in Domina quæ omnia medicamenta reſpuit, quæ naturaliter eſt hydropota, quæ Aquas minerales jam bis fœliciſſimo cum ſucceſſu hauſit?

Nullum quod noverint remedium tot incommodis, tot indicationibus ſimul & ſemel proſpicere valet, quot Aquæ iſtæ, quarum aſſumptio grata &facilis futura eſt, effectus certus ſine ullo diſcrimine.

Quidquid garriant mulierculæ ignaræ & procaces, & aulicorum aſſentatorum improba & arrogans turba, qu. ſuo pede ac modulo Principûm inſtituta, & actiones inpudenter metiri non erubeſcit.

Medicos qui Principibus famulantur oportet patulis præditos eſſe auribus, quibus gannitus & futilem aulicorum garrulitatem excipiant, interim muti ſint & elingues, donec urgente neceſſitate, & ſæviente malitioſâ ardelionûm παῤῥησία, conſulto corde (quod ipſis, debet eſſe intrepidum) crabrones iſtos importunos, ſolidis apud Dominum rationibus abigant, vel elidant, ſine ullâ προσωποληφία.

XXIII. *Greenwicho* eſt profecta Domina ad Aquas *Townbridge*, ſumpſit que diverſorium in pago *Southborough*, æqualiter diſtante per ſpatium duorum miliarûm ab urbe, & à fontibus.

*XXV*to Conatus ſum *E. M.* perſuadere ut potionem Catharticam hauriret, conſtantem ex ʒ v. fol. ſenæ. ʒ ij. Rhabarb. infuſ. nonæ Roſ. pallid. Mannæ Calabr. *ana* ℥ j. Diaphœn. infuſ. & colat ʒj. ſed remedium iſtud recuſavit, quod fuit exhibitum generoſæ puellæ *Aſhburnham*, à quo octies purgata fuit copioſè, non tamen ſine nauſeâ & torminibus.

Data Dominæ ʒß. maſſæ pilularum Coch. minorum in vj. pilul. idque hora octava matutina. quia citius expergefieri noluit, Cœpit operatio poſt duodecimam. Prima ſedes ampla fuit, dejecta bilis flava plurima. Levis nauſea, ſine vomitu tum. Deinceps uſque ad nonam noctis quater fuit purgata: Seceſſerunt ultimis quatuor ſedibus pauca biliöſa, ſeroſa, viſcida miſta. Alacris fuit per totum diem, de nullo conqueſta ſymptomate. Poſt meridiem dormivit aliquandiu, Benè pranſa eſt, & melius cœnavit. Sitis non magna. Nullus extraordinarius Corporis calor; nulla pulſus elevatio etiam ſi, Calidiſſima fuerit tempeſtas. Cujus tamen ardorem temperavit ſub veſperam ventus ſatis frigidus.

26to Quievit. *E. M.* Nox fuit quieta: Sedes nullæ, Sitis levis, non bibit tamen. Jectigatio in lecto, & calor. Ratione tempeſtatis per calidæ.

Potus Aquarum Townbridge.

XXVII. Domina bibit quatuor cyathos fontis Ferruminoſi & Vitriolati, qui per pelvim Lapideam perforatam ſcaturit. Ex iſtis ℥xxxx. ante prandium eminxit ℥xxx. Fluxit alvus ſub veſperam, & excrementa fuerunt nigra. Languidus appetitus. Satis tum fuit alacris. Eique nihil, tam moleſtum fuit quam diluculo ſurgere, & ſomni nocturni brevitas.

XXVIII. Hauſit ejuſdem fontis ℥xxxxxx. quas pene totas excrevit per urinas intra horas quatuor. Toto eo die non valuit appetitus, niſi mediocriter. Animo perturbata ob Regis intercapedine longa locorum diſſiti abſentiam, ſine cauſa plurima accuſavit, & aquarum uſui valedicere ſibi propoſuit. Fluxit alvus, bis. Excrementa nigra. Dura. Pulſus bonus, compoſitus.

XXIX. Irata; acceſſit aquas; ſequiter & perfunctorie, longis intervallis ebibit octo cyathos ℥xxxxxxxx. Sudavit plurimum, fervidiſſima cœli tempeſtate, totam aquam ante prandium eminxit. Fluxit alvus, Paulo poſt ab aſſumpta aqua. Appetitus toto die languidus. Somnus brevis. Hilaris tamen fuit: Et placidè tranſegit diem.

XXX. Propinqui putei profundioris, in quo nulla eſt pelvis lapidea, cujus aqua validior eſt, & magis prægnans virtutibus ferri & ⊕^{li}, Quæ atramentum intenſe ſapit, ebibit ſatis alacriter ℥70. Moderatum fuit exercitium, & ſicut præcedenti die, poſt redditam magnam aquæ partem corporis defeſſi curandi gratia lectum petiit, in quo Reliquum epoti liquoris, liberrimè eminxit & citius quàm præcedentibus diebus. Surrexit. Meliùs quàm pridie pranſa eſt, & fuit vegetior appetitus. Liberalius in cœna convivata eſt, fructus & cremorem Lactis comedit. Lectum petiit poſt mediam noctem parum admodum dormivit.

XXXI. Ex eodem puteo hauſit Domina ſex cyathos ℥xxxxxx. Intra duas horas etiam in lecto jacens, poſt moderatum exercitium aquam penitus excrevit. Benè pranſa eſt. A prandio fuit alacris, & indulſit choræis. Nec de ullo incommodo congreſſa eſt.

Auguſtus.

I. Bibit itidem ſex cyathos quos poſt exercitium in tentorio cœpit excernere, Domum petiit: Lectum ingreſſa eſt. Totam aquarum quantitatem epotam ante prandium reddidit. Conqueſta eſt de imminuto appetitu. Sed id propter brevitatem ſomni. Et tempeſtatem fervidiſſimam quæ toto præcedenti menſe perſeveravit.

Quotidie bis vel ter fluxit alvus. Excrementa Solidiora fuerunt.

II. Eandem quantitatem aquarum bibit Domina, cum pari effectu, niſi quod propter minus exercitium ratione diei qui fuit Dominicus, minus abſolutè aquæ profluxerunt. Attamen bene ſe habuit. Veſperi poſt convivium opiparum noctu Rheda vecta eſt in Palatium Knolles, ubi pernoctavit.

III. Largo & lautiſſimo excepta convivio à D. Comite *Dorſet*, *Greenwichum* petiit, ibi immediate ante cœnam (quam in cymba prima nocte ſecundo flumine *Londinum* vecta ſumpſit) deglutivit Maſs. Pilul. maſtichin. fernel. circiter ʒß. debuiſſet ℈ ij. ſed unam ex pilulis exſpuit. Noctem placidè tranſegit. Ea nocte Menſes eruperunt. Sequenti die nihilominus optima ſucceſſit remedii operatio ad ſex ſedes. Ejecta bilioſa & viſcidiſſima plurima Magno cum levamine, & facili tolerantia. Perſeveravit fluxus menſium ſatis largus, Sanguinis optima & Floridiſſimi uſque ad ſeptimum menſis diem, quo die *Londino* relicto inviſit Regem *Otlandiam*. Deinceps à concubitu maculæ aliquæ per tres quatuor-ve dies apparuerunt in induſio, ſed verus fluxus ceſſavit.

Purgatio.

VII. Quo die ſive cujus diei nocte Concubuit Regi.

Septembris.

IV° Noctu eruperunt menſis & perſeveravit eorum fluxus in Laudabili qualitate, & bona quantitate per tres dies, & totidem noctes, id quod Dominæ ante non contigit, quippe noctu ſolent ſiſti. Bene ſe habuit ab iſta evacuatione, quæ poſt triduum ceſſavit per diem unum & alterum, deinceps pro more, in minima quantitate recurrit, præcedentibus cutis puncturis pruritu, & levibus effloreſcentiis. Quod non mirum, quippe fervidiſſima, & inſolens in hac inſula, & ſeptentrionali hoc terrarum tractu æſtas ejuſmodi ardores, exanthemata, urticationes, ebullitiones Sanguinis in maxima Hominum parte fecit.

XI° Perſeverantibus cutis incommodis prædictis, ſatis per ſe fluente alvo, ſine ulla corporis præparatione, ne per clyſterem quidem proprio nutu, juſſit *E. M.* inſtrui balneum, quo ſaltem egelido ex aqua & lacte uſa eſt à ſexta pomeridiana ad ſeptimam. Benè & patienter tulit, inde petiit lectum. Uſa eſt Balneo ter, bis, ſecundo die, idque maxima cum utilitate.

XV° *Septemb.* Dedit obviam Regi *Theobaldi*, neque deinceps ab ipſius latere diſceſſit.

October.

Debuiſſent quinto die menſes erumpere, ſed nulla eorum apparuerunt in hunc uſque diem (que eſt xv^io^) veſtigia. Bene ſe habet *E. M.* Poſſumus meritò ſuſpicari ipſam concepiſſe, poſt Aqu. uſum, poſt Balneum, à 15^io^ *Septembris*. Forſitan eo ipſo die in primo congreſſu. Eventus docebit.

Concepit verè Domina.

Dubium an nono, an 15^io^ die *Septembris*. Credit potius nono. Primos graviditatis menſes exegit ſana & alacris, ſine ulla nauſea, ἀποσιτία, alióve importuno ſymptomate.

Moveri ſenſit fœtum primò, ſeptimana decimaquarta.

Utcunque eſt macilenta.

Minus iracunda quàm in prima graviditate.

Credit ſe fœminam geſtare.

Minus altè geſtat fœtum quàm prima vice.

Annus. 1630. σὺν θεῷ.
Januarius.

XI° De valetudinis ſtatu interrogata manè, reſpondit ſe pancraticè habere; Fœtum quotidie vividè moveri, modo in hoc modo in illo Latere uteri ſe ſentire motum: Demiſſiorem quam primâ geſtatione eſſe uterum; neque tam altum eſſe fœtus ſitum. Imperata quies, Prohibitus violentior corporis motus, oſtenſa geſtationis in ſella, & abdicationis Rhedæ neceſſitas.

Hoc die ut præcedentibus benè jentavit. Datus Dominæ pepo *Hiſpanicus* à cujus eſu ſuaſi ut abſtineret.

Nulla planè vel de minimo affectu morboſo querela.

XVIII. Teneſmum paſſa eſt per aliquot horas, qui ceſſit fotu lactis calentis.

Deinceps ob tempeſtatis inconſtantiam & nimiam humiditatem, quòd etiam caput ullo modo tegere recuſet, paſſa eſt per plures dies ὀδονταλγίαν gravem a dento putri ſuperioris malæ cui dolori perſcripta fuerunt varia; Lotiones, Olea, irrito labore. Sedavit aliquantulum ſubinde recurrentes cruciatus Oleum Caryophyllorum. Camphora denti cavo immiſſa ex goſſipio. Tandem ſarciente malo præſcriptum Narcoticum ſequens. Die 25^io^.

Maſſa ad dolorem Dentium.

℞. Maſtiches ʒ ij. Gummi Elemi Op. ji *an.* ʒj. Camphoræ ℔j. croci ſubtiliſſimè pulver ℈ß. NB.

Maſtiche & gummi Elemi Ortim. affuſa pauca Aqua frigida reducantur in pulverem, mox in mortario calido cum opio conciſo triturentur & optimè commiſceantur, addatur Crocus. Omnium Ultima Camphora, quæ maſſam alias valde tenacem emollit, & optimæ reddit conſiſtentiæ tandem ducatur digitis oleo Caryophyllorum perunctis, & fiat magdaleon.

Uſus tempore formetur pilula ad proportionem cavitatis dentis quæ indatur foramini, & in eo contineatur.

Optimè fecit hoc remedium, & eo uſa ſemel tantum per horas tas 4. *E. M* Hora ſomni plane ſuit immunis ab omni dolore, & per totam noctem placide dormivit. Et hodie *XXV*^{10} bene ſe habit.

Oleum Anodynum Odontalgicum Crollij.

℞. Olei Caryophyllorum rectificati ℥ ß. ſolve in illo ʒ ß. Camphoræ, adde poſtea ſpiritus Therebentinæ quater rectificati ℥ ß. & liquorem hunc ſerva.

Ad dentium dolorem expertum, mirabile removens in media hora. Varignanæ.

℞. Seminis Apij *gran. ij.* Opij hyoſcyami *ana gran. iiij.* cum Syrupo de papavere vel vina fiat Pilula una, quam teneat intra dentes doloris tempore, & ſtatim ceſſabit dolor mirabiliter & firmiter.

Quoniam autem ratione cariei iſtius dentis verendum eſt ne ſubinde obnoxia ſit dolori ejus *M.* Et quia evulſionem dentis putris nunquam eſt admiſſura, ut fruſtulatim dens comminutus decidat utendum maſſa ſequente.

Dentes conſumens & aterens.

℞. Thuris maſculi ʒij.
Euphorbii ʒj.
Myrrhæ,
Camphoræ.
Rad. Peucedani triti in Alkool *ana* ʒ ß.
Olei Caryophyllorum guttas x. Miſce fiat maſſa.

Vide de Ol. Caryophyllorum Camphora & Oleo ⊕. mixtis.

Diſquiſitio pro tempore partus Reginæ.

IV^{10} *Septembris* 1629. Noctu eruperunt menſes, & Fluxerunt per 3 dies, & totidem noctes in bona quantitate, Ceſſaverunt, & more ſolito recurrerunt poſt biduum parum admodum. Ita ceſſavit fluxus nocte ſeptimi. Recurrit nono, an poſt concubitum?

XI. & XII. Domina ter uſa eſt Balneo, *Londini*, Rege tunc per aliquot dies abſente.

XV^{10} Dedit obviam Regi *Theobaldi*, atque ab hujus diei nocte numero Conceptionem *E. M.* Domina credit ſe 8. *vel* 9. concepiſſe, vix forſan adhuc ſtillante utero, etiamſi id poſſibile ſit.

Ligiti-

Legitimum pariendi tempus in hominum natura Nonum menſem *eſſe conſtat, ſecundum obtinere locum* Decimum *&* *poſt hunc* Septimum.

- *Menſis* alius.
  - Solaris *ſpatium illud temporis quo Sol in uno quoque Zodiaci ſigno detinetur habet* Dies triginta.
  - *Lunaris* triplex.
    - I. Coitus *Lunæ* Menſis Civilis, vel Congreſſionis. e. ſpatium ab uno *Lunæ* congreſſu cum ſole ad alterum. Habet *Dies* 29. ½.
    - II. Proprie *Lunaris.* e. *Lunæ* ab uno Zodiaci puncto in idem punctum profectio & reditus. Vocatur Menſis progreſſionis, peragrationis. Longitudinis. Habet, &c. *Dies* 27. *horas* 8.
    - III. Illuminationis, Impreſſionis apparitionis ut vocat *Galenus*, quia tunc *Luna* à Sole ſejuncta eſt ſpatio ut tanto acceptum ab ipſo lumen impartiri ſubditus corporibus poſſit, eaque vehementer afficiat, vimque ſuam imprimat habet *Dies* 26. *Horas* xij. Ita per tres circiter dies ſub ſole velut deliteſcens, atque abdita *Luna* lumen ſuum nobis communicare nequit, Vocantur hi dies à *Galeno* Occultationis, à ſcriptoribus Illunes.

Hippocratis *loci de tempore Partus vario.*

Lib. de Octimeſtri partu. Decimeſtres & Undecimeſtres partes fiunt ex ſeptem quadragenariis.

Septem quadragenarii faciunt 280 dies, i. e. Novem menſes Solares, & decem dies. Sive 40. ſeptimanas.

Idem dierum numerus facit Menſes *Lunares* peragrationis (qui ſunt 27 dierum 8 horarum) decem, & ſex dies cum dimidio.

Libro de Carnibus. Sunt partus Novem menſium & decem dierum, qui habent ad hebdomadas quadraginta numerum exactum.

Lib. de Carnibus, affirmat ſeptimeſtrem puerum legitimè natum eſſe & continere tres hebdomadarum decadas.

Unaquæque decas habet dies 70. tres decades faciunt dies 210. i. e. ſeptem menſes Solares 30 dierum. Nonimeſtres partus habent 4 decades, i. e. dies 280.

Ex dimidio Anno ſeptimeſtres fiunt apud Hipp. Dimidia pars anni habet ſex Menſes ſolares, i. e. dies 182. qui dierum numerus facit Menſes lunares ſex cum diebus 18. Menſes autem Illuminationis ſeptem, tres dies, horas *xij*. i. e. dies 185 ½.

Tempus partus Reginæ.

Si per Menſes Solares computes, qui novem numero faciunt dies 270.

Incipiendo (ut faciendum puto) à die conceptionis quem credo fuiſſe 15. *Septembris* 1629, ſiquidem habet dies.

September	15 reſtantes.
October	31.
November	30.
December	31.
Januarius	31.
Februarius	28.
Martius	31.
Aprilis	30.
Maius	31.
Junius	12.
	270.

Duodecimus *Junij* dies erit ultimus partus terminus.

Incipiendo autem ut credunt Rex & Regina a die 8 *Septembris*. 1629 ſiquidem habet dies reſtantes.

September	22.
October	31.
November	30.
December	31.
Januarius	31.
Februarius	28.
Martius	31.
Aprilis	30.
Maius	31.
Junius	5.
	270.

Quintus *Junij* dies erit per **D. D.** partus terminus.

Terminus ſuſpectus quo præcaveri debet abortus juxta Menſium Solarium computationem.

Septuageſimo quinto die i. e. duobus menſibus cum dimidio ante tempus ligitimum partus abortum fecit *E. M.* 13 *Maij*, 1629. Itaque denuendo ex menſibus.

Martio	2.
Aprili dies	30.
Maio	31.
Junio	12.
	75.

Martio	9.
Aprili dies	30.
Maio	31.
Junio	5.
	75.

29. *Martij* poſtridie Paſchatis eſt dies ſuſpectus, Itaque neceſſe eſt ut D^{na} Die Palmarum incipiat uti remediis abortum præcaventibus.

23. *Martij* erit dies periculoſus, quo circa applicentur & exhibeantur remedia a 17mo niſi malis incipere à 15^{10}.

Quod ſi per quatuor Decades ſive 40 ſeptimanas, quæ habent dies 280, partus terminus cenſeatur.

Præſuppoſito conceptionis die.

Septembris 18.

Si demas ex

Aprili 17.
Maio 31 *dies.*
Junio 22.
70.

Septembris 8.

Aprili 24.
Maio 31 *dies.*
Junio 15.
70.

Qui ſeptuaginta dies faciunt uuam decadem, ſeu decem ſeptimanas, qui fuit abortus ſive anticipationis partus iufauſtum tempus.

Tempus partus ligitimum erit dies 22 *Junij.* Ergo 13 *Aprilis* erit dies ſuſpectus itaque incumbat prophylacticæ *E. M.* 5. aut 6. *Aprilis.*

Tempus partus erit 15 *Junij.* Ergo *ſextus Aprilis* erit dies periculi, cujus præcautioni erit incumbendum 30 *Martij*, vel potius poſtridie paſchatis, aut ipſo die feſto qui erit Menſis dies 28.

Satiùs eſt ſequi computationem Menſium novem Solarium, quàm quatuor Decadûm, ſive Septimanarum 40.

Media ad præcavendum abortum.

Abſtineat D^{na}, quantum fieri poterit, à mariti amplexibus, præſertim inſtante tempore ſuſpecto, & poſt illud ad minimum per dies *xv*.

Jaceat in lecto vel ſupra lectum, aut ſi quietem ab ipſa precibus extorquere nequeamus, ſedeat ut plurimum in Cathedra ad minimum per *xij.* dies 4 ante diem periculi, & 8 poſt eum elapſum. Item ad menſium mutationem, duobus ultimis præcedentis, & duobus primis ſequentis.

Nunquam Rheda vehatur, ſed ſemper geſtetur in ſella uſque ad tempus partus.

Valde moderatus ſit Corporis motus a ſeptimo die ſeptimi Menſis, uſque ad decimum quintum octavi.

Applicetur lumbis & oſſi ſacro Emplaſtrum aſtringens geſtandum ante ſuſpectum diem, & poſtea diu. Ad minus per menſem integrum quod Emplaſtrum auferendum erit poſtquam *E. M.* fuerit ingreſſu nonum geſtationis Menſem.

Emplaſtri aſtringentis ex profeſſo pro Domina à me compoſiti deſcriptio ſequitur.

1630. Lapidm Aëtitem collo appenſum ſub axilla dextra geſtavit jam diu, & bonum ſibi imaginatur ejus effectum.

Emplaſtrum ad continendum fœtum Magiſtrale.

NB. ℞. Radicum tormentillæ Biſtortæ Corticis median. quercus *ana* ʒx. foliorum Alchymill. Centinod. Burſ. Paſtoris Sophiæ Cheirurgorum Plantag. Roſ. rub. *ana Mj*. Nuc. cupreſs. Balauſtiorum Cupul. gland *an.* ℥j. Sumach. Semin. Berberis Cortic. granatorum *an.* ℥ß. fiat omnium diſtill. in Oxycrato ex Aq. fabrorum filtratæ partib. *viij*. & parte una Aceti Roſacei. Fiat colatura.

Oleum. ℞. Hujus decocti ℔iij. Olei Myrtillorum Roſati Cydonior. *an.* ℥viij. coquantur ſimul ad decocti conſumptionem. Oleum diligentiſſimè ſeparetur à ſedimento fœculento, ſervetur ſeorſim.

Ceræ. ℞. Ceræ flavæ & albæ *an.* ℥x. liquentur ſimul, adde decocti prædicti ℔iij. Bulliant ad decocti conſumptionem. Purum ab impuro ſeparetur.

℞. Radicum ſymphyti majoris mundat. ℥vj. Viſci pomorum (defectu quercini) Leucacanthæ, vel (ſi habeatur) quercini maturi, quod contingit circa Natale Domini (i. e. baccarum ejus albarum & pellucidarum ℥xij. Capitulorum florum Nenupharis ℥iiij. ſeminis Pſylli & Cydoniorum *ana* ℥j. Ichthyocollæ candidæ ℥jß. Coquantur prius radices & flores in vino rubro auſtero, ad putrilaginem, adde viſcum, mox Icththyocollam novum ſubinde vinum ſuffundendo, addantur ultimo ſemina, & fiat tenax & ſpiſſum gluten, exprimendum per Tanapatium rarum, & ſeorſim reſervandum.

Emplaſtri compoſitio.

℞. Picis Burgundæ in vino rubro auſtero coctæ, & per Canapatium trajectæ ℥xij. Maſtich. Thuris Sandarac. Colophoniæ *an.* ℥iiij. Succini præpar Benjoin. Therebentinæ Cypriæ puriſs. *an.* ℥ijj. Olei ut ſupra præparati ℥x. Ceræ præpar. ℥xij. Glutinis prædict. (quod ultimum omnium cæteris permiſcendum in coctione) ℥xvj. Liquentur omnia & longa atque exacta agitatione incorporentur, tandem addantur pulveres ſequentes ſubtiliſſimi. Sanguinis (humani) Bubuli vel Cervini ſicci ℥iij. Sanguinis Dracon. Sarcocoll. oſſium human. vel vervecinorum ad ſummam albed. calcinatorum. Cornu cervi calcin. Coralli albi & rubri per alumen præcipit. poſt diſſolutionem in aceto diſtill. *an.* ℥ij. Alabaſtri Boli armen. lapid. Hæmatis. Croci martis aſtring *an.* ℥ijß. Interioris oſſis ſepiæ ſtellæ marin. *an.* ℥j. Miſc. atque ex arte fiat Emplaſtrum ex quo form. Magdaleones.

Optimum eſt iſtud Emplaſtrum, bonæ conſiſtentiæ, & ſatis tenax. Applicandum intermedia ſyndone admodum rara.

VI. *Mar-*

VI^{to} *Martij.* Rediit Rex *Londinum* ex pago *Newmarket*, qui per duodecim dies abſuerat.

Præcedentibus diebus, conqueſta eſt *E. M.* de dolore Ventriculi noctu præſertim affligente, interdiu evaneſcente: Multò verò magis poſt Regis reditum. Item de colico dolore, qui emiſſo flate aliquantulum levabatur. Dejectus fuit utcunque appetitus.

VIII. Cùm augerentur dolores imperata quies, & deſcendente aliquantulum utero, atque ab oppreſſione veſicæ frequens mejendi deſiderium provocante. Applicatum lumbis Emplaſtrum ad Continendum fœtum. *E. M.* ipſum uſque flagitante.

Umbilico indita grava duo Moſchi & totidem Zibetti, ſuperpoſito Emplaſtro ex Gummi Tacamahaca.

Ab his manifeſtum ſenſit Domina levamen, rediit appetitus, tam integer ut plus etiam ingerat cibi quàm par ſit, unde fit ut utero ventriculi fundum ſurſum propellente ſæpius poſt largiorem cœnam, præſertim de ſtomacho conqueratur.

Noctu X^{mi} paſſa eſt diarhœam levem & ter fudit alvus fæces liquidas, nigras acres. Cum flatibus multis. Evanuere penitus colici dolores. Rediit faciei licet macilentæ vividus color. Appetentia viguit & nunc viget. Atque Dei *O. M.* beneficio hodierno die qui eſt *Martij.* xv ſe habuit optimè.

Circa diem Paſchatis *præter quietem in lecto, & alia media præſcripta velim per vj Dies manè Dominæ exhiberi lachrymas xij.*

Maſtiches pellucid. cum germinibus ſex ovorum recentium, id-que ex ovo ſorbili, addito pauco ſaccharo cum infuſo baccarum Kermes non evanidarum, in Roſatum cocto & pulverato.

Pulvis ad præcavendum Abortum.

℞. Maſtichæ pellucidæ. ℥ ß. Sang. Dracon. Croci Martis aſtring. Cornu cervi ad albedinem ſummam calcinati *ana* ʒj. Granorum Kermes recent. ſiccorum Roſarum Rub. *ana* ℥ ß. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus cujus ʒß. detur cum æq. portione ſacchari, ut dictum eſt.

Vel ℞. Hunc pulverem qui in mortariolo vitreo vel porphyritico ſubigatur cum Germinibus ovorum recenter poſitorum. Fiat maſſa ex qua pilulæ, exhibendæ, ſuperhauſto pauco juſculo, & in aliis vino rubro uſto cum bacillo Cynamomi craſſioris.

Solent obſtetrices dare ſerici Kermeſini fomentum ex ovo cum Maſtiche, &c. ſed malim tincturam Kermes ſumere ad ſubigendos pulveres & formandum maſſam deinde pilulas dare v. g. 3. ex ovo ſorbilicum Germinibus ovorum.

Medicos principibus famulantes non tantum bona & utilia præſcribere, ſed etiam jucunda ſaltem non ingrata inveſtigare oportet, quippe præter rationem delicati magnates vulgaria, licet optima, ſolent aſpernari & rejicere.

xi *Aprilis.*

Venit ex *Gallia* obſtetrix *Madame Peronne*, circa feſtum Paſchatis 24 *Martij*; atque inſtante tempore periculi juſſit Dominam manere in lecto, quod cum feciſſet *E. M.* perbiduum incaluit corpus, ſubſtitit alvus, & incepit aliquantulum febricitare. Ideo juſſit ut deinceps ſurgeret, ſederet tantum & abſtineret ſaltem à violento corporis motu.

Ad alvi facilitatem.

Data quotidie manè Poma tria toſta, cum Butyro recenti, quo remedio fluit nunc quotidie alvus, & in hunc uſque diem pergit D^{na} in fœlici fœtus geſtationis, quam ad legitimum uſque partus tempus D. *O. M.* pro ſua benignitate ſecundet.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

FINIS.